PHYSICA

# QVARTVS TOMVS

## OPERVM ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM

principis, qui de physica auscultatione inscribitur, cum antiqua translatione natiuæ tamen restituta integritati.


*AVERROIS CORDVBENSIS,*
primarii rerum Aristotelicarum commentatoris, in eandem Commentaria, ad summam claritatem redacta.

*MARCI ANTONII ZIMARAE, CLARISSIMI Philosophi Hydruntini, Quæstionem de primo cognito, quæ iniuria vagabatur, hic, vt in propria restituimus sede.*

ADIECIMVS, STVDIOSORVM COMMODITATI, rerum præcipuarum Aristotel. Auerr. vero Digressionum, Dubiorum, & Documentorum, quæ in hoc continentur Tomo, Indicem hucusque inuisum.







*Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.*

VENETIIS MDLX.

# TITVLI, HVIVS OPERIS ARISTOTELIS, PRAECIPVI.



# OMNIVM, QVAS IN HOC TOMO FECIT Auer. digressiones, elenchus.

# INDEX DVBIORVM OMNIVM,

## QVAE IN HVIVS TOMI commentariis, mouentur ab Auer.

# DOCVMENTA OMNIA, QVAE MARCVS Antonius Zimara, Philosophus solertissimus, in hoc opere Auerr. dum id recognosceret, annotauit.

SI notum apud nos sit notum apud naturam, demonstrationes erunt causæ, & esse: & si notum apud nos, non erit apud naturam notum, demonstrationes erunt de genere signorum. 1. physico. commen. 2. char. 4. a

Omne corpus finitum, qñ ex eo exit corpus finitum multoties, necessario consumet illud. 1. phy. com. 37. char. 18. f

Hæc præpositio, ex, in Arabico est cõis, qñq; igitur notat oppositum, & qñq; subiectum: hæc aũt prepositio, Ab, notat causam efficientẽ. 1. ph. c. 58. c. 27. e

Illud, quod recipit formã, est illud, quod in rei veritate dicitur generari. 1. physico. com. 60. char. 28. c.

Quum definiuerimus numerum, & magnitudinem, & eorum accidentia nõ apparebit materia, quum aũt definiuerimus carnem, & os statim apparebit materia in definitione. 2. phy. com. 19. char. 44. a

Materia est nota in omnibus artibus principalibus, & nõ principalibus. 2. physico. com. 25. char. 46. d

Consideratio in esse substantiarum abstractarum est in scientia naturali, non in prima philosophia. 2. phy. com. 26. char. 47. a

Res fiunt frustra, quando in eis non inuenitur aliquid. 2. phy. com. 63. cha. 58. d

Definitio motus non est manifesta per se, sed inueniri debet aut diuisionis, aut compositionis methodo. 3. phy. com. 12. char. 73. f

Prima motus definitio est secundum formam, secunda vero est materialis & notior. 3. phy. com. 16. char. 75. b

In ubitatibus totius corporis non inuenitur vbi naturale, quod dicatur dextrũ & sinistrum. 3. phy. com. 55. char. 90. d

Diuisio mensuræ est nota per se, & causa eius indiget demonstratione. 3. physi. commen. 70. char. 97. d

Non omne corpus dicit respectũ ad continens, & tangens. 3. ph. cõ. 74. c. 98. d

Naturalis debet considerare de loco sicut de infinito, vtrumq; enim est consequens corporis naturalis. 4. phy. com. 1. char. 99. d

Translatio superficierum, & vniuersaliter vltimorum, & vniuersaliter successio eorum super vbi, est per accidens. 4. ph. com. 9. char. 102. e

Dimẽsio non separatur a materia imaginatione, nedũ in esse. 4. ph. c. 15. c. 104. c

Qui ponit locum esse dimensiones existentes, in quibus disponitur locatũ, non potest euadere a quæstione Zenonis. 4. phy. com. 28. char. 109. c

Locus non mouetur essentialiter, sed est illud, ad quod mouetur res, & quiescit in eo. 4. phy. com. 41. char. 115. a

Illud, quod est dictum in definitione loci, inuenitur esse conueniens in quatuor elementis. 4. phy. com. 46. char. 119. b

Vacuum, cum non fuerit locus, ad quem transferuntur corpora naturaliter, non erit ens. 4. phy. com. 64. char. 126. e

Non est necesse vt corpora præter dimensiones, quibus constituuntur, indigeãt dimensionibus, quibus subijciantur. 4. phy. com. 77. char. 136. e

Aequalitas loci non est æqualitas dimensionum, sed æqualitas continentis. 4. physi. com. 77. char. 136. e

Tempus est numerus non cuiuslibet motus, sed illius, per quem videmus res

FINIS.

# INSCRIPTIO LIBRI,

## ET AVTHORIS SCOPVS.

HIC liber a Græcis inscribitur, Peri physicis acroaseos, hoc est de physica auditione: vt videatur Arist. non composuisse hos libros, sed dictasse suis auditoribus, aut illos certe, quæ ab eo disputarentur, annotasse. Præcipua tractatio est de motu: quoniam de corporibus naturæ traditurus, quorum essentia per actiones cognoscitur, aptissime a motu exorditur, vt qui ex corporeis actionibus maxime expositus est cognitioni sensuum. Ideoq; primus, & simplicissimus: & ex motu ad ea, quæ mouẽt & mouẽtur, ascendens, vsque ad principem motorem peruenit, qui mouet immobilis.

Auerrois

# AVERROIS CORDVBENSIS, PRIMARII ARISTOTELICAE DISCIPLINAE interpretis, in libros physicorum Proœmium, nunc primum castigatius prodit.

A INTENTIO *mea in hoc sermone est glossare librum Arist. qui dicitur Auditus Naturalis: quia a nullo expositorum ædita est glossa completa super singulis verborum Arist. nec ab Alexandro verborum explanatio cognita est, nisi super partem primi, & super secundum, quartum, quintum, sextum, & septimum: & quod habetur super partem octaui non est Alex. Primum vero secundum vsum glossatorum dicentium, in principio libri octo capitula, scilicet intentionem libri, vtilitatem, ordinem, diuisionem, proportionem, viam doctrinæ, nomen libri, nomen authoris, dicam & ego (licet plura ex istis possint*

B *intelligi ex proœmio libri) sicut in subsequentibus ostendemus. Dico itaque quod intentio scientiæ naturalis in summa, cuius intentionis iste liber est pars, est cognoscere causas specierum sensibilium, & causas in eis speciebus accidentium: quia subiectum istius artis non sunt nisi res sensibiles, subiectum dico, secundum quod transmutantur per se, id est secundum quod habent de se principium motus, & quietis. Et intentio huius libri est cognoscere de istis causas communes omnibus rebus naturalibus, scilicet, Materiam, Formam, Finem, & Agentem, & cognoscere causas primas, secundū quod est possibile sciri in hac*

C *scientia, sicut materiam primam, & mouens primum: Forma autem prima, & finis primus a Metaphysico cōsiderantur: & consideratio in consequentibus communibus omnibus rebus naturalibus, sicut loco, tempore, & eis similibus est inquisitio naturalis. Vtilitas eius est pars vtilitatis scientiæ speculatiuæ: & declaratum est in scientia considerante in operationibus voluntariis, quòd esse hominis secundum vltimam perfectionem ipsius, et substantia eius perfecta est ipsum esse perfectum per scientiam speculatiuam: & ista dispositio est sibi fœlicitas vltima, & sempiterna vita. Et in hac scientia* [a] *manifestum est quòd præ*

Vide in cō. 5. primi huius ad finē.

Idē ī cō. 4. primi phy. Forma prima, & primus finis a metaphysico considerant. Idem 12. me. com. 6. 3. me. cō. 3. & ita inueni in antiq codice.

a Ex hoc vi

dicatio nominis hominis perfecti a scientia speculatiua, & non perfecti, siue non habentis aptitudinem quod perfici possit est æquiuoca: sicut nomen hominis prædicatur de homine viuo, & de homine mortuo: siue prædicatio hominis de rationali, & lapideo. Et quum hoc consequitur cognitionem scientiæ speculatiuæ de moralitate virtuosa: quoniam [a] scientes istam scientiam, quum erunt secundum ordinem naturalem, oportet eos de necessitate esse virtuosos in omnibus speciebus virtutum moralium, quæ sunt iustitia, abstinentia, audacia, sublimitas, bonitas, veritas, fiducia, & aliæ de virtutibus hominum. Et declarauit Alexander in proœmio huius libri quomodo sequitur scientia harum virtutum ad scientiam speculatiuam: quia, quum nouerit sapiens paruitatem vitæ suæ, & perpetuitatem sempiternam, & motum continuum, & quòd proportio suæ vitæ ad tempus sempiternum est sicut puncti ad lineam, vel sicut finiti ad infinitum, non procurabit propriam vitam, & tunc erit audax ex necessitate. Et similiter, quũ nouit qđ mors est ex necessitate hyle siue materiæ, et proprie quũ habet perfectionem humanam, & dubitat quod a perfectione expolietur, tunc non est mirum si aliquando eligit mortem præ vita, sicut fecit Socrat. cum Athenensibus: quamuis opinetur de Socrate, quòd non fuerint ei declaratæ viæ, & disciplinæ communes, & propriæ: quia voluit ambulare in via propria populorum. Et similiter, quum sciuerit quod perfectionem habere non potest, erit ei mors præeligenda super vitam: & manifestum est, quod quum sapiens dubitauerit se non esse perfectum, quod audacia eius non erit, nisi in acquirendo hanc perfectionem. Iterum oportet sapientes esse iustos, & abstinentes. Iusti, quum sciuerint naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, tunc amant similari illi naturæ, & acquirere illam formam. Abstinentes, cum sciuerint indignitatem voluptatum, quia non sunt de dispositionibus necessariis in esse hominum, nedum de perfectionibus ipsorum, sed sunt consequentia ex necessitate materiæ, de seipsis eiicient voluptates omnino, & erunt abstinentes, & manutenebunt leges diuinas, & imitabuntur ordines naturales. Et manifestum est quòd debent esse liberales, & vilipendent pecuniam, quum sciant essentiæ pecuniæ vilitatem, & quod studiositas in ea est unum de desideriis præter naturam: Similiter debent esse sublimes, & amantes veritatem in operationibus, & dictionibus ipsorum, cum aliis consequentibus eis ex virtute humana. Si autem dicitur, quod esse non testatur super hoc, quia plures sapientes huius artis hoc tempore non sunt tales. Dicitur, quod hoc accidit eis propter dispositionem innaturalem in hac communitate: & ista dispositio est declarata exercitantibus in disciplina practicæ. Et signum super hoc, quod accidit eis res extra naturam, est quod inuenimus Alexan. & alios, dicentes quod sapientes virtuosi fuerunt in tempore suo: sapientes vero temporis huius, quia a communitate gentium viles habentur, & principes existimant quod non sunt digni regere ciuitatem, neque digni sint esse eorum secretarii, & proximi: sapientes tunc existimant quod hæc vilitas ex scientia acciderit eis: & propter hoc declinant a dispositione, quam naturaliter a scientia habuerunt, dispositione opinionis istius, & declinant uniuersaliter ad voluptates, & accidit eis dispositio extra naturam, in tantum quod non sunt digni esse pars ciuitatis: & hæc dispositio pluries Dia

[Margin notes:]
deł Cõ. ponere fœlicitatē ĩ scientijs speculatiuis, sed vide oppo 3. de aia: com, 36.
a Vide pro hoc primo cęli, com. 2.
Oppositum huius videt velle. Phylosophus. 3. ethi. c. 11.
Vide ꝑ hoc 1. me. tex. com. 5.
Dubium.
Solutio.
D
E
F

A *lecticis aduenis: ergo secundum naturam scientiæ sequuntur eos omnes virtutes: & secundum accidens sequuntur eos vitia propter societatem hominum temporis huius. Ordo autem huius libri est, quod iste liber est primus librorum positorum ab Arist. in scientia naturali: quia res naturales diuiduntur ad diuersas naturas: &, cum diuersificantur in eo, quod proprium est vnicuique eorum, communicant tamen in rebus communibus existentibus in eis: & propter hoc diuiditur consideratio huius artis in duas partes: Prima est consideratio in rebus communibus omnibus rebus naturalibus: Secunda est consideratio in rebus propriis vnicuique generi naturarum diuersarum: & ista pars secunda diuiditur secundum numerum diuersorum generum: & prorter hoc fuerunt libri positi in hac parte plures, sicut accidit in Logica, & in aliis partibus speculatiuis. Causæ autem, quare pars communis est prior partibus propriis, sunt tres in his artibus. Prima est quod commune est notius naturaliter proprio apud nos. Secunda quod idem in disciplina non erit pluries iteratum. Tertia,*
B *quod propositiones vsitatæ in hac erunt primæ & propriæ, verbi gratia qui demonstrat in triangulo angulos esse æquales duobus rectis, demonstrat hoc per propositiones primas: qui autem demonstrat hoc in triangulo diuersorum laterum, vel æqualium laterum, tunc propositiones, quibus vtitur, non erunt primæ: similiter qui demonstrat essentiam primæ materiæ homini, vel animali, vel aliis rebus particularibus: propter hoc oportet præponere partem communem propriæ, sicut librum Priorum, & librum Periermenias ante Posteriora, & dialecticam, & alias. Diuisiones etiam huius libri sunt in octo sermones: & quilibet sermo partitur in partes maiores, et minores, & maiores in minores partiuntur: & nos narrabimus istas partes in proœmio cuiuslibet sermonis. Proportio eius omnibus scientiis speculatiuis, scilicet comparatio scientiæ naturalis est secundum proportionem partis ad totum: quia scentiæ speculatiuæ sunt duobus modis: vnus numeratur propter exercitium, sicut mathematica: alius propter perfectionem, per quam ipsum est: & est scientia naturalis, & diuina. Proportio autem istius libri ad scientiam naturalem est sicut proportio elemen-*
C *torum rei ad rem: quia iste liber comprehendit res, quæ sunt principia, & radices vniuersales illorum, de quibus vult loqui naturalis. Via doctrinæ huius libri sunt species doctrinæ vsitatæ in hac scientia: & sunt modi omnium disciplinarum, scilicet tres modi demonstrationum, scilicet signi & demonstratio causæ, & demonstratio simpliciter: quamuis signum, & causa sint plus vsitata in hac scientia: & aliquando est vsitata demonstratio simpliciter. Et maneries disciplinæ, quæ fit via diuisionis, & enthymematis, exempli, & inductionis: quia vnoquoq; istorum vtitur ars demonstratiua secundum modum datum in posterioribus: sed vsus, quo vtitur enthymemate & inductione, est alius ab vsu, quo vtitur rhetorica, & dialectica. Nomen huius libri est Auditus naturalis, siue sermo naturalis: sed quum acciderit sermoni quod audiatur, mutatũ est loco sermonis auditus, secũdum mutationem, & alterationem, propter delectationem, & extraneitatem existentem in verbis mutatis, secundum quòd declaratum est in rhetoricis. Et appropriatur hoc nomine, quamuis sit commune arti huic: quia iste liber est principium, & radix totius istius artis: & vocatur pars nomine to-*

Idem 1. meteororũ cõ. 1. & 4. cœ. cõ. 25.

Idem 2. ani. 1. & 34. com. Et 1. ph. cõ. 4. Et clarius cõ. 57. vbi et iã istas tres causas assignat.

Vide 2. cœ. com. 35.

D

*tius : quia est in potentia omnes partes : sicut elementum est in potentia omnia generata ex eo. Nomen authoris est Aristote. filius Nicomachi, sapientissimus græcorum, qui composuit alios libros in hac arte, & in logica, & metaphysica, & ipse inuenit, & compleuit has tres artes. Inuenit, quia quicquid inuenitur scriptum ab antiquis in hac scientia, non est dignum, quod sit pars artis huius, nec ambiguitas etiam, nedum quod principia essent. Compleuit, quia nullus eorum, qui secuti sunt eum usque ad hoc tempus, quod est mille & quingentorum annorum, nihil addidit, nec* [a] *inuenit in eius uerbis errorem alicuius quantitatis : Et talem uirtutem esse in indiuiduo uno miraculosum, & extraneum existit : & hæc dispositio, quum in uno homine reperitur, dignus est esse diuinus magis, quam humanus : Et quoniã nos cõpleuimus capitula præcedentia ad hunc librũ, & cõpendiose exposuimus illi, qui uult intelligere uerba libri huius, ad exponenda uerba libri iam debemus transire.*

consimile. 3. cœli. cõ. 68.

a Vide pro hoc. 2. cæl. cõ. i. Et. 12. met. cõ. 14. &. i. de gña. cõ. 38. &. 3. de aĩa. com. 4. &. 3. meteorũ com. vlt. in expositiõe media

# ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, LIBER PRIMVS DE PHISICO AVDITV,

## *CVM AVER. CORDVBENSIS* Commentariis, nunc clarior prodit.

### Summa Primi Phisicorum, secundum Auer.

A tex. primo vsque ad 6. docet modum procedendi in philosophia naturali.
A. 6. vsque ad 32. refellit veteres non naturaliter loquentes.
A. 32. vsque ad 41. contradicit ponentibus infinita principia.
A. 41. vsque ad 60. pandit esse tria principia rerum naturalium.
A. 60. vsque in finem differit de materia prima, ac priuatione.

### *Ab vniuersalibus ad particularia procedendum.* *Cap. I.*

A QVONIAM quidē intelligere, & scire cōtingit circa oēs sciētias, quarū sunt principia, causę, aut elementa, ex horū cognitione: Tunc enim opinamur cognoscere vnumquodq;, cum causas primas cognoscimus, & principia prima, & vsque ad elementa. Manifestum quidem, quod quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primo determinare tentandum.

Quoniam dispositio scientię, & certitudinis in omnibus viis, habentibus principia, aut causas, aut elementa, nō acquiritur nisi ex cognitione istorum: Credimus.n. in vnaquaque rerū ipsam scire, cum sciuerimus causas eius simplices, & prima principia eius, donec perueniamus ad elemēta eius: Manifestū est, quod in sciētia naturali ēt, B oportet primo quærere determinationem principiorum eius.

a Noīa synonyma nō vsitantur ī doctrina demōstratiua. Idē 4. ph. c. 129. et 1. cœ. c. 1. 1

INCOEPIT hunc librū a causa, propter quā fuit consideratio huius sciētiæ in cognitione causarū rerū naturaliū. Et. d. Quoniā dispositio. i. quia declaratū est in posterioribus, q̄d dispositio sciētię certę in oībus artibus demōstratiuis, cōsiderantibus de rebus habētibus vnā quatuor causarū, aut plures vna, aut oēs, non acquirit̄ nisi ex cognitione causarū. Et nō intēdebat per scientiā, & certitudinē nomina synonima: [a] qm̄ nomina synonima nō vsitātur in doctrina demonstratiua: sed intēdebat dispositionē scientię certæ, quæ est sciētia perfecta. Scientia. n. alia est perfecta, & est illa, quæ est per causam: Alia est imperfecta, & est illa, quæ est sine causa. Et intendebat p̄ vias artes speculatiuas, quæ

Quō vsitēt. Vide pulchre Auer. in cō. 45. 4. phys.

Distinctio scientiæ.

dicuntur viæ:quia cõsiderãs in eis vadit a determinatis rebus ad res indetermi- D
natas p res terminatas. Et dixit.Principia,aut causas,aut elemẽta:quia artium speculatiuarũ,aut suarũ partiũ sunt quædã,q uæ cõsiderant de rebus simplicibus carentibus principijs:et hęc est dispositio sciẽtię cõsiderãtis de primis principijs cuiuslibet entis. Et dixit,principia,aut causas,aut elemẽta,pp diuersitatẽ modorũ quatuor causarũ:& intẽdebat p̃ principia in hoc loco causas agẽtes, & mouẽtes,& per cãs fines,& per elemẽta cãs,quæ sunt partes rei.s.materiam & formã:& hic vtit̃ hoc noĩe principiũ proprie,& similiter hoc noĩe causa: qa sunt nomina synonima,cũ vsitent̃ cõiter:& sic,vt mihi vr̃,exposuit ipse Alex. Et [a] intẽdebat Arist.per hũc sermonẽ docere ꝙ nõ oẽs artes considerãt de omnibus causis,sed q̃dam cõsiderãt de causa formali tm̃, scilicet mathematicę,& quędã de tribus causis.s.motore,& forma,& fine,& est sciẽtia diuina: [b] & quędã de quatuor causis,& est sciẽtia naturalis:& quia hoc nõ fuit manifestũ ĩ hoc loco,induxit sermonẽ in forma dubitationis,& d.habẽtibus principia, aut cãs, aut elementa.i.q̃m idẽ sequitur,siue ponat̃ ꝙ illę res habeãt principia agẽtia, aut finalia,aut elemẽtaria,aut oĩa:& impossibile est, vt hęc cõiunctio,aut,sit sicut copulatiua:nã dispositio certę sciẽtiæ inuenit̃ in rebus habentibus causas quasdã per sciẽtiã illarũ causarũ,sicut inuenit̃ in habẽtibus oẽs causas. Et cũ posuit hãc propositionẽ, induxit testimonia ad verificandũ illã:quod fere inducit in posterioribus Analeticis. & d.Credimus [c].n.in vnaquaq; rerũ &c. & signũ E
eius,qđ diximus,q đ dispositio sciẽtię certę de aliquo nõ acquiritur nisi ex cognitione causę, cuius est:q̃m omnis,qui dicit se scire aliquid, nõ dicit hoc nisi q̃n sciuerit illud p̃ suas oẽs causas propĩquas,& remotas, & hoc inuenit̃ in omni,q aliqđ scit in veritate,aut scđm existimationẽ:& ꝙ ĩ ista ꝓpositione cõueniũt oẽs cõsiderãtes,adeo q đ ẽt sophystę,[d] vt dixit in posterioribus. D. d.cũ sciuerimus cãs eius simplices:& intẽdit,vt vr̃ causas existẽtes in re primas,nõ cõpositas,& sunt prima materia,& vltima forma: Quę.n.sunt p̃ter primã materiã,& vltimã formã cuiuslibet rerũ naturaliũ sunt materię cõpositę,& formę cõpositę.D.d.et prima principia,& intẽdit hic,vt vr̃,p prima principia,primas causas,q̃ sunt extra rem.s.primũ agẽs, & vltimũ finẽ oĩum rerũ. D.d.Donec ꝑueniamus ad elemẽta eius:& intẽdit per elemẽta cãs existẽtes in re, ꝓpinquas & essentiales.Et [e] innuit per hoc,qđ dixit, qđ doctrina ordinata est incipere a cognitione causarũ primarũ rei cognoscẽdę pfecte. Deinde intẽdere ad cognitionẽ aliarũ causarũ remotarũ scđm ordinẽ,donec ꝑueniat̃ ad causas ꝓpinquas. Et secundũ hoc [f] vtitur hic hoc noĩe causa,& elementũ alio modo ab eo, quo vsus est illic prius,scđm suũ morẽ ĩ habẽdo modicã sollicitudinẽ de noĩbus. Et, cũ posuit hanc maiorẽ propositionẽ in hoc sermone dicentẽ qđ sciẽtia certa de rebus habẽtibus causas,& elemẽta nõ acquirit̃ nisi ex cognitione causarũ , & F
elemẽtorũ:dimisit minorẽ propositionẽ ,& induxit cõclusionẽ,quã intẽdit per hunc sermonẽ,& dixit. Manifestũ est,qđ in sciẽtia naturali &c.i.manifestũ est: q̃m ex hoc sequit̃ ꝙ qui vult largiri sciẽtiã de natura,oportet ipsum prius quęrere determinationẽ causarũ rerũ naturaliũ habentiũ causas,& elemẽta.Et iste sermo cõponitur sic.Omnia naturalia habẽt causas,& elemẽta: & oĩa habentia causas,& elemẽta non sciunt̃ nisi ex cognitione causarũ, & elemẽtorum. Ergo oĩa naturalia non sciuntur nisi ex cognitione suarũ causarum,& elementorum.

Innata est aũt via ex notioribus nobis, & certioribus in certiora naturæ,& notiora:Non enim sunt eadem nobis nota , & simpliciter, vnde quidẽ necesse est secundum hunc modũ procedere ex incertioribus naturæ,nobis aũt certioribus,in certiora naturæ,& notiora.

Et via ad illa est de rebus notioribus , & manifestioribus apud nos ad res, quæ sunt manifestiores in natura : Illa enim , quæ sunt cognita apud nos , non sunt illa , quæ sunt cognita simpliciter . Et ideo necesse est ire per hãc viã,& venire de rebus,quæ latẽtiores sunt

a Vide pro hoc. 5. met. cõ.4. & 12. met.cõ.23.

Sciẽtia diuina de tribus causis cõsiderat vide oppositũ. 3. me.c.3.et 12 me.c.6. vbi d. qđ duas. vide 2. me. cõ.6.vbi.d. ꝙ cõsiderat quatuor genera causarum, &c. Vide cõ. 31. 3. cęli.

b Idẽ.3.cœ. tex. cõ.30.

c Prio post. t. com.5. Vide cõsi'e. 2.ph. cõ.10. et 1.cę.cõ.1. & 5.me. cõ. 29.& 1, ph, com.82.

d Oppositũ 12.me.cõ,6. & 3,me. c.3. vbi hr̃ quod vltimus finis omniũ rerũ a metaphysico considerattur.

e Vide consimile. 8. m. c.12.& in 2, phy. cõ. 72, & 38.

f Quomodo liceat vti v̇bis ęquiuo-

A apud naturam,& manifestiores apud nos,ad res, quæ sunt manifestiores & notiores apud naturam.

Cum declarauit,quod oportet naturalem largiri cognitionem causarum, & elementorum,incœpit declarare viam inducentem ad cognitionem causarũ rerum naturalium,scilicet naturam demõstrationũ largientium causas rerũ naturalium.Et.d.Et via est ad illa,id est,& via inducẽs ad cognitionẽ causarũ rerũ naturalium est de propositionibus acceptis ex rebus posterioribus in esse,quæ sunt notiores,& manifestiores apud nos, ad conclusiones priores in esse, quæ sunt notiores,& manifestiores apud naturã,& latẽtiores apud nos: & est modus demonstrationum,qui dicitur signum.Et, cum declarauit naturam demonstrationis,qua vtitur in hoc:causam dedit. Et dixit. Illa enim,quæ sunt cognita apud nos/&c.i.& causa in hoc quod via, per quam itur in hac sciẽtia,debet esse a rebus posterioribus in esse ad priores in esse:quia illa, quæ sunt cognita apud nos in rebus naturalibus, non sunt illa quę sunt cognita simpliciter.i.naturaliter:qđ est contrariũ in mathematicis:illa.n.quæ sunt cognita in illis simpliciter,& sunt causę priores in esse,sunt cognita apud nos. Quia igitur naturaliter imus de scito apud nos ad ignotum, si contigerit vt notum apud nos sit notum apud naturam, tunc demonstrationes [a] datæ in hac scientia erunt demonstrationes causę,& esse,&,si contigerit vt nota apud nos non sint nota apud naturam, quæ non sunt priora in esse, sed posteriora,tunc demonstrationes datæ in hac scientia erunt de numero signorum, non demonstrationes simpliciter. Et, cum notificauit, quod via in hac scientia est incipere a rebus notis apud nos, & intendere ad res notas apud naturam et ignotas apud nos: & quod impossibile est aliter incedere in hac scientia: incœpit declarare quod per hãc viã oportet in hoc libro ire.s.qđ oportet ipsum cõsiderare de hoc ex rebus cognitis apud nos:procedẽdo ad res cognitas apud naturã, quæ sunt causæ quæsitæ.Et.d.Et ideo oportet nos &c. Deinde demonstrauit, quæ sint illa,quæ sunt cognita apud nos, & latentiora apud naturã,& quæ sunt illa,quę sunt cognitiora apud naturã,& ignota apud nos.

B

Sunt aũt primũ nobis manifesta,& certa confusa magis: posterius aũt fiunt ex his nota elemẽta, & principia nobis diuidentibus hæc.

Et illa,quæ primo sunt apud nos euidentia,& manifesta sunt mixta,scilicet,composita proprie, deinde in postremo efficiuntur nobis ex istis elementa, & principia manifesta.

Dicit & illa,quę sunt cognita apud nos primo de rebus naturalibus,sunt cõposita causata ab elemẽtis,& illa, quæ sunt ignota apud nos naturaliter,sunt causæ cõpositorũ:sed possibile est ex rebus cõpositis.i.ex cõsequẽtibus earũ cognoscere causas,adeo qđ,ex hoc erũt notę ille causæ,ex qbus cõponũtur. Causæ aũt sunt notiores apud naturã:quia natura facit cõposita ex causis, vnde vr̃ quod causę sunt notiores apud illam, sicut est dispositio in rebus artificialibus cũ artifice.s.ꝙ causæ sunt notiores apud illũ.Si igit' nos ageremus res naturales:tũc causæ essent notiores apud nos:sed,q̃a nos nõ habemus agere eas, ideo dispositio in eis apud nos est contraria dispositioni in rebus artificialibus. 3

C

Vnde ex vniuersalibus in singularia oportet procedere. Totum enim secũdum sensum notius est, vniuersale autem totũ quoddã est, multa enim comprehendit,vt partes,vniuersale.

Et ideo oportet nos intendere & procedere de rebus notis vniuersalibus ad particulares. Vniuersum.n.notius est in sensu, & vniuersale est aliqđ vniuersum,vniuersale.n.cõtinet res plures,tanq̃ partes.

Cũ declarauit qđ causa,propter quã debemus ire in hac scientia de posterioribus ad priora est:quia semper debemus ire de illo quod est notũ apud nos ad illud,qđ est ignotũ apud nos, narrauit qđ propter hãc causam,s.ire de notiori 4

cis in doctrina demõstratiua. vide.3. de aĩa c.20. Idẽ.2.de aĩa t.c.12.& 33. idẽ infra in hoc.1.t.c.57 & 7.me.te c.10.et 3.cę.c.61. 2

Documẽtũ. a Hic patet quid sit demonstratio simpliciter, & qd signi demonstratio.vide cõsimile.2.cę. cõ.35.& demonstratio cãę tantum. Vide ꝓ hoc etiã.8.phys. cõ.05.

Cõtradict in hic & in 2. poste.t.c.21. quia ibi dr̃ ꝙ a singularib9 ad vl'ia oportet procedere.

apud nos ad latẽtius, oportet incipere in ordine doctrinæ a cognitione causarũ vniuersaliũ, & accidentiũ vniuersaliũ. Et dixit. Et ideo oportet ꝓcedere, &c. i. & causa, propter quã fuit necesse vt demonstrationes huius scientię fuerint signa, & est ire de notiori apud nos ad latẽtius, oportet etiã nos procedere in doctrina de rebus vniuersalibus ad particulares. Et intẽdit per vniuersalia vniuersalissima, quæ possunt inueniri in istis rebus rerũ naturaliũ, s. de causis, & accidentibus: qm̃, quãto magis vniuersale fuerit cõmunius, tãto magis continebit. Et ex hoc sermone declaratur q̃ d intẽtio istius libri est loqui de rebus vniuersalibus cõibus omnibus, quæ cõstituuntur per naturã. Et, cũ d. particularia, nõ intendit indiuidua, sed vltimas species, aut illa quæ sunt quasi vltimæ species. Et, cũ declarauit modum ordinationis doctrinæ in hac sciẽtia, & quod oportet procedere de illo, quod est magis cõe ad illud, quod est magis proprium: quia illud, quod est magis cõe, est notius: quẽadmodũ via demõstrationis in hac sciẽtia per hãc causam necesse fuit ire de posterioribus ad priora: incępit dare cãm, ꝑ quã fuit necesse vt vniuersale intelligibile vniuersaliter sit notius particulari quod est sub illo, & dixit. Vniuersum. n. &c. i. & res vniuersales sunt notiores apud intellectũ quã particulares. s. species: quia vniuersale assimilatur indiuiduo cõposito: & cõpositũ est notius apud sensum. i. quemadmodũ igitur istud vniuersum qđ est notius apud sensum, quod est principiũ fidei, quã simplicia, quæ sunt causæ illius vniuersi. s. demonstrati, & similiter vniuersalia sunt notiora apud intellectũ quã propria, vniuersale. n. est aliquod vniuersum, cum contineat multa. Quia igitur ita se habet ad intellectũ, sicut cõpositum particulare ad sensum, ideo dispositio vniuersalis apud intellectum est dispositio particularis apud sensum. Causa igitur in hoc, quod vię demonstrationũ in hac scientia sunt de cõpositis ad simplicia, & in hoc, quod principiũ doctrinæ est de rebus vniuersalibus, est, qm̃ vniuersum demonstratũ est notius apud sensum quam partes eius, & vniuersale est notius apud intellectum quã proprium. Et cum declarauit quod vniuersale assimilatur vniuerso composito demonstrato, dedit modũ similitudinis, & dixit, vniuersum. n. continet multas res sicut partes: vniuersale. n. continet multas species quæ sunt sub eo, sicut partes rerum compositarum indiuidualium.

Quę sint res vniuersales oibus naturalibus communes. Vide in prologo. com. Quę sit ẽt libri intentio. vide ibi. & 3. cę. com. 2. idẽ. infra. c. 5. & 2. de aïa cõ. 1. & 34. & 2. de generatione, tex. cõ. 51.

Sustinent autem idem quodammodo hoc & nomina ad rationem: totũ enim quoddã, & indistincte significant, vt puta circulus: definitio autem ipsius diuidit in singularia. Et pueri primũ appellant omnes viros patres, & fœminas matres: posterius autẽ determinant horum vnumquodque.

Et iam accidit hoc idem quoquo modo in nominibus apud definitiones: significant enim aliquod vniuersum non determinatum. V. g. hoc nomẽ circulus, definitio eius distinguitur per particularia. Et puer existimat in principio omnẽ virum, quem videt, esse patrẽ eius, & omnem mulierem esse matrem eius. Deinde in postremo distinguit, & determinat vtrumque. F

5 Cũ declarauit causam, propter quam vniuersale est notius particulari, quod est sub eo, incœpit docere ꝙ propter hanc causam illud, quod significat nomen est, notius apud nos quam illud, quod significat definitio, scilicet, apud intellectum. Et. d. Et accidit similiter hoc idem &c. id est, propter hanc causam accidit similiter eis, quæ significant nomina apud illa, quæ significant definitiones scilicet quoniam illa, quæ significant nomina, sunt notiora eis, quæ significant definitiones. Deinde dicit. Et significant aliquod vniuersum &c. id est, & causa in hoc ꝙ nomina sunt notiora definitionibus, est, quoniam nomen significat aliquod vniuersum, & est species nominata: & illud vniuersum non est distinctum: vt hoc nomen circulus, quod significat vniuersum non distinctum, definitio vero eius, quæ est figura plana intra quam est punctus

a quo

A a quo oẽs lineę exeuntes ad circunferentiam sunt æquales, est vniuersum distinctũ, & determinatum per elementa, ex quibus constituitur circulus, scilicet genus & differentia: & hoc intendebat, cum dixit determinatur per particularia, vocat.n. elementa species & causas particularis indiuidui vniuersi. Et dixit quoque modo: quoniam illa, quæ significant nomina, scilicet nomina specierum, assimilantur vniuersali inquantum cõtinet causas, ex quibus cõstituitũ species: & differunt ab eo, in eo quod vniuersale continet species. vniuersale igitur est aliquod vniuersum specierũ: & illud, quod significãt noĩa, est aliquõ vniuersum diuisum in causas, ex quibus constituitur species. vniuersum vero in rei veritate est indiuiduũ, cõpositũ demonstratũ. & similiter partes in rei veritate, quæ sunt partes indiuidui: & sunt illę, de quibus dixit quod sunt notiores in sensu quã causæ: & ex hoc, quod istud vniuersum est notius apud sensum causis, est causa in hoc, quod vniuersalia intellecta sunt notiora apud intellectũ quã suæ partes intellectæ: siue illæ partes sint species, aut causæ: & similiter est causa in hoc, quod res posteriores in esse.s. accidentia, sunt notiora apud nos quam causæ. Et quæret aliquis quod hoc qđ dixit, quod illa, quæ sunt apud nos euidẽtia &c. & hoc, quod dixit post, & accidit hoc idẽ in nominibus apud definitiones, nõ sunt idẽ. quoniã impossibile est ipsum intelligere per res mixtas cõpositas indiuidui demõstrata: cũ ex istis nõ procedat ad elemẽta, & principia intellecta: non.n. sunt partes syllogismi: sed proceditur ad illud ex specie cõposita nõ ex indiuiduo: ergo ista est dispositio speciei apud suas causas, & dispositio eius, quod significant nomina apud illud qđ significant definitiones: qũo igitur posuit hic aliũ modũ? Ad hoc autem dicamus quod in primo sermone fecit cõparationẽ inter species, & suas causas secundũ fidẽ, & dixit quod species compositę apud nos sunt notiores suis causis, & quod ex istis speciebus procedimus ad cognitionẽ causarũ mediantibus accidentibus existentibus in eis: in hoc autem sermone fecit comparationem inter species, & causas suas secundũ imaginationẽ & dixit quod illud, quod significãt nomina, sunt notiora apud nos quam illud, qđ significant definitiones. Sunt igitur tres modi cõpositionis.s. cõpositio speciei ex suis causis: Et cõpositio generis ex speciebus: & vtraque istarũ cõpositionũ est notior apud intellectum quam partes. Tertia aũt cõpositio est cõpositio indiuidui ex suis partibus, scilicet quæ sunt [a] secundum sui qualitatem: & ista compositio est notior apud sensum, quam partes: & eo quod ista compositio est notior apud sensum, ideo illi duo modi compositionis sunt notiores apud intellectũ. Et ideo non est remotũ ipsum intelligere per hoc, quod dicit, & illa quæ sunt apud nos manifesta, sunt mixta cõposita secundum duos modos compositionis.s. compositionem indiuidui, & compositionem speciei: indiuiduum enim compositũ, licet non sit principiũ in doctrina demõstratiua, tamen est principiũ

C acquisitionis vniuersalis, quod est principiũ doctrinæ demonstratiuæ. Et, cum declarauit quod cõe est notius apud nos ꝓprio, queadmodũ compositũ est notius simplicibus, dedit testimoniũ super hoc, & dixit, Et puer existimat &c.i. signũ eius, qđ cõe est notius apud nos naturaliter quam propriũ, est, quia videmus cõprehensionem communem præcedere propriam comprehensionẽ. infans enim in principio cõprehensionis existimat omnẽ virũ esse patrẽ, & omnẽ mulierẽ esse matrẽ: & cũ vigoratur intellectus suus, cognoscit patrẽ inter cęteros viros, & matrẽ inter cæteras mulieres. Iste igitur est prologus libri: & cõtinet intentionẽ: & ordinẽ eius, & modũ doctrinæ demonstratiuæ.

(Margin notes: Idẽ.12.met. cõ.27. & 2. de gña.c.59 — Quæstio. — Prima solutio. — Tres modi compositionis. — a Quæ sint partes secũdũ qualitatẽ 4.phy.c.20. et 3.cę.c.12. — Secũda solutio. — Vide ꝑ hoc in secũdo posteriorum in fine. — B)

*Antiquorum opiniones, vt cum eis disputaturus, de rerum naturalium principiis recenset.* *Cap. I I.*

NECESSE est aũt aut vnum esse principium, aut plura: & si vnum, aut immobile, sicut dicunt Parmenides, & Melissus, aut mobile, sicut physici, hi quidem aerem asserentes esse, alii vero aquam primum principium:

ſi autem plura, aut finita, aut infinita: &, ſi finita, plura autem vno, D aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſecundum aliquem alium numerum: & ſi infinita, aut ſic eſt, ſicut dixit Democritus, genere quidem vnum, figura vero, aut ſpecie differentia, aut contraria.

Et oportet neceſſario vt principium ſit vnum, aut plura vno. Si vnum, aut immobile, vt dicunt Parmenides & Meliſſus, aut mobile, vt dicunt naturales: quidam enim dicunt quod primum principium eſt aer, quidam autem aqua: Si vero principia fuerint plura vno, aut erunt finita, aut infinita: Si igitur fuerint plura vno, ſed finita, aut erunt duo, aut erunt tria, aut quatuor, aut alterius numeri neceſſario, quicunque ſit. Si autem infinita, aut erunt, ſicut dixit Democritus, eadẽ in genere, ſed in figura, & in forma diuerſa, aut erũt cum hoc contraria.

6 FINITO prologo incœpit perſcrutari de principijs communibus omniũ rerum naturaliũ. Et dixit. Et oportet neceſſario &c. id eſt, & oportet, ſecũdum naturã diuiſionis vt pricipiũ exiſtens in re ſit vnũ, aut plura vno: &, ſi E aliqs poſuerit principiũ eſſe vnum, tunc illud vnũ aut erit non tranſmutabile, vt dicunt Parmenides & Meliſſus, qui dicunt non naturaliter, quia negant tranſmutationem, & motum: aut tranſmutabile, vt dicunt naturales, ſcilicet qui naturaliter loquuntur: & ſecundum naturam diuiſionis deberẽt dicere, & ſi vnũ, aut erit finitũ, aut infinitũ, vt dicũt Parmenides & Meliſſus: ſed innuit hanc diuiſionẽ p diuiſionẽ pluriũ principiorũ finita & infinita. & dixit. Vt dicũt Parmenides & Meliſſus, id eſt, ſi imaginati fuerimus quod Parmenides, & Meliſſus vtantur hoc nomine ens pro principio: iſti enim non dixerunt principiũ eſſe vnum immobile, ſed ens eſſe vnum immobile: & ſic poteſt quis intelligere per ipſum ens non principium entis: & eſt conuenientius, vt dicet poſt: quoniam, ſi vtuntur hoc nomine ens pro principio, tunc non poſſunt dicere ens eſſe vnum: quoniam principium habet in ſe duo, ipſum principium, & illud, cuius eſt principium. Et, cum induxit modos, quos poteſt dicere, qui dicit principium eſſe vnum, reuerſus eſt etiam ad numerandum omnes modos quos poteſt dicere dicens principia eſſe plura vno, ſcilicet principia, quæ ſunt in re. & dixit Et, ſi principia fuerint plura vno, &c. id eſt, ſi quoniam fuerint finita, neceſſario habent numerũ determinatum. Deinde dixit. Et, ſi infinita &c. id eſt, & ſi infinita, aut erunt eadem in genere, diuerſa in forma, & figura, aut diuerſitate contraria, aut non contraria, ſcilicet infinita: aut erunt eadem in ſpecie, diuerſa in quantitate, vt dicebat Democritus: ſed innuit hoc cũ diuidens hoc p primum, vt eſt ſuus mos in abbreuiatione: & in iſto modo eſt multitudo rerũ: multitudo enim aut eſt ſecundum formam, aut ſecundum quantitatem: & has duas multitudines dixerunt antiqui de principijs: & tacuit diuiſionem plurium principiorum in motum, & in quietem: nullus enim dixit plura principia quieſcentia eſſe: aut quia contentus eſt hac diuiſione in primo principio. F

Tex, cõ. 8.

Multitudo, aut eſt rerũ ſecundũ formã, aut ſecũdũ quantitatem. Idẽ. 3. meta. t. c. 11.

Similiter autẽ quærunt & quæ ſunt quærentes quot ſunt, ex quibus ſunt, quæ ſunt, quærunt primum hæc, vtrum vnum, aut plura ſint: & ſi multa, aut finita, aut infinita: quare principium, & elemẽtum quærunt vtrum vnum, aut multa.

Et eodem modo quærunt illi, qui quærunt de entibus quot ſunt: prius enim quam perſcrutentur de illis, ex quibus ſunt entia, perſcrutantur de eis vtrum ſint plura, aut vnum: Et ſi plura, vtrum finita, aut infinita: & ſic erit perſcrutatio eorum, & de principio, & de elementis: vtrum ſint vnum, aut plura.

A Dixit: Et in hunc modum inquisitionis diuiditur perscrutatio eorum, qui 7
perscrutantur de entibus quot sint: & sunt illi, qui vtuntur hoc nomine ens, pro hoc nomine principium: existimant enim principia esse entia: quia solummodo perceperunt materiale principium, & non formale: quare non fecerunt differentiam inter principium & ens: isti enim perscrutantur de entibus vtrum sint vnum, aut plura: quia intendunt per hoc nomen ens principium: & sic perscrutatio eorum in nihilo differt a perscrutatione de elementis vtrum sint vnũ aut plura: cum non differant nisi in voce tantum. Deinde dixit, prius enim quã perscrutentur de illis, ex quibus &c. id est, quoniam isti ex perscrutatione sua de rebus, quæ sunt principia entium, perscrutantur primo de entibus vtrũ sint vnum, aut plura: &, si plura, vtrum finita, aut infinita: & sic perscrutatio eorũ de ente vtrum sit vnum aut plura, eadem est cum perscrutatione de principio, aut elemento, vtrum sit vnum, aut plura.

Antiqui perceperunt solũ mãle principiũ, nõ formale, Idẽ. 2. phy. com. 9. Idem. 2. de aĩa. c. 36. & 8. c. 7. me.

Id quidem igitur, si vnum, & immobile sit quod est intendere, non de natura est intendere. Sicut enim geometræ non amplius ratio est ad destruentem principia sua, sed aut alterius est scientiæ, aut omnibus communis: Sic neque ei, qui de principiis: Non enim amplius
B principium est, si vnum solum, & sic vnum est aut principium enim: cuiusdam, aut quorundam est.

Litera argyrop. clarior. Considerare igit̃ si id, qđ est, vnũ sit, atq; immobile, non ad naturalẽ physicum pertinet &c.

Et dico nunc quod consideratio de ente, vtrum sit vnum immobile, non est consideratio naturalis: Quemadmodum igitur Geometra non habet disputationem cum eo, qui negat principia geometriæ: Sed loqui de hoc spectat ad aliam scientiam a geometria, aut ad scientiam communẽ omnibus scientiis: Similiter Naturalis non habet loqui de principiis an sint: Non enim erit hic principium omnino, si fuerit vnum tantum, & fuerit huiusmodi vnum: Principium enim est alicuius principium, aut aliquorum.

Cum dixit quod illi, qui vtuntur hoc nomine ens pro principio non differt 8
perscrutatio eorum, scilicet vtrum ens sit vnum, aut plura a perscrutatione eorum, qui perscrutantur, vtrum principium sit vnum, aut plura, incœpit dicere quod illi, qui vtuntur hoc nomine ens pro ipso ente, & non pro principio,
C dicentes ipsum esse vnum, & immobile, multum distant ab eis, qui vtuntur hoc nomine ens pro principio: Consideratio enim istorum est naturalis, illorum vero non naturalis. Et dicit. Et dico nunc, &c. id est, consideratio nunc de ente, vtrum sit vnum, aut plura, & mobile, aut immobile, quoniã hoc nomen ens non significat ipsum principium, est perscrutatio innaturalis. Deinde dedit causam, & d. queadmodũ igitur geometra, &c. id est, qui dicit ens vnũ esse, & immobile, negat principia, quæ ponit Naturalis scilicet entia naturalia plura esse, & mobilia, & habentia principia id est composita: nam posito ente esse vnum, non erit illic principium omnino: & similiter [a] motu ablato non erit illic principium mouendi, scilicet natura. & quia qui hoc ponit negat principia posita a Naturali: rectum est vt cum eo non fiat disputatio: quemadmodum geometra non disputat cum negantibus prima principia geometriæ: sed loqui cum huiusmodi hominibus pertinet ad aliam scientiam, aut propriam, aut communem omnibus scientijs, scilicet primam phylosophiam, aut artem disputandi: Et dixit, similiter Naturalis non habet loqui de principijs id est, similiter autem de principijs notis per se non oportet loqui in hac scientia: aut, si fuerit, erit alterius a Naturali. Deinde dicit non enim erit hic &c, id est, secundum enim sermonem dicentis ens esse vnum, & immobile non erit hic principium omnino, neque causa rerum naturalium: si enim est principium, est illud, cuius est principium: quare ens non erit vnum, sed plu-

a Motu ablato aufert natura. Idẽ 2. phy. 71. & infra in hoc primo. 11. & 8. ph. 22. & 23.

Quę sit sciẽtia cõmunis oĩbus scientijs, quę disputare habet cõtra ne

ra vno. Qui igitur dicit ens esse vnum, & immobile, negat principia cognitionis, & principia eius, quod est esse & cognitionis: entia enim esse plura, & mobilia est de principijs cognitionis in hac scientia: entia autem naturalia habere principia, quæ sunt causæ motus, & quietis in eis, est principium cognitionis & esse: hoc igitur nomen principium vsitatur hic pro ambobus modis. Et exposuit modum ex quo sequitur quod dicens ens esse vnum negat principium essentiæ & cognitionis: & tacuit modum, ex quo contingit dicenti ens esse vnum negare principia cognitionis, & est pluralitas & motus. Nam qui negat principium, negat pluralitatem, & motum: principium enim est causa vtriusque. Et dixit non erit hic &c. secundum enim dicentem quod ens est vnum, intendendo simplex, non erit hic principium omnino, quia principium exigit compositionem, & pluralitatem, & dicere ens esse vnum exigit contrarium: non igitur erit hic principium, si ens fuerit vnum hoc modo scilicet simplex: &c. hoc intendebat cum dixit, & fuerit vnum huiusmodi, id est, & fuerit simplex. D

Simile igitur intendere est an sic vnum est, & ad aliam positionē quamlibet disputare. V.g. ad dicta aut Heraclitana, aut si quis dicat hominem Vnum, quod est esse.

Et perscrutari de vno, si fuerit huiusmodi, est simile alloqui in contradictione alterius positionis, quæcunque sit positionum, quæ solummodo sunt ex eis, quæ simpliciter dicuntur verbis, vt sermo Heracliti, aut sermo dicentis ens esse vnum hominem. E

9 Hæc perscrutatio de ente, vtrum sit vnum, aut non vnum, & loqui de hoc simile est alloqui, & perscrutari de aliqua positione falsa, quæ nullam habet rationem, sed solummodo dicitur verbis: vt sermo Heracliti quod omnia sunt mobilia: aut sermo dicentis omnia entia esse vnum hominem demonstratum: non enim est differentia inter sermonem dicentis omnia esse vnum, & dicentis omnia esse vnum equum, aut omnia esse vnum hominem.

Aut soluere litigiosam rationem: quod sane vtræque quidē habent rationes & Melissi, & Parmenidis, & enim falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi opinio onerosa est, & non habens dubitationē: sed vno inconuenienti dato alia contingunt: hoc autem videre nihil est difficile. F

Et assimilatur cuidam sermoni sophistico: & hoc inuenitur in vtroque sermone, scilicet Mellissi, & Parmenidis: accipiunt enim falsa, & qđ non sequitur ex syllogismo: Sed sermo Melissi est magis vanus, & non est in hoc dubium: concessit enim eo improbabile, & induxit super ipsum residuos sermones.

10 Cum dixit quod sermo dicentium ens esse vnum est de genere sermonum fictorum, incœpit declarare naturam sermonis, a quo acceperunt signum dicentes ens esse vnum, scilicet Parmenides, & Melissus. Et dixit & assimilatur &c. id est, sermo eorum, per quem ratiocinantur super hoc quod ens est vnum, similis est quibusdam sermonibus sophisticis: & hoc sophisma inuenitur in vtroque sermone, per quem ratiocinantur ambo. Deinde dixit accipiunt enim falsa &c. id est, ponunt enim in suis syllogismis falsas propositiones, quę faciunt syllogismum non concludentem, aut simpliciter, aut illud, quod nituntur concludere: & talis est sermo vanus, vt dictum est in sophistica, scilicet qui est ex falsis propositionibus, & mala forma. Deinde dixit sed

gantes principia oīum scientiarum pticulariū. Vide, 3. cœ. cō. 4. & 8. phy. cō. 22.

Qui negat principium, negat pluralitatē, & motum principiū.n.est cā vtriusque.

Quō principiū sit causa motus. Vide 5. me. t. c. 1. ex definitione sua. sed ē cā pluralitatis pp suam relōnem ad principiatum &c.

a Litera argy. Simile ē itaq;, si hoc mō sit vnū considerare, & de aliā quauis positione differere, quæ sermonis causa dr̄, qualis est Heracliti vel quispiā id, quod est vnum hominē eē dixeris.

Vno inconuenienti dato alia contingunt.

Idē infra. te. commē. 22.

Sermo vanus ē, qui est ex falsis ppositionibus & ex mala

A fermo Melifsi &c. id eft, fed fermo Melifsi eft magis vanus quam fermo Parmenidis : & non facit aliquam dubitationem: quia concefsit in eo propofitionem improbabilem falfam : & eft quod, fi ens non generatur, non habet principium: fyllogifmus.n. eius eft, quod, fi ens generatur, habet principiū. Deinde deftruxit antecedens , & conclufit quod non habet principium , & peccauit in deftructione cum hoc, ꝙ propofitio dicens quod ens non generatur, eft falfa. Syllogifmus autem Parmenidis eft, quod quicquid eft prçter ens non eft ens: & quod non eft ens nihil eft: ergo ens eft vnum. ifte etiam non conclulit illud, quod intendebat concludere cum hoc, quod propofitiones eius etiam non funt verç, quia funt duplices ex æquiuocatione: conuenit igitur cū fyllogifmo Melifsi in hoc, ꝙ eft malus in materia , & forma : fed dixit in eo ꝙ eft minus vanus: quia propofitio minor in eo non eft negatiua, fed eft infinita: [a] & cum propofitio minor eft infinita in prima figura erit concludens: fed non eft ita de negatiua: fyllogifmus enim tunc non concludet : & intelligo per priuatiuam hoc, quod dixit, quicquid eft præter ens eft non ens, id eft, non eft ens, intendebat enim per hoc, quod dixit, ꝙ quicquid eft præter ens in rei veritate eft non ens, & quicquid eft non ens eft nihil: & ipfe loquetur poft in hoc, quod ifti fyllogifmi funt fophiftici , & declarabit [b] corruptionem eorum, ficut diximus .

f ... ma Idem infra cō.22.

a Quādo ꝓpofitio minor eft infinita in prima figura, fyllogifmus erit concludēs, minime aūt qñ negatiua fuerit. Idem primo priorū.c. 7.

b In hoc.1. t.cō.23. 24. & 27.


B Nobis autem fubiiciantur quæ funt natura, aut omnia , aut quçdam moueri: manifeftum eft autem hoc ex inductione : Similiter autem neque conuenit omnia foluere , fed quæcunque ex principiis aliquis demonftrans mentitur, quæcunque vero non, minime: vt tetragonifmum, eum quidem, qui per decifiones , geometrici eft diffoluere: illum autem antiphontis, non geometrici eft.

Nos autem ponamus quod omnia naturaliter, aut quædam funt mobilia: & hoc manifeftum eft ex inductione, vnde in hoc non oportet contradicere omnibus , fed folummodo oportet contradicere eis , quorum declaratio fundata eft fuper principia , fed funt falfa : eis autem, quæ non funt talia , non. Verbi gratia , quadraturæ circuli : quæ eft fecundum abfcifionem , geometer habet ei contradicere. Quæ autem fit fecundum Antiphontem , non habet geometer.


Litera arg. Sed ea tātū, quæ qfpiam ex pricipijs oftendit falfa.

C


*Briffonis Tetragonifmus.*




*Hippoc.choū tetragonifmus.*



*Tetragonismus antiphontis.*



11 Cum declarauit quod sermo dicens quod ens est vnũ, & immobile, nõ est sermo naturalis, et ꝙ naturalis non debet contradicere ei, dixit. Nos autẽ ponamus &c. id est, nos autẽ, cum intendimus loqui naturaliter, ponamus primo quod omnia naturalia, aut quædam sunt mobilia: & hoc manifestum est ex inductione rerum naturaliũ. Et dixit aut quædam, præseruando se ab anima, & formis: est enim dubium vtrum sint mobiles aut non: sed, licet non moueantur, tamen sunt naturales secundũ quod sunt in mobili: aut dixit hoc, quia dubitatur de partibus, quæ sunt apud centrum terræ, vtrum possint moueri, aut non: &, similiter est dubiũ, vtrũ tota terra possit moueri, aut non. Et cum dedit causam, propter quã posuit ista, & est quod consideratio eius est naturalis, & quod intẽtio eius prima non est contradicere opinionibus falsis in hac scientia, sed declarare substantias, & quiditates rerũ naturalium. Dedit etiam secundã causam ad hoc, & dixit, & cũ hoc non oportet contradicere omnibus, id est, & cum hoc, si posuerimus quod oportet artificẽ cõtradicere opinionibus falsis suæ artis, tamen non omnibus: sed solummodo debet contradicere eis, quæ concluduntur a primis propositionibus illius artis, sed cum conclusione falsa. Eis autem, in quibus est peccatũ in ipsis principijs, non oportet contradicere, Verbi gratia, quoniam sermo eius, qui existimauit se quadrare circulũ, cum quadrauit lunares figuras, quæ sunt portiones circulorũ, oportet geometrã contradicere ei: quia peccauit in eis, quæ sunt post principia: Portiones enim cadentes in circulo, licet sit possibile facere quadrata æqualia eis, tamen non sequitur ex hoc facere quadratum æquale circulo: nã illæ portiones non consumunt circulum per diuisionem. Istud igitur peccatum est essentiale, & geometer debet destruere ipsum: Antiphonti autem non debet contradicere: quoniam, cum ille fecit in circulo figuram æqualium laterũ, & angulorũ, & fecit super quodlibet laterũ triangulũ isochelẽ, diuidendo arcus inspicientes latera in duo media, deducẽdo lineas ad extrema lateris: & sic fecit in circulo figuram æqualiũ laterũ, & angulorum maiorem prima, cuius numerus laterum est duplus ad numerũ laterũ primæ figuræ: & cum fecit in hac figura illud, quod fecit in prima, inuenit ẽt in circulo figurã aliam maiorẽ secũda: & sic existimauit, cum fecerit sic, quod diuisio non procedit in infinitum, sed perueniet ad figuram æqualem circulo: &, cum fecit quadratum æquale huic figuræ, existimauit quod illud quadratum erat æquale circulo: sed istud peccatũ est essentiale geometriæ, quia geometer habet principiũ, quod diuisio procedit in infinitum: & ideo non debet ei contradicere.

D E F

Vide. 2. cœ. com. 84.

Formæ naturales, licet nõ moueantur tñ sunt naturales secũdm qđ sunt in mobili. Vide motu naturæ. 1. cœ. com. 57.

Intẽtio prima Aris. nõ est cõtradicere opinionibus falsis in hac scĩa, sed declarare substãtias, & qditates rerũ naturalium. Ex quo patet metaphysicũ nõ cõsiderare quiditates rerũ in particulari. cõsimile. vide. 6. met. cõ. 2. & 2. physi. 17. & 27. & 26. & 74. & 1. de aĩa. cõ. 3. & 11. & 4. me. com. 1.

Geometer habet ꝓ principio, ꝙ diuisio procedit in infinitũ. Idem. 3. ph. cõ. 60.

Sed, quoniã de natura quidẽ, nõ naturales autẽ oppositiones, aut defectus contingit ipsos dicere, fortasse enim bene se habet aliquantulũ disputare de ipsis: habet. n. philosophiam hic respectus.

Sed quia accidit quod sermo eorũ est de natura, & si dubitationes eorũ non sint naturales, rectũ est incipere parum loqui cum eis: consideratio enim de hoc est philosophiæ.

12 Cum declarauit quod non oportet naturalem loqui de dubitationibus non naturalibus, & voluit loqui cum eis secundũ dubitationem propter vtilitatem prouenientem ex hoc ei, qui incipit in hac arte, incœpit declarare causam cogentem ipsum ad loquendum de hoc. Et dixit sed quia accidit &c. id est, sed quia accidit istis duobus viris loqui de naturis, vt de vacuo, & infinito, & alijs, rectum est loqui cum eis in istis quæstionibus disputatiue, licet non sint naturales: quoniam & si loqui cum eis non oportet naturalem, tamen oportet primum philosophum.

A Principium autem maxime omnium proprium eſt: quoniam multipliciter dicitur id, quod eſt. Quomodo dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiam omnia, aut quantitatem, aut qualitatem? & iterum vtrum ſubſtantiam vnam omnia, vt hominem vnum, aut æquum vnum aut anima in vnam? aut quantitatē vnam, aut qualitatem vnam erunt hęc, vt albũ, aut calidum, aut aliquid aliorum taliũ? Hæc enim omnia differunt multum, & ſunt impoſsibilia dicere.

Et illud, quod eſt principiũ omniũ iſtorum, eſt illud; quia ens dicitur multipliciter: quomodo igitur dicunt illi, qui dicunt omnia eſſe vnum? vtrum ſecundum quod omnia ſunt ſubſtantiæ, aut quantitates, aut qualitates? & etiam vtrũ omnia ſint vna ſubſtantia? V. g. vnus homo, aut vnus ęquus, aut vna anima? aut oĩa ſunt quale ſed vnum. V. g. albũ, aut calidum, aut aliud ſimilium? Omnia enim iſta multum differunt & dicere eadem eſſe impoſsibile eſt.

Et illud, quod oportet poni principium in loquẽdo de iſtis omnibus opinionibus non naturalibus, eſt iſtud: quoniam, cum ſit notum quod ens dicitur multipliciter de decẽ prædicamentis, quod igitur prædicamentũ ſignificat hoc nomen ens apud dicentes omnia entia eſſe vnũ? & vtrũ ſit hoc, quia oĩa ſunt ſubſtantia, aut quãtitates, aut qualitates. i. vnũ in ſubſtãtia, aut vnũ in quantitate, aut in qualitate? & ſic erũt vnũ ſecundũ genus, & plura ſecundũ ſpeciẽ: aut intendũt per hoc, qđ dicunt, ꝙ oĩa entia ſunt vnũ indiuiduũ. V. g. vnus homo, aut vnus ęquus: aut intendunt per hoc, quod dicunt ꝙ entia ſunt vnum. i. quod omnes qualitates ſunt vna qualitas ſecundũ indiuiduũ. V. g. hoc calidum, & hoc albũ: & quod omnes quantitates ſunt vnũ indiuiduũ quãtitatis, & aliorũ indiuiduorũ prædicamentorũ: iſta. n. quæ ſignificant hoc nomen ens, multũ diſtant: & omnia ſunt impoſsibilia: hoc enim nomen ens aut ſignificat genus, aut vnũ indiuiduũ numero: & quomodocunque ſit, ens erit multa. Et, cum dixit: iſta enim diſtant multum, &c. intendit intentiones, de quibus dicitur hoc nomen ens ex iſtis, quæ numerauimus. ſ. vniuerſale, & indiuiduum; illæ. n. multũ differunt: & vnaqueque earum eſt impoſsibilis. 13

B

Notũ eſt ꝙ ens dr̃ multipliciter de decẽ prædicamẽtis. Idẽ 4. me. t. cõ. 2. Idẽ prędicamentis. Intentiones iſtæ, de quibus dr̃ hoc nomẽ ens, ſ. vl'e, & indiuiduũ, differunt vide. 7. me. com. 57. qũo opponãtur vl'e, & particulare. 12. me. c. 27.

Si quidem enim omnia erũt ſubſtãtia, & quale & quãtũ, & hæc ſiue ſeparata adinuicem, ſiue non, multa ſunt quæ ſunt: ſi vero omnia
C aut quantum ſunt, aut quale, ſiue cum ſi ſubſtantia, ſiue cum nõ ſit, inconueniens eſt, ſi oportet etiam inconueniens dicere impoſsibile. Nullum [a] enim aliorum ſeparabile eſt extra ſubſtantiam: omnia nãque de ſubiecta ſubſtantia dicuntur.

a Nullũ aliorũ prædicamentorũ ſeparabile eſt a ſubſtantia.

Quoniam, ſi fuerit hoc ſubſtantia, & quale, & quantum: ſiue iſta fuerint diſtincta abinuicem, aut non fuerint: entia erunt plura: & ſi omnia fuerint quale, aut quantum, ſiue ſubſtantia fuerit, aut nõ fuerit, hoc erit improbabile: ſi impoſsibile poſsit dici improbabile. Nullum enim cæterorum ſeparatur ſubſtantia, ſcilicet exiſtens per ſe ſingularis, & diſtincta: omnia enim dicuntur in ſubiecto, quod eſt ſubſtantia,

Si enim conceſſerint hoc eſſe ſubſtantiam, & quantũ, & quale contingit eis entia eſſe plura, aut ſecundũ indiuiduũ. ſi non conceſſerint vniuerſale eſſe, aut ſecundũ genus, & indiuiduũ, ſi conceſſerint ipſum eſſe: & ſiue ponant iſta prædicamenta ſeparari abinuicẽ, aut non, ſed quędam exiſtere in quibuſdam vt eſt verũ: & hoc intendebat cũ dixit ſiue fuerint diſtincta abinuicẽ, aut nõ fuerint. 14

Et, cũ declarauit quod si concesserint hoc esse substantiã, & quantum, & quale, & vniuersaliter pluſquã vnũ prædicamentorũ, continget eis entia esse plura, incœpit ẽt dicere impoſsibile contingens eis, si hoc non concesserint, & posuerint ens esse aliquod cæterorũ prædicamentorũ præter substantiã: nam, si posuerint ens esse in vno pdicamento, aut ponent illud esse substantiã, aut in alio a substãtia. Et dixit & si omnia fuerint quale &c. id est, &, si posuerint: quod per hoc nomen ens intendunt aliquod prædicamentorũ præter substantiam, aut quale, aut quantũ: siue concesserint substantiam esse aut non: hoc erit impoſsibile, & improbabile, si impoſsibile poſsit dici improbabile: contingit eis omni modo entia esse plura nã, si posuerint quod omnia sunt qualitates tm̃ aut, quãtitates, aut vnũ cæterorũ prædicamentorũ, tunc aut concedent substantiã esse, aut non concedẽt: si cõcedent, tunc entia erunt plura: &, si non concedent illam esse, continget illud prædicamentũ existere per se, & separari: & nullũ cæterorũ prædicamentorũ præter substantiam põt separari per se: sed omnia dicuntur in subiecto. vt declaratũ est in cathegorijs: &, cum prædicamentum, quod intendũt per hoc nomen ens, sit in subiecto, ergo entia sunt plura. D

In capitulo de substãtia.

Melissus aũt infinitũ esse dicit qđ est: quantũ itaque aliquid est qđ est: Infinitũ.n. in quantitate est: substantiã aũt infinitã, aut qualitatẽ, aut paſsionẽ esse non contingit, nisi secundũ accidens, si simul & aliquę quantitates sunt. Infiniti .n. ratio congruit quantitati, sed non substantię, neq; qualitati: si quidẽ igitur substantia est, & quantum, duo & nõ vnũ est quod est. Si vero substantia solũ sit, nõ infinitũ est, neq; magnitudinẽ habebit vllam: quantũ.n. quoddam erit. E

Infiniti ratio cõgruit quantitati.

Melissus vero dicit ens esse infinitũ: & secundum hoc ens erit aliquod quantum: Infinitum enim est aliquod collocatũ in quãto: substantia aũt infinita, aut qualitas, aut vbi, impoſsibile est vt sit, nisi per accidẽs: si aliqua ex eis cũ eis, quę sunt, habuerint quantitatẽ: Definitio.n infiniti exigit quãtitatẽ, & nõ substantiã, neq; qualitatẽ: Si igit ens fuerit substãtia, & quantũ, erũt duo non vnũ: &, si fuerit substantia tantum tunc ens nõ erit infinitũ, neque habebit mensuram omnino: Nam, si habuerit mensuram, erit aliquod quantum.

Ex hoc patet secundũ

15 Cum declarauit quod hoc nomen ens dicitur de intentione vniuersali, & particulari, scilicet indiuiduo: & ꝙ, si intenderit per illud intentionem vniuersalẽ, tũc non erit vnũ, sed plura: & si intenderit per illud intentionẽ particularẽ, tunc aut erit de prædicamento substantiæ, aut de cæteris prædicamentis: & manifestum quoniam impoſsibile est vt ens sit vnum, si intendunt aliquod indiuiduum cæterorum prædicamentorum præter substantiam, aut quantum, aut quale: nam indiuidua cæterorum prædicamentorum præter substantiam existunt in indiuiduis substantiæ: & sic ens saltem erunt duo, indiuiduum accidentis, & indiuiduum substantiæ: incœpit destruere reliquum contradiuidens, & est ipsum esse indiuiduũ substantiæ. Et dixit. Melissus vero dicit &c. id est, si dixerint quod intendunt per hoc, quod dicunt, quod ens est vnũ, indiuiduum substantiæ, tunc sermo eorum destruitur ex hoc, quod ponunt: quoniam alter eorum dicit ens esse infinitum, scilicet Melissus: alter dixit finitum, scilicet Parmenides: & secundum vtrumque contingit, si ens fuerit vnum, vt sit vnum quantum: Infinitum enim, & finitum sunt de differentijs quantitatis: & hoc intendebat, cum dixit infinitum enim est collocatum in quanto. Deinde dicit substantia vero infinita, &c. id est, substantiã dici infinitã, aut qualitatem, aut vbi, aut aliud prædicamentorum impoſsibile est per se aut secundum quod est substantia, aut vbi: sed poſsibile per accidens, cum fuerit positum F

Cõ. indiuiduũ substantiæ distinctũ esse ab indiuiduis cæterorũ pdicamentorum. Idẽ. 7. met. cõ. 2. Infinitũ, & finitũ sũt de differentijs quãtitatis. Idẽ. 8. phy. c. 79. Idem infra, in hoc 1. c. 18. Idẽ. 3 phy. c. 24.

tum

A tum hæc esse aliqua prædicamentorum, quæ cum suo esse proprio habent quantitatem, ita scilicet, quod quantitas accidat eis: secundum hunc modum igitur dicitur quod substantia est infinita, aut finita. i. secundum quod accidit ei, quod sit quanta: & similiter de alijs prædicamentis. Et cum posuit quod infinitum est proprium quanti, dedit rationem super hoc, & dixit diffinitio enim infiniti. &c. i. quoniam diffinitio infiniti est quantum non terminatum: quantum igitur est genus infiniti, quia non dicitur in diffinitione eius, quod est substantia, aut vbi, & hoc, quod dixit de infinito, intelligendum est de finito. D. d. si igitur ens &c. dicit: & cum declaratum sit quod infinitum prædicatur de quanto essentialiter, & de alijs prædicamentis per accidens: si intendunt, cum dicunt quod ens est vnum substantia & quantum. substantia enim non dicitur infinita, nisi secundum quod est quanta: tunc ens erit duo, non vnum. s. substantia, & quantum secundum quod dicitur ipsa esse finita, aut infinita: & si intendunt substantiam tantum, tunc non dicitur infinita, neq; habere mensuram omnino: si enim haberet mensuram esset quanta: & ista contradictio est secundum sermonem, non secundum rem.

Amplius, quoniam & ipsum Vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & quod est, intendendum est quomodo dicunt vnum esse omne? B Dicitur enim, aut continuum Vnum, aut indiuisibile, aut quorum ratio vna, & eadem est quæ aliquid erat esse: quemadmodum vapa, & vinum.

Vnum. continuitate. In diuisibilitate. Ratione.

Et etiam, cum vnum dicatur multipliciter, sicut ens dicitur, Considerandum est quomodo dicunt totum esse Vnum: Dicitur enim vnum aut de continuo, aut de indiuisibili, aut de eis, quorum ratio, quæ significat quiditates est idem, vt Vinum & merum.

Cum destruxit propositionem dicentem quod ens est vnum diuidendo omnes intentiones, de quibus dicitur ens secundum famositatem, quod est subiectum propositionis, incœpit destruere eam diuidendo intentiones, de quibus dicitur vnum, quod est prædicatum in propositione. Et dixit. & etiam, cum vnum dicatur. &c. id est, & quemadmodum nobis apparuit ex diuisione intentionum de quibus dicitur hoc nomen ens, quod ista propositio non est vera secundum aliquam earum, similiter apparebit nobis, si diuiserimus intentiones, de quibus dicitur hoc nomen vnum: & cum dixit hoc, incœpit diuidere secundum quot modos dicitur vnum: & dixit quod dicitur tribus modis, quorum vnus est continuum. V. g. vna linea, & vnum C corpus, & vna superficies. Secundus vero est indiuisibile. V. g punctus. Tertius vero nomina, quæ significant idem secundum diffinitionem. V. g. vinum & merum: & intendit per rationem, quæ significat quiditatem diffinitionem. 16

Siquidem igitur continuum est, multa sunt quod est: In infinitum enim diuisibile est continuum. Habet autem dubitationem de toto, & parte: fortassis autem non ad hanc rationem, sed ad ipsam & secundum seipsam, vtrum vnum, aut plura sunt pars, & totum? & si vnum, quomodo vnum, & si plura: quomodo plura? & de partibus non continuis. Et si toti vnum vtrunque est, sicut indiuisibile: quoniam & eisdem eadem erunt.

Quæstio. litera argy. Existit autem dubitatio de parte ac toto non ad sermonem fortassis accommodata, sed per seipsam consideranda vtrum vnum an plura sint pars & totum & quo pacto sint

Et si per continuum est Vnum, & multum. Continuum enim diuiditur in infinitum: Sed est hic quæstio de parte & toto: & si non est huius sermonis, videtur existere per se, & est vtrum pars & totum sit vnum aut plura vno: & secundum quem modum sunt vnum, aut plura vno: & partes etiam non continuæ, si quælibet est totius, & vna-

vnū vel plura. & si sint plura quonā mō sint plura. & de partibus nō continuis eadē, sunt quęrenda. Et si vtraque pars & ipsum totum sint vnū perinde atque īdiuisibile & ipsę profecto partes vnum identidem erunt,

queq; est idem: quia non separatur ab eo: ergo necesse est vt quædam conueniant cum quibusdam. D

17 Cum diuisit intentiones, de quibus dicitur hoc nomen vnum, incœpit declarare, & considerare de vnaquaq; earum, vtrum prædicetur de ente, & dixit, & si per continuum, &c. & si intendant per hoc, quod dicunt, quod ens est vnum, quod est continuum, oportet eos concedere ipsum esse vnum quodammodo, & plura alio modo. Continuum enim potest diuidi in infinitum: & sic eius non erit vnum simpliciter: est enim vnum actu, & plura potentia, scilicet secundum diuisibilitatem. Et quia etiam accidit in continuo, & in omni habente partes vt multitudo eius nō sit secundum diuersitatem partium adinuicem, sed & etiam secundum diuersitatem partis a toto, incœpit etiam quærere hanc diuersitatem, & inducit quæstionem contingentem antiquis in hoc: & dixit: sed est quæstio &c. id est & est hæc quæstio de parte, & toto pendens ex hoc sermone: & visum est, quod, si non pendet de hoc sermone necessario, tamen est quæstio perscrutanda per se. D. induxit quęstionem, & dixit & est vtrum pars & totū &c. id est & ista quæstio est vtrum pars & totum sit idem, aut diuersa: & si idem, quomodo possunt dici esse idem? totum enim videtur esse aliud a parte: & etiā, si partes differunt a toto, quomodo dicuntur esse aliæ: totum enim nihil aliud est q̄ congregatio partium: & cum induxit hanc quæstionem in continuo, dixit: & partes etiam non continuæ &c. id est & in partibus rerum cōtinuarum, & non continuarum. Verbi gratia manu, & pede, & aliarum partium compositarum accidit hæc quæstio: quoniam, si vnaqueq; partium est idem cum toto, quia est totius, id est non separata a toto, tunc vnaqueq; partium erit idem toti: & sic omnes partes erunt inter se eædem: ergo & caput, & manus, & collum erunt idem: ergo pars non est totum: & istud impossibile quod sequitur, si totum, & pars fuerint idem, sequitur necessario: & sermo oppositus isti non exprimitur propter suam famositatem: & est quod si omnis pars est alia a toto: tunc omnes partes erunt aliud a toto: & totum nihil aliud est quam congregatio partium: ergo totum est aliud a se: & istud sophisma est compositionis, & diuisionis: quoniam vnaqueq; partium dicitur esse aliud a toto: fed omnes insimul non possunt dici esse aliud a toto. E

a Oīa puncta sunt diuisibilia aut p se aut p accidēs ex quo videt' velle Auer. q nullū indiuisibile, sit in puncto reponibile. vide tñ oppo. de habitibus intellectualibus, q sunt ī prima spē qualitatis secundum ipsum ī 7. ph. c. 20. vel in pūcto ad aliquid. Et idē patet. 5. me. c. 20. idem ī pūctis in sermone de q̄litate.

At vero, si sicut indiuisibile est; nullum erit quantum, neq; quale, neque iam infinitum quod est, sicut Melissus dicit, neque finitum sicut Parmenides: terminus enim indiuisibilis finitus non est.

Et, si totum fuerit vnum, ita quòd sit indiuisibile, tunc non erit quantum, aut quale. Et etiam ens non erit infinitum, vt dicit Melissus, neque finitum, vt dicit Parmenides: indiuisibile enim est finis, non finitum. F

18 Cum induxit illud, quod contingit eis, si intenderint per vnum continuum, induxit etiam impossibile contingens eis, si intenderint per hoc nomen vnum indiuisibile. Et dixit, & si totum fuerit vnum &c. id est si aliquis dixit quòd cum dixerit totum ens esse vnum, intendebat esse indiuisibile, tunc non erit hoc quantum; neque quale; neque substantia; neque aliud aliquod prædicamentorum: quoniam omnia ista sunt diuisibilia,[a] aut per se, vt est quantum, aut per accidens, vt sunt reliqua. Et cum declarauit quod dicens hoc non potest concedere hoc esse substantiam, aut quale, aut quantum, quod est valde improbabile, incœpit declarare impossibile, quod contingit his duobus viris secundum hoc quod ponunt, non secundum rem in se, & dixit & ens etiam non erit infinitum &c. id est, & contingit Parmenidi, & Melisso secundum hoc quod dicunt vt ens non sit infinitum, vt Melissus dicit, neque finitum, vt Parmenides dicit: nam [b] finitum, & infinitum non dicuntur nisi de quanto, non de fine quanti.

b Finitum

A At vero, si omnia, quæ sunt ratione vnum sunt, sicut tunica & indumentum. Heracliti rationem contingit dicere ipsos: idem enim erit & bono, & malo, & non bono esse, & bono: quare idem erit bonum, & non bonum, & homo & equus; & non de eo, quod vnũ sunt quæ sunt, ratio erit, sed de eo, quod nihil sunt: & tali igitur esse & tanto idem.

& infinitum non dñt, nisi de q̃to non de fine q̃ti.

Et si omnia entia fuerint vnum secundum rationem, vt vestis & tunica, contingeret eis dicere quod Heraclitus dicit: esse enim erit boni & mali vnum, & boni & non boni: ex quo sequitur vt bonum, & non bonum erunt idem, & homo & equus: & tunc sermo eorum nõ erit in hoc, q̃ entia sunt vnum, sed in hoc, q̃ nullum eorũ est; & erit etiam intentio quiditatis talis dispositionis, id est, qualitatis & intẽtio eius talis mensuræ, id est, quantitatis eadem intentio.

Cum destruxit duos modos illorum trium, secundum quos dicitur hoc nomẽ vnum, incœpit destruere tertium.[a] Et. d. & si entia &c. id est, & si [illegible] per hoc. quod dicunt. quod entia diuersorum nominum omnia sunt idem secundum diffinitionem: adeo quod significatio horum nominum; homo & equus & asinus, sit sicut significatio horum nominum, vestis & tunica, contingeret eis dicere, quod dixit Heraclitus sophista. s. cõtraria esse idem. Deinde dicit esse enim erit boni &c. i. & cum significationes nominum sint eædem rerum contrariarum & oppositarum: sicut vinum, & merum significant idem, & vestis, & tunica: tunc esse proprium bono, & malo erit vnum esse. Et[b] hoc non solummodo inuenitur in bono & malo, quæ sunt contraria, sed in bono, & non bono, quę sunt contradictoria: adeo quod esse erit nõ esse. Deinde dicit ex quo sequitur vt bonũ, & non bonum sint idem. Et[c] homo & equus, id est, & cum esse propriũ oppositis sit idem esse, contingeret quod opposita. V. g. bonum, & non bonum sint idẽ, & non solum opposita: sed & species diuersæ. V. g. homo, & equus. Deinde induxit improbabile contingens huic sermoni, & dixit & tunc sermo eorum &c. id est, & cum posuerint quod opposita, quę significant esse, & non esse sint idẽ, tunc ponunt quod illud, quod est non est: & secundum hoc priuãt entia essentia, cum dicant ea esse vnũ: & secundũ hoc, quia voluerunt dare entibus aliquã dispositionem, destruxerunt ea esse, hoc igitur est vnum improbabilium contingẽtium huic positioni. Deinde induxit aliud improbabile, &. d. & erit ẽt intentio quiditatis &c. i. & contingit huic positioni vt aliquid esse in aliqua dispositione. i. in aliqua qualitate, V. g. album, aut calidum, & ipsum esse in aliqua quantitate, V. g. longum, & breue sint idem; & secundum hoc omnia prædicamenta erunt vnum prædicamentum.

19
a Primum inconueniẽs q̃tũ ad opposita contrarie.
b Scdm inconueniens quantum ad cõtradictoria.
c Tertium incõueniẽs q̃tum ad disperata spẽs

Conturbati sunt aũt & posteriores, quemadmodum & antiqui, ne forte contingat idem simul vnum esse & multa. Vnde & alii quidem est auferebant, quemadmodum lycophron: alii autem mutabant dictionem, vt quoniam homo non albus est, sed albatur, neq; ambulãs est, sed ambulat: vt ipsum est adiicientes multa faciant esse vnum. 1

Et posteriores antiquorum timuerunt ne contingeret eis idẽ esse vnum, & plura insimul. Quare, quidam dimiserunt hoc nomen esse, vt lycophronus; & quidam quasi rectificauit dictionem, & dixit nõ oportet hominem esse album, sed hominem albefieri, & non esse hominem ambulantem, sed hominem ambulare. Ne cum imponunt in sermone hoc verbum esse, facient de aliquo vno plura. 2

Causa opinioni.

Dicit, & quia antiqui consenserunt eis scilicet Parmenidi & Melisso ens esse vnum, quod est substantia, timuerunt exprimere in propositionibus hoc verbum esse, ne contingeret eis aliquid esse vnum & multa, quia non intelligebant per hoc nomen ens, nisi vnam intentionem, scilicet substantiam. D

Opinio illorum.

Quapropter quidam dimiserunt dictiones, quæ significant esse in propositionibus, quarum prædicata sunt accidentia, vt fecit lycophronus: dicebat enim quoniam non oportet dicere hominem esse ambulantem, sed hominem ambulare, quia ens tunc esset plusquam vnum, & totum hoc fuit, quia timebant, si in propositione, cuius subiectum est substantia & prædicatum aliud prędicamentum, interponeret hoc verbum esse, quia tunc ens esset plusquam vnum: & hoc intendebat, cum dixit, imponunt in sermonem &c.

Tanquã singulariter dicto vno, aut ente: sed multa sunt quę sunt: aut enim ratione, vt albo esse, & musico si idem vtraq;, multa itaque vnum, aut diuisione, quemadmodum totum, & partes. Hic autē iam deficiebant, & confitebantur vnum multa esse, tanquam non conueniret idem vnum, & multa esse, non opposita autem: est enim Vnum & potentia, & endelechia, id est, actu. E

in hoc cō. deficit cōtinuatio, quæ suppleatur.

Quasi hoc nomen Vnum, & hoc nomē ens diceretur singulariter. Sed entia sunt plura: aut secundum rationem, quoniam esse album est aliud ab esse musici, & Vnum erit vtriusq; . tunc Vnum erit multum: secundum vero diuisionem, vt totum, & partes. Sed non potuerunt se excusare in hoc modo, & concesserunt vnum esse plura, quasi esset impossibile aliquid esse vnum, & plura sine coutradictione: Vnum est potentia & actu.

21

1. instan.

a Hoc nomen ens dr̄ de pluribus secundū diffinitionē & vnum subiectum.

2. instantia.

Dicit, & iste sermo eorum fundatur super hoc, quod hoc nomē vnum, & hoc nomen ens semper significant idem: quod non est verum: qm̄ [a] hoc nomen ens dicitur de pluribus secundum diffinitionem, & vno secundum subiectum. V.g. vnus homo est albus, & musicus, & esse eius secundum albedinem est aliud ab esse eius secundum musicam, & est subiectum vtriusq; secundum humanitatem: & sic aliquid erit vnum, & plura duobus modis diuersis, vnum secundū subiectum, plura vero per accidens. Et similiter potest esse aliquid vnum secundum compositionem, secundum autem diuisionem plura. V.g. totum, & partes. D.d. sed non potuerunt excusare se, &c. id est, illi, qui non concesserunt pluralitatē ex pluralitate accidentium in subiecto potuerunt enim in multitudine accidentium dicere aliquid scilicet quia non habent vnum verum esse, & non potuerūt hoc dicere in partibus & toto: totum enim est substantia, & similiter partes sunt substantiæ, & ideo non potuerunt excusare se in hac quæstione. D.d. quasi esset impōssibile &c. id est, & dicens hoc videtur quasi opinari idem esse vnū, & plura duobus modis diuersis esse impossibile: Deinde incœpit dare istos duos modos in toto, & parte, & dixit, vnum enim est potentia, & actu, id est, totum enim est vnum actu, & plura potentia: quemadmodum est possibile in pluribus actu vt sint vnum in posse, quoniam hoc non est impossibile. F

Vltima instantia.

Totum est vnū in actu & plura ī potētia, quemadmodū est possibile in pluribus actu vt sint vnum in potentia.

## CAPVT. III.

HOC igitur modo facientibus impossibile videtur quæ sunt vnū esse. Et ex quibus demonstrant soluere non difficile est; vtriq; enim sophystice syllogizant, & Parmenides, & Melissus; nam & falsa recipiunt & non syllogizantes sunt. Est aūt magis Melissi onerosa ratio, & non habens dubita

A tionem: sed vno inconuenienti assignato, alia contingunt; hoc autem nihil graue est.

Cum igitur processerint per hanc viam, apparebit impossibile eis entia esse vnum. Et non est etiam difficile cõtradicere eis ex illo, ex quo nituntur declarare hoc: Omnes enim procedunt in argumentatione sua via sophistica, Melissus, & Parmenides: accipiunt enim falsa, & q non sequitur ex syllogismo: Sed sermo Melissi est magis vanus, & in eo non est dubium: Concessit enim vnũ improbabile, et super ipsum fundauit suum sermonem, & in hoc non est difficultas.

Continuatio

Dicit cum igitur considerantes processerunt per hanc viam considerationis, per quam nos processimus, apparebit eis qm̃ impossibile est entia esse vnũ, vt alii dixerant; & cum contradixit conclusioni eorum per se, incœpit contradicere argumentis; hæc enim duo exigit disputatio; & dixit, & non est etiam difficile &c. id est, & non est difficile contradicere syllogismo, quo vtunt in confirmando suam opinionem. Et cum notificauit quod facile contradicitur syllo
B gismo eorum, dedit causam in hoc, quod facile contradicitur eis, & est: quia argumentationes eorum sunt sophisticæ, & sermones sophistici contradicuntur facilius quam disputatiui. Deinde demonstrauit modum secundum quem sunt sophistici, & dixit, accipiunt &c. id est, ponunt enim propositiones falsas, & componunt eas compositione non concludente; & sermones, [a] qui sunt huiusmodi dicuntur vani, scilicet qui peccant in materia, & forma.[b] Et ideo dixit, sermo Melissi est magis vanus, id est, & si vterque sermo sit vanus, tñ sermo Melissi est magis vanus, quia omnino non concludit: sermo autem Parmenidis concludit, sed non quæ sunt ad propositum suum. D.d. & in eo non est dubium, id est, & cum eo, quod est magis vanus, nullam facit dubitationẽ: propositiones enim positæ in eo sunt falsæ & improbabiles, vt cum dixit quod ens non generat.

Disputatio 22 exigit vt cõclusioni contradicatur & argumẽtis.
Sermones sophistici facilius cõtradicũtur quam disputatiui.
a Qui sun sermones vani. vide cõsimile supra com. 10.
b Cõparatio sermonũ litera argy. Quasi nõ fieret vlla mutatio simul.

Quod quidem igitur paralogizat Melissus manifestum est: opinatur enim accipere, si q factum est habet principium omne. quoniam & quod non factum est, non habet: Postea & hoc inconueniens omnis esse principium rei, & non temporis, & generationis non simpliciter, sed alterationis, tanquam non momentaneè facta mutatione:

C Quoniam autem Melissus peccat in syllogismo manifestum est: existimat enim quod acceptum est, quod si omne, quod generatur, habet principium, & omne, quod non generatur, non habet principium. Deinde hoc etiam est magis improbabile, scilicet existimare quod omne, quod habet principium, est intentio substantiæ. Et omne tempus habe principium, & principium etiam necesse est esse in alteratione, & non est necesse ei, quod generatur simpliciter, ac si transmutatio non fieret subito.

Hic deficit continuatio.

32 Dicit qm̃ autem Melissus peccat in syllogismo manifestum est: quia opinatur quod, si fuerit concessum, quod omne, quod generatur habet principium, sequit quod omne, quod non generatur, nõ habet principium, & hoc non sequitur: qm̃ si prædicatum affirmatur in eo, in quo affirmatur subiectum, nõ sequitur vt prædicatum negetur ab eo, a quo negatur subiectum. Si enim opinatur hoc, habet quod destructo antecedente in omni materia sequitur oppositũ consequentis, & cum Melissus habuerit hoc pro vero, & concedebat quod omne, quod generat, habet principium, existimauit quod omne, q non generatur, non habet princi-

Modus arguendi Melissi.
Infra in hoc primo. t. c. 7.
Prędicamentum secundũ materiam.

pium. Deinde contingit huic quod ens non generatur, & conclusit quod ens D non habet principiũ. Et hæc propositio dicens ꝙ ens non generatur declarabatur ex eis, vt dicit Arist post sic, & est quod si ens generatur, aut generatᷣ ex ente, aut ex non ente: quoniam si ex non ente, tunc non ens mutatur in naturã entis; & si ex ente, ergo ens fuit antequam generaretur: ergo non generatur: ergo nõ habet principium. D. ex hoc, ꝙ ens non habet principium, conclusit ipsum esse vnum, & immobile principium enim ꝙ est extremum magnitudinis, cum fuerit non ens, magnitudo erit infinita, & erit vna: quia cum ea non erit aliud ipsa enim est infinita: ergo totum locum occupat; & erit immobilis, quia non habebit locum, in quo moueatur; & ista dubitatio induxit antiquos ante Aristo. in maximum errorem, vt dicet post Arist. Et cum declarauit corruptionem sermonis Melissi secundum formam eius, incœpit declarare corruptionem eius secundum suam materiam, & dixit. D. hoc est magis improbabile, id est, magis improbabile hoc, ꝙ existimauit, quod hoc nomen principium dicitur vno modo, scilicet de principio substantię tantum, principium enim est temporis. & est alterationis, Si igitur vtitur hoc nomine principium pro principio temperali, tunc hoc, quod dixit ꝙ quicquid non generatur non habet principium, id est temporale, est verum, sed est vtile in hoc, ꝙ intendebat concludere, scilicet qd ens est vnum, & immobile, & infinitum, si autem vtitur eo pro principio alterationis, non est verum: quoniam non omnis alteratio habet principium, vt alteratio subita: si vero vtitur eo pro principio magnitudinis, non est necesse vt omne, quod non generatur, non habet principium, quod est in substantia: corpus enim cœleste habet principium, quod est in substantia, & non generatur; vt post declarabitur. Sed [a] Aristotel. contentus est in contradictione istius propositionis, dicentis, quod omne, quod generatur habet principium ab alteratione, quæ fit subito quo generatur: sed non habet extremum, a quo incipiet generatio: & hoc intendebat, cum dixit & non continget ei, quod generatur simpliciter, id est & non contingit apud istum virum, vt principium generationis sit illud, quod est in substantia tantum, sed vt in alio, cum simpliciter induxit hoc nomen generatio in propositione, & non determinauit ipsum: & hoc est quasi qui opinatur quod alteratio non fit subito. E

Non omnis alteratio habet principium temporale sicut sunt alterationes subitę. idẽ 6. ph. com. 32.

a Videtur esse secunda expositio.

Postea propter quod immobile, si vnum est? sicut enim & pars vna cum sit, hæc aqua mouetur in ipsa, quare & non omnis aqua? Postea alteratio propter quid non erit? At vero nec specie possibile est vnum esse, sed sicut ex quo, sicut enim & physicorum quidam dicunt vnum, illo autem modo non: homo namq; ab equo alterum est specie, & contraria abinuicem. F

A. oppo. habet. 4. phy. c. 45. contra Themistiũ.

Deinde quare est necesse cum fuerit vnum, vt sit immobile? & quemadmodum pars, Verbi gratia, istius aquæ, & pars vna mouetur in suo loco, quare etiam totum non est huiusmodi? & postea quare non est alteratio? & etiam impossibile vt sit vnum in forma, nisi sit secundum illud, a quo est: hoc quidem dixerunt quidam naturales, alio modo impossibile est: homo enim alius est ab equo in forma, & similiter contraria diuersa sunt adinuicem.

24 Cum declarauit corruptionem syllogismi Melissi & quod ex eo non sequitur conclusio, quam nitebatur concludere. Dicit. & si concesserimus conclusionem eorum, & est quod ens vnum, & infinitum, tamen non sequitur ex hoc vt sit immobile: quoniam quemadmodum videmus quod pars totius, quod est infinitum, vt dicunt, Verbi gratia, aer mouetur secundum suas partes toto permanente in suo loco, similiter possibile est vt hoc accidat in infinito, sci

1. Instan. 2. Instan. In materia entia videntur posse cõ

A licet vt totum moueatur secundum partes, non secundum totum. Deinde, si concesserimus quod non habet motum in loco, quare non habet motum, qui, est alteratio? & hoc intendebat, cum dixit deinde, quare non est alteratio, id est deinde post hunc sermonem, si concesserimus, quod non habet motum translationis, quare non habet motum alterationis? D.d. & impossibile est vt sit vnum in forma, &c. id est impossibile est vt aliquis existimet quod ens est vnum in substantia, nisi secundum illud, ex quo generatur, scilicet materia, vt pluries antiqui opinabantur, quod entia sunt ignis, aut terra, aut aer: quia apud eos componebantur ex vno istorum: quod autem entia sint vnum in forma impossibile est opinari: homo enim manifestum est quod est alius ab equo in forma, & manifestius est hoc quod contraria differunt a se inuicem secundum formam.

municare. minime tñ, in forma.
Opposi. 8. phys. 46.
Et 8. me. 2. cõ. 11. & 12.

Et ad Parmenidem autem idem modus rationum est, & si aliqui alii sunt proprii: & solutio partim quidem, quia falsa est: partim quidem, quia non concludit: falsa quidem, quoniam simpliciter accipit, quod est dici de multipliciter dicto. Non concludit autem, B quia, si sola alba recipiantur, significante vnum albo, nihilominus multa alba sunt, & non vnum. Non enim continuatione erit album vnum, neque ratione: aliud enim erit esse albo, & susceptibili, & non erit extra album nihil diuisum: non enim inquantum est separabile, sed quod est alterum esse albo, & ei cui inest: sed hoc Parmenides nondum vidit.

Et hoc modo sermonum contradicetur sermoni Parmenidis, & aliis modis, qui forte sunt ei proprii: Quoniam manifestum est quod sermo eius est falsus, & non concludens, quia vtitur ente, ac si diceretur simpliciter, & dicitur multis modis. Est autem non concludens, quia, si posuerimus sola alba, & diceremus quod album in eis significat vnum, hoc non erit sufficiens in hoc, quod alba non sint plura, sed vnum: album enim non est vnum, neque secundum continuationem, neque secundum rationem. Ratio enim albi alia est ab ea, quæ est recipientis: & etiã non intendimus quod C possibile est, vt album sit separatum: quoniam nos diximus hoc, quod diximus, non quia album separatur, sed quia est aliud ab eo, cuius est, scilicet a recipiente. Sed hoc in tempore Parmenidis nondum erat terminatum.

Cum contradixit syllogismo Melissi, reuersus est ad contradicendum Parmenidi, & dixit & hoc modo, &c. id est, & secundum illum modum, quo contradiximus Melisso, contradicemus Parmenidi, & alijs modis proprijs: est enim commune eis, quia vtuntur propositionibus falsis secundum æquiuocationem, & quod vterque non concludit illud, quod intendebat concludere: sed syllogismus Melyssi est non concludens omnino, & ideo dixit quod est magis vanus. Et intendit per hoc, quod dixit, & alijs modis, &c. vt mihi videtur hoc, ex quo contradixit conclusioni ex ipsis propositionibus, ex quibus Parmenides composuit syllogismum, ideo forte intẽdit per hoc, quod dixit: & hoc modo sermonum. i. sermones, quibus vsus est in destructione conclusionis absq; sermonibus, ex quibus concluserunt eam. videmus enim quod sermonũ, quibus vsus est in destructione conclusionis, eorum quidam sunt fundati super ꝓpositiones probabiles, & contradictio est cõis eis, & quidã sunt sermo-

25
Pria expõ.
Secunda expositio.

nes, ex quibus concluditur improbabile, & impossibile a Parmenide, & est propria Parmenidi. In contradictione vero Melissi nulla propositione earum vtitur, quas ponit in suo syllogismo, quia omnes sunt æquiuocæ. Et, cum narrauit quod isti conueniunt in hoc, quod corruptio syllogismi eorum est secundum materiam, & formam, & iam notificauit hoc in syllogismo Melissi, incœpit notificare hoc in syllogismo Parmenidis, & dixit & manifestum est quod est falsus & non concludens, id est & manifestum est quod propositiones sui syllogismi sunt falsæ, & quod syllogismus est non concludens illud, quod intendebat concludere, quoniam propositiones eius sunt falsæ: quia vtitur hoc nomine ens, ita quod dicitur de vna intentione, sed dictum est de pluribus scilicet in hoc, qđ dixit, ꝙ quicquid est præter ens non ens, & quicquid est non ens est nihil: quoniam hoc nomen ens, & non ens dicuntur de decem prædicamentis. Cum igitur intendimus per hoc nomen ens vnum decem prædicamentorum. V. gra. substantia, aut quantum, tunc non erit verum dicere ꝙ quicquid est non ens est nihil: quoniam non sequitur, vt illud, quod est non quantum, neque substantia, sit nihil: ergo propositiones eius non sunt verę, nisi, cum intenderimus per hoc nomen ens omnia decem prædicamenta: sed tunc non concludet illud, quod nitebatur concludere, s. ꝙ ens est vnum: sed, cum istę propositiones ponentur illo modo, quo sunt veræ, sequetur vt ens sit multum. Et, cum narrauit corruptionem existentem in syllogismo eius ex propositionibus, reuersus est ad declarandum corruptionem eius ex figura, & dixit est autem nõ concludens &c. id est est autem non concludens illud, quod intendebat concludere scilicet quod ens est vnum in numero: quoniam manifestum est ex hoc, quod, si posuerimus loco huius nominis ens hoc nomen album, & acceperimus quod hoc nomen album significet idem de albis, sicut ipse accepit quod hoc nomen ens significet idem de entibus, & posuerimus quod nihil est præter albũ, & composuerimus syllogismum sic: quicquid est præter album est non album: & quicquid est non album est nihil: ergo quicquid est præter album est nihil: aut solum album est ens, si coniunxerimus huic conclusioni aliam propositionem, & est quod quicquid est præter quod nihil est, solum est ens: & manifestũ est quod ex hoc enunciabili album solum esse nõ sequitur album esse vnum numero, nisi contingat vt album sit vnum secundum continuationem, aut secundum diffinitionem, & hoc per accidens: &, quia manifestum est quod albũ non est vnum secundum continuationem, neque secundum diffinitionem, declaratum est ex hoc exemplo, quod iste sermo non est concludens illud, quod intendebat concludere: album enim non est vnum secundum continuationem, neque secundum rationem, id est, secundum diffinitionem: sermo enim concludens per se debet concludere in omni materia: & est manifestum quod sermo, qui concludit aliquid esse solum, non sequitur ex eo, vt illud sit vnum numero nisi contingat, vt illud sit vnum numero: neque quod sit vnum secundum diffinitionem etiam. id est simpliciter, vnum enim simpliciter debet habere has duas dispositiones. Et cum narrauit quod ex hac materia, in qua vsus est hoc syllogismo, apparet quod illud, quod accipitur, in eo, quod est album, nõ est vnum numero, neque secundum continuationem, neque secundum diffinitionem dedit modum, secundum quem non est vnum secundum diffinitionem, & dixit ratio enim albi &c. id est & illud, quod significat hoc nomen album, non est vnum secundũ diffinitionem, quia album significat albedinem, & recipiens albedinem, diffinitio autem albi est alia diffinitione recipientis albedinem: & cum narrauit quod diffinitio albedinis differt a diffinitione recipientis albedinem, narrauit quod non sequitur & illud, quod differt in diffinitione differat in esse: ne aliquis existimet hoc sequi. &. d. & non intendimus, &c. id est non sequitur ex hoc, quod diximus, quod diffinitio albi est alia a diffinitione recipientis albedinem, vt albedo sit separata a recipiente. intendimus. n. per hoc albedinem aliam a substantia, non aliã. i. separatam. Et quia istæ intentiones inuentæ in hoc exẽplo, quo demonstrauit: quod iste syllogismus non concludit illud, qđ intẽdebat cõcludere necesse est vt sint probabiles, & vt sint cõcessæ ab aduersario, si cõtradictio

[Right margin letters: D (line 1), E (beside "Et, cum narrauit corruptionem"), F (beside "debet concludere in omni materia")]

Margin notes:

**Corruptio secundũ materiam.**

**Ens & non ens dicuntur de decẽ prædicamentis.**

**Corruptio secundũ formam.**

**Sermo concludẽs per se debet cõcludere in omni materia.**

**Albũ significat albedinẽ & recipiens albedinem quõo hoc sit verũ: vide. 5. meta. c. 14. uide. confir'e. 12. met. c. 39.**

D A fuerit disputatiua, & istæ intẽtiones non erant famosę in tempore Parmenidis, scilicet vt aliquid sit vnum, & diuersum secũdum diffinitionem, excusauit ipsum, Et.d. sed hoc in tempore Parmenidis non erat terminatum.i. sed ista, quæ diximus in hoc exemplo, per hoc quod intendimus cõtradicere syllogismo Parmenidis, & declarare ipsum esse non concludẽtem per se illud, quod intendebat concludere, non dum erat terminata in tẽpore Parmenidis: & sic intelligitur recte iste sermo, non secundum quod exponit Themistius, & alij.

Excusatio Parmenidis.

Necesse igitur accipere, non solum vnum significare quod est de quo vtique prædicetur, sed & quod vere est, & quod vere vnum est: Accidens enim de subiecto quodam dicitur: quare cui accidit quod est, non erit: alterum enim est ab eo, quod est: erit itaque aliquid cũ non sit: non itaque inerit alii existens quod vere est. Non enim erit ens aliquod ipsi esse nisi multa quod est significet, sic vt sit aliquid vnumquodque: sed supponitur quod est significare vnum.

Quod vere est nulli accidit.

E B Contingit igitur dicenti quod ens est vnũ opinari quod ens nõ significat vnum tantum, de quocunque dicatur, sed significat illud etiam, quod est ens, & illud, quod est vnum: Accidens enim dicitur de subiecto aliquo: ergo erit illud, cui accidit ens, non ens: est enim aliud ab ente: erit ergo quod non est ens aliquid: ergo necesse est vt quod est ens, non sit aliquod accidens alteri. Impossibile enim est aliquid esse, si ens non significat multas intentiones, adeo ꝙ substãtia, & accidens vtraque sit aliqua intentio, sed positum est quod significat vnam intentionem.

26

Cum contradixit syllogismo Parmenidis, incœpit contradicere conclusioni eius ex propositionibus, quas posuit in syllogismo: & est contradictio, quæ dicitur redargutio. Et dixit contingit igitur, &c.i. & qui dicit ens esse vnũ, non debet opinari ipsum esse quodcunque vnum sit, sed ens, quod est vnum in rei veritate, & est substantia. Deinde dedit causam in hoc, & dixit accidens enim dicitur de subiecto.i. quoniam si fuerit opinatus ipsum dici de non substantia, necessario dicitur de accidente: & accidens indiget subiecto. sunt igitur duo: accidens, & subiectum accidentis, accidẽs enim dicitur de subiecto aliquo. Deinde dixit erit igitur illud, cui accidit &c.i. illud igitur, quod est subiectum entis,
F C quod est accidens erit nõ ens: iste enim posuit, ꝙ quicquid est præter ens, est nõ ens. Contingit igitur ei vt illud, quod est nõ ens, sit aliquod ens. D.d. ergo necesse est, &c.i. & cum illud impossibile sequitur ex hoc, quod posuimus ꝙ ens significat accidens, necesse est vt ens non significet accidens. D.d. impossibile est vt aliquid sit &c.i. & causa in hoc est: quoniam, si posuerimus quod ens significet accidens, impossibile est vt accidẽs sit aliquod ens: nisi ponamus quod hoc nomen ens significet saltem duo, accidẽs, & subiectum accidẽtis: sed quia Parmenides posuit quod ens significet vnum, ideo accidit ei impossibile: hoc igitur nomen ens apud ipsum secundum hanc positionem nõ potest significare accidens, si cum hoc significet vnum.

Litera Argy. Si igitur id quod proprie est ens non accidit cuiquã: sed aliquid illi aliud accidit cur id qđ est ens proprie ens significat potius ꝙ̃ non ens. Nã si id qđ proprie est ens erit etiã albũ: albũ autẽ non est proprie ens: neq; ẽm id quod est ipsi accidere potest.

Si igitur quod vere est nulli accidit, sed illi aliquid, magis quod vere est significat quod est, quam quod non est. Si enim erit quod vere est idem & album, albo autem esse non est quod vere est: neque accidere ipsi possibile est quod est: Neque enim quod est est quod non vere est: non ergo quod est, est quod album est: non sic autem sicut cum aliquod non sit, sed omnino nõ sit, quod vere itaque est,

non est. Verum enim dicere est quod vere est, quoniam album est: D hoc aūt non quod est significat: quare, si & albū significat quod vere est, multa ergo significat quod est.

Nihil est.n. ens qđ non est proprie ens. albū ergo nō ē ens atq; nō hoc qnidē prędicato vt qppiam nō sit sed vt omnino nō sit. Si igit vti diximus id qđ est proprie ens erit est album: sit vt id nō sit ens qđ est proprie ens. vere em̄ dicemus si illud album esse dixerimus ad hoc non ens vti dicebatur significabat. quærit si album etiā proprie ens significat non vnū id quod est, sed plura sane significata specie. Quartum incōueniēs q̄tū ad priuatiue opposita. Quintum icōueniēs q̄tū ad disparata genere.

Et si illud, quod est ens, non accidit alicui omnino, sed ei dignius accidit illud, quod accidit: ergo ens significat illud, quod est ens, aut significat non ens: Quoniam, si illud, quod est ens, si albū, quia intētio albi non est illud, quod est ens. Nam impossibile est vt ens accidat ei: & quia non est ens nisi illud, quod est ens: ergo album non est ens: non ita quod si illud, quod est ens, sed ita quod est non ens omnino: ergo necesse est vt illud, quod est ens sit nō ens: Dicere.n. ipsum esse album est verum: sed dicere hoc, significabat non ens: ergo necesse est ex hoc vt album etiam significet ens: ergo significat plures intentiones.

27 Cum redarguit Parmenidem in hoc, quod posuit quod ens significat vnum, quod est accidēs, incœpit etiam redarguere ipsum, si posuerit ipsum ens significare vnum, quod est substātia, & dixit &, si illud, quod est ens &c. idest, si intendit cum dixit, quod ens est vnum, quod est illud, q̄ nulli accidit omnino, sed omnia, quæ accidunt, ei accidunt, tunc ens apud ipsum significat illud, quod est ens in rei veritate, & ens significat non ens. Deinde incœpit declarare quomodo sequitur hoc, & dixit quoniam si illud quod est ens, &c. id est, quoniam si illud, quod est ens dicitur esse album: quia intentio albi est alia ab intentione entis: nam impossibile est vt ens accidat sibi: & in alia translatione dicit. nam impossibile est vt accidat ei vt sit ens, id est, quoniam dicere aliquid esse non est prædicatio per accidens, sicut prædicatio albedinis. Deinde dicit. & quia non est ens, &c. id est, quia positum est quod non est ens, nisi subiectum albi, ergo album non est ens, non ita quod sit non ens, quod ponit Parmenides esse ens, & est ens aliquod, sed ita quod sit non ens, quod ponit Parmenides esse ens, & est ens aliquod, sed ita quod sit non ens omnino. Deinde dicit ergo necesse est vt illud, quod est ens, sit non ens, id est contingit igitur vt sit ens illud, quod non est ens. Deinde declarauit hanc consecutionem, & dixit, dicere enim ipsum esse album est verum &c. id est, dicere enim quod ens est album, est ponere album esse ens: quia ista propositio est vera; & iam declaratū est quod hoc nomen albū significat non ens secundum positionē aduersarij: ex quo sequitur vt ens significet illud, quod ipse posuit non ens. D. d. ergo ens &c. i. ergo ens significat illud, quod posuit ens, & est illud, quod recipit albedinē, & illud, quod posuit nō ens. s. albedinem, ergo ens significat plura. B F

Neq; igitur magnitudo erit quod est, siquidem quod vere est, est quod est: vtrique enim alterum est esse partium. Quod autē diuiditur quod vere est, in quod est vere aliquid aliud & ratione manifestū est: vt homo, si est quod vere est aliquid, necesse est & animal, quod vere est aliquid esse, & bipes: Si enim quod vere est aliquid est, accidētia erūt: aut igitur homini, aut alicui alii subiecto: sed impossibile est: Accidēs enim dicitur hoc, aut quod quidē contingit esse, aut nō esse, aut cuius est in ratione hoc, cui accidit: vt sedere quidē, sicut separabile. in simo aūt est ratio naris, cui dicimus accidere simum.

Et etiam ens non est magnitudo, si ens est illud, quod est ens: intētio enim vtriusq; partis est alia ab altera: & manifestum est quod illud, quod est ens, diuiditur ratione ēt in aliquas partes, quæ sunt ēt illud, quod est ens, Verbi gratia, quoniam homo, si sit illud, quod est

A ens, necesse est vt animal etiam sit illud, quod ex ens, & bipes: Nam si non fuerint illud, quod est ens, ergo sunt accidētia: aut ergo homini accidunt, aut alteri subiecto: Accidēs enim dicitur aut de illo, quod po est esse alicuius, aut de non esse, aut de illo, in cuius ratione accipitur illud, cui accidit, Verbi gratia, sessio autē, quasi separatum: simitas vero ratio nasi accipitur in eo, de quo dicimus ꝙ simitas accidit ei. Non contra antiquos.

Cū redarguit Parmenidem proprie, incœpit cōtradicere eis ambobus cōmuniter, Et dixit & ēt ens nō est magnitudo, &c, id est, & ēt ens secūdm hanc opinionē impossibile est vt dicat esse corpus: cū ens apud eos sit ens principaliter: & corpus dr̄ de substātia, & quātitate: erit igit esse substātiæ aliud ab esse quātitatis. Et forte intēdit quod, si ens fuerit vnum, impossibile est vt sit corpus: nā corpus est diuisibile: & hoc est manifestius, vt mihi videtur. Deinde incœpit cōtra dicere eis alio modo, & dixit manifestum est, &c. id est, & vniuersaliter siue crediderint ipsum esse corpus, siue nō, necesse est vt habeat diffinitionē, ex qua intelligatur eius substātia, scilicet vt habeat aliquid quasi genus, & aliquid quasi differētiam. Deinde induxit exemplum, & dixit. Verbi gratia, homo &c. id est, Verbi gratia, quoniam, si posuerint quod ens, quod est vnū apud eos, sit homo, necesse est vt animal, quod est genus hominis, & bipes quod est eius differentia, sint entia in rei veritate: nam partes [a] rei quæ sunt secundū diffinitionē, præcedunt rem in esse. Deinde dedit rationem super hoc, & dixit, nā si non fuerint, &c. id est, animal enim, & bipes si non fuerint de natura illius, quod est ens, ergo erūt accidentia in eo: & tunc aut erūt accidētia homini. Accidens enim inuenit duobus modis, aut separatum quod quādoque est in re, & quādoque nō, vt sessio, aut nō separatū, & est illud, in cuius diffinitione accipitur illud, cuius est accidēs. V. g. simitas, quæ accidit naso: nasus enim accipitur in eius diffinitione. Deinde induxit impossibile, quod sequitur, si animal, & bipes fuerint alterius duorum modorum accidentis. 28

(B)

a Partes rei secundū diffinitionē pcedūt rem in esse. Idē 2. phy. 28. & primo de anima cō. 5. ex quo patet partes diffinitiōis esse reales. Sed oppm. 7. met. 33. & 43. com. Et primo phy. cō. 5. &c.

Amplius quæcūque in diffinitiua ratione insunt, aut ex quibus sunt, in ratione horū non inest ratio totius: vt in bipede ratio hominis, & in albo quæ est ratio albi hominis. Si igitur hæc hunc habent modum, & homini accidit bipes, necesse est separabile esse ipsum: quare cōtingit vtique nō bipedē esse hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio: sed impossibile est istud. Istud enim in illius C ratione inest. Si autem alii accidunt bipes, & animal, & non est vtrūque quod vere est aliquid, & homo vtiq; erit accidētium alteri.

Accidens reperitur duobus modis: aut separatū aut nō separatū. 7. met. 17, & 18.

Et dicamus ēt quod illa, quę accipiūtur in ratione diffiniēte rem, aut illa, ex quibus inuenitur res, impossibile est vt ratio illius rei vniuersalis accipiatur in ratione illarum rerum. V. g. vt ratio hominis accipiatur in bipedes, aut ratio hominis albi accipiatur in albo: & si illa sunt talia, & bipes accidit homini, necesse est autē vt illud separatum sit, ita ꝙ sit possibile vt homo non sit bipes, aut ratio hominis accipiatur in ratione bipedis: sed hoc est impossibile, nam hoc accipitur in diffinitione illius: Et si bipes, & animal accidant alteri, & vtrunque non est illud, quod est ens, necesse est vt homo etiam sit de rebus accidentibus alteri.

Et manifestum est etiam ꝙ illa, quæ accipiuntur in ratione diffinienterem, impossibile est vt in diffinitionibus illorum accipiantur illę res: quoniā partes 29 Partes diffinitiōis pce-

dũt diffini- tũ nõ econtra quia tũc causatũ ꝓcederet cãm. Oppositum primo phy. tex.cõ.5. Hic probat partes diffinitionis nõ eẽ accñtia.

diffinitionis præcedunt diffinitum non diffinitum præcedit diffinitionẽ. V.g. D vt homo,qui est posterior bipede,& animali,accipiatur in diffinitione bipedis, & animalis,aut homo albus, qui est posterior albedine,& homine,accipiatur in diffinitione hominis & albedinis:quoniã, si ita esset tunc causatum pręcederet causam:& cũ posuit hãc propositionẽ dicẽtem ꝙ animal & bipes, & vniuersaliter illa,quæ accipiũtur in diffinitionibus rerum , nõ diffiniuntur per illas res, incœpit facere mẽtionẽ de propositionibus prædeclaratis.s. ꝙ accidentia sunt duobus modis:est.n.accidẽs separabile & inseparabile: & quia in diffinitionibus inseparabiliũ accipitur illud,de quo prędicãtur:& cõgregat eis cũ hac propositione,& declarat inducẽdo ad incõueniens illud,quod intendebat declarare scilicet ꝙ animal,& bipes nõ prædicãtur de homine secũdum ꝙ sunt accidẽtia: & dixit si illa sunt talia,&c.i.cum istæ propositiones sint positæ s.ꝙ homo non accipitur in diffinitione bipedis. Et accidentia sunt duobus modis.s.modo,quo nõ separãtur a subiecto,& in cuius diffinitione accipitur subiectum , & modo, quo quandoque separantur a subiecto,manifestum est ꝙ, cũ posuerimus ꝙ animal & bipes sint accidẽtia homini , & cõiunxerimus eis has propositiones.s. ꝙ accidẽtium aliud est separabile,& aliud inseparabile,& ꝙ in diffinitione inseparabilis accipitur subiectum,in quo est, sequetur ex hoc alterum duorũ impossibilium,quia si bipes,& animal fuerint accidentium separabiliũ, sequitur hominẽ esse quãdoque non animal, & quãdoque non bipedẽ, si vero inseparabilium,sequitur vt homo accipiatur in diffinitione animalis,& bipedis,vtrũq; est E impossibile. Impossibile.n.est vt homo sit,& careat vita: & impossibile est ẽt vt homo accipiatur in diffinitione bipedis:sed est econuerso: Et cum istud impossibile sequitur,si posuerimus quod bipes, & animal sint accidẽtia ĩ homine, ergo manifestum est quod nõ sunt accidẽtia in eo. Deinde dixit. & si bipes, & animal &c.id est,si bipes,& animal,quæ sunt respondentia rebus, quæ accipiũtur in diffinitione entis,accidũt alicui subiecto alij ab homine, ex eis, quæ prędicãtur de homine,quem posuimus similem enti apud eos, & ista accipiũtur in diffinitione hominis,manifestũ est quoniam ex hoc sequitur vt homo , qui est similis enti in positione sit accidẽs:& sic vnum ens apud eos erit accidens, non substantia, quod est cõtra positum. Et abbreuiatio summę istius sermonis est: quoniam quæ accipiũtur in diffinitione entis,aut erunt de natura entis,aut erũt accidẽtia:si autem accidentia,aut subiectum eorum erit ens, aut aliud prædicabile de illo:si igitur subiectum eorum erit ens,non erunt accidentia in eo: quoniam accidẽtia,aut sunt separabilia,aut inseparabilia: separabilia autem possunt esse extra illud,in quo sunt:sed ab illis,quæ accipiuntur in diffinitionibus , impossibile est vt diffinita separẽtur:inseparabilia autem diffiniũtur per subiectũ sed non subiectum per illa:vnde impossibile est vt illa, quæ accipiũtur in diffinitione entis,sint accidẽtia in eo:& impossibile est vt sint accidentia in alio:nã, F si fuerint accidẽtia in alio,& sunt accepta in diffinitione entis , cõtinget vt ens sit de natura eorum:& sic vnum ens apud eos erit accidẽs: & hoc est contra illud,quod dicunt:etiam si dixerint ipsum esse accidẽs sequitur impossibile prędictum. Et,cum destructi sunt omnes modi, secũdum quos possibile est dicere quod illa,quæ accipiũtur in diffinitione entis,non sunt de natura accidẽtis , remanet vt sint de natura entis,ergo est multa non vnum : & hæc est abbreuiatio istius sermonis.

Abreuiatio sermonis Aristo.

Accidentia ĩseparabilia diffiniuntur ꝑ subiectũ, sed nõ subiectũ per illa. idem.7.meta.17.Et 19. & 40.com.

Quod vere est nulli accidit. idem supra.te.cõ. 27.

Sed quod vere est sit accidens nulli: & de quo ambo,& vtrũque, & quod est in his dicatur, ex indiuisibilibus itaq; quod est erit omne. Quidam autem rationibus vtrisque acquiescunt : huic quidem, quoniam omnia vnum sunt, si quod est vnum significat , quoniam est, quod non est . Ei autem,qui decisione indiuiduas facientes magnitudines.

Ponamus ergo quod illud, quod est ens,nulli accidat : & vniuers-

A faliter dicatur illud de vtroque, & de illo, quod est ex eis, sequitur igitur ex hoc, vt totum sit ex rebus indiuisibilibus. Et videmus quosdam, qui obediunt vtrique sermoni: obediunt enim sermoni dicenti quod omnia sunt vnum, si ens significat vnũ: quia dicũt quod non est ens habet essentiam: obediunt autem alteri sermoni, quia concedunt magnitudines esse indiuisibiles secundum diuisionem in duas medietates.

Idest ponatur igitur ratiocinatio Parmenidis secunda super hoc, ꝙ ens est vnum, sit talis: ens, quod est vnum est corpus deferẽs accidẽtia, nõ est accidẽs: & corpus est vnum, & indiuisibile. quoniam si fuerit diuisibile, procedit diuisio semper in duas medietates, & per diuisionẽ in medietates deuenietur ad hoc, qđ corpus sit compositũ ex punctis: & sic corpus erit cõpositum ex nõ magnitudine, & ex non corpore: ꝙ est impossibile: ergo corpus est vnum indiuisibile: & hoc intendebat, cum dixit & vniuersaliter. &c. i. vniuersaliter ponamus ꝙ corpus diuiditur in duas medietates, & quod ens dicitur de vtraque medietate, & congregatio, quod est corpus, ex quo sequitur vt corpus sit compositum ex nõ B corpore: nam illæ duæ medietates diuidũtur in duas, & illę duę in duas alias, & procedet hoc adeo, ꝙ in corpore nõ remanebit magnitudo, sed diuidetur secũdum totum, & deficiet, aut dissoluetur in puncta, & vniuersaliter in nõ corpus: quod est impossibile. D. d. & videmus quosdam &c. & intẽdit per istos duos sermones istum sermonem, & primam rationem, in qua dixit, quicquid est præter ens est nõ ens &c. D. d. obediunt autem &c. i. obediunt autem huic, quod dixit, ꝙ quicquid est præter ens, non dicitur ens: quia existimant ꝙ ens solummodo dicitur vno modo. & ideo visi sunt contradicere huic sermoni, dicẽtes quod quicquid est præter ens, habet aliquam essentiam, & si non dicatur ens: & innuit per hoc Platonem. D. d. obediunt vero, &c. i. alij non obediunt isti rationi, quia contradicunt ei ponendo corpora indiuisibilia, idest quoniam Parmenides cum dixit: quod corpus diuiditur in duas medietates, continget vt diuisio perueniat ad nõ corpus; Contradixerunt huic sermoni alij homines, cõcedendo, quod diuisio cadit in totũ: & est falsum. Et dixerunt quod ista diuisio non peruenit ad non corpus: sed peruenit ad corpora indiuisibilia, & sic fugerũt vnum falsum, & ceciderunt in aliud falsum. 29

In hoc commento desicit continuatio.

Secunda ratio permenidis.

Manifestũ aũt est, quoniam non verum est quod si vnũ significat quod est, & non possibile est simul contradictionem esse, erit nihil C quod non est: nihil enim prohibet quod non est nõ simpliciter esse, sed nõ ens aliquid esse quod nõ est: dicere extra ipsum quod est, nisi aliquid erit aliud, vnum omnia esse, incõueniens est: quis. n. addiscit ipsum quod est, nisi quod vere est aliquid sit? si autem hoc est, nihil tamen prohibet multa quæ sunt esse, sicut dictũ est: ꝙ quidem igitur, sic vnum esse quod est impossibile sit, manifestum est.

Et manifestũ est ꝙ dicere ꝙ ens significat vnum, & quod cõtradictoria nõ possunt esse insimul, impossibile est vt nõ ens habeat essentiã rationis, & nõ est vnũ, & nõ est verum. Nihil enim prohibet vt nõ sit simpliciter, sed non ens erit non aliquod ens: ex quo sequitur vt dicere quod, si hoc non fuerit aliquod habens essentiam præter ipsum ens, omnia erunt vnũ; sit impossibile: nullus enim intelligit per hoc nomen ens, nisi illud, quod est ens, & sic nihil prohibet, vt reputo, vt entia sint plura, vt prædictum est. Quoniam autem impossibile est vt ens sit vnum, hoc modo manifestum est.

31 Dicit & manifestum est &c.i.manifestum est quod, si aliquis posuerit quod D
ens significat vnum, & quod impossibile est vt cõtradictoria cõgregẽtur insimul scilicet esse, & non esse, & existimauerit quod ex istis ppositionibus sequitur: quod illud, quod non est illud ens, nõ habet essentiam, & manifestũ est quod existimatio eius nõ est vera. Deinde dedit causam in hoc, & dixit nihil enim prohibet &c.i.nihil prohibet vt illud, quod est non ens, quod dictum est, vno modo non sit non ens simpliciter, sed nõ illud quod significatur per hoc nomen ens, id est nõ simile ei. Deinde dicit ergo necesse est vt dicitur &c. idest ergo necesse est vt sermo dicentis quod, si non fuerit hic aliquod ens non habens essentiã in rei veritate, scilicet sicut essentiam entis, omnia erunt vnũ, sit sermo impossibilis, possibile est.n. vt aliqua sint. quæ nõ habẽt essentiam similem essentiæ entis. Deinde dicit nullus enim intelligit, &c.i.nullus enim intelligit per hoc nomen ens, nisi ens, quod est ens principaliter, & vere, scilicet substantia: & cum illud ens verum sit vnum, possibile est vt entia, quæ sunt sub eo, in esse sint plura. D. dixit. quoniam autem impossibile est &c.

*De improbatione eorum qui de principiis naturalibus sunt locuti non remouentes motum. Cap. IIII.*

SICVT autẽ physici dicunt duo modi sunt: hi quidem enim vnum facientes quod est corpus subiectum, aut triũ aliquid, aut aliud, quod est igne quidẽ densius, aere autẽ subtilius, alia autem generant densitate, & raritate, multa facientes: hæc autem sunt contraria: Vniuersaliter autem excellentia, & defectus, sicut magnum dicit Plato, & paruum, nisi quod hic quidem hoc facit materiam, vnum autem speciem. Alii vero vnũ quidem subiectum materiam, contraria autem differentias, & species. Quidam autem ex vno inhærẽtes contrarietates segregant, quemadmodũ Anaximãder dicit, & quicũq; aut vnũ & multa dicũt esse, sicut. Empedocles, & Anaxagoras, ex cõmixtione nãque segregãt alia. Differũtur aũt abinuicẽ, in eo quod hic circulationem facit horum, hic autem semel, hic quidem infinitas similes partes & contrarias, ille vero vocat elementa solum. E

Quod aũt dicũt naturales est duobus modis: quidã.n.posuerunt F
ens vnũ genus subiectũ, aut vnũ triũ, aut aliud dẽsius igne, & subtilius aere. Attribuũt alia dẽsitati, & raritati, & posuerũt ea multa, & hæc duo sunt cõtraria, & vniuersaliter additio, & diminutio secũdũ sentẽtiã Platonis in magno, & paruo. Sed Plato ponit hæc duo, loco materiæ, & ponit vnũ loco formæ: isti aũt ponũt istud Vnum subiectum materiam, & ponunt duo contraria, differẽtias, & species: & quidam dixerũt quod cõtraria sunt existẽtia in vno, & ex eo resoluuntur, & exeunt, vt dicit Anaximander: & similiter etiam qui dixerunt quod entia sunt Vnũ, & plura, vt Empedocles, & Anaxagoras: isti enim attribunt exitũ aliarum rerum dissolutioni, quæ fit ex mixto: sed differunt, quoniam ille dicit hoc esse reciproce, iste autem dicit hoc esse semel: Amplius ille dixit quod partes consimiles sunt infinitæ, & contrariæ, Iste autem dicit contraria in eis, quæ apud ipsum dicuntur elementa tantum.

A CVM contradixit opinionibus non essentialibus in hac arte secundum disputationem, reuersus est ad contradicendum opinionibus naturalibus dictis ab eis, qui concedunt principia esse, & vtuntur hoc nomine ens pro principio: & qui istorum dicit, quod ens est vnum, intendit quod principium est vnum: & qui dicit entia esse plura, & intendit principia esse plura: & incoepit Aristo. in opinionibus istorum ab opinione dicentis principium esse vnum. Et dicit, quod autem dicunt naturales &c. id est, naturales autem, qui vtuntur hoc nomine ens pro principio, & dicunt quod ens est vnum in qualitate generationis, sunt bipertiti: isti enim conueniunt in hoc, quod dicunt, quod ens scilicet principium, est vnum, aut trium elementorum: quoniam quidam dicunt quod illud principium est ignis, & quidam aer, & quidam aqua, aut aliquid medium inter ignem & aerem, densius igne, & subtilius aere: sed diuisi sunt in modo generationis rerum ex hoc principio vno in duas sectas: quidam enim ponunt generationes rerum ex hoc principio secundum rationem, & densitatem: & isti quoquo modo ponunt principia plura: ponũt enim vnum subiectũ, & duo contraria scilicet raritatem, & densitatem, & vniuersaliter additionem, & diminutionem, sub quibus collocantur magnum, & paruum, quæ dicit Plato. sed isti differunt a Platone; quoniam Plato ponit hæc duo contraria loco materiæ, & ponit vnum, quod est subiectum eorum loco formę. isti vero ponũt vnũ quod est subiectum materiam, & ponunt contraria differentias, & species materię. s. quoniam vnũ ponunt pro materia, & contraria pro forma. Et cum notificauit vnam sententiam dicentium, principium esse vnum in modo generationis rerum ab illo principio reuersus est ad secundum sententiam, & dixit. & quidam dicunt quod contraria &c. id est, & quidam eorum, qui dicunt, quod principium est vnũ, non ponunt modum generationis secundum densitatẽ, & raritatem: sed dicunt quod contraria, & vniuersaliter omnis diuersarum specierum, & formarum sunt existẽtia in actu in illo vno principio secũdum latẽtiam. generatio nihil aliud est quam exitus illarum rerum latẽtiũ ex illo vno, vt dixit Anaximãder naturalis. Deinde dixit quõ conueniũt quidam eorũ qui dicũt principia esse plura vno cũ istis ĩ hac opinione. s. in hoc, quod generatio ex principijs est secundũ dissolutionem. & exitũ, & dixit. & similiter illi, qui dicũt &c. i. talẽ opinionẽ de modis generationis nõ opinãtur solũ illi, qui dicũt quod principiũ est vnũ: sed qui dicũt principia esse plura, vt Anaxagoras, & Empedocles: isti enĩ attribuũt generationẽ rerũ exitui earũ a mixto. Et cũ narrauit quod isti duo viri conueniunt in hoc. i. in modo generationis, incoepit narrare in quo differunt & dixit, & differunt in hoc: quoniam &c. id est Empedocles, & Anaxagoras differunt: quoniam Empedocles opinatur quod mixtio, & congregatio rerum habet tempus, quod est tempus corruptionis mundi, & segregatio earum habet aliud

C tempus, & est tẽpus generationis mundi: & quod ista congregatio & segregatio semper est reciproce in infinitũ: Anaxagoras vero opinatur res esse mixtas tẽpore infinito: deinde intellectus incoepit distinguere eas, & extrahere eas a mixto, & quod hoc erit in infinitũ. Mundus igitur apud Empedoclem est quãdoq;, & corrumpitur quãdoq;: apud Anaxagoram vero est ens factum a principio, sed permanebit in infinitũ. Deinde induxit alias differẽtias inter eos, & dixit, et iste facit semel &c. id est & nõ differũt in hoc tãtum, scilicet quod Anaxagoras ponit generationẽ mũdi semel, & Empedocles infinities, sed ẽt in hoc, quod Anaxagoras dicit, quod illa, quæ dissoluũtur, sunt partes cõsimiles, & contraria: & quod ideo accidet mũdo remanere in infinitũ, eo quod illæ partes sunt infinitæ: quare nunquã cessant exire. Empedocles aũt dicit cõgregationem, & segregationem elementorum quatuor esse reciproca: quia apud ipsum sunt elemẽta eorum, quæ sunt consimilium partium: sed apud Anaxagoram econuerso, scilicet quoniam illa, quæ sunt consimilium partium, sunt apud ipsum elementa elementorum quatuor.

52

Istorũ opiniones req. re in prohemio meta. com. 2.

Conuenientia inter Empedoclẽ & Anaxagoram, D fi. a. j.

Idẽ. 8. physi. 2.
Alias differentias vide ꝑ opinione Anaxag. & empedo. 12. meta. cõ. 9. & 11. Et in 8. phys. cõ. 2. & primo ce. 122. oppositum reperies de anaxago. opinione circa generationẽ mundi &c.

Videtur Autem Anaxagoras sic infinita opinari, vt accipiat communem opinionem physicorum esse veram, tanquam nõ fiat nullum

eorum, quæ sunt ex eo, quod non est: propter hoc enim, sicut dicunt, D
erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari, alii autem
congregationem. & segregationem.

Nihil generat ex non ente.

Et forte Anaxagoras existimauit ea esse infinita: quia opinabatur
quod illud, quod erat famosum inter Naturales, est verum, scilicet
quod nihil omnino generatur ex non ente. Quoniam propter hoc
dixerunt, scilicet quod omnis erãt insimul in illo principio, & quod
generatio rei demonstratæ est alteratio: & quidam dixerunt quod
est mixtio, & distinctio.

33 Cum numerauit opiniones illorum de principijs, & de modo generationis, incœpit notificare illud, quod mouit illos ad opinandum hoc, Et dixit; & forte Anaxagoras, &c. id est posuit elementa infinita consimilium partium: quia existimauit quod propositio concessa apud naturales est vera omnibus modis: & est quod impossibile est vt aliquid fit ex nõ ente omnino. Deinde dixit quoniã propter hoc dixerunt &c. id est propter hoc, quod cõcesserunt hanc propositionem, dixerunt isti quod omnia erant insimul, & quod generatio est cõgregatio,

Vide primo g. primo.

& corruptio est segregatio: licet quidam vocent generationem rei non distinctę E
alterationem: quoniã apud ipsum generatio in rei veritate non est alteratio: & est Anaxagoras: & quidam vocant eam mixtionem & distinctionem: & isti magis conseruant nominationem secundum intentionem suam.

Oẽs qui de natura locuti sunt ĩ hoc conuenerũt q̃d ex nihilo nihil fit. Idem supra in te. prece. Et. 3. cœli. com. 25.

Amplius ex eo ꝙ fiunt ex alterutris, contraria inerant ergo: si. n.
omne quod est, fit, necesse est fieri aut ex his, quæ sunt, aut ex his,
quæ non sunt. Horum aũt illud, quod est ex his, quæ non sunt, aliquid fieri impossibile est (de hac enim cõueniunt opinione omnes,
qui de natura sunt.) Reliquum iam contingere ex necessitate putauerunt ex eis, quæ sunt, & insunt fieri, sed propter paruitatem magnitudinũ ex insensibilibus nobis, vnde dicunt esse in omne misceri
propter id quod omne ex omni videbant fieri. Apparere autem differentia, & appellari altera abinuicem, ex magis superabundãti propter multitudinem in mixtura infinitorum: sincere quidem enim totum album, aut nigrum, aut carnem, aut os non esse, sed quod plus
vnumquodque habet, hoc videtur esse natura rei. F

Et etiam si alterum contrariorum generatur ex reliquo: Quoniã
quia omne generatum necesse est vt generatio eius sit ex rebus entibus, aut ex non entibus; & est impossibile aliquid generari ex non
ente: Naturales enim omnes conueniunt in hoc, & existimauerunt
quod sequitur necessario quod generatio ex rebus existentibus in se
propter paruitatẽ corporis eorum, erit generatio ex rebus insensibilibus apud nos; & ideo dicunt quod quodlibet est mixtum cũ quolibet: Opinabantur enim ꝙ quodlibet generatur ex quolibet; & ꝙ
illa, quæ videntur diuersa, & dicantur alia a seinuicem, videntur
ita, propter illud, ꝙ habet dominium in mixto. Quoniam vt dicunt, nihil est, ꝙ sit totum purum album, aut nigrum, aut dulce, aut
caro aut os: sed in vnaquaque rerũ illud, ꝙ vincit in ea, existimatur
ꝙ natura eius est illius.

**Hoc, quod dicit, & etiam, si alterum contrariorum, &c. est alia res, quæ induxit eos**

A xit eos dicere quod entia erant insimul: quoniam, quia opinabantur quod generatio est ex contrariis: & quod contraria sunt, quæ sunt principia, oportet ut non sint generabilia, neque corruptibilia, & ideo oportet apud eos contraria esse insimul; & quædam exeunt a quibusdam; &, cum induxit illud dictum indubitabile, quod mouit eos ad opinandum entia esse insimul, & quod generatio est exitus, & resolutio, incœpit declarare illam ambiguitatem, & quoquomodo excusat Anaxagoras eos, qui dicunt esse impossibile, quod generatio est aliquid esse, quod non erat, &c. D. quoniam cum omne generatum, &c. & sermo eius in hoc manifestus est per se. D. &c. propter paruitatem, &c. id est, excusant se in hoc, quod sensus contradicit huic opinioni, dicentes quod hoc, quod apparet sensui, scilicet quod generatio fit ex non ente, est propter paruitatem partium, non quod in rei veritate est generatio ex non ente. D. &c. ideo dicunt, &c. id est, & quia coacti sunt ad credendum quod ens generatur ex ente, & quod hoc non apparet sensui, est peccatum sensus ex paruitate partium, ex quibus est generatio, dixerunt quod omne est mixtum cum omni, licet non appareat sensui, & quod necesse est omne generari ex omni, non ut aliqua terminata generentur ex aliquibus terminatis [illegible]. Deinde dicit & illa, quæ videntur diuersa, &c. id est, Anaxagoras, qui est coactus ad credendum omne generari ex omni, excusat se ex hoc, quod apparet sensui, scilicet, quia res videntur diuersæ, dicendo hoc, quod res videntur diuersæ, est

B propter illud, quod dominatur in illa re mixta ex partibus infinitis. Verbi gratia, quoniam tunc existimatur hoc esse aqua, quando partes consimiles aquosæ fuerint in eo plures quam aliæ partes infinitæ mixtæ in eo, & tunc existimatur quod hæc est caro, quando partes carnosæ fuerint in eo plures aliis partibus infinitis mixtis in eo: non quia in carne non sint nisi partes carnosæ tantum, sicut existimatur: neq; in aqua nisi partes aqueæ, sed in aqua, & aere, & in omni, quod distinguitur, non distinguitur nisi propter illud, quod habet dominium in eo ex partibus consimilibus infinitis in numero, non in forma: dicunt igitur quod nihil est hic, quod totum sit album purum, aut nigrum purum, aut dulce purum, aut caro pura, aut os purum, sed vnaquæq; res existimatur esse de natura illius, quod magis est in ea, & quod illud est de natura eius pura, & quod non est nisi illa natura pura, & hoc est falsum.

Si igitur infinitum, secundum quod infinitum, ignotum est: secundum multitudinem, & magnitudinem infinitum ignotum quantum est quoddam: secundum speciem autem infinitum ignotum quale quoddam est. Principiis autem existẽtibus infinitis, & secundũ mul- *Infinitum secundũ quod infinitum est ignotum, idẽ 2. met, te. c. 11.*

C titudinem, & secundum speciem impossibile est, quæ sunt ex his, cognoscere: sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quot sit.

Dicamus igitur quod, si infinitum, secundum quod est infinitum, non scitur, ergo illud, quod est infinitum in numero, aut in magnitudine est quantum non scibile, & illud, quod est infinitum in forma est quale non scibile: &, cum principia sint infinita in numero, & in forma, ergo nulla est via ad sciẽdũ illa, quæ sunt ex eis: nos enim nõ existimamus scire compositum, nisi cum sciuerimus illa, ex quibus, & ex quot est compositum.

Cum numerauit opiniones Naturalium in numero principiorũ, & in modo generationis, incœpit primo destruere sermonem dicentium ea esse infinita. Et, cum hoc destruxerit, incœpit perscrutari vtrum sint vnum, aut plura, &, si sint plura, quot sint, & posuit suum sermonem in hoc contra Anaxagoram, & si sit etiam contra Democritum, qui dicit partes esse indiuisibiles modo communi non pro- 35

Quæ ratio logica appellat̃ vide hic, & aliã signi ficationẽ require primo cœli.cõ.70.
Logica vsitat̃ duobus modis. Idẽ. 8.phy.cõ.7. & 2 me.cõ. 15.idem 7. met. com.2.

prio: cum in hoc libro, & in alio dicetur de modo proprio. Et incœpit contradicere huic opinioni ratione logica & dico hic logicam, id est, argumẽtationẽ, cuius propositiones sunt declaratæ in logica, & sunt acceptæ illic pro declaratis per se, logica enim vsitatur in scientijs duobus modis: aut secũdum quod est instrumentum distinguens verum a falso, & hic est modus proprius: aut secundum quod illa, quæ sunt declarata in ea accipiuntur pro maximis in declarãdo, aut construendo aliquid. & ista consideratio, cum vsitatur in artibus particularibus, est non propria, in arte autem vniuersali . scilicet prima philosophia . est propria. Et iste sermo est syllogismus in secunda figura, cuius altera propositio est posita sine medio, & secunda subintellecta est, sed eius medium ponitur, quod componitur in prima figura, & altera propositio eius est manifesta per se: altera vero duarum propositionum, quæ ponuntur in secunda figura est. Omne compositum ex principijs infinitis in quantitate, & forma est compositũ, quod non scitur ex quibus componitur, & ex quot: secunda vero est. Et omne compositum notum est compositum, & scitur ex quot componitur, & ex quibus; ergo in secunda figura. Omne compositum ex principijs infinitis est compositum ignotum, id est, quod non potest sciri: propositio autem dicens quod omne compositum notum est compositum ex principijs, quorum quantitas, & qualitas est nota, est posita sine medio: & est illa, quam expressit, cũ dixit nos enim existimamus nõ scire, &c. propositio vero posita cum medio in hoc syllogismo, cum dicimus, quod omne compositum ex principijs infinitis in quantitate, & forma est compositum ex principijs ignotis; & medium est, quod omne, quod est in infinitum in numero, aut in magnitudine est quantum non scibile, & omne: quod est infinitum in forma, est quale non scibile, & sic iste sermo componitur in prima figura. Omne infinitum in numero, aut in magnitudine est quantũ non scibile: Et omne, quod est infinitum in forma, est quale non scibile. Omne compositum ex principijs infinitis in quantitate, aut qualitate est compositum ex magnitudinibus, aut numeris, aut qualitatibus non scibilibus: ergo in prima figura. Omne compositum ex principijs infinitis in quantitate, & in forma est compositum ex principijs non scibilibus; & propositio minor istius syllogismi declaratur etiam per medium. scilicet propositio dicens; quod omne compositũ ex principijs infinitis in quantitate, & qualitate est compositũ ex magnitudinibus, aut numeris, aut qualitatibus non scibilibus; & mediũ, per quod declarat̃ propositio, est propositio dicens: Infinitũ, secundum quod est infinitum, est non scibile; & syllogismus cõponitur sic in prima figura. Omne, quod est infinitum, est non scibile. Sed omne, quod est infinitum in magnitudine, aut numero, aut qualitate, est infinitum, ergo. Omne, quod est infinitum in numero, aut magnitudine, aut qualitate, est non scibile secundum magnitudinẽ, aut numerũ, aut qualitatem. Sũt igitur tres syllogismi, & sex propositiones; & duo syllogismi sunt in prima figura, & vnus in secunda: propositionum aũt duæ sunt manifeste declaratæ cũ medio, & quatuor sine medio: & Arist. expressit ex istis duas propositiones tertij syllogismi, quæ sunt manifestæ sine medio, cũ dixit quod infinitum, secundum quod est infinitum, &c. Deinde induxit vltimam conclusionem prouenientẽ ex istis tribus syllogismis, & dixit, & cũ principia sint infinita in numero &c. deinde expressit alterã duarum propositionum primi syllogismi, q̃ est in secunda figura, quæ est declarata sine medio; nos enim existimamus non scire &c. Arist. igit̃ expressit ex istis sex propositionibus tres manifestas sine medio: & tacuit duas manifestas cũ medio: cum sint in potentia in suo sermone, secũdum quod sunt conclusiones: & vnam manifestam sine medio. Et vide quõ est sermo huius boni hominis breuis; & forte est ita de quolibet verbo eius.

Epilogus.

Consimile pri. de generatione. cõ. 38.

Totũ consequitur partẽ quo ad magnitudinem & paruitatem.

Amplius aũt, si necesse est, cuius pars contingit quantacunq; esse secundũ magnitudinem, & paruitatem, & ipsum contingere (dico aũt talium aliquam partium, in quam, cum insit, diuiditur totum.) Si autem impossibile est animal, aut plantam quantacunq; esse se-

A cundum magnitudinem, & paruitatem, manifestũ est quõ neque partium aliquam: erit enim totum simile partibus: caro enim, & os, & huiusmodi partes sunt animalis, & fructus plantarum. Manifestum est igitur quõ impossibile est carnem, aut os, aut aliquid aliud quantucunq; esse secũdũ magnitudinem, aut in maius, aut in minus.

Et etiam illud, cuius pars potest esse cuiuslibet mensuræ positæ in magnitudine, aut in paruitate, necesse est vt illud ẽt possit hoc; & intelligo aliquam partẽ ex talibus, in quas diuiditur vniuersum, & est vnum. Si igitur impossibile est vt animal, aut planta sit cuiuslibet quantitatis in magnitudine, aut paruitate, manifestum est quod impossibile est hoc etiam in aliqua parte eius. Quoniam necesse est vt vniuersum sit tale, & caro, & os, & similia sunt partes animalis, & fructus sunt partes plantarum; ergo manifestum est quod impossibile est vt caro, aut os, aut alia quæcunq; pars sit cuiuslibet mensuræ
B positæ in magnitudine, aut in paruitate.

Iste est alius sermo, per quem declarat corpora esse composita ex partibus finitis secundum quantitatẽ; & abbreuiatio sui sermonis est, quõ totum sequitur partes, quæ sunt secundum quantitatẽ in paruitate, & magnitudine, & finitę & infinite & vniuersaliter terminatione, & interminatione; ergo si compositũ est finitum, & terminatæ quantitatis, necesse est vt quantitates ex quibus cõponitur sint finitę, in mensura, & in numero: sed composita sunt finitę quantitatis, & terminata: ergo & partes eius sunt terminatæ, & finitæ. Et iste sermo cõponitur in forma syllogismorum hypotheticorum. Cum igitur dixit quõ cuius, pars, &c. est quasi præcedens: intendit quod compositum, cuius partes sunt non terminatæ in quantitate, sed possibile est vt sint in quacunq; mensura, ponatur in magnitudine, aut paruitate. D. d. necesse est vt illud possit; & hoc est consequens; & intendit necesse est vt illud compositum ex talibus partibus, quæ possunt esse cuiuscunq; mensuræ in magnitudine, & paruitate non sit etiam terminatum: s. sit possibile ipsum esse cuiuslibet mensuræ positæ in magnitudine, & paruitate. D. d. & intelligo partem, &c. id est, & distinguit illud, quod intẽdebat per hoc nomen pars; cum partes dicantur quandoq; secundum qualitatem, & quãq; secundum quantitatem; & hoc duobus modis, aut partes, quæ sunt in potentia in
C toto; aut partes, quæ sunt in actu in toto; &, quia non consequitur vt totum sequatur partes in mensura, nisi in partibus, quæ sunt secundum quantitatẽ, quæ sunt in toto in actu, declarauit quod istud intendebat hic per partem: & dixit & intelligo hic partẽ, &c. i. & intelligo hic per partem, quæ est de specie partiũ, in quas totũ diuiditur secũdũ quantitatem, & non secundum qualitatẽ: sicut corpus diuiditur in materiam, & formam: neq; partes, quæ sunt in toto secũdũ potentiam, sed partes, in quas vniuersum diuiditur: & sunt illæ, quæ sunt in toto in actu: & cũ induxit præcedens, & consequens, ita quod consecutio fere est manifesta per se: destruxit consequens, & dixit, si igitur est impossibile vt animal &c. i. & hoc intendebat concludere. Deinde dedit exemplũ de partibus cõpositorum, & dixit, necesse enim quod vniuersum sit tale: & caro, & os, &c. i. necesse est enim vt totũ sit in dispositione partium: vt caro, & os, & similia sunt partes animalis: & fructus, & similia sunt partes plantarũ. Deinde dixit: & manifestũ est, quõ impossibile est, &c. i. & cum totum in cõpositis sequitur partes in hoc, quod sunt terminatæ: aut interminatæ: & totũ, quod est animal, aut plãta est terminatũ: necesse est vt partes eius, i. caro, & os & fructus sint terminata: & manifestum est, quod qui dicit, quod in carne sunt partes infinitę, & quod exitus earum est in infinitum, opinatur quod partes, ex quibus animal componitur, aut planta, sunt non terminatæ: ex quo sequitur, vt totum ẽt sit non terminatum.

16
Isto modo si partes sunt infinitę compositũ est infinitum, sed cõpositũ est finitũ, ergo partes sunt finitę a destructiõe cõsequentis &c.
Partiũ alię secũdũ quantitatem, alię secundum qualitatem. i. 5. 7. meta. com. 33.

Litera argy. cum omne corpus finitum ablatione finiti corporis cõsumat atque tollatur.

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregantur cũ insunt, dicuntur aũt & a plurimo: fit aũt ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur, & caro ex aqua: omne autem corpus finitum resecatur a corpore finito: manifestum est quod non contingit in vnoquoque vnumquodque esse: remota enim ex aqua carne, & iterũ alia facta ex reliqua, segregabitur, quãuis semper minor est segregata, sed tamen non excedit magnitudo paruitatem: quare, si quidem stabit segregatio, non omne in omne erit: in reliqua enim aqua non inerit caro: si vero non stabit, sed habebit semper remotionem in infinita magnitudine, æqualia finita inerunt, infinita secundum multitudinem: hoc enim impossibile est.

Et etiam, si ista genera, & similia sunt omnia existentia, aut quædam in quibusdam, & non generantur, sed dissoluuntur, & exeunt, & non nominantur, nisi secundum illud, quod vincit in eis: & omne generatur ex omni, Verbi gratia, ex carne aqua, quæ resoluitur, & ex aqua caro: & omne corpus finitum consumitur a corpore finito: manifestum est, quoniam impossibile est vt vnaqueq; rerum existat in vnaquaq; re. Quoniam, quando exit caro ex aqua: deinde ex aqua residua generatur alia caro secũdum resolutionem: tunc, & si illud, quod exit ex carne, sit semper minus, tamẽ caro necessario pertransit in paruitate magnitudinem determinatã: ex quo sequitur, aut vt cesset resolutio: & sic non erit omne existens in omni, quoniã in aqua residuum non erit caro: aut non cesset: sed in ea erit quod semper resoluitur, & sic in magnitudine terminata non sunt magnitudines æquales finitæ, sed infinitæ in numero: quod est impossibile.

Est regula, qđ oẽ corpus finitũ qñ ex eo exit corpus finitum multotiẽs necessario consumet illud. Idẽ. 6. phy. 28. Idẽ infra. t. c. 38. idẽ supra. 36. ex quo patet dari minima. Idẽ 2. de aĩa 41. & 97. Idẽ 6. phys. 91. idem 7. phys. cõ. 1. Idẽ 8. phy. c. 62. Idẽ prio cæli. 116.

37 Iste sermo potest esse contradictio tertia, qua destruit quod generatio sit semper secundum exitum, & vt quodlibet sit in quolibet vt dicunt: & potest fundari super illud, quod prædictum est, scilicet quod hic sunt partes terminatæ in paruitate, sed est alia ratiocinatio: & abbreuiatio istius sermonis est quod, si species corporũ consimilium fuerint omnes in se inuicem: & nihil generat ab aliquo, sed exeũt ex seinuicem, vt dicunt: quia quodlibet est in quolibet, sed vnumquodque eorum nominatur secundũ illud: quod vincit in eo: &, ideo quodlibet generatur ex quolibet. V. g. quoniam ex carne generatur aqua, quæ resoluitur, & exit semper: & ex aqua etiam caro. Et est regula, quod omne corpus finitum, quando ex eo exit corpus finitum multotiens, necessario consumet illud: quare impossibile est, vt quodlibet sit in quolibet: generatio enim, secundum hunc modum, necessario cessabit, quoniam, quando ex aqua exit caro, deinde ab ea exit alia caro, & sic in infinitũ, necesse ẽ, aut vt exitus cesset, aut ut in corpore finito sint corpora æqualia ĩfinita: quoniam non potest aliquis dicere quod, cum ex aqua exiuerit prima caro; deinde exiuit alia caro, quod illa caro secunda erit minor prima secundum minorationem aquæ per exitum primæ carnis: & similiter tertia caro erit minor secunda secundum minorationem aquæ per exitum secundæ carnis: & quod hic procedit in finitum, scilicet paruitas aquæ, & paruitas carnis exeuntis; caro enim habet in paruitate magnitudinẽ terminatam, quam non pertransit, scilicet quod non inuenitur caro habens magnitudinem minorem ista: illa igitur magnitudo terminata, quæ est carnis, quando exit ex aqua, semper necesse est alterum duorum, aut vt cesset generatio, aut in magnitudine finita, & terminata, scilicet in aqua erũt magnitudines æquales infinitæ: & est minor magnitudo carnis minima: quod est im-

A possibile. Deinde dixit & et, si ista oia genera, &c. id est species corporum consimilium, quas ponit Anaxagoras pro elementis, Verbi gratia, caro, & os, & vniuersaliter corpora, quorum diffinitio totius, & partis est eadem. Deinde dixit & non generantur, &c. id est & istæ partes non generantur ex inuicem secundum transmutationem sed secundum quod exeunt a seinuicem, & ante exitum erant in seinuicem, sed vnumquodq; eorum vocatur diuersum ab altero secundũ illud, quod denominatur in ipso. Deinde dixit quoniam & si illud, quod exit, &c. id est quoniam, cum posuerimus, quod illud quod ex carne secũda exit est minus primo, & tertiũ est minus secundo, & quartum est minus tertio, & manifestũ est, per se, & declaratum etiam quod caro habet mensuram terminatam in paruitate, quam non pertransit, necesse est alterum duorum, aut vt generatio cesset, aut in corpore finito sint corpora æqualia infinita. Et iste sermo est in forma syllogismi hypothetici: cuius præcedens est, & etiam si ista generatio, &c. Consequens autem est quod impossibile est, vt quodlibet sit in quolibet, &c. sermo residuus declarat consecutionem.

Adhuc autem, si omne quidem corpus remoto quodam, minus necesse est fieri: carnis aũt determinata est quantitas in magnitudine, & paruitate: manifestum est, quod ex minima carne nullum segre-
B gabitur corpus, erit enim minor minima. Amplius autem infinitis corporibus inest vtiq; iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata tamen ab inuicem, nihil autem minus sunt entia, quæ sunt & infinitum vnumquodque est: hoc autem irrationabile est.

Et cũ hoc, si omne corpus, quando ex eo diminuitur aliqua pars, necessario fit minus: & quantitas carnis est terminata in magnitudine, & paruitate. Manifestum est, quoniam impossibile est, vt ex minima carne exeat corpus omnino: quoniam, si ex ea diminuitur aliqd erit minor minima: & etiam necesse est, vt in corporibus infinitis sit caro infinita, & sanguis infinitus, & medulla infinita: & vnumquodque eorum non est minus, illo in hoc quod est infinitum: & hoc est extra rationem.

Et hæc est etiam quarta rationum, qua contradixit, vt generatio sit secundũ 38
exitum corporum, in infinitum. Et dicit, & cum sit manifestum per se quod omne corpus, quando ex eo diminuitur aliquid fit minus, & etiam est manifestum per se quod quantitas carnis est terminata in magnitudine, & paruitate: Manife-
C stum est etiam quod ex minima carne, s. qua nulla caro est minor, impossibile est exire corpus cõsimile omnino: nam qñ exitus procedit. semp, & minoratio corporis ex quo est exitus: & si procedit semp, necesse est vt illud corpus, a quo exeũt hæc corpora, perueniat ad minimam quantitatem illius speciei corporis: & tunc erit impossibile vt ex eo exeat aliquid quoniam tunc fieret minus quam deberet esse: quod est contrra positum: ergo necesse est vt cesset exitus. Et cũ compleuit hanc contradictionem, induxit etiam quintam rationem, qua contradicit etiam, vt quilibet sit in quolibet, & vt exitus a quolibet sit in infinitum, & dixit & etiã necesse est, &c. id est & etiam necesse est, si exitus ab vnoquoq; corporum consimillium infinitorum fuerit infinitus necesse est in vnoquoq; istorum corporum infinitorum sint corpora infinita, etiam in quantitate & qualitate: & erunt hæc corpora infinita necessario, distincta abinuicem in loco, & in vnoquoque infinitorum istorum, existentium in vnoquoque infinitorum, erunt etiam corpora infinita in quantitate, & qualitate distincta etiam in loco: & similiter etiã in vnoquoq; istorum erunt corpora infinita: & sic infinita erunt in infinitis infinities: qđ est contra rationem, scilicet infinita multiplicari per infinita.

Nequaquam autem segregandum esse non scienter quidem dici-

tur, recte autem dicitur quod omne: Passiones enim inseparabiles D
sunt: si igitur mixti sunt colores, & habitus, si segregentur, erit aliquod album, & sanatiuum, non alterum aliquod, cum sit neque de subiecto: Quare inconueniens est, impossibilia quærens intellectus, si vere velit siquidem segregare, hoc autem facere est impossibile, & secundum quantitatem, & secundum qualitatem: secundum quantitatem quidem, quia non est minima magnitudo: secundum qualitatē autem, quoniam inseparabiles sunt passiones.

Hoc autem, quod dixit, quod res nunquam distinguentur, est sermo sine discretione, sed est verus: Passiones enim sunt inseparabiles: & quia corpora, & formæ sunt mixta, si distinguantur, tunc albedo erit existens, & sanitas erit existens per se sine indigentia alicuius alterius existentis, & absq; eo, quod sint in subiecto: & ideo intelligentia erit vilis, quæ quærit impossibile, cum vult distinguere quod non potest neq; in quantitate, neq; in qualitate. in quantitate vero, E
quoniam impossibile est, vt sit magnitudo, qua nulla est minor: in qualitate vero, quia passiones sunt inseparabiles

39 Cum compleuit contradictionem contra Anaxa. & notificauit quid collocet in eo de falso, incœpit notificare quid est in eo de veritate, Et dicit, hoc autem quod dixit, &c. i. quoniam est sermo verus secundum partem, non secundum totum, s. hoc, quod dixit, quod res non distinguuntur, neq; separantur: & dixit quod est sermo sine discretione: quia non distinguebat accidētia a subiectis, & corporibus: hoc enim quod dixit, quodlibet est mixtum cum quolibet, exigit mixtionem corporum adinuicem, & mixtionem corporum cū accidentibus: cum corpora, & accidentia sint duo: & ideo sermo eius, in quo dixit, quod res non distinguitur est verus secundum partem, s. quod accidentia, & substantiæ non possunt separari abinuicem: & secundū hoc, existimatur, quod causa in hoc est, quia qualitates multum fortiter sunt mixtæ cum corporibus: non quia apud ipsum sunt corpora: sed quia qualitates sunt accidentia non separabilia: & intēdit hic per passiones omnia accidentia. Et, cum notificauit quod sermo eius est verus in accidentibus, & corporibus, incępit declarare hoc, & quō sequitur hoc ex sermone eius, & dixit, & quia corpora, &c. i. & quia corpora, & qualitates in opinione istius viri, aut secundum quod sequitur ex suo sermone, sunt mixta: sicut mixtio corporum consimilium partium est inuicem: cum nondum distinguebat mixtionē, cum existimabat quod mixtio corporum in seinuicem est, sicut mixtio accidentium cum corporibus: & manifestum est quod non est ita: & quod continuatio accidentium cum corporibus, si dicatur mixtio tn̄ impossibile vt mixta separētur in eo: quoniam, si separentur, erunt accidentia existentia per se: & sic albedo erit existens per se: & similiter sanitas, sine indigentia ad hoc quod sint in corpore: & accidentia vł non erunt in subiecto: quod est impossibile. Et, cū declarauit veritatem istius sermonis, in quo dixit, quod res nunquam distinguuntur, declarauit etiā improbabile contingens ei, si concedatur secundum totū, & dixit & ideo intelligentia erit vilis. i. & continget Anaxagoram in hoc, quod dixit, quod oīa sunt mixta adinuicē tpe infinito: Deinde intelligentia, quæ apud ipsum est generās, diuidit, & separat ea abinuicē: sed ista diuisio, & separatio nunquam cōplet: vt actio istius intelligentiæ sit ociosa, quia incœpit distinguere, quod nunquam complebitur: & tale agens est valde vile, s. quia nititur agere quod nunquam complebitur: & dixit quod non potest distinguere, neq; in quantitate, neq; in qualitate: in quantitate vero, quia partes cōsimiles, quas intelligentia diuidit abinuicem, sunt apud ipsum mixtę mixtione infinita: in omni enim parte, quam diuidit, sunt partes infinitę:

Pafsio aliquando pro omni accidente capitur.

F

A & sic nititur distinguere secundum quantitatem, quod nunquam distinguet: & distinguere aũt qualitatem, aut qualitates a corporibus est impossibile: sicut dixit, quod passiones sunt inseparabiles.

Non recte autem neq; generationem accipit similium specierum: est autem vt lutum in luta diuiditur: est autem, vt non: & non idem modus est, vt lateres ex limo, & domus ex lateribus: sic autẽ aqua, & aer ex alterutris, & fiunt.

Argyropylus. Lutum nãque, tum in luta, tum in non luta diuiditur.

Neq; etiam recte dixit in hoc, quod attribuit generationem conuenientibus in forma: est enim generatio secundum modum, secundum quem vnum frustum luti diuiditur in frusta lutea, & est alio modo: & est alius, non est vnus modus, Verbi gratia generatio laterum ex luto, & generatio domus ex lateribus: & similiter aqua, & aer, vterq; videtur generari ex reliquo.

Dicit, & Anaxagoras non bene dixit etiam in hoc, quod posuit generationem
B ex elementis cõuenientibus in forma: cum generatio, s. vt caro sit ex multis car 4
nibus, & os ex multis ossibus, neq; induxit determinationem super hoc: est. n. generatio ex partibus conuenientibus in forma: & similiter corruptio est diuisio, & resolutio in partes conuenientes in forma: vt generatio frusti lutei ex frustis paruis luti, & corruptio eius in illa parua: est aũt generatio alia ex rebus nõ conuenientibus in forma: & similiter corruptio: vt generatio luti ex aqua, & terra, & eius resolutio in aquam, & terram. Et hoc intendebat, quando dixit & est alio modo, id est, deinde autem & iste alius modus, &c. i. & modus generationis non est vnus: est enim modus, qui est vt generatio laterum ex luto, & idem ex cupro: est autem alius, vt generatio domus ex lateribus, & lapidibus, & hominis ex membris continentibus diuersis: est etiam alius, vt generatio aquæ ex aere, & aeris ex aqua: & est proprium huic modo generationis vtrumq;, quod generatur ex reliquo: & intendebat in toto hoc sermone declarare quod omne quod Anaxa. induxit in hoc, est sine demonstratione.

*De contrarietate ipsorum principiorum naturalium.* *Cap. V.*

C Melius aũt est minora, & finita recipere, quod vere facit Empedocles: Oẽs igitur contraria principia faciunt, & dicẽtes quod vnũ sit omne, & immobile. (Parmenides. n. calidum, & frigidũ principia facit: hæc aũt appellat ignẽ, & terrã, & quidam rarum & densum) & Democritus firmum, & inane: quorum aliud quidem, quod est, aliud aũt, sicut quod non est, esse dicit: adhuc autem positione, figura, & ordine: & hæc genera contrariorum sunt positione sursum & deorsum, ante & retro: figura angulare, inangulare, rectum, circulatum.

Et melius est accipere principia finita, sicut fecit Empedocles: & oẽs ponunt principia contraria, qui dicunt quod totum est vnũ immobile. (Quoniam Parmenides ponit calidum, & frigidum principia, & vocat hæc duo ignem & terram) & quidam dicunt raritatem, & densitatem: & Democritus, cum dixit plenum, & vacuum, primum vero pro ente, secundum autem pro non ente. & cum hoc dicit quod in pleno est positio, aut alietas, qua entia diuersantur

secundum positionem, & figuram, & ordinem, & sunt contrariorum D
genera ista: positio vero est genus superioris, & inferioris, & posterioris, & anterioris. figura vero est genus habentium angulos, & carentium angulis, & recti, & rotundi.

41 CVm destruxit ut principia sint infinita, cœpit ponere ea esse finita, & declarare quod ista positio non solummodo est vera, sed & melior etiam: deinde quærit quot sunt. Et dixit, & melius est, &c. i. & melius in hac scientia est ponere principia finita: quoniam, cum posuerit ea huiusmodi quis poterit complere naturam omnium entium quæ sunt ex principiis: & nihil coget ut sint infinita: & dare causas entium secundum finitatem est melius, ut fecit Empedocles, cum posuit sex principia, scilicet quatuor elementa, & amicitiam, & litem: & cum declarauit, quod non solummodo est necesse ponere principia finita, sed & melius etiam, incœpit quærere quot sunt: & posuit principium considerationis in hoc, ex hoc qđ oēs naturales fuerunt coacti a natura entis ad ponendū principia esse contraria, non solummodo qui eorum concedunt entia esse plura tantum, sed etiam, qui nō concedunt hoc, scilicet qui dicit totum esse vnum. Parmenides autem dicebat hoc, quia opinabatur quod entia sunt duobus modis, vera, scilicet & existimabilia: & quod vera sunt intelligibilia, & sunt unum: & quod existimabilia sunt sensibilia, & sunt plura: & ponebat principia istorum plurium duo contraria, scilicet ignem, & terram. Deinde dixit & quidam dicunt densitatem & raritatem, id est, eorum, qui dicunt principium esse vnum, aut vnum elementorum quatuor, aut medium inter duo eorum. Deinde dicit, & Democritus, &c. I
i. & etiam ponit principia esse contraria in hoc, quod dixit, quod vacuum est inuolutum cum pleno in omnibus rebus. adeo quod principia rerū apud ipsum sunt vacuum & plenum. vacuum enim apud ipsum est contrarium pleno secundum contrarietatem, quæ est inter esse, & non esse: plenum enim est ens: & vacuum est non ens: & hoc intendebat, cum dixit primum uero pro ente. i. plenum vero, quod est primum inesse est, contrarium vacuo, secundum ꝙ est ens: & vacuum, ꝙ est secundum inesse, contrarium est pleno, secundum ꝙ est non ens. D. d. & cū hoc ꝙ dicit vacuum, & plenum esse, quæ sunt contraria secundum esse, & non esse, ponit etiam in pleno alietatem, & diuersitatem, cuius vis est sicut vis contrariorum, & illa alietas est positio, & figura, & ordo: entia enim, quia apud ipsum sunt vnius naturæ, scilicet partis indiuisibilis, indiget ponere aliam rem, qua entia composita ex partibus diuersentur: & dixit quoniam diuersantur his tribus differentiis. Aristo. igitur dicit ꝙ democritus dixit principia esse contraria duobus modis, s. secundum ꝙ ponit plenum, & vacuum: & secundum ꝙ ponit differentias entium secundum positionem, & figuram, & ordinem: deinde incœpit declarare ꝙ ista sunt genera rerum contrariarum, & dixit positio autem est genus, &c. i. quoniam positio diuiditur per differentias contrarias, quæ sunt superius, & inferius, & anterius, & posterius: & similiter figura diuiditur per contraria secū dum esse, & nō esse, scilicet in habens angulos, & carens angulis. Et similiter diuiditur in contrarias differentias secundum famositatem, scilicet in rectum, & rotundum: rectum enim non est contrarium rotundo: quoniam rotundo nihil est contrarium, cum sit perfectio figurarū in veritate, sed in primo aspectu: & similiter ordo diuiditur etiam per differentias contrarias, scilicet prius, & posterius: & tacuit ipsum, quia intelligitur ex illis. Et notandum est, ꝙ hoc nomen contrarium vtitur hic large pro contrario, & priuatione & habitu, siue sit in rei veritate, siue secundum famam: quod contrarium, secundum quod ego credo, nos appellamus disparatum.

Oppositum. 1. me. 1. et 14 cō. Ibi enim hr̄ ꝙ oīa elementa iudicē acceperūt p̄ter naturam, & nullus naturam posuit principiū p̄ter ponentes legē. Rotundo nihil est cōtrariū. Figura diuidit in cōtrarias drīas secundū famositatē ex quo tollit contradictio h. & 3. ce. 75. vbi hr̄ qđ figuræ nihil est contrarium contrarietas q̄n̄q; dr̄ de oppositis scdm priuationem & habitum. Idē in cō 42 et 10. me. cō. 9. principiorum cōditiones. arguitur enim namq; sunt prima, ideo non ex aliis sunt.

Quod quidem igitur contraria quodammodo omnes faciūt principia manifestum est: & hoc rationabiliter. Oportet enim principia neq; ex alterutris esse, neq; ex aliis, & ex his omnia: contrariis autem primis insunt hæc propter id quod prima non sunt ex aliis: ob

A id vero, quod sunt contraria, non sunt ex alterutris.

Manifestum est igitur quod omnes ponunt principia contraria quoquomodo: necesse est enim vt principia non generentur ex inuicem, neq; ex aliis, & vt omnia generentur ex eis: & hæc existentia sunt in principiis contrariis: secundum autem quod sunt principia non generantur ex aliis: secundum verò quod sunt contraria, non sunt ex inuicem.

Quia apparet ex sermonibus omnium, quod ponunt principia contraria, licet non conueniant in eadem contrarietate, tamen vniuersaliter conueniunt in hoc, quod sunt contraria: & intendit notificare quod antiqui conueniunt in hoc, quod sunt cōtraria principia, aut cum contrarietate propter duo. s. vt demonstret quod omnes concedunt principia esse plura vno, & etiam perscrutetur de hoc, quod dicunt, & ponat principium perscrutationis de illo. Deinde perscrutabitur post de hac contrarietate quid sit: & vtrum est necesse ponere aliam naturam a contrarietate, aut nō. Dixit manifestum est igitur, &c. id est, manifestum est igitur ex hoc, quod narrauimus, quod oēs ponunt principia cōtraria aliquo mō contrarietatis, licet nō conueniāt in hoc, quis. s. sit ille modus. Deinde cœpit notificare quod bene fecerunt, & inducere rationes, quæ mouerunt eos ad dicendum hoc, & dixit, & hoc necesse est. id est, necesse est enim vt principia, &c. i. quoniam, si generantur ex inuicem, tunc B erit idem principium, & non principium insimul: siue sint principia adinuicem secundum reciprocationem, siue non. D. d. neq; ex aliis: & hoc manifestum est per se etiam. s. quod prima principia non debent generari ex aliis, & sic essent prima, & non prima. Deinde induxit tertium proprium, & dixit, & vt omnia generētur ex eis: & hoc manifestum est etiam secundum quod principia debent esse communia omnibus entibus, quæ sunt ex principiis; &, cum demonstrauit ista propria in principiis, incæpit etiam demonstrare, & declarare illa esse in contrarijs, & dixit & hæc sunt existentia in primis contrariis, &c. id est, necesse est enim vt non generentur ex aliis, quia sunt principia. & non generentur ex inuicem, quia sunt contraria: contrarium enim non generatur ex contrario, i. non mutatur in illud. 42

Contrarium non mutatur in suum contrarium. Idē infra cō. 52.

Sed oportet hoc in ratione considerare qualiter contingat: Accipiendum igitur est principium quod omnium, quæ sunt, nihil neque facere aptum natum est, neq; pati contingens à contingenti neq; fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat secundum accidens: qualiter enim vtiq; fiet album ex musico, nisi accidens sit albo, aut nigro musicum: Sed album quidem fit ex non albo: & non ex omni, sed ex C nigro, aut mediis: & musicum ex non musico, sed non ex omni, sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium.

Non quodlibet fit ex quolibet.

Sed oportet considerare in hoc secundum rationem quomodo sequitur. Dicamus igitur quod omnium entiū non quodlibet agit aut patitur a quolibet, nec generatur a quolibet, nisi aliquis accipiat hoc per accidens: album enim non fit album ex musico, nisi accidat nigro aut albo vt sit musicus, sed album ex non albo, & non ex omni non albo, sed ex nigro, aut ex medio, & musicus ex non musico, & non ex omni non musico, sed ex illo, quod nullam habet dignitatem in musica, aut ex eo, quod est alterius dispositionis: si sit aliqua hic dispositio inter has duas dispositiones.

Quia illæ tres proprietates in principijs iam sunt manifestæ: in contrariis ve- 43

ro duæ tantum sunt manifestæ: tertia vero scilicet quod omnia generentur ex eis, non est manifesta per se: & ideo incœpit declarare hoc per inductionem, & dixit sed oportet cōsiderare, & c. i. sed oportet considerare in tertio, ꝓprio per inductionem, & dixit, sed considerare oportet, scilicet quod omne, quod generatur, generatur ex contrario. D. d. dicamus igitur, & c. i. quoniam, cū induxerimus omnia entia, non inueniemus quodlibet agere in quodlibet, neque pati a quolibet: sed aliquod vnū terminatū agit in aliquod terminatum, & patitur ab aliquo terminato: & similiter in generatione, & vniuersaliter in omnibus transmutationibus, quarum actio, & passio est quasi genus. D. d. nisi aliquis accipiat idest nisi aliquis accipiat illud, quod est per se accidens: quoniam tunc posset peccare in hoc: apparet enim quod impossibile est album fieri ex musico, aut ex grammatico: nisi accidat nigro, ex quo fit album per se, vt sit musicus, aut grammaticus: & hoc intendebat, cum dixit nisi accidat & c. sed album omne, & quod fit ex aliquo alio generatur ex illo, quod est aliud, & non ex omni alio simpliciter: quoniam tunc quodlibet esset ex quolibet: sed ex aliquo alio, aut contrario, aut medio inter contraria, cum contraria fuerint mediata, vt cum albū fit ex nigro, aut colore medio inter album & nigrum. Et intendit hic per contrariū, vt diximus illud, quod est cōmune contrariis, & priuationi, & habitui: & ideo, cum induxit exemplum de contrariis, s. albo & nigro, induxit aliud exemplum de priuatione & habitu, & dixit, & musicus ex non musico, idest & musicus non generatur ēt ex omni, de quo dicitur non musicus, sed ex illo, quod est non musicus, & est innatum recipere musicam, quod est homo ignorās musicam, qui nullā habet dignitatem in ea, sed habet potentiā addiscendi illam. D. d. aut ex eo, quod est alterius. & c. i. aut ex medio, quod est inter musicam, & priuationē & habitū. Et dixit hoc, nō quia inter habitum, & priuationem inuenitur mediū, sed ad verificandū propositionē dicentem, ꝙ omne quod generat, aut generatur ex cōtrarijs, aut ex medio. s. in cōtrarijs medietatis: & in hoc loco nō curat quocūque modo sit, siue aliquis ponat, ꝙ inter habitū & priuationē sit medium, aut nō: &, cū notificauit ꝙ omne generatū est aut ex contrario, aut ex medio, incœpit declarare hoc in corruptione, & dixit. D E

Idē. 5. phy. 6. 19. & 52. com. idē in sequēti. Idē primo cœli. 20. & primo de generatione. 50. [illegible] 10. metā. 23. & 2. de anima. c. [illegible]4. et 12. metā. com. 6. Idē infra hic tex. cō. 47.

Neque igitur corrumpitur in contingens primum: vt albū in non musicum, nisi forte secūdum accidens, sed in non album, & non in cōtingens, sed in nigrū, aut medium: similiter autem musicum in non musicum: & hoc non in contingens, sed in immusicum, aut si ipsis aliquid medium est.

Neque aliquid etiam corrumpitur primitus in quodlibet, Verbi gratia albū in musicum: nisi hoc cadat in aliqua dispositione per accidens, sed corrumpitur in non album, & non in quodlibet non albū, sed in nigrum, aut in medium: & similiter musicus corrūpitur in non musicum, & non in quodlibet non musicum, sed in illud, quod nō habet dignitatem in musica, aut in aliquam dispositionem inter has duas dispositiones. F

44 Neque ēt corrūpitur aliquid principaliter, & per se in quodlibet, sed principaliter, & per se corrūpitur in aliquod terminatum vnum: secundario vero, & per accidens nihil prohibet vt aliquod corrūpatur in plura vno, aut in quodlibet: eorum n. in quæ fit corruptio aliud est primum, & aliud est secundum: & est illud, in quod fit corruptio mediante primo: & aliud est accidens: & est illud, quā fit in quodlibet: illud autem, quod est per accidens, differt a secundo: quoniam secundum quoquomodo est terminatum, & illud, quod est per accidens, est nō terminatum. Arist. igitur exigit prioritatem in corruptione, vt illud, in quod fit corruptio sit vnum, & exigit essentialitatē, vt sit terminatum: & hoc idem intelligendū est in generatione. Alia aūt dicta in corruptione in hoc capitulo mani-

Per accidēs differt a secundo.

A festa sunt ex eis, quæ dicit in generatione, & dicit vniuersaliter quod corruptio etiam principaliter, & per se est aut de contrario in contrarium, aut de habitu in priuationem, aut medium, sicut est dispositio in generatione, & quod hoc manifestum est per inductionem: & cum nouisset hoc in generatione simplici, in qua vnum fit ex vno, nouit etiam quod ita est in generatione composita, in qua vnum fit ex pluribus vno.

Similiter aũt hoc est & in aliis: quoniã non solum simplicia eorũ, quæ sunt, sed ẽt composita secundũ eandem se habent rationẽ: sed, ꝓpter hoc q̃ oppositæ dispositiones nõ denominatæ sunt, latet hoc contingens: necesse est.n. omne consonans ex inconsonanti fieri, & inconsonans ex consonanti corrumpi, consonans in incõsonantiam, & hanc non in contingentem, sed in oppositam.

Et ita est de aliis: videmus.n.& illa, quæ non sunt simplicia ex entibus, sed cõposita eodem modo habent dispositionem: sed, quia di B spositiones in compositis non habent denominationem, ideo nõ percipiuntur: & si sit necessarium: necesse est enim vt omne cõpositũ sit ex non composito, & vt compositum corrumpatur in nõ habens cõpositionem, sed non in quodlibet non habens compositionem, sed in illud, quod est oppositum illi compositioni.

Dicit & similiter est de oĩbus speciebus generabiliũ, & corruptibiliũ.s.qm̃ generant ex cõtrario, & corrũpantur in contrariũ: videmus.n.q̃ illa, quę generant ex pluribus vno, & sunt illa, quæ nõ simplicia sunt, sed cõposita, talẽ dispositionẽ habẽt in generatione & corruptione: sed quia dispositiones oppositæ existentes in istis rebus inter illud, qd generatur, & illud ex quo generat, & inter illud, quod corrũpitur, & illud in quo l corrũpitur, nõ habẽt nomina, ideo latet cõtrarietas existẽs in istis rebus, & nõ percipitur, sed cũ inspicitur, videtur necessario existere in eis. Necesse enim vt omne cõpositũ fiat ex non composito, & non ex quolibet nõ cõposito, sed ex nõ cõposito terminato, & est illud, in quo est priuatio propria illi cõpositioni: & similiter cõpositum corrumpitur in non cõpositũ, & non in quodlibet nõ compositum, sed in illud, in quo est priuatio illius cõpositionis: manifestũ est igitur ẽt in hoc modo generationis, & corruptionis, quod fit ex oppositis secundum habitum & priuationem. 45

C Differt autem nihil inconsonantia dicere, aut ordine, aut cõpositione: manifestũ.n.est quod sit eadem ratio: at vero domus, & statua, quodlibet aliud fit similiter: domus quidẽ enim fit non ex eo, quod composita sunt, sed ex eo, quod diuisa sunt hæc sic: & statua, & figuratorum aliquod ex non figurato: & vnũquodque horum, alia quidem ordo, alia vero compositio quædam sunt.

Litera arg. Atq; hic partim ordine partim cõpositione constant.

Et non est differentia inter hoc qđ iste sermo sit in cõpositione, aut in ordine, aut complexione: manifestũ est enim q̃ est idem sermo: & similiter domus, & idolũ, & alia generantur hoc modo: domus enim generatur ex nõ composito, sed separato, & sunt aliqua talia in tali dispositione: & similiter idolum, & vnũquodque habentium figuras fit ex non habente illam figuram: & vnũquodque istorum quidem est ordo aliquis, & quidẽ aliqua compositio.

Dicit q̃ non est differentia in hoc sermone inter hoc, q̃ aliquis ponat, quod generatio istorum, scilicet quæ generantur ex pluribus vno, sit secundum compositionem, aut secundũ ordinẽ, aut alijs modis: eadẽ enim est cõsideratio in hoc, 46

**Ita est in artificialibus sicut in naturalibus quod id quod fit sit ex opposito terminato ad oppositũ terminatum.**

& ita est in artificialibus, sicut in naturalibus: domus enim generatur ex aliquo non composito compositione domus, sed separato sed illa separata sunt terminata, & in dispositionibus terminatis: non enim componitur domus ex quolibet, neque ex illis, ex quibus innata est componi, nisi sint in dispositionibus terminatis, & hoc intendebat, cum dixit & sunt talia in tali dispositione: & similiter idolũ, et vnũquodque artificialium, quorum generatio est in figura, generantur ex non habente illam figuram, ita quod ista priuatio sit propria. Deinde dixit & vnumquoq; istorum, &c. id est vt mihi videtur, & vnumquodque eorum ex quibus generatur compositum quoddam, habet ordinem proprium in esse cõpositi, & quoddam habet compositionem propriam in esse eius: & dixit hoc demonstrando qđ compositum componitur ex rebus terminatis. D

Si ergo verum est, quod omne quod fit, fiat, & corrumpatur quod corrumpitur, aut ex contrariis, aut in contraria, & in horum media: media autem ex cõtrariis sunt vt colores ex albo & nigro: quare omnia vtiq; erunt, quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrariis.

Si igitur sit hoc verũ, ꝙ omne, quod generatur, & omne, quod corrumpitur, generatur, & corrumpitur, aut ex contrariis, aut in contraria, aut inter contraria: illa autem, quæ sunt inter contraria, sunt ex contrariis, Verbi gratia, aliquis color ex albo & nigro: ex quo necesse est vt illa, quæ generãtur per naturam, sint aut contraria, aut ex contrariis. E

47 Et cum ista inductio sit vera, apparet quod ista propositio vniuersalis est vera, scilicet dicens, quod omne, quod generatur, generatur ex contrario, aut ex eis, quæ sunt inter contraria, & omne, quod corrumpitur, corrumpitur aut in contrarium, aut in illa, quæ sunt inter contraria. Deinde dixit, illa autem quæ sunt inter contraria, &c. id est & cum iniunximus huic propositioni aliam manifestam per se, & est quod omnia, quæ sunt inter contraria, sunt ex contrariis, vt aliquis medius color ex albo & nigro, sequit̃ quod omne, ꝙ generatur in natura, generatur, aut ex cõtrariis, aut ex generatis ex cõtrariis: & hoc est in prima figura.

Vsque quidem igitur ad hoc fere secuti sunt, & aliorum plurimi, quemadmodum diximus prius. Omnes enim elementa, & ab ipsis vocata principia, quamuis sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tanquam ab ipsa veritate coacti. Differunt tamen abinuicẽ in eo quod alii quidem priora, alii posteriora suscipiunt: & quod hi quidem notiora secundum rationem, illi autem secundum sensum: hi quidem enim calidum & frigidum, illi autem humidum, & siccum, alii autem imparem & parem, quidam autem cõcordiam & discordiam causas ponunt generationis: hæc autem abinuicem differunt secundum dictum modum. F

In hoc igitur fere plures residuorum conueniunt cũ istis, vt prius diximus, omnes enim ponũt elementa cõtraria, & illa, quæ vocant principia, licet sint sine ratione cõtraria, quasi compellãtur ad hoc ex ipsa veritate: sed differunt in hoc: quoniam quidam accipit ex eis illud, quod est prius in scientia, & quidam accipit ex eis illud, quod est posterius in scientia, & quidam accipit ex eis illud, quod est notius in intellectu, & quidam aliud, quod est notius in sensu: quidam enim ponunt causas generationis calidum & frigidũ, & quidam hu-

A midum & ſiccum, & quidam parem & imparem, aut amicitiam & litem: & iſta differunt ſecundum modum, quem dicimus.

In hoc igitur tantũ de cognitione principiorũ. ſ. ea eſſe contraria, fere omnes antiqui conueniunt cũ iſtis, quos diximus: omnes enim ponũt principia, & elemẽ 48 ta eſſe cõtraria, & ſi ſint ſine ratione quoquomodo: ſed natura veritatis compellit eos ad hoc: & ſi conueniunt in hoc, quod principia, ſunt contraria, tamen differunt etiam in hac contrarietate, quia ſit ſecundum diuerſitatẽ eorum in priori & poſteriori ex contrariis: quidã enim accipiunt illud, quod eſt prius in ſcientia. id eſt, in cognitione per collationem, & quidam accipiunt prius apud intellectum in cognitione, & eſt illud, quod eſt magis vniuerſale, & quidam accipiunt prius apud ſenſum, & eſt illud, quod eſt magis particulare, & eſt hoc ſecundum quod apparet vnicuiq; eorum. Et dixit hoc igitur tantum, &c. id eſt & intendit per plures reſiduorum, illos, quos non numerauit. Deinde dixit licet ſit ſine ratione, id eſt, ſine ratione perfecta: nam inductio induxit eos ad dicendum hoc, ſcilicet inductio, in qua non inducuntur omnia particularia. Deinde dixit, quaſi compellantur, &c. id eſt quaſi veritas, quæ eſt in inductione, compellat ad hoc eos. Deinde dixit, ſed differunt, &c. & intendit per prius in ſcientia, vt mihi videtur, illud, quod eſt notum per argumentationem, aut illud, cuius cognitio indiget argumentatione magis: iſti enim, vt mihi videtur: dicebant quod illud, quod eſt huiuſmodi, eſt prius ineſſe. Deinde dixit & quidam accipiunt illud, quod eſt notius in intel-
B lectu, & eſt illud, quod eſt magis vniuerſale: & comparatio inter comprehenſibilia ab intellectu, & a ſenſu non verificatur, niſi quando accipitur in reſpectu communis comprehendentis. Deinde dixit & iſta etiam differunt, &c. id eſt, & iſta, quæ diximus, differunt ſecundum, tres modos prioritatis quos diximus: qui enim ponebant calidum, & frigidum, & humidum, & ſiccum principia contraria, opinabantur quod prius eſt illud, quod notius in ſenſu: qui autem ponebant principia par & impar, credebant quod prius ineſſe eſt illud, qđ eſt notius apud intellectum, & eſt illud, quod eſt magis vniuerſale. illi autẽ, qui ponebant principia amicitiam, & litem, opinabant quod prius ineſſe eſt, notum, per argumẽtationem autem notius.

Prius cognitũ apud intellectũ eſt illđ qđ ẽ magis vlẽ. Et prius cognitũ apđ ſenſum ẽ illud, qđ ẽ magis particulare.

Idẽ in ſeq. Inductio ĩ qua nõ inducunẽ oĩa particularia: eſt rõ ĩperfecta. ꝑ hoc vide. 2. priorũ. cõ. 23 & quæ ibi.

Quare, eſt eadem dicere quodammodo. & altera abinuicem: altera quidem, quemadmodũ videtur pluribus, eadem aũt ſecũdum analogiam: accipiunt enim ex eadem coordinatione: hæc quidem enim continent: alia aũt cõtinentur cõtrariorum, ſic igitur ſimiliter dicũt, & aliter, peius & melius: & hi quidem notiora ſecũdũ rationem, ſicut dictũ eſt, prius, illi autẽ ſecũdũ ſenſum: vniuerſale quidem enim ſecundũ rationẽ notũ eſt, ſingulare autẽ ſecũdũ ſenſum: ratio quidẽ
C enim vniuerſalis eſt, ſenſus autẽ particularis, vt magnũ & paruũ ſecũdum rationem: & rarum autem & denſum ſecundũ ſenſum.

Vniuerſale notũ ſecũdũ rõnẽ ſingulare ſecundum ſenſum.

Et ſic iſti homines conueniunt quodãmodo, & differũt, differunt enim ſecũdũ ꝙ vident in eis plures homines, conueniũt autem ſecũdũ ꝙ ſequuntur eandẽ rationem, accipiunt enim ex eadẽ coniũctione: cõtrariorum enim quædam ſunt determinãtia & quędã determinata: ſunt igitur hoc modo cõuenientes in ſermone, & alio modo diferũt, quoniã quędã ſunt viliora, & quędã nobiliora, & quædã notiora apud intellectũ, vt prius diximus, & quædam notiora apud ſenſum: & vniuerſale eſt notius apud intellectũ, particulare eſt notius apud ſenſum, intelligere enim eſt vniuerſale, ſentire vero particulare, Verbi gratia, quoniam magnum & paruum ſunt, intellectu, & rarum & denſum in ſenſu.

49 Cũ dixit quod antiqui conueniunt in hoc, quod principia ſunt contraria quodam modo, & differunt alio modo, incœpit numerare modos, ſcilicet in quibus conueniunt, & in quibus differunt, & dixit differunt enim ſecundam, &c. id eſt, differunt diuerſitate, quam plures homines ſciunt, ſcilicet famoſa diuerſitate, & conueniunt, quia procedunt in conſideratione per eandem argumentationem in genere: omnes enim vtuntur inductione, eſt enim commune omnibus cõtrarijs hoc, quoniam quædam ſunt determinantia, & quæ ſunt determinata: & conueniunt in hoc, quod reducunt terminata ad terminantia per inductionem, Verbi gratia, quoniã qui dicit, quod principia ſunt calidum, & frigidum, & humidum, & ſiccum, nititur per inductionem reducere omnia contraria ad iſta, & ſimiliter qui dicit quod principia ſunt par & impar, aut additio & diminutio: ſecundum igitur hunc modum conueniunt in hoc, quod vtuntur eadem argumentatione in forma, ſed differunt ſecundum illud, in quo arguunt. Deinde dixit & alio modo, &c. id eſt, & conueniunt etiam alio modo: illi enim, quæ dicunt eſſe principia, conueniunt in hoc, quod alterum contrariorum eſt vilius, & reliquum nobilius, & in hoc, quod ſunt proportionalia, quia quædam ſunt notiora apud intellectum, & quædam notiora apud ſenſum: & ſic contraria, quæ ſunt notiora apud intellectũ, habent inter ſe proportionẽ ſecundũ intellectũ, ſicut proportio contrariorũ, quæ ſunt notioria apud ſenſum, inter ſe ſecundũ ſenſum. Deinde declarat quod eſt notius apud intellectum, & quod apud ſenſum, & dixit, vniuerſale.n.&c. & ſecundũ hoc proportio calidi, aut frigidi apud ſenſum eſt ſicut proportio paris, & imparis apud intellectũ, & ſimiliter proportio additionis, & diminutionis apud intellectũ. Et, cum declarauit quod vniuerſale eſt notius apud intellectum, & particulare apud ſenſum, dedit cauſam in hoc, & dixit intelligere enim &c. id eſt, & cauſa in hoc eſt, quoniam comprehenſibile apud intellectum, eſt vniuerſale, & comprehenſibile apud ſenſum eſt particulare. Deinde dixit, verbi gratia, &c. id eſt, verbi gratia, quoniam magnum & paruum ſunt magis vniuerſalia quam rarum & denſum, ideo attribuuntur magis intellectui, & rarũ & denſum magis ſenſui. Et hoc ita eſt, quia rarum, & denſum cõprehendũtur in corporibus ſenſibilibus naturalibus, magnum autẽ, & paruum comprehenduntur in corporibus naturalibus, & mathematicis.

*De numero principiorum naturalium ſecundum veritatem. Cap. VI.*

QVOD quidem igitur cõtraria oportet principia eſſe manifeſtum eſt. Conſequens aũt vtique erit dicere, vtrũ duo, aut tria, aut plura ſint: vnum enim impoſſibile eſt, quoniã non vnum [a] cõtraria: infinita aũt non, quoniam neq; ſcibile, quod ens, erit [b] Et eſt igitur vna cõtrarietas in omni genere vno: ſubſtantia aũt vnũ quoddã genus eſt. Et, quod contingit ex finitis; melius aũt ex finitis, quemadmodũ Empedocles, quam ex infinitis: omnia namque ex finitis aſsignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius ſunt alia aliis priora cõtraria; & fiunt altera ex alterutris, vt dulce, & amarũ, & album, & nigrum: principia [c] autem ſemper oportet manere. F

a Contrarietas nõ ſaluatur in vno.
b Vna contrarietas eſt in omni genere. Idẽ infra te.cõ.55.
c Principia ſemper oportet manere.

Apparet igitur, quod neceſſe eſt vt principia ſint cõtraria; & ſequitur hoc dicere, vtrũ ſint duo, aut plura: impoſsibile.n. eſt vt ſint vnũ, cõtraria enim non ſunt vnum: neque etiã infinita, quoniam tũc ens nõ ſciretur, quia igitur in omni genere eſt vnũ contrariũ, & ſubſtãtia eſt vnũ genus: &, quia impoſsibile eſt vt generatio ſit ex principiis infinitis; &

A est melius vt sint finita, vt dicit Empedocles, quã infinita; potest.n. cõplere oĩa quæ affirmauit Anaxagoras, cũ posuit generationẽ esse ex infinitis; & ẽt, quia cõtrariorũ sunt quędã priora aliis cõtrariis, & quędã cõtraria, quę generãtur ex aliis cõtrariis, vt dulce, & amarũ, & albũ & nigrũ principia vero necesse est vt sint permanẽtia ęterna.

MANIFESTUM est igitur vniuersaliter quod necesse est, quod sint principia contraria, sed perscrutandum est primo, vtrũ sint duo, vel plura duobus: impossibile enim est vt sint vnum principium, quia principia sunt cõtraria, & contraria sunt semper duo; & impossibile etiam est vt sint infinita, quoniam tunc ens erit nõ scibile, vt prius diximus: & etiam in vnoquoque genere decem prędicamentorum est vna contrarietas: & substantia est vnum genus eorum, cuius principia sunt quæsita, cum substantia sit subiectum aliorum generum: vnde necesse est vt contrarietas existens in principiis non sit plus quam vna & est contrarietas existens in substantia, nedum vt sint infinita. Et hoc intendebat, cum dixit & substantia est vnum genus, sed tacuit conclusionem, & est, quod contrarietas existens in eadem est vna, & est principium aliorũ entiũ. Deinde dixit &, quia impossibile est, &c. dicit, & etiam, si concesserimus dicentibus principia esse infinita hoc esse possibile, & quod generatio possit fieri ex eisdem, tunc dicens hoc posset concedere quod generatio potest fieri etiam ex principiis finitis; &, cum hæc duo sint possibilia melius est, vt sint ex finitis, vt dicit Empedocles, quam ex infinitis, vt dicit Anaxagoras: quoniam dicens principia finita esse, potest complere causas omnium apparentium, sicut potest complere dicens ea esse infinita, vt accidit Empedocli cum Anaxagora: &, cum concesserimus quod natura potest facere ex principiis finitis illud, quod facit ex infinitis melius est, & rectius vt faciat hoc ex finitis, & si non, tunc natura ageret ociose: qui enim potest saluare modica actione, ille aget actione artificiali: si autem laborauerit actione maiori, ociose faciet, & superflue: & ita est de natura, sicut de arte. D. d. & etiam contrariorũ &c. id est, & etiam non potest aliquis dicere quod omnia contraria sunt principia, nedum vt sint infinita: contrariorum enim quædam sunt priora quibusdam, & quædam generantur ex quibusdam vt sapores ex amaro & dulci, & colores ex albo & nigro: principia autem sunt illa contraria, quæ non generantur ex aliis, neque transmutantur vniuersaliter: principia enim debent esse permanentia non transmutabilia, neque generabilia ex aliis. 50

Vide consimile. 8. phy. tex. cõ. 45. & 2. cœli. tex. cõ. 35.

Qui potest sanare modica actione ille aget actione artificiali, si autẽ laborauerit actione maiori ociose faciet, & superflue, & ita ẽ de natura sicut, de arte, ex quo patet ꝙ nihil ẽ superfluum ĩ natura, nec ĩ arte. Idẽ infra cõ. 56. & primo cœli. 32.

B

Quod quidem igitur neque vnum, neque infinita sunt manifestũ ex his. Quoniam aũt finitorum facere duo tantum, vel non facere duo tantum, habet quandam rationem: deficiet enim vtique aliquis, qualiter densitas raritatem facere aliquid apta nata sit, aut hæc densitatẽ, similiter autem & alia quæcũque contrarietas: non enim concordia discordiam conducit, & facit aliquid ex ipsa, neque discordia ex illa, sed vtraque alterum quoddam tertium. Quidam autẽ & plura recipiunt, ex quibus parant eorum, quæ sunt, naturam.

C

Declaratũ est igitur ex istis sermonibus, ꝙ principia nõ sunt vnũ, neque infinita: & quia sunt finita, tũc in hoc sermone dicente, ꝙ sola duo non agunt, est locus dicendi. Homo tantum ambigit, & nescit quomodo densitas agit raritatem, aut raritas densitatem, & similiter in aliis contrariis. Impossibile enim est vt amicitia ducat secum litem, & faciat ex ea aliquid, neque lis facit ex amicitia, sed omnes faciunt aliud tertium: videmus enim quosdam, qui acceperunt aliqua plura vno, & posuerunt ex eis naturam entium.

Idem 3. de aĩa. 45. Idẽ 2. phy. 78. et 79.

51 Cum declarauit quod principia nõ sunt infinita, incœpit perscrutari, vtrũ sint D
plura duobus, & dixit & quia sunt finita, & c.id est, & quia apparet quod principia sunt finita, & quod non sunt pauciora duobus, ideo in sermone dicente quod duo non sufficiũt in hoc, quod alterũ patiatur a reliquo est, locus rationis: contrarium enim nõ recipit suum contrarium, scilicet non alteratur in eius forma: quoniam calidum non recipit ex frigido calidum sibi simile: frigus enim, secundum quod est frigus, non recipit caliditatem, neq; alteratur in eã, & cũ sit impossibile vt calidum faciat, ex frigore calidum sibi simile, impossibile est vt ex eo faciat illud vniuersaliter: & similiter etiam dẽsitas nihil facit ex raritate, neq; amicitia ex lite secundum Empedoclem, sed vnũ quodq; contrarium agit in tertium, & ex tertio. Et cum declarauit quod contraria non sufficiunt in hoc quod sint principia, quia alterum nihil facit ex reliquo, dixit, videmus enim quosdam, & c.id est, & ideo videmus quosdam ponere aliqua plura vno, ex quibus componitur natura vniuscuiusq; entis entium transmutabilium, & quod corpus demonstratũ est compositum, non simplex, & dicit hoc, quoniã, si principia essent contraria tãtum, tunc generatum esset simplex non compositum, & dixit hoc, quia est ex materia & forma: alteratio igitur cõtrariorum inuicem coegit omnes credere quod omnia corpora sunt composita, non simplicia, & quod in eis sunt aliqua plura vno, & maxime prima corpora, scilicet quatuor elementa: ista enim principia, de quibus perscrutatur sunt communia simplicibus, & compositis corporibus. E

Cõtrariũ nõ recipit suum cõtrariũ. idẽ infra cõ. 54. & 57. idẽ supra cõ. 42. idẽ. 8 ph. cõ. 4. 12. me. cõ. 53. et 5. phy. 14. & prio cęli. c. 106. alteratio cõtrariorũ inuicẽ coegit omnes credere qđ oĩa corpora sũt cõposita. Idẽ ĩfra cõ. 83. ex hoc sumit qđ trãsmutatio fecit cognoscere materiã. Idẽ prio cœli. 207. me. cõ. 4 ph. 14. 8. me. cõ. 12. & c. subiectũ principiũ est & prius vr̃ esse p̃dicato & c.

Adhuc autem amplius, & de hoc aliquis dubitabit, nisi aliquis alteram supposuerit contrariis naturam, nullius enim videmus eorum quæ sunt, substantiam, contraria. Principium autem non de subiecto oportet dici aliquo: erit enim principium principii. Subiectum enim principium est, & prius videtur esse prædicato. Amplius non esse dicimus substantiam contrariam substantiæ: qualiter igitur ex non substantiis substãtia vtiq; erit? aut quõ prius nõ substãtia, substãtia erit.

Et, cum hoc etiam ambigit homo in hoc, ꝙ narrabo, si non posuerit contrariorum aliam naturam: non enim videmus contrariam esse substantiam alicuius rei, & principium non oportet, vt dicatur in subiecto aliquo, debet enim esse principium principii: subiectum enim est aliquod principium, & existimatur quod est prius prædicato de illo. Et etiam non dicimus quod substantia est contraria substantiæ, quomodo igitur potest esse substantia ex nõ substantia; & quõ potest esse non substãtia prior substãtia?

52 Quia ratio coegit principia esse cõtraria, induxit secundum sermonem contradicentem illi, vt contradictio istorum duorum sermonum cogat nos ad ponendũ aliquod tertium aliud a contrariis, vt est propriũ sermonibus disputatiuis dicentibus, scilicet quando illud, quod accipitur simpliciter, in vtroq; terminatur secundum partem veram, & iste sermo disputatiuus est, quod contraria non sunt substãtia alicuius: contraria enim dicuntur in subiecto: substantia autem non dicitur in subiecto; ergo contraria non sunt substantiæ: sed principia debent esse substantię quia principium substantiæ est substantia; ergo contraria non sunt principia: sed ista consecutio non est recta, cum apparuerit quod prima contraria sunt priuatio, & forma. Deinde induxit secundam rationem istius generis, & est, quod contraria non sunt substantiæ, cum substantia non sit contraria substantiæ, & principia sunt substantiæ, quoniam principia substantiæ sunt substantiæ. Modus conuenientiæ, inter has duas rationes est, quoniam cum posuerimus subiectum principiorũ, quod est substantia, & qđ alterũ contrariorũ est priuatio, & quod hoc qđ est subiectum illius priuationis, & formæ, dissoluentur omnes quæstiones, & verificabitur quod principia sunt contraria, & similiter etiam nihil prohibet, vt substan-

Ratio coegit principia eẽ cõtraria, sed oppositũ hr̃ supra 1. cõ. 48. Pricipiũ substantiæ ẽ substãtia idẽ 12. met. cõ. 23.

A substantiæ sint contrariæ secundum formas, non contrariæ secundum subiectum: & sic dicere quod substantia non est contraria substantię, est verum secundum subiectum; & quod substantia est contraria substantiæ secundum formam est verum. & hoc adiuuat Alexandrum, cum dicit, quod in substantijs simplicibus potest esse contrarietas, non in cõpositis. & Alexander intelligit hoc, quod Arist. dicit in prædicamentis, quod proprium est substantię non habere contrarium, de substantijs compositis, non de simplicibus. Arist. enim dicit in libro de generatione, quod corpora simplicia sunt contraria.

Nihil ꝓhibet vt substantiæ sint cõtrarię secundum formas oppositũ. 5. phy. c. 10. & 8. me. c. 5. secundo de gene. to cõ. 22.

Vnde, & si aliquis priorem veram putabit esse rationem, & hanc, necessarium est, si debet saluare vtrasq;, subesse quoddam tertium, quemadmodum dicunt vnam quandam naturam dicentes esse, vt aquam, & ignem, aut medium horum.

Et ideo qui credit quod primus sermo est verus, & iste sermo contingет ei necessario, si voluerit quod isti duo sermones cõcedantur, ponere tertium, sicut dixerunt ponentes totum vnius naturę aquę, aut ignis, medii horum.

B

53 Et ꝓp hoc necesse est, vt qui opinatur, quod primus sermo dicẽs, quod principia sunt contraria, est verus secundum partem, & quod iste sermo, dicẽs quod principia non sunt contraria, est etiam verus secũdum partem, & quod isti duo sermones non sunt falsi simpliciter, si ponit hic tertiam materiam: & est alteratio contrariorum inuicem: quoniam ponendo istam naturam, poterit soluere dubitationem accidentem ex istis duobus sermonibus oppositis. Deinde dicit sicut dixerunt, &c. id est sicut dixerunt quidam, quod omnia entia facta sunt ex eadem natura, & quod substantiæ rerum diuersarum sunt in rei veritate ista natura vna, ex quibus sunt factæ. Quidam igitur opinantur, quod ista natura communis omnibus entibus est vnum elementum quatuor, quidã autem ipsam esse medium inter contraria eorum.

Videtur autem medium magis: ignis enim, & terra, & aer, & aqua contrarietatibus complexa sunt: Vnde non irrationabiliter faciunt, subiectum alterum ab his facientes. Aliorum autem quidam aerem; aer enim minime habet aliorum differentias sensibiles: consequenter autem aqua.

Lr̃a argy. aer enim minime respectu cæterorum differẽtias sensibiles habet atque hunc sequitur aqua.

C

Et existimatur quod medium est dignius: ignis enim, & terra, & aqua, & aer, sunt mixta per contrarietatem. Et ideo qui ponit subiectum aliud a contrariis, non fecit non rectum. Et post illum in rectitudine est qui ponit ipsum aerem: aer enim est minimus aliorum in diuersitate sensibili, & sequitur aqua.

Aer minime habet differentias sensibiles, Idẽ pri. de generatione. te. cõ. 19. Idem 2. de aĩa. 113. deĩde aqua, ex quo patet quod terra sit frigidior aqua, sed opposi-

Et apparet quod qui ponunt subiectum aliquod medium inter aerem, & ignẽ, & vniuersaliter inter duo vicinantium dicunt rectius: qm̃ istud subiectum oportet vt non habeat aliquam contrarietatem in sua substantia, cum contrariũ non recipit suum contrarium, & aqua, & ignis, & aer, & terra, vtrumq; habet cõtrarium in sua substantia, medium autem nullam habet contrarietatem in substantia sua, quare medium est propinquius naturę istius subiecti, quam quatuor elementa: & hoc intendebat, cũ dixit & ideo qui ponit &c. Deinde dicit, & post illum &c, id est & qui ponit ipsum aerem rectius facit, quam qui ponit ipsum vnum aliorum, & post illum in rectitudine est, qui ponit ipsum aquam. & dixit hoc: nam qui ponit ipsum vnum mediorum, id est aque, & aeris, rectius facit, quam qui ponit vnum extremorum. Contrarietas enim minus est in medijs quam in extremis; & qui ponit aerem rectius facit, quam qui ponit aquam, qm̃ 54

tum. vide 2. de gene. te, com. 23. Contrarietas minus est ī medijs ꝙ in extremis. idem 5. phy. cō. 52. Subiectū in rei veritate, est materia, cuius esse est in potentia. consiře pri. c. de substātia orbis.

a Videť antiqua esse opinio quod vnum & superabundātia, & defectus principia rerum sunt.

differentiæ sensibiles contrariæ pauciores sunt in eo, & ideo dixit & sequitur qui ponit ipsum aquam, quia aqua etiam est medium, sicut aer: sed aer excedit aquam in hoc, quia differentiæ aquæ sunt manifestæ magis sensui, & differentiæ aeris sunt latentiores. Et intendit per diuersitates sensibiles differentias contrarias sensibiles, & dixit, quod qui ponit subiectum habens differentias latentes, ponit rectius, quia subiectum in rei veritate est materia, cuius esse est in potentia. D

Sed omnes vnum hoc contrariis figurant, vt densitate, & raritate, & eo quod maius, & minus: hæc autem omnia sunt excellentia, videlicet, & defectus, sicut dictū est prius: sed videtur [a] antiqua esse hęc opinio, quod vnum, & superabundantia, & defectus, principia rerum sint, sed non eodem modo. Sed antiqui duo quidem facere: vnum autem pati, posteriorum autem quidam contrarium, vnū quidem facere, duo autem pati dicunt magis.

Sed omnes figurant istud vnum per contraria, vt densitatem, & raritatem, & magis & minus: & manifestum est quod ista vniuersaliter sunt in additione, & diminutione, vt diximus prius: & fortasse est opinio antiqua, scilicet vt principia entium sunt vnum, & additio, & diminutio, sed non eodem modo. Antiqui enim dicunt, quod illa duo agunt, & vnum patitur, alii autem qui post venerunt, dixerunt econtrario, scilicet quod vnum agit, & duo patiuntur tantū.

55 Cum narrauit, quod bene fecerunt antiqui in hoc, quod cum contrarijs posuerunt subiectum, incœpit etiam narrare qualiter ponebant dispositionem contrariorum ex hoc subiecto, Et dixit sed omnes figurant, &c. id est sed omnes conueniunt in hoc, quod faciunt subiectum figurari per hæc duo contraria, id est, quod ponunt subiectum materiam, & duo contraria formam, secundū quod vnusquisque opinabatur in contrarijs; qui enim opinabantur quod densitas, & raritas sunt prima contraria, ponebant illa differentias subiecti: & similiter qui opinabantur quod hæc contraria sunt magis, & minus, ponebant hæc duo differentias istius subiecti. Deinde dixit & manifestum est, &c. id est quod raritas, & densitas, & magis, & minus omnia sunt sub additione, & diminutione. D. d. & forte est opinio antiqua: & intendebat, quod non est inuenta a Platone: omnes enim & Plato opinabantur, quod principia sunt vnum subiectum, & additio, & diminutio: sed opinio eorum in ordinatione istius vnius & contrariorum non est eadem, antiqui enim dicebant quod contraria sunt forma agens, & subiectum est materia patiens, posteriores vero, & Plato dicebant quod contraria sunt materia passiua, scilicet magnum & paruum, & quod vnum est forma agens.

Semper in vno genere vna est con

Tria quidem igitur dicere elementa esse, & ex his, & ex huiusmodi aliis intendentibus videbitur vtique habere quandam rationem, sicut diximus. Plura autem tribus non amplius est: ad patiendum quidem enim sufficiens est vnum: si autem quatuor existentibus duæ erunt contrarietates, oportebit seorsum ab vtrisque esse alteram quandam naturam mediam. si autem ex inuicem poterit generare, ociosa vtique altera contrarietatum erit. Simul autem & impossibile est plures esse contrarietates primas. substantia enim vnum quoddam genus est entis: quare in eo quod prius, & poste-

A rius sunt differunt abinuicem principia tantum, sed nõ genere: semper enim in vno genere contrarietas vna est: omnes enim contrarietates reduci videntur ad vnam.

trarietas. Idẽ supra. t. cõ. 50. Idem 10. meth. te. com. 15.

Dicere igitur elementa esse tria est secundum rationem quoquomodo, quum consideratum fuerit hoc de istis rebus proprie, & similibus, vt diximus. Plura autem tribus non: in passione autem sufficit vnum: si igitur fuerint quatuor, ita quod cõtrarietates sint duæ, & indiget vtraque contrarietas per se alia natura existente inter illa. Si igitur possibile est vt vnum contrariorum sufficiat, tunc reliquum erit superfluum: & cum hoc impossibile est vt prima contraria sint plura. substantia enim est vnum genus: & principia differũt abinuicem secundum prius, & posterius tantum non secundum genus, in vno enim genere vna est contrarietas, & omnes contrarietates videntur reduci ad vnam.

56

B Quoquo modo, quia propositiones, quibus vtitur in hoc sunt famosæ: & cum declarauit quod principia non sunt vnum, & apparuit ex disputatione ea esse tria, incœpit declarare quod non sunt plura tribus. Deinde perscrutabitur demonstratione, vtrum sint duo, aut tria. Deinde dicit plura autem tribus non, id est, quia in passione, quæ est secundum generationem, sufficit vna contrarietas: patiens debet enim esse contrarium ei, a quo patitur: ergo duo contraria cum subiecto sufficiunt in transmutatione, quia patiens quodammodo est contrarium, & quodammodo simile, & est modus, quo recipit actionem agentis, & hoc non est nisi ex subiecto. Deinde dicit si igitur fuerint quatuor, &c. id est si igitur contraria fuerint duplicia, tunc vtrumque par indiget subiecto, & tertia natura communi: & hoc intendebat, cum dixit existente inter illa: quoniam subiectum est medium inter contraria. Et ipse dixit quod subiectum est in similitudine medij: est enim simile ei quoquo modo, quia est in potentia vtrumque extremum, sed tamen subiectum est vtrumque extremum potentia pura. medium vero est vtrumque extremum non pura potentia, sed aliqua potentia. in medio enim est vtrumque extremum in actu: sed tamen non in vltima perfectione. est igitur in potentia vtrumque extremum quodammodo, & in actu alio modo. subiectum vero pura potentia est vtrumque extremum. Deinde dicit si igitur alterum contrariorum sufficit reliquum & superfluum, id est

C si posuerimus quod principia essent sex, & quatuor contraria, & duo subiecta, tunc si alterum par contrariorum cum suo subiecto sufficiunt in hoc quod ex eis generentur omnia, tunc reliquum par erit superfluum: & natura nihil agit superfluum. alterum autem par contrariorum sufficit in generatione omnium entium: quia dictum est quod prima principia debent esse communia in omnibus entibus. Et signum eius est hoc, quod omnia entia alterantur in inuicem. Deinde induxit secundam rationem, & dixit, & cum hoc impossibile est, id est & impossibile est vt prima contraria sint plura, quia prima contraria necesse est vt sint primi generis, scilicet substantiæ, & cõtraria in quolibet genere sunt vnum par, vnde necesse est vt prima contraria sint vnum par. Deinde dicit & principia differunt, &c. potest intelligi quod prima principia contraria, quæ sunt in vno quoque genere decem prædicamentorum, non differunt abinuicem secundum genus, sed secundum quod quædam sunt priora quibusdam, & causæ quorundam, & omnia sunt in vno genere; & reducuntur ad prima contraria, quæ sunt causæ aliorum contrariorum, Verbi gratia, quoniam, si prima contraria in vnoquoque genere sint opposita secundum esse, & non esse, tunc opposita in substantia secundum esse & non esse sunt causæ aliorum oppositorum existentium in alijs prædicamentis; & illa debent esse prima contraria,

Patiẽs quodãmodo est cõtrariũ & quodammodo simile.

Differentia inter subiectum & mediũ. sed vide oppositũ de subiecto 1. ph. com. 82.

In medio ẽ vtrumq; extremum in actu: sed nõ in vltima pfectiõe. Idẽ 5. phy. 6. 19. Et. 52. com. sed tñ oppono de elemẽtis medijs ĩ qbus extrema nullo modo sunt in actu sicut patet ex scdo de gñatione & ex quarto cœli. ex hoc patet ꝙ prioritas causę ad causatum tollit vniuocationem.

Hoc nomen prima cōtraria exiſtētia ĩ vnoquoq; genere, non dr̄ æquiuoce nec vniuoce, ſed ſecūdū prius, et poſterius.

quoniam hoc nomen prima contraria exiſtentia in vnoquoque genere non dicitur æquiuoce, neque vniuoce, ſed ſecundum prius & poſterius; & eſt vnus modorū nominis ambigui. Et pōt intelligi alio modo, & eſt quod prima contraria, quæ ſunt in ſubſtantia, licet ſint plura, tamen non differunt a ſeinuicem, niſi ſecundum prius, & poſterius, non quia ſunt in generibus diuerſis. & talia contraria reducuntur ad vnam contrarietatem, quæ eſt prior omnibus. D.d. in vno enim genere, &c. forte intendit dare cauſam, propter quam quædam contraria plura, quæ ſunt in eodem genere, ſunt priora quibuſdam ſecundum ſecundam expoſitionem. Et forte iſte ſermo eſt maior propoſitio, per quā intendebat declarare quod neceſſe eſt vt contrarietas, quæ eſt in primis principijs eſt vna: & ſyllogiſmus ſic componitur, prima principia contraria ſunt illa, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ: & prima contrarietas, quæ eſt in vno genere eſt vna; ergo prima principia contraria ſunt vnum contrariorum: & ſecundum hoc erit iſte ſermo præpoſterus, & tunc ſic debet legi: ſubſtantia enim eſt vnum genus: & in vno genere eſt vna contrarietas. principia enim non differunt abinuicem, niſi ſecundum prius & poſterius, ſecundum vero aliam expoſitionem debet legi vt in textu: ſed debet intelligi in eo maior propoſitio dicens, ꝙ in vno genere eſt vna contrarietas, quoniam per illam complebitur concluſio. D.d. & omnia contraria videntur reduci, &c. poteſt intelligi ꝙ omnia contraria, quæ ſunt in eodem genere cum reducuntur in vnam contrarietatem, ſunt in potentia in principio vno. Vel ſic, quod omnia contraria, quæ ſunt in eodem genere ſecundum vnumquodq; genus prædicamentorum, cum reducuntur ad contraria, quę ſunt in ſubſtantia, omnia erunt vnum in potentia, & ſecundum reſpectum.

prima expoſitio.
Secūda.
prima expō
Secunda.

*Hic philoſophus determinat ueritatem de numero principium naturalium. Cap. VII.*

QVOD quidem igitur neq; vnum ſit elementum, neq; plura duobus, vel tribus, manifeſtum eſt: Horum autem vtrum ſit verum, quemadmodum diximus, dubitationē habet multam. Sic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes: eſt enim ſecundum naturam communia prius dicere, & ſic circa vnumquodq; propria ſpeculari.

Secundum naturā cōia prius eſt dicere, & ſic circa vnumquodq; propria ſpeculari. idē 3. ph. te. cō. 2. Et vide ibi.

Manifeſtum eſt igitur quod elementum non eſt vnum, & ꝙ elementa non ſunt plura duobus, aut tribus: vtrum autem ſit verum, habet maximam quæſtionem. Ponamus igitur ſermonem noſtrum hoc modo: incipiamus, & conſideremus de omni generatione, quoniam tūc procedemus curſu naturali. & prius dicamus vniuerſalia communia, deinde conſideremus poſt de propriis exiſtentibus in particularibus.

57 Intendit hic per elementum principia, quæ ſunt in re, & dixit, ꝙ habet maximam quæſtionem, licet iam apparuerit ex diſputatione principia eſſe tria, quia neceſſe eſt ponere illud, quod recipit eſſe generatum, ipſum eſſe ſubiectum, aut contrarium. Si igitur fuerit contrarium, continget contrarium alterari in ſuum contrarium, ita ꝙ non eſſe alteretur in eſſe, & mutetur in illud, quod eſt valde improbabile: &, ſi poſuerimus quod ſubiectum eſt recipiens, & quod contrariū recedit, continget vt in ſubſtantia non ſit generatio omnino. ſubiectum enim eſt aliquid demonſtratum in ſubſtantia, & vniuerſaliter contingit vt aliquid ſit, ante quam ſit: quoniam ſi non ſit niſi ex ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum, & iſta ſubſtantia ſit communis omnibus entibus, & ens non generatur niſi ex ente, ergo ens eſt antequam generetur: & iſta quæſtio coegit plures antiquos ad ne

A gandum generationem. D.d. tunc enim procedimus, &c. & in via doctrinæ, & quasi dicat, & intendimus considerare prius de rebus vniuersalibus communibus, quia ista doctrina est naturalis. est enim doctrina, cuius propositiones acceptæ in ea sunt maximæ, & sine medijs, & cum hoc manifestiores, & non accidit in ea iteratio. Et intendit per communem generationem, generationem, quæ fit in substantia, & in omnibus prædicamentis, & de substantia generationem communem quatuor corporibus, scilicet igni, & aquæ, & aeri, & terræ, & corporibus compositis & vniuersaliter generationem, quæ est vnius ex vno. ista enim generatio est quatuor elementorum, & compositorum. generatio autem, quæ est vnius ex pluribus, perscrutanda est in libro de generatione: & hoc intendebat, cum dixit. Deinde considerabimus post de proprijs, id est, de proprijs existentibus in generatione vniuscuiusque generum generabilium. & hoc est in oībus partibus istius scientiæ. De generatione aūt, & corruptione corporū simpliciū, & cōpositorū loquitur in libro perigenescos, & in quarto metheororum. & de proprijs vnicuiq; composito loquitur in libro de mineris, & in libro de plantis, & in libro de animalibus. sed librum de mineris non habemus, neq; de plantis nisi duos tractatus.

Doctrina, q̄ incipit a rebus vl'ibus cōibus, est naturalis: tū quia propositiones acceptæ sunt immediatæ, tum q̄a manifestiores, tum ēt quia non accidit reiteratio. Idē cōmen. in prologo suo super. j. phy.

Librum de mineris nō habemus neque de plantis nisi duos tractatus.

B Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem sic hoc, est enim hoc fieri hominem musitum, est autem non musicum aliquod fieri musicum, aut non musicum hominem, fieri hominem musicum. Simpliciter quidem igitur dico, quod fit, hominem & non musicum, & quod simpliciter fit musicum: compositum autem & quod fit, & quod factum est, cum non musicum hominem dicimus fieri aut musicum, aut musicum hominem · horum autem hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, vt ex non musico musicum: noc autem non dicitur in omnibus, vt ex homine factus fit musicus, sed homo factus est musicus.

Dicamus igitur, quod cum dicimus aliquid generari ex aliquo alio, & quòd vniuersaliter generabile generatur ex alio, forte intendimus simplicia, & forte composita: & intelligo hoc, quod C narrabo: homo fit musicus, & non musicus fit musicus, & homo non musicus fit homo musicus: intelligo hic, cum dico generatum simplex, hominem, & non musicum. Et intelligo, cum dico generatum simplex, musicum. Et intelligo etiam per generatum compositum, hominem non musicum fieri hominem musicum. Sed alterum duorum illorum dicitur fieri ex hoc, & fieri hoc. Dicimus enim quod ex non musico fit musicus, aut non musicus fit musicus. Reliquum vero non in omni dicitur vtrunque. non enim dicimus quòd ex homine fit musicus, sed homo fit musicus.

Et est manifestum quod aliquid generatur ex aliquo, aut ab aliquo: & intendimus alteram duarum intentionum, quoniam aut intēdimus per hanc propositionem rem simplicem, aut compositam, Verbi gratia, quoniam quum diximus quod homo fit musicus, intendimus quod musicus fit ex simplici, quod est homo, qui est subiectum musici. & similiter, cum dicimus quod non musicus fit musicus, intendimus q̄ musicus etiam fit ex re simplici, quæ est nō musicum, quæ est priuatio musici, & similiter, quum diximus quod homo non 58

musicus fit musicus, intendimus quod musicus fit ex duobus, scilicet ex homine,& non musico,& hoc intendebat,quum dixit forte intendimus, &c. Et quum dixit homo immusicus fit musicus,intendit generationem,quæ attribuitur subiecto, in quo est generatum. Et quum dixit & immusicus fit musicus, intendit generationem, quæ attribuitur opposito, siue sit contrarium, siue sit priuatio. Et quum dixit & homo non musicus fit, musicus, intendit generationem,quæ attribuitur vtrique,scilicet subiecto, & opposito. Deinde exposuit hæc tria, & dixit, & intelligo, quum dico generatum simplex,&c.id est, & intelligo,quum dico ꝙ generatio generati attribuitur rei simplici, subiectũ, quod est homo in hoc exemplo, & oppositum,quod est non musicum.& intelligo per illud,cuius generatio attribuitur rei compositæ, illud, quod attribuitur vtrique, scilicet opposito, & subiecto,quod est homo non musicus:& vniuersaliter dicit quod generatio attribuitur opposito, & subiecto, & ambobus: & per oppositum intellige contrarium, & priuationem: & hoc est commune siue generatio sit in substantia, aut in alijs prædicamentis. Et quum notificauit ꝙ generatio attribuitur his duobus simplicibus, dedit differentiam inter illam secundum vocem, & secundum rem,& dixit, sed alterum duorum, &c.id est, sed oppositum potest proferri duobus modis, dicitur enim ipsum fieri hoc,& ex ipso fieri hoc.& hoc est secũdum idioma eorum,& ideo dixit,dicimus enim quod non ex musico, &c.reliquum vero, scilicet subiectum non profertur nisi vno modo, scilicet ipsum fieri hoc, non ex ipso fieri hoc: non enim dicimus quod ex homine fit musicus, sed dicimus hominem fieri musicum. Et notandum est quod hoc est secundum idioma eorum,& quoddam accidit in hoc tempore, hæc enim præpositio ex, in; arabico est communis: quandoque igitur notat oppositum, & quandoque subiectum: hæc autem præpositio.ab. notat causam agentem potiusquã subiectum: oppositum vero in nostro idiomate nõ dicitur fieri hoc, sed tantum dicitur in subiecto: hæc vero præpositio post. in nostro idiomate dicitur proprie de opposito,& non de subiecto: dicimus enim post non musicum fit musicum, & non dicimus quod post hominem fit musicus: & cum dedit differentiam secundum vocem, dedit differentiam secundum rem &c.

Dr̃ia scd̃m vocem iter priuationẽ, & materiã.

Documẽtũ.

Eorum autem, quæ fiunt sicut simplicia, dicimus fieri aliquid quidem permanens, aliud vero non permanens: homo enim permanet musicus factus homo,sed non musicum & immusicum, neq; simpliciter,neque compositum permanet.

Et illa, quæ dicimus, secundum quòd sunt simplicia, generari: quædam generantur permanendo, & quædam non permanendo. homo enim permanens homo fit musicus,non musicus vero nõ permanet, neque simplex, neque quando componitur.

59 Dr̃ia scd̃m rem iter priuationem et materiam.

Et illa,quæ dicuntur generari, & fieri aliquid aliud,secundum quod sunt simplicia, & sunt illa duo, quæ prædiximus, differunt in hoc: quoniam alterum permanet,quando generatur aliud ex eo, alterum vero non permanet, sed destruitur & non est pars generati, alterum vero permanet,& est pars generati, Verbi gratia,musicus,qui generatur ex homine,& non ex musico,homo enim permanet quando fit musicus, non musicus autem non permanet, quum sit oppositus musico, & si oppositum accipiatur singulariter, aut oppositum cum subiecto, &c.

Determinatis igitur his, ex omnibus, quæ fiunt, hoc est accipere, si aliquis intenderit, sicut dicimus, quoniam aliud oportet semper subiici, quod fit. Et hoc, si numero est vnum, sed spe-

A cie non vnum est: specie enim dico & ratione idem: non enim idem est homini, & in musico esse: & hoc quidem permanet, aliud vero non permanet, non oppositum quidem permanet: homo enim permanet, musicum autem, & in musicum non permanet: neque ex ambobus compositum, vt in musicus homo.

Et, cum determinauimus ista, ex omni, quod generatur, potest homo accipere hoc, si posuerit suam considerationem ex hoc, quod dico, scilicet quoniam semper indigetur aliquo, quod sit subiectum illorum omnium, & est illud, quod est generabile: & istud, licet sit vnum numero, tamen secundum formam non est vnum: & intendo per formam rationem. ratio enim hominis non est ratio non musici: sed illud permanet, & hoc non, illud autem quod non habet oppositum, permanet: homo enim permanet, non musicus vero non: neque compositum ex eis, vt homo non musicus.
B

60

Et, quum determinata sunt hæc duo principia simplicia, quibus attribuitur generatio, potest homo accipere hæc duo esse necessaria in omni generatione, si considerauerit in hoc, ex hoc, quod dico: apparet enim bene quod omne generatum semper indiget aliquo subiecto, & est illud, quod in rei veritate dicitur generari, scilicet in tempore, in quo generatur in actu; generatum enim completum fuit generatum, & non est in actu: generatio igitur, secundum quod est motus, necessario habet subiectum, & est illud, quod dicitur generari in actu. Et hoc, quod dixit, manifestum est in substantia, & alijs: generatum enim est generatum per motum, quem habet apud generationem. Deinde dixit & istud, licet sit vnum, &c. id est, & istud, quod est generatum in actu, licet sit vnum [a] numero, id est, subiecto, tamen non est vnum secundum rationem, id est, secundum diffinitionem: apparent enim in eo duo, quorum vnum est oppositum rei, quod est principium generationis, & aliud recipiens illam rem: & oppositum [b] æquiuocatur in arabico cum eo, quod est finis generationis: ratio enim hominis, qui fit musicus non est ratio non musici, qui fit musicus: homo enim permanet, musica generata in ipso, non musica vero non permanet, sed destruitur, quando musica generatur in subiecto: & vniuersaliter illud, quod caret opposito ex istis duobus per-
C manet, vt homo, si fit musicus. musica enim non est opposita homini, non musica vero existens in homine est opposita musicæ, vt non esse ad esse, & ideo deficit, quando fit musica. Et hoc, quod dixit, intelligendum est communiter in omnibus prædicamentis, & in prædicamento substantiæ: in spermate enim quod homo fit, necesse est vt sit aliquid, & est illud, per quod dicitur sperma: ratio enim hominis, qui fit, est opposita rationi spermatis: & etiam vt in eo sit aliquid recipiens formam hominis, & est in rei veritate illud [c] quod dicitur generari, scilicet illud, in quo inuenitur iste motus, motus enim debet esse in subiecto, sicut diximus, & impossibile est vt sit in illo, cuius partes successiue destruuntur per generationem partium illius, & est illud, quod est oppositum generato, sed iste motus est in subiecto: & si non esset subiectum non esset hic aliquid deferens istum motum, nec aliquid quod diceretur moueri, neque aliquid, quod esset in potentia aliquid, & auferetur natura possibilitatis: sed hoc ignorant moderni propter consuetudinem, consuetudo enim, &c.

a Ex hoc patet aliqd esse idē scdʒ subiectū, & plura scdm diffinitionē. Idē 5. physi. cō. 47. Et. 2 de aīa com. 147. & quæ ibi. Idem ēt 3. phy. 19. & 21. Idē. 3. de aīa. cō. 1.

b Oppositū apud arabes æquiuocat, qū pro tāto dixit, quia oppo. dr̄ tā de termino a q̊, quam de termino ad quē: ex quo habēt oppositionē adinuicē &c.

c Illud, qđ in rei veritate dr̄ gn̄ari, est illud, in q̊ inuenit̄ iste motus, ex q̊ patet mām vere gn̄ari sʒ opp. vide

Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri aliquid, magis quidem dicitur in non permanentibus: vt ex non musico musicum fie-

7.me. com. 23. vbi dicit compositum ex materia & forma esse vere generabile: non materiã neq; formã nisi per accidens vide idẽ, i, me, com, 1.

ri, ex homine autem non: at vero & in permanentibus aliquando D
dicitur similiter: ex ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam: hoc tamen ex opposito, & non permanenti vtrolibet dicitur ex hoc hoc, & hoc hoc: & namq; ex immusico, & immusicus fit musicus. vnde & in composito similiter est, etenim ex immusico homine, & immusicus homo dicitur fieri musicus.

Dicere vero aliquid generari ex aliquo, non ipsum generari, hoc dicitur proprie in rebus, quæ non permanent: vt cum dicimus ꝙ musicus fit ex non musico, ex homine autem non: & rarissime dicitur eodem modo in rebus, quæ permanent: dicimus enim ꝙ ex cupro fit idolum, & nõ dicimus ꝙ cuprum fit idolum. In opposito vero, quod non permanet, vtimur sermone vtroq; modo: dicimus enim ex hoc fieri hoc, & hoc fieri hoc, Verbi gratia, ex nõ musico fieri musicum, & non musicum fieri musicum: & similiter dicimus in cõposito, Verbi gratia, ex homine non musico fieri musicum, & hominem nõ musicum fieri musicum. E

61 Quum dedit differentiam inter illa duo, ex quibus est generatio secundũ vocem, & secundum rem, vult hic distinguere quomodo vsitatæ sunt istæ propositiones apud eos. Et dixit dicere vero, &c. & intendit per illud, quod non permanet, oppositum: & apparet ex sermone eius, ꝙ oppositum non dicitur fieri hoc, sed ex ipso fieri hoc: sed ipse dicet post; & iam dixit ꝙ dicitur vtroq; modo, scilicet ex ipso fieri hoc, & ipsum fieri hoc, videtur igitur ꝙ ex ipso eius exemplo, quod dixit, non ipsum fieri, hoc non fit in rei veritate sed large: quoniam illud, quod in rei veritate dicitur apud eos fieri hoc, est subiectum. Deinde dixit ex homine vero non, id est ex subiecto vero non dicitur fieri hoc. Verbi gratia, ex homine fieri musicum. Deinde dixit sed rarissime, &c. id est sed rarissime & transumptiue dicimus has præpositiones, ex, & ab, in rebus permanentibus, scilicet subiectis. dicimus enim ex cupro fieri idolum, sicut non dicimus quod cuprum fit idolum, & hoc est proprium idiomati eorum. Deinde dixit in opposito vero, &c. id est, in opposito vero vtimur vtraque præpositione. dicimus enim ꝙ ex non musico fit musicum, & non musicus fit musicus, & similiter faciunt in composito, sicut dixit. & sermo eius est manifestus per se.

Illud, quod in rei veritate dicitˀ fieri hoc apud grecos, est subiectum. Idem 7. me. c. 15.

Fieri simpliciter est substantiarũ secundũ quid vero accidẽtium &c.

Multipliciter autem cum dicatur fieri: & horum quædam nõ simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum, secundum quid autem aliorum: manifestum quod necesse est subiici aliquid, quod fit: etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & vbi, fiunt in subiecto aliquo, propter id quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto, sed omnia alia de substãtia. quod autem substantia, & quæcunque alia simpliciter entia ex quodam subiecto fiant, consideranti fiet vtiq; manifestum: semper enim est aliquid, quod subiicitur, ex quo fit quod fit vt plantæ, & animalia ex semine.

Semper est aliquid qđ subijcitˀ, ex quo fit, qđ fit &c.

Et, quia generatio dicitur multis modis: & sunt quædam, quę nõ dicuntur fieri, aut generari simpliciter, sed dicitur hoc fieri hoc, aut generari, dicitur autem simpliciter fieri aut generari in substantiis tantum, in aliis vero manifestum est quod necessario indigent ali-

A quo ſubiecto, quod eſt generatum. Dicere enim generari, aut fieri in quãto, aut in quali, & in relatione, & in quãdo, & in vbi nõ dicitur, niſi quãdo imaginati fuerimus aliquod ſubiectũ, quia ſola ſubſtãtia non dicitur de alio ſubiecto omnino, alia vero omnia dicũtur de ſubſtãtia: & apparet per cõſiderationem quod ſubſtãtiæ, & omnia entia ſimpliciter indigẽt in generatione ſubiecto: eſt.n. hic ſemper ſubiectũ, ex quo fit generatio generati, Verbi gratia, quoniam animalia, & vegetabilia generantur ex ſpermate, & ſemine.

61 Quia generatio dicitur multipliciter: ſunt enim quædam, quæ non dicuntur generari ſimpliciter, ſed generari hoc, aut fieri hoc, & ſunt accidentia, generari aũt ſimpliciter proprie eſt ſubſtantiæ: manifeſtum eſt quod neceſſario indigetur aliquo, quod dicatur generari. Deinde dedit cauſam in hoc, & dixit dicere enim generari, &c. ideſt & cauſa in hoc, ꝙ ſubiectum apparet in iſtis rebus. ſ. accidentibus eſt, quoniam quum dicimus quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, non dicimus, niſi quando imaginati fuerimus aliquod ſubiectum vniuſcuiuſque eorum, quoniam iſta dicũtur de ſubſtantijs, ſubſtãtia.n. ſola non dicitur de ſubiecto. Et quum poſuit, quod ſubiectũ transmutationis in

Gñari ſimpliciter proprie eſt ſubſtãtiȩ idẽ. 5. phy. te. c. 7. Et primo de genera. t. ca. 11.

B alijs prædicamẽtis, præter ſubſtantiam, eſt manifeſtũ per ſe incœpit declarare qđ ſimiliter apparet in ſubſtantia, & dixit & apparet per conſideratione, &c. ideſt & ex natura generationis apparet illi, qui conſiderauerit, quod ſubſtantiæ, & omnia generabilia indigent in generatione, in eo, ꝙ eſt generatio, aliquo ſubiecto: omnia enim habent aliquod ſubiectũ, ex quo generantur, V. g. in ſubſtãtia, & eſt ſperma animalium, & ſemen vegetabilium. & dixit hoc, quia perfecte apparet, ꝙ in ſpermate eſt aliquid, cuius proportio ad animal generatum ex ipſo eſt, ſicut proportio ſubſtantiæ demonſtratæ ad album, & nigrum, & vniuerſaliter ad prædicamẽta accidentis. Quemadmodum enim generatio albi, ſecundũ quod eſt motus, indiget principio oppoſito ei, quod generatur, ex quo fit motus: & tertio ſubiecto motui, ſimiliter eſt in alijs generationibus: & ſicut partes oppoſiti ſucceſsiue recedunt a ſubiecto et fiunt in ipſo partes generati, ſimiliter eſt, & in ſubſtantia: in ſpermate enim apud generationem hominis non ceſſant partes ſpermatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficiatur: & hoc, ſi forma recipit partitionem: ſi autem non, iſtud neceſſario accidit in accidentibus proprijs formæ generatæ, vnde neceſſario generatio ſequitur alterationem. Et, quia ſubiectũ eſſe neceſſarium in ſubſtantia apparet etiã inductione, incœpit notificare hoc, & dixit.

In ſpermate apud gñationem hoīs non ceſſant partes fieri hoīs: & partes ſpermatis recedere donec forma humana pficiat. & hoc ſi forma recipit partitionẽ. idem 6. ph. com. 59. ex quo patet gñationẽ ſubſtãtialem eſſe ſucceſsiuã, cuius tñ oppo. d. Com. 6. phy. cõ. 32.

C Fiunt autem quæ fiunt ſimpliciter, alia quidem trãsfiguratione, vt ſtatua; alia vero appoſitione, vt quȩ augmẽtantur: alia vero ſubtractione, vt ex lapide mercurius: compoſitione aũt alia, vt domus; alteratione vero alia, vt quæ conuertũtur ſecũdum materiam. Omnia autem, quæ ſic ſunt, manifeſtũ quoniã ex ſubiectis fiunt.

Et illa, quæ generãtur, quædam per tranſmutationem figuræ, vt idolũ ex cupro: & quædam per additionem, vt illa, quæ augmentantur: et quædam per diminutionem, vt ex lapide humus: & quædam per compoſitionẽ, vt domus: & quædã per alterationẽ, vt illa, quæ mutantur, ſecũdum materiam. Manifeſtum eſt igitur, quod generatio ſecundum iſtos modos eſt ex ſubiectis.

63 Et apparet per inductionem quod generatio indiget neceſſario ſubiecto, non ſolũmodo in naturalibus, ſed & in artificialibus, generatio enim aut eſt in qualitate, vt idolum ex cupro, aut in quantitate, vt augmentum, & diminutio, aut ſecundum compoſitionem, vt domus ex lateribus, & lapidibus, aut ſecundum

Ea q̃ fiunt, fiunt aut.

transmutationem, quæ est in ipsa substantia: & hoc intendebat, quum dixit & quædam per alterationem, vt illa, quæ mutantur secūdum materiam, idest quorum materia transmutatur: & omnia ista videntur esse in subiecto: & necessario est vt omne generatum sit ex subiecto, & in subiecto, & verificat hoc inductione. Et hæ duæ transmutationes, scilicet quæ est in accidentibus rei, & quæ est in substantia, conueniunt in hoc, quoniam sunt alteratio eiusdem rei de vna qualitate in aliam, & de vna dispositione in aliam: sed quia viderunt quod, quādo res transmutatur in quibusdam istis dispositionibus, statim nomen & diffinitio eius transmutabuntur, & in quibusdam non, vocauerunt primum modum transmutationem in substantiam, & alterationem substantialem, & vocauerunt istas dispositiones substantiales. Secundam vero transmutationem, in qua neque nomen rei, nec eius diffinitio transmutatur, vocauerunt alterationē accidentalem: &, cum considerauerunt illud, quod defert vtranq; transmutationem, inueniunt ipsum idem numero, & est corpus demonstratum. videmus enim idem corpus in eodem loco transferri de carneitate in terrestreitatem, & de terrestreitate in vegetabilitatem, & mutabitur nomen eius, & diffinitio: & videmus etiam ipsum transferri de albedine in nigredinem, sed non amittit nomen, & diffinitionem: & ex hoc scitur quod corpus, quod est subiectum isti trāsmutationi, permanet in nomine & diffinitione, & quod est eius dispositio substantialis, qua fit vnum numero. corpus autem, cuius nomen, & diffinitio mutantur per transmutationem dispositionum, non est vnum per dispositionem existentē in ipso, dantem ei nomen, & diffinitionem propriam. vnde necesse est vt istud subiectum sit vnum, quia non habet formam dantem nomen, & diffinitionē vnā. Et est necesse etiam vt tres dimensiones, quæ videntur inseparabiles ab ipso, & eędem numero, quæ dicuntur corpus, sint accidentia, & vnum, quia subiectum eorum non habet nomē, neq; diffinitionē vnā numero, non enim est subiectū habens formā substantialē: quoniā, si essent de dispositionibus substantiæ, non mutaretur nomen istius subiecti, neque eius diffinitio per mutationē alicuius dispositionis eius, & esset tota transmutatio in accidentibus: & quū, ita fit, est igitur vnum subiectum numero, non habens dispositionē substantialem, sed habens naturam recipiendi istas dispositiones substantiales. est igitur in potentia ens omnes dispositiones substantiales, & accidētales, & hæc dicitur prima materia, & primum hyle: etiam manifestū est quod ista materia non denudatur a corporeitate, quoniā tunc haberet dispositionē substantialem, & haberet nomen, & diffinitionē. Et ex hoc patet quod qui ponit hanc materiam esse corpus peccat: & similiter qui ponit illud, quod defert dimensiones, subiectum habens formam in actu, vt existimat Auicenna. Et hoc quidem verificato, dicamus quod generatio, & corruptio aut est alteratio in substantia, aut congregatio, & segregatio: & quomodocunq; fuerit, non erit nisi ex aliquo. & ideo antiqui conueniunt in hac propositione: & quia non intelligebant naturam istius subiecti, negauerūt quidam generationē, & corruptionem, & quidam posuerunt omnem transmutationem de genere alterationis, & quidam appropriauit generationē, & corruptionem, & congregationem, & segregationem. Quod autem indiuiduum substātię, scilicet, compositum ex materia & forma fit, & transmutetur secundū totum de non esse sine aliquo deferente transmutationē, imposibile est omnino, nisi non esse indiuidui compositi mutaretur in esse indiuidui substantiæ compositi: & morari in hoc est superfluum. Et, quia corpus cœleste caret potentia ad aliquā dispositionem nisi potētia ad vbi, ideo istud subiectū caret tali potentia: & quia caret hoc subiecto, ideo caret forma, quæ sustentatur per hoc subiectū, & fuit necesse vt forma eius esset liberata ab hoc subiecto, & vt non haberet constitutionē per corpus cœleste, sed corpus cœleste constituit per illā, vt scies alibi.

Trāsfiguratione. Appōne. Subtractione. Compōne. Alteratione. Digressio.

Trasmutatio substantialis facit amittere nomen & diffinitionē. non aūt transmutatio accidētalis, idē. 1. c. de substātia orbis Et 2. de anima. commen. 8. Et. 7. phy. commē. 15.

Istud subiectū, s. materia prima, ē vnū quia nō habet formā dantē nomē, & diffinitionē vnā. idē. 12. me. c. 14. Idem primo ca. de substātia orbis & 7. met. tex. com. 8.

Cōtra Aui.

Idem primo de gen. primo.

Contra tres leges.

Corpus cœleste caret potentia ad aliquam dispositionē, nisi potētia ad vbi. Idē 8. meta. cō. 12. et 12. me. cō. 10. & 2.

Quare ostensum ex dictis est: quoniam quod fit semper cōpositū est: & est quidē aliquid, quod fit, est aūt aliquid, quod hoc fit: & hoc dupliciter: aut enim subiectū, aut oppositū: dico aūt oppositū quidem non musicū, subiectū autē hominē: & infigurationem, & inord

A nationem,& informationẽ oppositum: ęs autẽ, & lapidem, & aurum dico subiectum.

cę. de substãtia orbis oẽ generatũ est compositũ.

Declaratum est igitur ex dictis quod omne generatũ semper est compositum ex aliquo, quod generatur, & ex aliquo, quod est generatum: & hoc duobus modis, aut subiectum, aut oppositum: & per oppositum, intelligo, non musicum, & per subiectum hominem: & similiter etiam non figura, & non idolum, & non ordo est oppositum, cuprum vero, & lapis, & aurum est subiectum.

Intendit per illud, quod generatur, formã: &, quũ dixit & hoc duobus modis innuit illud, quod generatur. dicimus. n. subiectũ fieri hoc, & similiter oppositũ, secundũ quod prædixit. Sed generatũ in rei veritate est cõpositum ex forma, & subiecto: oppositũ vero, quod est nõ esse, est de necessitate generationis, q̃m necesse est vt nõ esse præcedat generatũ, & si non, non esset generatũ: sed nõ esse recedit a forma, & remanet subiectũ, & sic generatum in rei veritate est cõpositum ex materia, & forma; q̃uo igitur dixit q̃d omne generatum est semper, &c. deinde diuisit illud, quod dr̃ generari in duo in non esse, & in subiectũ, & nõ esse recedit a generato, quod est forma. Forte igitur intendit per generatũ, non illud, 64

B quod est completũ iam, sed illud, quod est in via generationis: in hoc. n. tria exiguntur, subiectũ, scilicet, & pars de non esse, & pars de forma: & sic generatum, secundũ hoc, erit compositum ex tribus: generatum vero cõpletum est cõpositũ ex duobus tantũ. s. subiecto, & forma; & si istud subiectũ nunquam est extra nõ esse: sed non esse, quod semper est coniunctum cũ forma, est priuatio formæ oppositæ illi formæ. Aut sermo eius ex aliquo, quod generatur ex eo, erit de dispositione generati, non quia est compositũ ex aliquo, quod generatur, & ex aliquo quod est generatũ; & est euidẽtius. D. d. & intelligo per subiectũ, id est, subiectũ musicę. Deinde dixit cuprum vero, & lapis, & aurũ sunt subiectũ, id est, habentium figuram, & idolũ, & ordinẽ, quibus sunt opposita, non figura, & nõ idolũ, & non ordo, quæ sunt in eis ante figuram, & idolum, & ordinem,

Generatũ in rei veritate est cõpositũ ex subiecto & forma. idẽ. 7. met. c. 23. 26. 27. 31. 33. Idẽ. 8. me. t. c. 8. & 12. me. c. 18.

Manifestum igitur q̃, si quidẽ sunt causæ, & principia eorum, quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & fiũt, nõ secũdum accidens, sed vnumquodq;, quod dicitur secũdum substantiã, omne q̃ fit ex subiecto, & forma. Cõponitur. n. musicus homo ex homine, & musico quodammodo: resolues enim rationes in rationes eorum.

C Manifestũ est igitur q̃, si causæ, & principia existentia naturaliter sunt illa, ex quibus primo sunt, aut generantur non accidentaliter, sed secundũ intentionẽ, quam intendimus per vnũ quodque eorum in sua substantia, tũc generatio cuiuslibet est ex subiecto, & creatione. Dicere enim hominẽ musicũ est cõpositum ex homine, & musico quodam modo compositionis: potes enim resoluere vtrumq; sermonem in suas diffinitiones.

Ex hoc textu habet̃ q̃ oẽ compositũ resoluit̃ ĩ sua componẽtia. Idẽ. 3. met. cõ. 15. 2. & 3. cœli. com. 15.

Quum declarauit q̃ principia sunt tria, forma, & priuatio, & subiectũ, & quod hæc tria exiguntur in generatione, incœpit notificare quæ eorum sint per se, & quæ per accidens, Et dixit manifestũ est igitur quod si causæ, & principia existentia naturaliter sunt illa, ex quibus primo fiunt illa, quorum sunt principia, aut generantur, si sint innata generari, & hoc non per accidens, sed per se, & est vt vnumquodque eorũ habeat rem in substantia compositi; & hoc intẽdebat, cũ dixit, sed per intentionem, &c. idest, sed sunt principia secũdum intentionem, quam intelligimus ex principijs, quæ sunt pars substantiæ rei. Et, cum induxit sermonem, qui est quasi præcedẽs, induxit illum, qui est quasi consequẽs, & est, quod omne est ex subiecto, & forma tantum, non ex priuatione, & tacuit de 65

præcedente illlud, per quod apparet consecutio consequentis, & est quod ex subiecto, & forma, sit generatio rei per se. Et syllogismus componitur sic, si principia naturalia sunt illa, ex quibus generatur generabile per se, & principaliter: & talis est dispositio formæ, & subiecti: necesse est vt omne generabile generetur ex forma, & subiecto. Deinde dedit exemplum, & dixit dicere enim hominem musicum, &c. i. ex subiecto, & forma, & hoc, quod dixit de qualitate, intelligendum est in substantia, sed induxit exemplum in qualitate, quia est notius. Deinde dixit potest enim, &c. id est, potest enim dissoluere rationē materię, & formæ, & distinguere eas secundum diffinitionem, licet non inesse: non enim separantur a seinuicem in esse, licet separentur ratione. D

Manifestum igitur est ꝙ quæ fiunt, fiūt ex his. Est autem subiectū numero quidē vnum, specie vero duo: homo quidem, & aurum, & omnino materia numerabilis; hoc enim aliquid magis, & non secundum accidens ex ipso fit quod fit: priuatio, autem & cōtrarietas per accidens, vnum autem species, vt ordinatio, aut musica, aut aliorum aliquod sit prædicantium.

Declaratum est igitur ꝙ generatio cuiuslibet, quod generatur, est ex istis duobus: sed subiectū in numero vero est vnum, in forma autē duo; homo enim, & aurum, & vniuersaliter materia est numerabilis, & potest numerari, quia est dignior vt sit demonstrata, & quod generatur ex ea, non generatur per accidens: priuatio autem, & contrarietas est per accidens, forma vero est aliud, vt ordo, & musica, aut alia eorum, quæ prædicantur hoc modo. E

66 Quum declarauit quod omne generabile generatᷣ per se ex subiecto, & forma, incœpit etiam declarare quomodo accidit subiecto priuatio, & dat differentiam inter illa, quam ignorauit Plato, quare non distinxit inter materiam, & priuationem, Et dixit est ex istis duobus secundum rationem duo, licet sit vnum subiectum: est enim ens, & priuatio. Deinde dixit homo enim & aurum, &c. id est, & prima materia est aliud a priuatione, quia ita se habet ad res sicut homo ad musicam, & aurum ad annulum, & homo, & aurum: & vniuersaliter materia, secundum quod est materia, numeratur in entibus, quod nō est in priuatione: licet materia non sit aliquid in actu, secundum quod est materia, tamen dignior est vt sit aliquod demonstratum, quam priuatio, id est, tamen propinquior est dici esse in actu, quam priuatio. Et dixit hoc, quia prima materia multum admiscetur cū priuatione. Deinde induxit secundam differentiam, & dixit, & quod generatur ex ea, &c. id est, & priuatio etiam differt a materia, quoniam generatum est ex materia per se, quum sit pars eius, ex priuatione autem est aliquid per accidens, quum non remanet, ita quod sit pars generati; & intelligēdum est hic per accidens, & necessarium. Illud enim quod est per accidens, aliud est necessariū, aliud rarissimū, quia est necessariū generationi, quia priuatio necessario præcedit generatū: sed, quum attribuitur substantiæ generatæ inuenietur principium per accidens: sed vniuersaliter non separatur a materia, sed quandocunque materia admiscetur cum aliqua forma tantum, admiscebitur cum priuatione formæ oppositæ illi; & ipsa etiam non habet in se formam propriam, neque priuationem propriam: nam si haberet formam propriam, non reciperet omnem formam, & similiter, si haberet priuationem propriam. F

Plato nō distinxit inter materiam et priuationē. Materia numeratᷣ in entibus, licet nō sit aliqd in actu secūdū quod est materia, qđ qūo intelligendū sit vide. 4. phy. 59. c. per accidens. Necessariū, rarissimum. Materia nō habet formā propriā, neque priuationem propriam. idē supra. cō. 63. idē infra. c. 69. idem. 3.

Vnde est quidem vt duo dicenda sunt esse principia, est autem sicut tria, & est quidem sicut contraria, vt si aliquis dicat musicum & immusicum, aut calidum & frigidum, aut consonans & inconsonans, est autem sicut non; ab alterutris enim contraria pati impos

A sibile est. Soluitur autem propterea quod aliud est subiectũ, hoc.n. cœ. cõ. 67.
nõ est contrarium: quare neq; plura contrariorũ sunt principia quo- idẽ. 7. met.
dammodo, sed duo vt est dicere numero, neque iterũ penitus duo, cõ. 8. Idem
propter id, quod alterũ est esse ipsis, sed tria: Alterũ enim est homi- primo cap.
ni, & non musico esse in figurato, & eri. de substãtia

Et ideo potest quis dicere principia esse duo, & potest dicere esse orbis. idẽ in
tria, & potest dicere ea esse contraria. V.g. musicum & nõ musicũ, aut fra ĩ hoc pri
calidum & frigidũ, aut compositũ & non compositũ, & potest dicere mo phy. c.
quod non est ita; nam impossibile est contrariorũ vnum pati a reli- 79. Idem. 4.
quo. Sed ista quęstio dissoluitur, quia subiectũ est aliud, hoc enim nõ phy. 59.
est contrariũ: ergo principia non sunt plura numero contrariorum quodãmodo, sed quasi in numero sunt duo, sed tamen nõ sunt duo omnibus modis: accidet enim esse eorũ aliud, sed tria: dicere enim in homine ipsum esse non musicum est aliud ab ipso esse hominem,
B & dicere in cupro ipsum esse sine figura tali est aliud ab ipso esse cuprum.

61 Quum declarauit quod principia per se sunt duo, materia, scilicet, & forma, & quod si priuatio dicatur principium, est per accidens: dicit quod ex hoc modo dissoluẽtur quæstiones prædictæ, Et dixit, & ideo potest quis dicere principia esse duo, scilicet quum attẽderit illa, quæ sunt principia per se, & põt dicere illa esse tria, quum non fecerit distinctionem inter illa, quæ sunt p se, & per accidẽs, & põt dicere illa esse cõtraria, i. quum solummodo considerauit inductionẽ, per quam supra probauit principia esse contraria, aut secũdum quod principia, & cõtraria conueniunt in illis tribus propriis prędictis. s. quoniam non sunt ex inuicẽ, neque ex alijs, & quod omnia sunt ex eis. D.d. & potest dicere quod non est ita, id est, põt dicere quod principia nõ solũmodo sunt cõtraria: cõtraria.n. non patiuntur abinuicẽ: patiẽs.n. debet esse simile, & nõ cõtrariũ. D.d. sed ista quæstio, &c. i. sed hoc nõ prohibet vt principia sint cõtraria, & nõ notificat qđ priuatio nõ est principiũ nisi per accidẽs, sed addit tertiũ, qđ nõ est contrarium, & est subiectũ. D.d. ergo principia, &c. i. ergo secundum quod diximus prius, principia nõ sunt plura numero contrariorum, quę sunt duo, quum principia accipiãtur per se, & hoc intendebat quũ dixit quodammodo. deinde dixit sed quasi in
C numero sunt duo, &c. i. sunt duo p se, & nõ duo, quũ accipiẽtur scdm ꝙ sunt principia simpliciter, nõ distinguẽdo illa, quæ sunt per se, ab illis quæ sunt per accidẽs: accidit.n. principijs, quę sunt per se, aliud, & est priuatio; & sic erunt tria, quũ priuatio sit de necessitate generationis. D.d. sed sunt tria, id est, sed secũdum hunc modũ sunt tria. dicere.n. in homine ipsum esse nõ musicũ, quod est priuatio musicæ, est aliud a subiecto, qđ est homo, & homo, & nõ musicus sunt alia a musico. Sunt igitur tria, forma, & subiectum, & priuatio.

Quot quidẽ igitur principia circa generationem physicorũ, & quomodo tot sunt: dictũ est, & ostensum est, quoniã oportet subiici aliquid contrariis, & contraria duo esse, sed quodam modo alio: non necessariũ est: sufficiens enim erit alterũ contrariorũ facere absentia, & pręsentia mutationem.

Iam igitur diximus quot sunt principia rerũ generabiliũ, & vnde sunt tot: & est declaratũ ꝙ cõtraria debẽt habere subiectũ, & ꝙ contraria sunt duo, alio vero modo nõ est necesse: sufficit.n. alterũ contrariorũ in hoc, ꝙ agat transmutationẽ, ipso præsente, & absente.

68 Quum demonstrauit numerũ principiorum, incœpit facere summam de illis, quæ declarauit, Et dixit iam igitur diximus, id est, declaratum est igitur quot sunt principia rerũ naturalium, quum numerantur per se, aut quũ numerãtur per se, & per accidẽs: & causa, propter quam sunt tali numero, & quũ hoc declaratũ est quod necesse est vt in generatione in substantia sit aliquod subiectum. & est prima materia, sicut est dispositio in generationibus aliorum prædicamentorũ. D.d. & quod contraria sunt duo, id est, quum non distinguatur illud, quod est per se ab illo, quod est per accidens, quum autem accipiuntur secundum quod sunt per se, sufficiunt in hoc subiectum, & forma; & hoc intendebat, quũ dixit alio vero modo non est necesse. Et dixit hoc, quia sufficit in generatione esse formæ, & in corruptione non esse eius, & hoc intẽdebat, quum dixit sufficit alterum, id est, forma. D

## *De dubitatione, & errore in quem antiqui inciderunt ex ignorantia materiæ, & eius dissolutione. Cap. VIII.*

Similitudo rationis sub scientia cadit.

SVBIECTA aũt natura scibilis est secũdum analogiã sicut enim ad statuã æs, aut ad lectulũ lignũ, aut aliorũ aliquod habẽtiũ formã in materia, & informe se habet priusquam accipiat formam, sic ipsa se ad substantiã habet, & hoc aliquid, & quod est. Vnum quidem igitur principium est non sic vnũ existens, neque sic vnũ, sicut hoc aliquid: vnũ autem secundum quod est ratio: amplius autẽ contrarium huic priuatio est. E

a Materia nõ põt itelligi p se sed scđm cõparationẽ. Idẽ.j. ca. de substã. or. & 7. met. t.c. 35. 4. phy. 16. & phy. 26.

Natura autem subiecta cognoscitur per comparationem: sicut est comparatio cupri ad idolum, aut ligni ad scamnum, & sicut comparatur ad aliud habentium creationem materia eius, & priuatio illius creationis antequam creatur, ita est comparatio istius naturæ ad istã substantiam, aut congregatam ex vtroque, aut formam demonstratam: sed dispositio eius apud ens vniuersaliter. Ista igitur natura est vnum principium, & non est vna, neque vnum, vt demonstratum: & est aliud principium, quod est ratio, & contrarium isti, & est priuatio.

b Quicqd recipit aliqd nõ recipit illud scđm qđ est ĩ actu sed secundũ qđ est in potẽtia. cõsimile. 3. de aĩa. c. 4 idẽ 2. de anima. 67. & 104. c. idẽ. 1. c. de substã.

69 ET ista natura, quæ est subiecta substãtiæ, [a] non potest intelligi per se, quum non sit aliquid in actu habens quiditatem, sed intelligitur secundũ comparationem, propter latentiam suæ substantiæ: & ideo cum voluerimus dare substantiam eius, dicimus ipsam esse illud, cuius proportio ad substantiam esse est sicut proportio cupri ad idolum, aut ligni ad scamnum. D.d. & sicut comparatur, id est & vniuersaliter sicut comparatur ad aliud habens creationẽ, & formam materia eius, & priuatio creationis eius, ita ista natura comparatur ad substantiam, id est secundum quod est subiecta substantiæ, & recipiens illam. Deinde dixit aut congregatam ex vtroque. hic exposuit substantiam, cui comparatur ista natura. substantia enim dicitur de congregato ex hac materia, & forma, & dicitur de forma etiam: & dicit quod ista natura dicitur in respectu substãtię, aut substantiæ aggregatæ ex vtroque, scilicet indiuidui demonstrati, aut formæ, & est illud, per quod substãtia est demõstrata in actu. deinde dixit ista igitur natura est vnum principiũ, &c. i. & ista natura, quæ est prima materia, est vnũ principium commune omnibus entibus transmutabilibus, quæ alterantur in inuicẽ, sed non est vna in se, ita quod sit substãtia simplex existẽs actu, neque ita quod sit aliquod compositum ex materia, & forma. nam, si haberet formam propriam, nullam aliam reciperet ipsa permanẽte, sed statim corrumperetur quam cito alia forma generaretur: & ẽt [b] qcquid recipit aliquid nõ recipit ipsum, secũdũ quod F

A est in actu, sed secundũ quod est in potẽtia. si igitur prima materia innata est recipere oẽs formas, necesse est vt sit in potẽtia oẽs formæ, & vt nõ habeat in sua substãtia formã propriã, qua est materia: & ẽt si esset aliquod existens in actu, id est habens formã, tunc generatio in substãtia esset alteratio, & formæ essent accidẽtia. deinde dixit & est aliud principiũ. i. & entia habẽt aliud principiũ a subiecto, & est forma:[a] sed primũ principium in hoc genere nõ potuit sciri in hac sciẽtia, sicut primũ subiectũ. deinde dixit ẽt contrarium isti, id est formæ.

Hæc autem quomodo duo, & quomodo plura dictum est. Primum quidem igitur dictũ est quod principia contraria sunt, posterius aũt quod necesse est, & aliud quoddã subiici, & esse tria. Ex his autẽ nũc manifestũ est, quæ differentia cõtrariorũ, & quomodo se habent adinuicẽ principia, & quid subiectũ. vtrũ autem substantia species, aut subiectum, nondum manifestũ est: sed quod principia tria, & quomodo, & quis modus eorum dictum est.

Et iam diximus prius: quomodo ista sunt duo, & quomodo plura. Diximus enim primo quod principia sunt contraria tantũ. Et diximus
B post, quod necesse est vt sit hic aliquod aliud subiectũ: & iam apparuit ex dictis nunc differentia inter contraria, & quomodo se habent principia adinuicem, & quid est subiectũ, vtrum vero forma sit substantia, & subiectũ nondũ est declaratum. Sed declaratũ est quod principia sunt tria, & quomodo sunt tria: & declaratus est modus, super quem fundatur quis modus sit.

Et iam diximus prius. i. quũ cõsiderãtur per se. s. materia et forma. D. d. & q̃uo plura. i. quũ cõsiderantur secundũ necessitatẽ gñationis tñ, & non distinguatur illud, qđ est per se, ab illo, qđ est per accidẽs, apparet. n. quod scdm hoc hæc sunt tria, forma, & subiectũ, & priuatio. D. d. diximus. n. &c. i. et innuit sermonẽ, ĩ quo probauit quod principia sunt cõtraria, & ideo dixit, diximus. n. quod principia tñ sunt cõtraria. D. d. & diximus post: & innuit sermonẽ, in quo declarauit post quod est necesse vt cũ cõtrarijs sit aliqđ subiectũ non in prædicamẽtis accidentiũ tñ, sed in prędicamẽto substãtiæ. D. d. & apparuit ex dictis differentia inter cõtraria. i. qm̃ forma[b] est principiũ per se, & priuatio est principiũ per accidẽs. D. d. & q̃uo se habẽt, &c. i. qm̃ subiectũ sustẽtat formã, secundũ quod forma[c] nõ
C põt esse sine subiecto, forma aũt sustẽtat subiectũ, secũdũ qđ est cõplemẽtũ eius, & secundũ quod subiectũ nõ potest denudari a forma. D. d. & quid est subiectũ, id est & modus[d] essentię eius est, qđ non est demõstratum in actu, sed est quasi mediũ inter nõ esse simpliciter, & esse in actu. Et accidit substãtię eius vt sit in potẽtia oẽs formæ: nõ quod potẽtia eius est in substãtia, ita qđ sit pars diffinitionis: qm̃[e] si potẽtia esset in substãtia eius, tũc esse eius destrueret ablatione potentię, & p̃sentia formę in actu. s. formę, ad quã habebat potentiam vt reciperet: & vniuersaliter, si potẽtia esset in substãtia eius, tũc substãtia eius corrũperet apud gñationẽ, & esset in prędicamẽto ad aliquid, nõ in prædicamẽto substãtiæ. Ex his igit̃ patet quod istud subiectũ est substantia nõ potẽtia, neq; priuatio: pars[f] enim substantiæ est substantia: & forte hoc intendebat, quũ dixit & quod est subiectũ: & ideo dixit post vtrum vero, &c. Et forte innuit omnia, quæ diximus, & est melius. Et intendebat, quũ dixit, vtrum vero forma, id est vtrũ vero forma est magis substãtia q̃ subiectũ, aut subiectũ magis q̃ forma, nondũ declaratũ est, sed in secundo declarabitur. Et forte intẽdit quod hoc nõ est declarandũ in hac scientia, & est melius. D. d. sed est declaratum quod principia sunt tria, &c. i. & est declaratum quod sunt principia, & quomodo sunt. s. quoniam duo eorum sunt substantiæ, & tertium priuatio: & declaratus est modus, secundum quem vnumquodque eorum est necessarium in esse generati, quoniã super hoc sunt fundata,

tia or. idem cœli. 67.

a Primũ principiũ in hoc genere non potuit sciri in hac scientia sicut primũ subiectũ sed vide oppositũ infra commẽ. 83. & 8. phys. com. 3.

b Forma est principiũ ꝑ se, & priuatio ẽ principiũ ꝑ accñs. Idem supra 64. & 67.

c Not. q̃uo materia est causa formę, et forma materiæ vide consimile 70 2. phy. c. 30. & phys. 65. & 2. de aïa. com. 4.

d Modus essentię materiæ est, qđ nõ est ĩ actu, sed est quasi mediũ inter nõ esse simpliciter, & esse in actu. idẽ. 12. met. 11. & 14. cõ. idem. 5. phy. c. 7. & ibi.

e Potentia nõ ẽ de substãtia materia oppositũ primo. cap. de substãtia orb. est pars substantiæ.

f Substantia. idẽ. 2. de aïa. com. 2.

Quot quidẽ igitur,& quę ſunt principia ex his conſideret: quod aũt ſingulariter ſic ſoluitur & antiquorũ defectus: dicamus poſt hęc, quærentes .n.ſecũdũ philoſophiam,primi veritatẽ, & naturã rerũ diuerterũt, vt in viã quandã aliam abſcedentes ob infirmitatẽ: et dicũt neq; fieri eorũ,quę ſunt nullũ, neq; corrũpi,propter id quod neceſſariũ eſt fieri qđ fit,aut ex eo,quod eſt,aut ex eo, quod non eſt.ex his aũt vtriſq; impoſsibile eſt eſſe: neq; enim quod eſt fieri contingit,eſt enim iam : neq; ex eo, quod non eſt nihil vtique fieri: ſubiici enim aliud oportet.

Ex his igiť conſideratur, et ſcitur quot ſunt principia, et quę ſunt. Et declarandũ eſt poſt,quod hoc ſolũmodo diſſoluetur etiã quęſtio, quã antiqui quærebant. Antiquiſsimi.n.in philoſophia, quũ fuerant perſcrutati de veritate,et natura entium, reflexi ſunt ab ea , et quaſi expulſi ad aliã viã propter paucitatem exercitii: et dixerunt quod nullũ entiũ recipit generationem,& corruptionẽ: nã quicquid generať neceſſe eſt vt generetur,aut ex ente,aut ex non ente, ſed impoſſibile eſt aliquid generari ex aliquo iſtorũ, ens enim non generatur, quoniam iam eſt: & ex non ente nihil generatur, indigetur enim in generatione alio,quod ſit ſubiectum.

Quum declarauit quot principia,& quæ eorum ſunt per ſe, & quæ per acci
71 dens,& quæ actu,& quę potentia,incœpit declarare quod ex iſtis rebus diſſoluetur quæſtio,quã quærebant antiqui naturaliũ,ita quod coegit eos negare principia,& generationẽ,& tranſmutationem,& multitudinẽ, Et dixit ex iſtis igitur,&c.i.ex iſtis igitur,quæ diximus,poteſt quis ſcire numerum , & naturã eorum.D.d.& declarandum eſt poſt.i.quia ſermo demonſtratiuus innatus eſt ſoluere omnes quæſtiones accidentes in re:& hoc ſignificat ẽt ꝙ ipſe inuenit hanc cauſam,ſcilicet primam materiam,& iſtum numerũ principiorum : & intẽdebat per antiquos,Parmenidem,& Meliſſum.D.incœpit dicere quomodo accidit antiquis iſta quæſtio, & quę opiniones acciderunt eis propter hoc, & dixit antiquiſsimi enim,&c.i.antiquiſsimi enim , quum intendebant perſcrutari de entibus,accidit eis iſta quæſtio,& non potuerunt ſoluere eam propter paucitatem exercitij i dialectica:& ideo reuerſi ſunt a via pſcrutationis naturalis, & declinãtes ad res extrinſecas,dicentes nihil generari,& corrumpi: quoniã generatio aut eſt ex ente,aut ex non ente,ſed non ex ente,neque ex non ente,ergo generatio non eſt. Deinde in deſtructione vtriuſque cõdiuidentium vtuntur duobus ſyllogiſmis in ſecunda figura:per primum enim declarant quod impoſsibile eſt vt generatio ſit ex ente ſic:generatum eſt illud,quod non eſt, dum generaẗ: ens autem eſt illud,quod eſt:ergo ens non generatur. In hoc autem, per quod declarant quod non ens non generatur, vtuntur etiam duabus propoſitionibus, quarum vna eſt,quod quicquid generatur eſt aliquid,dum generatur:& non ens nõ eſt aliquid: ergo quicquid eſt non ens nõ generatur:& hoc intendebat, quum dixit,& ex nõ ente,&c.i.illud,quod dicitur generari, dum generatur : generatum enim completum dicitur generatum,qui ante generabatur. Et ideo qui ponit aliquid generari ex non ente,dicit aliquid habere diſpoſitionẽ, quam nunquã habebat,neque ſimpliciter,neque in ſubiecto:quoniam, quando non ens eſt generatum,& eſt in actu,habet hanc diſpoſitionem,& anteꝙ̃ generaretur non habuit illam:qui igitur dicit quod generatum eſt ex non ente, continget ei concedere alterum duorum,aut quod eſt hic tranſmutatum ſine tranſmutatione, aut quod tranſmutatio eſt in priuatione,& totum hoc eſt impoſsibile : ſed moderni recipiunt tale impoſsibile propter hoc,quod aſſueti ſunt a pueritia audire ipſum: cõſuetudo enim eſt altera natura.

Sermo demõſtratiuus innatus ẽ ſoluere omnes qõnes accidẽtes in re.

Contra tres leges.

Et ſic

A Et sic consequenter contingens augmentantes non esse multa dicunt, sed tantum quod est: illi ergo talem accipiebant opinionem propter ea, quæ dicta sunt.

Et quum viderunt quid sequitur hanc positionem, & copulatur cum illa, dixerunt quod res non sunt plures, sed solum ens: illi enim opinati sunt hanc opinionem ex hoc, quod diximus.

Et quum consideraverunt quid sequitur ex hoc, quod dicunt quod generatio, & corruptio non sunt, contingit apud eos vt omnia sint vnum: quoniam, cum non fuerit illic generatio, nec corruptio, non erit materia, neq; forma: & quum non fuerit forma, neq; materia, quibus res transmutetur, omnia erunt vnum simplex: iste igitur sermo coegit eos opinari contra illud quod apparet. Et ideo dixit Parmenides, si ens generatur habet principium: sed non generatur: ergo non habet principium; sed iste sermo est vanus, vt declaratum est. 72 Nota qualiter antiqui dixerũt oia vnum esse.

Nos autem quidem dicimus ex eo, quod est, aut ex eo quod non
B est, fieri, aut quod est, aut quod non est, aliquid facere, aut pati, aut quodlibet hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, vt medicum aliquid facere, aut pati, aut ex medico aliquid esse, aut fieri.

Nos autem vtemur in sermone alio modo a primo: dicere enim quod generatio est ex ente, aut non ente, aut quod non ens, aut ens agit aliquid, aut patitur, aut quod hoc fit aliquid ex quolibet non habet differentiam: non enim est differentia inter hoc, quod dicimus, quod medicus agit aliquid, aut patitur, aut dicamus quod nõ medicus est aliquid, aut sit aliquid, quodcunq; simpliciter.

Quum induxit quæstionem antiquorum, incœpit dissoluere. & dixit nos autem, &c. i. & locus deceptionis istorum hominum est, quia vtuntur eo, quod dicitur multipliciter, vno modo, & sic mixtum est eis verum cum falso: nos autẽ debemus distinguere propositiones eorum, & demonstrare modum, secundũ quem verificantur, & secundum quem non verificantur. D. incœpit declarare hoc, & dixit & incœpit ab hoc notificando quod non est differentia inter hoc quod aliquis di
C cat, quod generatio est ex ente, & non ente, & inter hoc, quod dicat, quod nõ ens, aut ens agant aliquid, aut patiantur. Et dixit hoc: quoniam, quum dicimus quod generatio est ex ente, aut non ente, intendimus quod generatum sit ex passione non entis, aut entis, aut actione eorum: & hoc manifestum est. D. induxit exemplũ, quod declarat hoc in generatione, & dixit non enim est differentia. i & quemadmodũ non est differentia inter hoc, quod aliquis dicat quod medicus agit aliquid, aut patitur, & qui dicit quod a medico inuenitur, aut generatur, aliquid, similiter non est differentia inter hoc, quod aliquis dicat quod ex nõ ente generatur aliquid, aut ens fit aliquid, aut dicat quod ex non ente generatur aliquid, aut nõ ens fit aliquid. Et, quum declarauit differentiam inter ista, incœpit declarare secundũ quot modos dicitur aliquid agere hoc, aut pati, aut generari ex hoc. 73

Quare, quoniam hoc dupliciter dicitur manifestum quoniam ex eo, quod est, aut ex eo, quod non est, aut facere, aut pati. Edificat quidẽ igitur medicus, non secundum quod medicus, sed secundũ quod edificator: & albus fit, non inquantum medicus, sed inquantum niger: medicatur aũt, & non medicus fit, inquantũ est medicus. Quoniam maxime proprie dicimus medicũ aliquid facere, aut pati, aut fieri ex me- Medicus edificat, non inquãtũ medicus, sed inquantũ edificator.

dico, si secundum quod medicus hoc patiatur, aut faciat, manifestũ
quod ex eo, quod non est aliquid fieri, & hoc significat inquantum
non est: quod illi, quidem non percipientes deliquerunt, & propter
hanc ignorantiam intantum ignorauerunt, quod nihil opinati sunt
fieri, neq; esse aliorum, sed auferebant omnem generationem.

Et, quum hoc dicitur dupliciter, aut multipliciter, manifestum est
quod ita est in hoc, quod diximus ex ente, aut ens agit, aut patitur.
Medicus igitur edificat, non scd̃m quod est medicus, sed scd̃m ꝙ est
edificator: & medicus fit albus, non secundũ quod est medicus, sed
secundũ quod niger: medicinare aũt, & non medicinare est secundũ
quod est medicus: &, quia non dicimus proprie, & principaliter me-
dicum agere, aut pati, aut aliquid generari a medico, nisi quando il-
lud, quod agit, aut recipit, fuerit secundum quod est medicus, mani-
festum est qđ, quum dicimus qđ generatio est ex non ente, intendi-
mus hoc etiam, scilicet secundum quod est non ens: &, quia illi non E
distinxerunt hoc, errauerũt, &, quia ignorauerunt hoc, peccauerũt,
adeo quod existimauerũt quod nihil generatur, & quod nihil fit om
nino, sed negauerunt generationem omnino.

74 Et quum hoc dr̃, &c. i. dicere ꝙ a medico fit aliquid, aut ꝙ medicus agit, aut
patitur aliquid: qm̃, cũ dicere ꝙ ex medico fit aliquid, aut medicus agit aliqd;
aut patitur, fuerit sicut dicere ꝙ ex non ente fit aliquid, aut ꝙ non ens patit,
& sicut ẽt dicere ꝙ ex non ente generatur aliquid, aut ꝙ non ens patitur, mani
festum est ꝙ scd̃m numerum modorum, scd̃m quos dr̃ ꝙ medicus agit, aut pati
tur, aut fit ex eo aliquid. dr̃ ꝙ non ens agit hoc, aut patitur, aut fit ex eo hoc.
Deinde incœpit numerare modos, scd̃m quos dr̃ ꝙ medicus agit hoc, aut pati-
tur, & notificat ꝙ sunt duo modi, vnus per se, & alius per accidens, & dixit me
dicus igitur edificat, &c. i. & eidẽ attribuuntur plures actiones, aut passiones,
quædam per se, quædã per accidens. V. g. qm̃ medico attribuitur actio edifican
di, & dicitur ꝙ medicus edificat, aut ꝙ ex medico fit edificatio: & hoc est per
accidens: non enim edificat scd̃m ꝙ est medicus: sed secundum ꝙ accidit ei ꝙ
fuerit edificator: & similiter attribuitur ei pati ab albedine, sed non scd̃m ꝙ est F
medicus, sed scd̃m ꝙ accidit medico ꝙ fuerit niger. D. d. medicinare aũt, &c.
i. medicinare aũt, & non medicinare est ei per se, & scd̃m ꝙ est medicus: dicere
igitur medicũ curare, aut a medico fieri curationẽ est aliud a dicere medicũ edi-
ficare, aut albefieri, aut a medico fieri edificationẽ, aut albedinem. D. d. manife
stum est. &c. i. & quum passio, & actio non attribuitur rei per se, nisi scd̃m ꝙ est,
cui attribuitur non scd̃m quod accidit ei aliud, & intẽtio est prædicatio, quę est
per se, manifestum est quod dicere quod non ens fit ens, & quod ex non ente fit
ens, intelligendũ est quod non ens, scd̃m quod est non ens, fit ens, quod est im-
possibile. quod aũt non ens fit ens, non scd̃m quod est nõ ens, sed scd̃m quod est
aliquod ens, non est impossibile: illi igit̃ antiqui non distinxerunt inter illud,
quod est per se, & illud, quod est per accidens. illud enim quod est per accidẽs,
est possibile vno modo: & illud qđ est per se: est impossibile, ideo existimaue-
runt quod illud, quod est per accidens est impossibile: & sic destruxerunt gene

Priuatio est principiũ generationis per accidẽs, & est neces-

rationes omnino. vnde dixerunt quod totum ens sensibile est vnũ. Et declara-
tum est qđ priuatio est principiũ generationis per accidens, & qđ est necessa-
rium in generatione, scilicet quod accidit subiecto, ex quo est [illegible], ergo neces-
se est vt generatio sit ex non ente per accidens, & est impossibile per se.

Nos aũt & ipsi dicimus fieri quidem nihil simpliciter ex eo, quod

A non eſt, ſed tamen fieri ex eo, quod non eſt, vt ſecundum accidens. ex priuatione enim, quod eſt quidē per ſe non ens, non ex eo, quod eſt, fit. mirabile autem videtur, & impoſsibile ſic fieri aliquid ex eo, quod non eſt.

farium in generatione. idem ſupra com. 64. 65. & 66. & 67.

Et nos etiam dicimus quod nihil fit omnino ex non ente ſimpliciter, ſed dicimus quod aliquid generatur ex non ente. Verbi gratia, per accidens: generatur enim aliquod ex priuatione, & eſt aliquod non ens per ſe abſq; eo, quod fit in eo: & hoc tenetur pro improbabili, & exiſtimatur eſſe impoſsibile aliquid generari ex non ente.

Et nos conuenimus cum his in hoc, quod nihil omnino fit ex ſimplici priuatione: quoniam, ſi ita eſſet, tunc ens inueniretur per ſe ex priuatione, & ſic priuatio poſſet alterari: ſed dicimus aliquid generari ex non ente per accidens, id eſt, ex ſubiecto, cui accidit, quod in eo fuerit priuatio rei, ex qua generatur: & ſi hoc non eſſet, ſcilicet ſi priuatio formæ non præcederet in ſubiecto, non generaretur ex eo. Deinde dicit generatur enim aliquid ex priuatione, & c. id eſt, neceſſe eſt enim aliquid eſſe ex priuatione, quum impoſsibile eſt vt generatum inueniatur per ſe abſq; eo, quod priuatio eius ſit in ſubiecto, ex quo generatur per ſe. Deinde dicit & eſt non ens per ſe, id eſt, & priuatio eſt non ens per ſe, & materia eſt non ens per accidens. Deinde dicit abſque eo quod ſit ens, id eſt, pars generari. Et, quum declarauit quod priuatio neceſſaria eſt in generatione, dixit & hoc tenetur pro improbabili, id eſt, generationem fieri ex priuatione: & hoc non eſt poſsibile fieri, ſed neceſſarium tamen per accidens. Deinde incœpit etiam declarare quod ſimiliter accidit in hoc, quod generatio attribuitur enti. ſ. quoniam eſt neceſſarium per accidens, & impoſsibile per ſe. 75

B

Priuatio eſt non ens per ſe: materia autē eſt non ens per accidens idē infra c. 79.

Similiter aūt, ex eo neq; quod eſt, neq; quod eſt, fieri, niſi ſcd̄m accidens: ſic autem & hoc fieri eodem modo, vt ſi ex animali animal vtiq; fiat, & ex quodā animali quoddam animal, vt ſi canis ex equo fiat: fiet enim vtiq; non ſolum ex quodam animali canis, ſed etiam ex animali, ſed non inquantum eſt animal, eſt enim iam hoc. Si autē aliquid debet fieri animal, non ſcd̄m accidens, non ex animali erit.

C Et ſecundum hunc modum non generatur etiam ens ex ente, niſi per accidens: hoc enim etiam erit ſecundum illum eundem modum. Verbi gratia quoniam generatur animal ex animali, & ex aliquo animali animal: ſi igitur canis generatur ex equo, tunc generatio canis eſt ab aliquo animali, & ab animali ſimpliciter, ſed generatio eius ex eo, non eſt ſecundum ꝙ eſt animal quum habet rationem animalis. Quod igitur innatum eſt fieri animal, non per accidens, neceſſe eſt vt generatio ens fit ex non animali.

Hoc enim etiam fit illo eodem modo, id eſt quo generatum fit ex non ente, ſcilicet per accidens, impoſsibile enim eſt vt generatum ſit ens, aut non ens, antequam generatur, niſi per accidens. D. d. verbi gratia, & c. id eſt, Verbi gratia ſi aliquis dicat quod nos videmus animal generari ex animali ſibi ſimili, & aliquod animal ex animali diuerſo in ſpecie, Verbi gratia canē ex equo, & eſt propter hoc poſsibile eſt vt animal generetur ex animali: adhuc autem dicemus quod, ſi canis generetur ex equo per ſe, continget vt animal generetur ex animali ſimpliciter ſed generatio animalis ex animali, & entis ex ente nō pōt 76

esse simpliciter, generabile enim transmutatur ad illud, quod non habet, & animalitas est in generato: si igitur animal generaretur, secūdm quod est animal, & animal ex animali, secundum quod est animal, contingeret aliquid transmutari in spēm eius, quod habet in actu, quod est impossibile: & ideo necesse est vt oē, quod innatū est fieri animal per se, transferat ex non animali. ergo, si generatio esset possibilis animalis simpliciter, tunc esset necesse vt ex non animali simpliciter generaretur: sed, quia generatio est animalis demonstratio, continget vt sit ex non animali demonstrato per accidens, & ex animali demonstrato per accidens. Et causa eius, quod est per accidens, hæc est: qm̄ prima materia non pōt denudari a forma, quemadmodū causa eius, quod est per accidēs in generatione a priuatione est, quod illud, quod generandum est, debet esse priuatum.

Impoīe est aliqd transmutari ad speciē eius, q̄ habet in actu cōsimile. 2. de aīa, cō. 67. & 3. de aīa, cō. 4.

Et si aliquid fit qđ est, non ex eo, qđ est, neq; ex eo, quod non est: quod. n. est ex eo, quod non est, dictum est nobis quid significet, qm̄ inquantū non est: amplius aūt esse omne, aut non esse non remoueri.

Si igitur aliquid fuerit ens non est ex non ente, neq; ex ente. Iam enim diximus quid intendimus, quum dicimus ex non ente: & non auferemus per hoc totum ens, neq; totum non ens. E

77 Si igitur aliquid generatur, non generatur ex ente simplr, neq; ex non ente simpliciter, vt existimauerunt antiqui: iam declarauimus quid intendimus, quū dicimus aliquid generari ex non ente, & ex ente, & q̄ quodāmodo generat ex non ente, & alio modo ex ente. Et, quū dicimus aliquid gn̄ari ex non ente, nō intendimus negationē totius entis: & quū dicimus aliqd gn̄ari ex ente, nō intendimus affirmationē totius entis: & hoc intendebat, quum dixit & nō negamus per hoc, i. quod quum dicimus aliquid generari ex non ente, non intendimus negationem omnium modorum essendi: qm̄ hoc impossibile est: neq;, quum dicimus aliquid generari ex ente affirmamus omnes modos essendi.

Vnus quidem igitur modus hic est; alius aūt quādo contingit eadem dicere secundum potentiam, & actum: hoc aūt determinatum est in aliis per certitudinem magis. Quare, quod Vere diximus, defectus soluuntur, propter quos coacti remouent prædictorum quædā: propter hoc enim intantum destiterunt priores a via in generationē, & corruptionem, & omnino mutationem: hæc enim Vtiq; visa natura oēm soluit hanc ipsorum ignorantiam. F

Iste igitur est vnus modus eorum, quibus vtimur, & est alius, qm̄ possibile est dicere ista esse in potētia, & possibile est dicere in actu: & iam determinauimus hoc perfectius in alio loco. Iam igitur habemus illud, quod promisimus de dissolutione quæstionum, quibus antiqui coacti sunt ad negandum quædam dicta: qm̄ hac causa declinauerunt antiqui hac declinatione a via ducente ad generationem, & corruptionem, & vniuersaliter transmutationem. Si enim considerassent hanc ipsam naturam, tunc recessisset omne, quod ignorauerunt in hac intentione.

78 Id est, iste igitur est vnus modorum, quibus dissoluitur ista quæstio. Deinde induxit sc̄dm modum, & dixit & est alius, &c. i. & ista quæstio prædicta dissoluitur: qm̄ dicere ens esse aliquid, aut ex eo fieri aliquid dicitur duobus modis, quorum vnus est de ente in actu, & alius de ente in potentia: ens igitur genera-

A ri ex ente in actu est falsum & impossibile, sequitur enim ex eo vt generatum sit anteq̃ generetur, ens aũt generari ex ente in potentia est necessarium, ens. n. in potentia non est priuatio pura: ex quo sequitur vt ens sit ex non ente, neque actio pura: ex quo sequitur vt generatum sit anteq̃ generetur: & hęc sunt extrema contradictorie, ex quibus sequitur quæstio. Antiqui enim ignorauerũt ꝙ inter non esse purũ, & esse purum est mediũ, aut aliqua natura. D.d. iam igitur habemus illud, quod promisimus, &c. i. quæstio igitur, quæ coegit plures naturales non concedere quædã illorum, quæ sequuntur generationẽ, iam dissoluta est: oẽs enim concedunt subiectũ, & non concedunt non esse, quia apud eos ens non generatur ex non ente, & etiam expulsi sunt a natura generationis pp hoc, adeo ꝙ posuerunt generationẽ esse congregationem, aut segregationem, aut exitum a mixto. D.d. & in hac causa, &c. i. antiqui vero pp hanc quæstionem negauerunt generationẽ oĩno, posteriores vero naturales pp hanc ẽt negauerunt quędã sequentia gñationẽ, sed ẽt negauerunt verã gñationẽ, & sic quodãmodo concedũt illã. D.d. &, si inspicerent hãc naturã, &c. dicit, & si nãles cõprehẽdissent essentiam istius naturæ. i. materiæ, tunc auferretur omne, qđ ignorauerunt in generatione. Et hoc significat ipsum inuenire hanc causam, & scire eam principaliter.

Inter non esse purũ, & esse purum, est aliqua natura media; idem 12. mẽ. com. 1.

B

*De dubitatione, & errore, in quem antiqui inciderunt ex ignorantia priuationis, & eius dissolutione. Cap. I X.*

TANGENTES quidem igitur & alteri quidam sunt ipsam, sed non sufficienter. Primum quidam enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo, quod nõ est, inquantum Parmenidem recte est dicere. Postea videtur ipsis, si vere est numero vna, potentia tm̃ vna esse: differunt autem hoc plurimum. Nos enim materiam, & priuationem alterum esse dicimus: & horum, hanc quidem non esse secundum accidens materiam, priuationem autem per se non esse: & hanc quidem prope substantiam aliqualiter materiam, priuationem autem nequaquam.

Et inuenimus alios, qui aliquantulum inspexerunt eam, sed non quantum sufficit. Primo vero, quia dicunt simpliciter aliquid generari ex non ente, quia sermo Parmenidis apud eos est verus. D. quia
C dicunt ꝙ quum sit vna numero, est etiam in potẽtia, & ratione vna: & in hoc est differẽtia magna. Nos aũt dicimus quod materia, & priuatio differunt: & ꝙ altera. s. materia nõ est per accidens, priuatio autem non est per se: & quod materia est aliquod propinquum, & substantia quodammodo, priuatio autem non omnino.

ID EST, & videmus quosdam alios accedere comprehensioni naturę istius materiæ, sed non ꝙ pertingant sufficienter: & innuit Platonem. D. incœpit notificare in quo deficiunt, & dixit primo vero, &c. i. deficiũt enim in cognitione naturæ eius in hoc, quia non distinguunt inter illam, & priuationem. primo enim concedunt ipsam non esse, quia concedunt argumentationem Parmenidis. s. quod quicquid est præter ens est non ens, & ꝙ ens est vnum. D.d. quia dicunt, &c. i. secundo vero, quia dicunt ipsam esse vnum numero, & ꝙ propter hoc est vna diffinitione, & ratione: & ex hoc sequitur vt sit aliquod entium. s. quod si est vna secundum subiectum, est vna secundum rationem. secundũ igitur primum sermonem concesserunt priuationem esse in substantia eius: & se- 79

cundum hunc sermonem secundum negauerunt priuationem esse in substantia D eius: & hoc demonstrat ꝙ isti non distinxerunt naturam eius a natura priuationis. Et, quum notificauit ꝙ Plato solus fuit propinquus videre verum in hac natura, sed tamen non distinxit eam bene, incœpit dicere differentias veras inter materiam, & priuationem, & dixit nos autem dicimus &c. & intẽdit per propinquum, id est propinquum ei, quod est in actu. & dixit & quodammodo substantia, quia non est substantia in actu, & oppositę istis differentijs sunt differentiæ priuationis. D. d. priuatio autem non omnino, id est priuatio autem nõ est, neque propinque, neque remote, neque est accidens, nedum vt substantia: & dixit ꝙ materia non est per accidens; & ꝙ priuatio non est per se, diuidendo priuationem ab eo, ꝙ est in potentia. ens enim in potentia est aliquid, cui accidit priuatio non in sua substantia, priuatio autem secundum ꝙ est priuatio, est non ens per se. Et ex hoc apparet quod omne habens materiam est generabile, & corruptibile, nam in natura materiæ est priuatio formæ: &, si in sua natura esset formata, non reciperet formas, nisi ens generaretur ex ente; quemadmodum, si in sua natura esset priuatio simpliciter, tũc omnino nihil generaretur ex ea: est igitur quasi composita ex esse, & non esse. Et hoc declarabitur in de substantia orbis ꝙ corpora cœlestia non habent materiam omnino, quoniam tunc essent generabilia, & corruptibilia propter mixtionem priuationis cum natura E eorum. nihil aliud [a] enim est causa generationis, & corruptionis quam prima materia propter non esse, ꝙ mixtum est in substantia eius.

Ens in potẽtia est aliud, cui accidit priuatio nõ in substãtia, priuatio aũt secundũ qđ priuatio, est non ens per se. Idẽ supra co. 75.

a Nihil aliud est causa generationis, & corruptionis, ꝙ̃ prima materia ꝑp non esse, quod mixtũ est in substantia eius. Idem 1. & 3. c. de substãtia or. & primo cę. com. 20.

Quidam autem quod non est magnum, & paruum similiter, aut simul vtrunque, aut seorsum vtrumq;, quare pœnitus alter modus est hic trinitatis, & ille: vsque quidem enim ad hoc peruenerunt, quod oportet quandam supponi naturam: hanc tamen vnam faciunt: etenim, si aliquis dualitatem facit, dicens magnum, & paruũ ipsam, nihil minus idem facit: alteram enim despexit. Subiecta quidem materia [b] cum forma causa est eorum, quæ fiunt, sicut mater: altera vero pars contrarietatis, multotiens imaginabitur ad maleficium ipsius protendenti intellectum, neque esse pœnitus, & esse extra omne.

b Subiecta materia cum forma causa est eorum, q̃ fiunt, sicut mater.

Priuatio sẽper imaginatur ad maleficium.

Illi autem ponunt non ens magnum, & paruum eodem modo, siue per ambo demonstrent illud, siue per vtrumque per se: & sic erit F ista sententia trinitatis alia ab illa: vsque autem ad hunc locum bene dixerunt, quoniam necesse est vt sit hic aliqua natura subiecta: sed posuerunt istam naturam vnam: quia igitur si aliquis dixerit in ea dualitatem, dicendo ipsam esse magnum, & paruum, nihil dicet diuersum a dicto: negat enim aliam naturam: quoniam illa natura permanet, & est amplexa cum creatione, qua creantur generabilia, vt mater: ista autem alia natura, quæ est altera partium contrarietatis, multoties facit existimare considerantem per suam mentem malitiam actionis eius, ipsam non esse omnino.

80 Inducit etiam alium modum indistinctionis priuationis a materia, & dicit. illi autem ponunt non ens magnum & paruum, &c. id est Plato autem non distinguit inter priuationem, & materiam, quum per non ens demonstret ꝙ demõstratur per magnum, & paruum. & indifferenter, siue demonstret illud per ambo insimul, aut per vtrumque per se. D. d. & sic erit ista sententia, &c. id est & sic iste modus trinitatis in principijs, si concedatur ipsum esse trinum, quum

Plato nõ distinxit iter priuationẽ, & materiã.

A magnum, & paruum reducantur in materiam, erit alius a modo trinitatis, quem diximus, scilicet quod trinitas eorum de principijs, quæ est vnum, & magnum, & paruum erit alia a nostra trinitate, quæ est priuatio, & materia, & forma: & accidit ei iste modus erroris, quia dimisit considerare de priuatione. Deinde dixit vsque autem ad hūc locum, &c. id est in hoc autem ad quod peruenit consideratio eorum in istis rebus, scilicet in hoc, quod dicunt quod necesse vt sit hic aliqua natura subiecta generabilium, bene dixerunt, in illis autem, quæ sunt præter hoc, nihil recte dixerunt. D. d quia igitur, si aliquis, &c. id est isti enim peccant post istum locum, quia non numerauerunt priuationem secundum principium cum materia neque per se, neque per accidens, neque posuerunt dualitatem in principijs, ex quibus est generatio, scilicet materialibus: si igitur aliquis dixerit eos dicere dualitatem, quum dicunt quod materia est magnum, & paruum, nihil dicit diuersum ab eo, quod dixerant primo: magnum enim, & paruum reducuntur in vnum, vt dictum est in prædicta quæstione, non in duas naturas diuersas: & etiam per hoc, ꝙ ponunt dualitatem in magno, & paruo, & si concesserimus illa significare dualitatem, inquantum diligit inducere unam formam post aliam, negant aliam naturam, scilicet priuationem esse de numero principiorum, & habere introitum in generationem, neque per se, neque per accidens. B D. incœpit dare causam, quare latuit Platonem priuationem habere principium in generatione, & non latuit ipsum hoc in materia, & dixit illa enim natura permanet, &c. id est & fuit manifesta eis dispositio istius naturæ, scilicet materiæ, & latuit eos secunda natura, scilicet priuatio mixta cum materia, propter quam materia est parata ad recipiendum formas: quoniam ista natura, scilicet materia permanet in generato, & forma non potest esse sine ea: & ista se habet ad generata sicut mater ad filios: & propter ista non latuit eos hanc naturam esse necessariam in generatione: alia autem natura, scilicet priuatio propter malitiam sue actionis in generabilibus latuit eos, nam, quum accidit generabilibus, priuat illa: & multoties qui inspexerit illam hoc modo, credet ipsam magis destruere generationem, quam esse necessariam in generatione. Et hoc intendebat, quum dixit multoties, &c. id est quoniam non facit generari, sed destruit generationem.

❧ Existente enim quodam diuino, & optimo, & appetibili, aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus, aliud autem aptum natum est appetere, & desiderare ipsum secundum ipsius naturam: quibusdam autem accidit cōtrarium appetere suiipsius corruptionem: C & neque ipsam suiipsius possibile est appetere speciem, propter non esse indigens, neque contrarium, corruptiua enim sunt adinuicem contraria: sed hoc est materia, sicut in fœmina masculum, & turpe bonum: nisi quod non per se est turpe, sed secundum accidens.

*Contraria sunt ad inuicem corruptiua.*

*Appetitus ꝑpindigētiā est.*

Quoniam, quia est hic aliquid diuinum, quod est bonum, & appetibile dicimus, quod hoc est contrarium eius, & est illud, quod est innatum, id est naturaliter appetere, & assimilari ipsum illi: aut contingit eis, vt contrarium appetat corruptionem suiipsius: & impossibile est vt forma appetat se, quoniam non est diminuta, neque appetit suum contrarium, quia contraria corrumpunt seinuicem: sed materia appetit formam, sicut fœmina marem, & turpe pulchrum: non quia in se est turpis, sed per accidens: neque quia est fœmina, sed per accidens.

*Materia appetit formā, sicut turpe bonū, & fœmina marē.*

Quū declarauit quomodo apparet consideranti primo aspectu, quod priuatio Si

Perfectioni diuinæ oĩa appetunt aſſimilari ſecundũ quod poſſunt. idẽ. 2. de aĩa. te. cõ. 34. Et 2. cœli, te. cõ. 64.

Appetitus naturalis, & animalis.

Omne ens diligit ſe permanere.

Bxẽpla non vſitantur in doctrina demõſtratiua, tñ in rebus non ſenſibilibus, ꝙ non intelligunt, niſi per comparationem ad alterum, vſitari poſſunt. vide cõ ſimile. 4. ph. c. 84. & 3. de aĩa c. 6. & 14. & 2. de aĩa 149.

non habet dignitatem in generatione cum materia, incœpit declarare ipſam habere introitum in generationem, & quõ, & quod mixtio eius cum materia eſt cauſa in hoc, ꝙ deſiderium naturale eſt in materia ad formam, & hæc eſt cauſa in hoc, ꝙ res materiales ſunt generabiles, & corruptibiles. Et dixit quoniam, quia eſt hic aliquod diuinum, &c. id eſt & quia priuatio accidit materiæ de neceſsitate, & eſt hæc perfectio diuina maxima, cui omnia entia appetunt aſsimilari, & ex qua appetunt acquirere, ſecundum quod natura eorum poteſt recipere, dicimus nos quod materia, ſecundum quod accidit ei priuatio, eſt innata appetere ſe aſsimilari primo principio ſecundum quod poteſt, & hoc eſt appetere receptionem formæ. Et intelligit hic per appetitum illud, quod materia habet de motu ad recipiendum formam: appetitus enim alius eſt naturalis ſine ſenſu, vt in plantis ad nutrimentum, & alius eſt cum ſenſu, vt appetitus animaliũ ad nutrimentum: in materia igitur eſt appetitus naturalis ad recipiendum omnes formas: recipit igitur eas alternatim, qñ forma agens eſt præſens. D. d. ille autem, &c. i. qui autem non concedit priuationem coniungi cum materia, non poteſt dicere quare iſte appetitus naturalis eſt in entibus ad recipiendum formam poſt formam: qm̃, quum non concedunt priuationem eſſe mixtam cum materia, quapropter non eſt in actu, continget eis dicere quod iſtud deſiderium naturale eſt in entibus naturalibus, ſecundum quod ſunt completa exiſtentia in actu: ex quo continget eis aliquid appetere ſuum contrarium corrumpens ipſum, & ſic aliquid appetet ſe corrumpi. Et hoc, quod dixit, manifeſtum eſt: quoniam ſi nõ eſſet hæc aliquid non habens formam, non eſſet hic aliquod appetens formam poſt formam: & ſi eſſet, tunc natura ageret ocioſe, quia poneret in entibus potentiam ad corruptionem eorum, ſecundum quod ſunt in actu: & totum hoc eſt impoſsibile: omne enim ens, vt dictum eſt, diligit ſe permanere: ſed materia diligit induere formam poſt aliam propter diminutionem cõtingentem ſibi. D. d. ſed materia appetit formam ſicut fœmina marem: & licet exempla non vſitentur in doctrina demonſtratiua, tamen vſitantur in rebus non ſenſibilibus, quæ non intelliguntur niſi per comparationem. Deinde dixit non quia eſt in ſe, ſed per accidens: quia turpitudo accidit ei ex priuatione mixta cum ipſa materia, & in ſe non eſt priuatio, eſt igitur turpis per accidens: & ſimiliter eſt fœmina per accidens: fœmina enim eſt homo imperfectus: fœmineitas enim accidit ei ex priuatione.

Corrumpitur aũt, & fit, eſt quidem vt ſic, eſt aũt, vt non: ſecundũ enim quod eſt, in quo ſcd̃m ſe corrumpitur: quod enim corrumpitur in hoc eſt priuatio: inquantum aũt ſcd̃m potentiam, non per ſe, ſed incorruptibilẽ, & ingenitã, neceſſe eſt eſſe ipſam: ſi enim fiat, ſubiici aliquid oportet primum, ex quo fiat: hoc autẽ eſt hæc natura: quare erit ante, fieri. Dico aũt materiam, primum ſubiectum vnicuiq;, ex quo fit aliquid, quum inſit, non ſcd̃m accidens, &, ſi corrumpitur, in hoc abibit vltimum quare corrupta erit, anteq̃ corrumpatur.

Materia eſt primũ ſubiectũ vnicuique, ex quo fit aliqđ, cũ inſit, non ſecundũ accidens. Idem 2. ph. te. cõ. 82. & 5. met. te. com. 2.

Et corrumpitur, & generatur quodammodo, & alio modo non: ſecundum enim illud, quod eſt in ea, per ſe corrumpitur, Illud enim, quod corrumpitur per ſe, in ea eſt priuatio: ſecundum aũt potentiã non corrumpitur per ſe, immo neceſſe eſt vt ſit non corruptibilis, neq; generabilis: qm̃, ſi fuerit generata, indiget ſubiecto, ex quo generetur: & iſtud eſt ipſa natura: ergo erat, anteq̃ generaretur. Dico enim materiam, primũ ſubiectum, illud, ex quo generatur res, & eſt in ea non per accidens, &, ſi fuerit corrupta, ad hoc veniet in poſtremo: ergo erat corrupta, antequam corrumperetur.

A Quũ notificauit naturã primæ materiæ, & in quo differt à priuatione, & dissoluit quæstiones contingentes antiquis in generatione, incœpit declarare ipsam esse neque generabilem, neque corruptibilem; & quia generabile, & corruptibile dicitur duobus modis, per se, & per accidens, Dixit. & corrumpitur, &c. id est, quoniam est generabilis, & corruptibilis per accidens, & non generabilis, neque corruptibilis per se. D. exposuit hoc, & dixit secundum enim, &c. id est, & dicitur esse corruptibilis, quia priuatio, quæ est in ea, est corruptibilis per se, & ideo esse eius est causa corruptionis, & non esse eius est causa essendi, & ꝙ nõ attribuatur corruptioni, nisi secundum rem corruptibilem, quæ est in ipso, attribuitur per accidens, & transumptiue, vt dicimus dolium acescit, quando vinum, quod est in ipso, acescit. D. d. secundũ autem potentiam, &c. id est, & secundũ præsentiam priuationis formæ in ea recipit corruptionem, non secundũ præsentiam potentiæ in ea, quia potentia non est corruptibilis per se, & materia est etiã generabilis per accidẽs propter præsentiam eius, ꝙ est per se in ea, & est actus. Et, quum notificauit ipsam esse non generabilem, neque corruptibilem, induxit super hoc demonstrationem, & dixit quoniam, si fuerit generata, &c. id est, & iste sermo est inducens ad inconueniens sic: materia est generata, & hoc est, in quo dubitatur; & omne generatũ habet subiectum existens in potentia, & hoc declaratum fuit superius; igitur prima materia habet subiectum existens in potentia; & subiectũ, quod est in potentia, est vnum omnium generabilium; ergo
B prima materia, & suum subiectum sunt vnum numero, scilicet vnum subiecto; & omne, quod cum suo subiecto, ex quo generatur, est vnum numero, est, antequã sit; ergo prima materia est antequam sit, ꝙ est impossibile. Et hoc impossibile sequitur ex hoc, quod posuimus, ꝙ prima materia est generabilis; & hoc modo argumentationis declarauit ipsam esse non corruptibilem per se: sequitur enim vt sit corrupta, antequam corrumpatur. D. d. dico enim materiam, &c. id est, intelligo enim, quum dico materiam, primum subiectum, quod est in potentia, non subiectum, ex quo generatur res, & est in actu, & generatum ex eo est existens per se, non per accidens: hoc. n. secũdum subiectum, & primũ conueniũt in hoc, quod generatum inuenitur ex eis per se, & differunt in hoc, ꝙ primum est in potentia, & secundum in actu, aut modo medio inter potentiam, & actũ, sicut est dispositio in illo, quod generatur ex pluribus vno subiecto. Et dicit hoc, quia, si ponitur in generatione materiæ primũ subiectum, scilicet in potentia non cõtingit vt sit cum materia vnum numero; & sic non accidit impossibile prædictum; & ideo excitauit audientem ad intelligendum ex hoc, quod dixit, ꝙ si prima materia generatur indiget subiecto, id est, primo subiecto.

C De principio autem secũdum speciem, vtrum vnum, aut plura & quot, aut quæ sunt per certitudinem primæ philosophiæ opus est determinare: ergo in illud tempus apponatur: De physicis autem, & corruptibilibus speciebus in posterius demõstrandis dicemus. Quod quidẽ igitur sunt principia, & quæ, & quot numero determinatur a nobis sic. Rursus autem, aliud principium accipientes dicamus.

Considerare autem de principio secundũ formam, vtrum sit vnũ, aut plura, & quid sit, & quæ sint perfectæ, est de opere primę philosophię; vnde oportet nos expectare ad ipsam: De forma autem naturali, & corruptibili nos incipiemus declarare, & dicere, quod iam determinauimus per hunc sermonem, quem compleuimus nũc, principia esse, & quę, & quot sint; & nos intẽdimus in hoc sermone aliud principium.

Quum notificauit principia esse tria, duo per se, scilicet materia, & forma, & 85
vnum per accidens, scilicet priuatio, & iam declarauit primam materiam esse de principijs, Dicit considerare autem de principio secũdum formam, &c. id est,

considerare aūt de primo principio formali, vtrū sit vnū, aut plura, & quæ est substantia eius, est propriū primæ philosophię: formarū enim [a] alię sunt in materijs, alię nō in materijs, vt declaratū est in hac sciētia; & ideo cōsideratio de formis est duarū scientiarū, quarū vna. s. naturalis cōsiderat de formis materialibus, secunda aūt de formis simplicibus abstractis a materia, & est illa scientia, quę cōsiderat de ente simpliciter. Sed notandū est, quod istud genus entium, esse. s. separatū a materia, nō declaratur nisi in hac scientia naturali; & qui dicit qđ prima philosophia nitit declarare entia separabilia esse, peccat; hæc. n. entia sunt subiecta primæ philosophiæ, & declaratū est in posterioribus analecticis, quod impossibile est aliquā [b] scientiā declarare suū subiectū esse, sed cōcedit ipsum esse, aut quia manifestū per se, aut quia est demonstratū in alia sciētia. Vnde Auicen. peccauit maxime, quum dixit [c] quod primus Philosophus demōstrat primū principium esse, & processit in hoc in suo libro de scientia diuina, per viam, quā existimauit esse necessariam, & essentialē in illa scientia, & peccauit peccato manifesto; certior. n. illorū sermonū, quibus vsus est in hoc, non pertransit ordinē sermonū probabiliū; et iam causam innuimus huius alibi. Et peius est hoc, qđ dicit, qđ ista sciētia accepit a primo philosopho [d] corpora cōponi ex materia, & forma: negligēs, est ne alia via ad sciendum hoc nisi ex trāsmutatione existente in substantia? Sed sicut dicet Arist. philosophus declarat substantiā materię, q̄ sit, perfecte, per cōparationē eius ad oēs differentias entiū, secūdum quod sunt entia, ergo impossibile est declarare ipsam esse, nisi in hac scientia. Deinde dicit q̄m iam determinauimus per hunc sermonē, &c. id est, & intendit, quū dixit, & quæ sint formā, & materiam; & quum dixit & quot sint, intēdit duo per se, & tertiū per accidens. Deinde dicit & nos intendimus aliud, &c. & innuit hoc, qđ vult incipere in secundo tractatu de natura quid sit, D. de numeratione specierū causarum. Et forte innuit primū principium mouēs, quod declaratū est in fine istius libri: omne. n. de quo loquitur in hoc libro, principaliter est propter illud principium; & ille est primus locus, in quo naturalis incipit aliū modum essendi ab illo, de quo cōsiderat, & apud illū cessat; & dimisit cōsiderationē de eo vsque ad scientiā nobiliorem, quæ cōsiderat de ente, secūdū quod est ens. Et totū hoc est quasi contrariū eius, quod existimauit Auicē. quoniam, si hic non demonstraretur iste modus entium, scilicet separabiliū, non esset nisi sciētia naturalis, & doctrinalis; & ideo antiqui naturales existimabant quod sciētia naturalis est prior omnibus scientijs, dicentes, quod subiecta eius sunt priora omnibus entibus. Et forte intendit per aliud principium, aliud initium doctrinæ, quoniam principium doctrinæ in hoc libro debet esse a secundo tractatu; & hoc etiam euidentius est apud me.

a Formarū, alię sunt in materijs, alię nō sunt. cōsimile. 12. me. c. 25. & 2. physi. 25.

b Sciētia cōcedit suum subiectū eē, aut quia est manifestū p se, aut qa demōstratū est in alia scientia idē. 2. phy. 22. & 26. c. & 12. meta. cō. 5. Idē. 2. 83. de anima 27. & 29. c. Idem 6. me. c. primo. idē 3. cœli. cōmen. 4.

c Vide consimile contra Auic. in 8. phy. c. 3. et 12. met. c. 5. vide 2. phy. c. 73. & q̄ę tibi.

d Nulla est via ad pbādū corpora esse cōposita ex materia, & forma, quā via transmutationis. Idem supra c. 51. & 63 Idē. 12. me. 5. & 8. com.

Omne, de quo loquit in hoc libro principaliter est propter primū principiū mouēs, Idē. 8. phys. com. 1.

## Incipit liber secundus, qui est de principiis sciētię naturalis.

### Summa secundi libri physi. secundum Auerro.

A textu primo vsque ad 16. loquitur de natura, ac quot modis dicatur natura.
A textu. 16. vsque ad 27. ponitur differentia inter naturalem, & mathematicum.
A. 27. vsque ad 75. agitur de causis & modis causarum.
A. 75. vsq; ad finem edocet omne agens agere propter finem.

### *Quid sit natura, & quot modis dicatur.* Cap. I.

EORVM, quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia vero propter alias causas: Natura quidē sunt animalia queq;, & partes ipsorū, & plātæ, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua: hęc enim, & huiusmodi natura esse dicimus. Omnia aūt, quæ prædicta sunt, vidētur differentia ab iis, quæ nō natura existunt. Quę. n. natura sunt, omnia vidētur habere in seipsis principiū motus, & status, hæc quidem secundū

locū, illa vero secundum augmentum, & decrementum, quædam autem secundum alterationem.

Dicamus ꝙ entium quędā sunt natura, & quædam ex aliis causis: illa autem, quæ sunt secundum naturam, sunt species animalium, & partes corū, & species vegetabilium, & corpora simplicia, vt terra, ignis, aqua, & aer, & ista .n. & similia dicimus natura esse. Et videmus ꝙ omnia ista differunt ab eis, quæ non constituuntur per naturā: qm̄ in vnoquoque istorū est principium motus, & quietis cuiusdam in loco, & cuiusdam in augmento, & cuiusdam in alteratione.

QVIA, quum intēdit in hoc tractatu loqui de his, quæ sunt quasi fundamēta, & principia illius scientiæ, incœpit notificare naturam quid sit, & posuit principiū cōsiderationis in hoc a rebus naturalibus, quæ sunt manifestiora quam natura, Et dixit dicamus igitur, &c. i. & intendit per alias causas voluntatem, & casum, & q. d. quod entium quædam sunt ex natura, & quędā sunt ex alijs causis. Deinde numerauit illa, quæ fiunt ex natura, & dedit modū, quo ista corpora naturalia differunt a corporibus innaturalibus, & secundum quē dicuntur naturalia, Et dixit & videmus, &c. id est, & vnumquodque entium naturaliū differt ab artificialibus in hoc, quoniam vnūquodque entium naturalium [a] habet in se principium, quod quandoq; transmutatur, & quandoque quiescit, quod nō videmus in rebus artificialibus: vnde naturalia dicūtur naturalia secūdū hoc principium. Deinde numerauit modos transmutationis, & dixit, quædā in loco; & in hoc collocantur quatuor elemēta, & habentia animam, & corpora [b] cœlestia; & si principiū in istis dicat fere æquiuoce: sed tñ in talibus descriptionibus nō pōt quis facere plus isto. Deinde. d. & quædā in augmēto; & innuit principium trāsmutationis proprie in vegetabilibus, & augmentū. Et, quū dixit & quædā in alteratione, intēdit transmutationē in substantia, quę dr̄ generatio, & corruptio, & trāsmutationē in qualitate, quæ dicitur alteratio; & vtitur hoc nomine alteratio hic large; & istud principiū, quod est in alterato simplici, & trāsmutabili simplici, est aliud a principio, quod est in mobili localiter, & in augmēto secundū genus, & in generabilibus & alterabilibus cōpositis: quoniā illud principium, quod est in cōpositis, est secūdum formam, & in simplicibus est secundū materiā: sed hoc nomē principiū vtitatur hic æquiuoce pro materia, & forma. Et hoc est ita: [c] qm̄ non inuenitur corpus simplex quod alteretur ex se, aut qđ generetur ex se, sicut inuenitur corpus simplex, quod trāsfertur in loco ex se; [d] principium autem alterationis, quæ est in compositis, potest inueniri in ipso alterato, scilicet principium mouēs, vt in alteratione, quæ est in animali aliud est ab eis, quæ adueniunt corpori suo, & similiter plantis; & iam expressit hoc Arist. in libro de generatione, & corruptione.

Lectulus autem, & indumētum, & si aliquod huiusmodi genus est, secundum ꝙ quidem sortitū est prædicationem vnanquãque, & inquantū est ab arte, neque vnum habet impetum mutationis innatū, secūdum autem ꝙ contingit ipsis lapidea, aut terrea esse, aut mixta ex his, habent hoc tantum.

Scamnū autem, & vestes, & alia huiusmodi generis, secūdum aūt ꝙ vnūquodq; eorum habet nomen, in quantum est ex artificio, non habet in se principium transmutationis omnino, sed secundū quod accidit eis vt sint ex lapide, aut terra, aut aliquo mixto ex istis, & in hoc tantum habent dignitatē in natura.

Et non debet aliquis dicere quod scamnū, & idolū, & vnūquodque artificialium habet in se principium, quo mouetur, & quiescit: quoniam vnūquodque artificialiū secundū quod habet nomē, quo significatur secundū qđ est artificiale,

a Vnūquodq; entiū naturaliū habet in se principium, quo transmutatur, qđ nō videmus in rebus artificialibus. Idē infra, cō. 22. idē 5. phys. cō. 2. Idē. 3. de aīa cō. 18.

1

b Videt ex hoc, motum cœli eē naturalē: sed oppositum vł velle. 2. cœ. com. 35.

c Nō inuenitur corpus simplex, qđ alteret ex se aut qđ generet ex se, sicut inueniē corpus simplex, qđ trāsfert in loco ex se. idē. 8. phy. c. 20. et 60. Idē. 4. cœ. 24. idē. 2. de aīa c. 50. tamē vide oppositū in 7. met. c. 29. vbi habetur, qđ sicut est ī mobilibus in loco, ita est de gñabilibus, nā sicut quedā mouētur ex se in loco, & quædā ab alio, ita etiam est de generabilibus, &c.

2

d Principium alte-

**nullum habet omnino principium, quo mouetur, secũdum vero quod accidit cor** A
pori artificiali, quod suum subiectum fuit naturale habet principium in se: vt la
pis, ex quo fit idolum, habet potentiam, qua mouetur ad inferius: sed hoc est se
cundũ quod est naturale, non secundum quod est artificiale: idolum autem secũ
dum quod est idolum non habet potentiam, qua moueatur, sicut habet homo, se
cundum quod est homo, & vniuersaliter omnia naturalia, secundũ quod sunt na
turalia. Naturalia ergo differunt ab artificialibus in hoc, quoniã in naturalibus
est principium per se, in artificialibus vero non est principium per se; &, quum
declarauit quod naturalia sunt illa, in quibus est principium per se, quo transmu
tãtur, & cessantur a transmutatione, demõstrauit ex hoc naturam quid sit.

Est igitur natura principium alicuius & causa mouendi, & quiescendi in eo, in quo est primum, & per se, & non secundum accidens: dico aũt nõ secũdũ accidens: qm̃ fiat vtiq; ipse sibi aliqs causa sanitatis, quũ sit medicus: sed tamẽ non quatenus sanatͬ, medicinã habet, sed accidit eundẽ medicũ esse, & sanari, vnde & diuiduntͬ aliquãdo abinuicẽ: Similiter autem & aliorum vnumquodque, quæ fiunt, nullum enim ipsorum habet in seipso actionis principium, sed alia quidem in aliis, & ab exteriori, vt domus, & aliorum manufactorũ vnũquodque: alia autem in seipsis quidem, sed non secundũ seipsa, quęcunque autem secundum accidens fiunt causę sunt vtiq; ipsis: est igitur natura quod dictum est. B

Et sic natura est principiũ aliquod, & causa vt moueatur, & quiescat illud, in quo est primo, & per se, non per accidens: & dico nõ per accidens, quoniam homo potest esse causa suiipsius in sanari ab infirmitate, quum fuerit medicus: sed non, secũdũ quod recipit sanitatẽ, habet artem medicandi, sed accidit ei eidem quod fuit medicus, & recipiens sanitatem: & ideo forte hæc duo differunt vnum ab altero. Et similiter est in omnibus aliis rebus, quæ factę sunt: quoniam nulla earum est, cuius principium facturę est in se, sed in quibusdam est in aliis & ex intrinseco, vt in domo, & in vno quoque eorũ, quæ fiũt manu: in quibusdam autem est in eis, sed non per se, & sunt causæ, quas habet per accidens. C

3 Quia manifestum est per se quod naturalia sunt illa, quæ habent principium, quo transmutantur, & cessant transmutatione per se, & secundum quod sunt naturalia, & quod per naturam mouentur, & cessant, & generantur, & corrumpũtur, fuit manifestum ex hoc, quod natura est principium, & causa, quo transmutatur illud, in quo est, & quiescit primo, & per se, non per accidens. Et ista a diffinitio naturæ est manifesta hic: & naturam esse est manifestum per se, vt post dicet Arist. & est vnum principiorum istius scientiæ: & non est declarandũ a primo philosopho, neque est ex eis, quæ non sunt nota per se, vt apparet ex verbis Auicennę: & nisi intendat quod primus philosophus debet contradicere eis, qui negant illud principium esse, vt cõtradicit falsis opinionibus inductis de primis principijs. Et iste homo inducit signum, quod ista diffinitio non est nota hic, quia iam declarauit in septimo, & octauo quod omne motum habet motorem, & dixit illic quod non est dubium in hoc, nisi de corporibus simplicibus. Et potest etiam ratiocinari super hoc, ex hoc, quod dixit Aristo. in tertio cœli & mundi, quoniã elementa habẽt grauitatẽ, & leuitatem. Et hoc non est sicut existimauit: qm̃ non dubitamus b quod ista mouentur ex se, non ex motore extrinseco, scilicet quatuor elementa, & omnia corpora mota ex se: vtrum autem motor in eis sit alius a moto, perscrutatus est in illo libro: & causa in hoc est hæc,

rationis, quę est in cõpositis, põt inueniri ĩ ipõ alterato. s. prĩcipiũ mouens. ꝑ hoc vide. 4 cœ. 24. & 2. de aĩa. 5 . & primo de generatione et corrupt. te. tex. cõ. 34.

a Digressio in qua reprehendit Aui. opinantẽ naturã esse, demõstrari posse. ꝑ hoc vide cõ. 5. quinti met.

b Non dubitamus an elemẽta moueantͬ ex se, nõ ex motore extrinse.

A quod Plato opinabatur, quod hic est aliquid, quod mouet se: & manifestum est quod, si hic esset aliquid, quod moueret se, quod illud esset dignius habere hoc nomen natura secundum hanc descriptionem. s. secundum q̃ dicitur hic, quod naturalia sunt illa, quæ non mouentur ex extrinseco: & manifestum est quod quicquid non mouetur ex extrinseco, mouetur ex se: sed vtrum iste motor in eis sit motum, aut non motũ, quando mouet, aut est ipsum motũ, indiget declaratione. Et, quum notificauit quæ sunt naturalia, dixit & sic natura erit principium, &c. & quasi dicat si naturalia sunt illa, quæ habent principium, quo mouentur, & quiescunt ex se, & per se, non per accidens, & natura est illa, qua mouentur, & quiescunt, necesse est vt natura sit principium, quo mouetur, & quiescit illud, in quo est per se, & primo, non per accidens: & antecedens in hoc syllogismo est manifestũ per se & similiter consequens. Et non debet aliquis dicere quod ista definitio propter hoc est conclusio demonstrationis: quoniam est dictũ in prioribus analecticis quod per huiusmodi syllogismos hypotheticos nullum ignotum declaratur omnino, sed vtuntur ad confirmandum illud, quod est manifestum per se, tamẽ indiget modicula innuitione, sicut vtitur diuisio, & inductio. Et dixit primo & per se. quoniam illud, quod est per se, est magis vniuersale quam illud, quod est primum: omne enim primum est per se, & non omne, quod est per se, est primum, vt dictum est in posterioribus. V. g. quoniã nauis mouetur ex princi-
B pio in ipsa, sed nõ primo, sed mediante homine. Et addit non per accidens, propter illud, quod dixit & accidit in quibusdam artificialibus vt principium sit in ipso facto secundum hoc, quod accidit quibusdam vt subiectum artificij, in quo agit, est subiectum artificij, in quo inuenitur sciẽtia artificij, vt ars medicinæ: quoniam subiectum eius, in quod agit est, corpus hominis secundum quod est homo, & ipse est subiectum, in quo inuenitur: & hoc non est per accidens necessariũ: quoniam non omnis homo est aptus vt sit medicus, ita quod medicus agat in se: ergo ars medicinæ, & aliæ artes sunt paratæ primo, & per se, vt agant in alia a subiecto, in quo sunt. Artes igitur, sicut diximus, sunt duobus modis, aut ars, cuius principiũ est extrinsecum necessario, vt ars ædificatoria, & aliæ artes, quorum subiectum, in quod agit, est aliud a subiecto, in quo inueniuntur: ars autem medicinæ agit in se per accidens. Et dixit quæ fiunt manu: quia pars medicinæ, cui accidit agere in suum subiectum, est pars theorica, non practica: quoniam nullius flebotomat in suo corpore. Sed est dubium de arte saltitandi. Sed iste sermo non est nisi de artibus, ex quibus prouenimt acta, non solummodo actiones: & similiter est de arte musicæ, quæ est sine instrumento, vtrum autem in istis principijs existẽtibus in rebus naturalibus est aliquid, quod non sustentatur per naturam perscrutandum est de eo: sed in hac scientia non consideratur nisi in vnoquoque generum
C istorum principiorum: & in eis, quæ accidunt illis. Et iam diximus quod ista definitio [a] nõ dicitur vniuoce, neq; etiam æquiuoce, sed secundum prius & posterius: & in talibus incipiendum est a communiori, & veniendum ad propria, sicut fecit in definitione motus, & loci. Et sciendum est quod subiectũ [b] istius libri est natura, & principia naturalia, quum sint communia omnibus rebus naturalibus: & ideo in hoc libro non definit corpus, neque alia, de quibus cõsiderat naturalis, sicut fecit in principio cœli, & mundi.

co, sed vtrũ motor in eis sit alius a moto, ex q̃ patet elemẽta ab intrinseco moueri. Idẽ supra cõ. 1. Idem 4. phys. 71. Idẽ. 8. phys. 32. Idem. 3. cœ. 28. idẽ 4. cœ. 22. & 24. 25. et primo cœli cõ. 81. & 89. & 5. phy. 18.

a Definitio naturæ non dicit vniuoce, neq; æquiuoce, sed secũdũ prius, et posterius. Idem. 1. cœ. com. 5.

b Subiectũ istius libri ẽ natura, & prĩcipia naturalia.

Naturam autem habent quecunq; huiusmodi habent principium, & sunt hæc omnia substantia: subiectum enim est quoddam, & in subiecto est natura semper.

Quod autem habent naturam est illud, quod habet tale principiũ, & hoc omne est substãtia: natura enim semper est subiectum aliquod, & in subiecto semper.

Quum descripsit naturam, incœpit describere habẽs naturam, Et dicit quod autem habet naturam est illud, quod habet principium in se quo transmutatur ex se, & cessat transmutatione D. d. & oẽ vtrunque est substãtia, &c. i. & natura, & 4

habẽs naturã.s.materia, & forma, vtrũq; est substãtia.natura.n.quę dr̃ de materia, est substã:ia, quia est subiecta, natura aũt, quę est forma, est substãtia, q̃ est in subiecto, qđ sustentat per illã: & hoc intẽdebat, quũ dixit semper: non qa est in subiecto,[a] per quod sustẽtatur, sicut accidentia: & ex hoc declarabitur ꝙ vtraque natura est substantia. Sed videtur quod hoc concedendum est a naturali, & accipiat philosopho.s. quod natura, quæ dicitur de forma, est substantia, & vniuersaliter [b] cõsiderare de substãtia nõ est propriũ huic scientiæ: substantia.n.& accidẽs sunt differentiæ entis secundũ quod est ens: & apparet illic quod materia est substantia in potẽtia, & qđ forma est illa, propter quam ens est substantia in actu: cõpositum igitur est dignius habere hoc nomẽ substãtia q̃ materia, quia est in actu, & materia est in potentia: & forma est dignior habere hoc nomẽ substantia q̃ compositum, quoniã per illam est cõpositũ in actu; & causa rei est dignior causato: & oẽs istę propositiones sunt cõmunes, & essentiales enti: & ideo ponendum hoc est in hac scientia positione.

a Forma est in subiecto, nõ sicut accidẽs. Idem 2. de anima com. 4.

b Considerare de substãtia non ẽ ꝓpriũ huic sciẽtiæ. Idẽ primo met. 15. & 18. Idẽ. 7. met. 5. et 9. et 39. Idẽ. 12. me. primo, 5. 6. c. Idẽ. 6. meta. com. 1. Idẽ. 4. met. cõ. 1. idẽ. 8. me. com. 4.

Secũdũ aũt naturã sunt & hæc, & quęcũque his insunt secũdũ se, vt igni ferri sursum: hoc.n.natura quidem non est, neque habet naturam, sed a natura, & secũdum naturam est.

Quod aũt est sc̃dm cursum naturalẽ, & illa, q̃ inueniunť in istis p se; V.g. qñ ignis habet ascẽdere superius: hoc enim nõ est natura, neq; habẽs naturam, sed est per naturam & secundum cursum naturalem.

5 Dicit illa autem, quæ sunt secundum cursum naturalem, sunt actiones, & passiones, quæ sunt in rebus naturalibus per se, vt motus ignis superius, & terræ inferius: actiones enim rerum naturalium non sunt natura, neque naturalia, sed secundum cursum naturalem.

idẽ infra in hoc secũdo com. 21.

Quid quidem igitur natura sit dictum est, & quid a natura, & secũdũ naturã. Si aũt est natura tentare demõstrare ridiculũ est: manifestũ est qđ huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare aũt manifesta per immanifesta nõ potẽtis iudicare est per seipsum, & nõ p seipsum, cognitũ: qđ aũt contingat hoc pati nõ immanifestũ est: syllogizat.n. aliquis, vtiq; quũ natus sit cecus de colorbus: quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem, nihil autem intelligere.

Demonstrare aũt manifesta p immanifesta non potẽtis iudicare est p seipsum, & nõ ꝓpter ipm cognitũ cõsimile. 8. ph. te. cõ. 22. & 26. Idẽ. 4. meta, 9.

Iam igitur diximus naturam, quid sit, & quid est naturaliter, & secũdũ cursum naturalem: qui aũt declarauit naturam esse debet deridere: est.n.manifestũ quod plura entia sunt talia: & declarare manifestũ per occultũ est mos eius, qui non potest distinguere inter illud, qđ est notũ per se, & notũ per aliud: & non latet quoniã possibile est hoc accidere: possibile enim est vt aliquis declaret ratione dispositionẽ colorũ ei, qui est cœcus natura: & sic sermo eius, qui talem habet dispositionem, est de nominibus, & nihil intelligit omnino.

6 Congregat illa, quæ declarauit, & dicit ꝙ descriptio, qua descripsit naturã, est descriptio rei manifestę per se, non concesse in hac scientia, sicut quidã existimauerũt: d. dixit est.n.manifestũ, &c.i.& naturã esse est manifestũ per se, qñ plura entia videntur habere principiũ in se, quo mouentur, & quiescũt ex se. Et dixit plura, vt mihi vr̃, quia dubiũ est de aliquibus vtrũ moueantur ex se, aut ex causa extrinseca, & forte innuit per hoc, quod existimatur ꝙ motor in quibusdam rebus est ipsum motũ: sed ista, sicut diximus, nõ est dubiũ ꝙ mouentur ex se, & vniuersaliter nõ est dubiũ, ꝙ plura naturalia sunt hmõi, & si nõ oĩa. D.d. & declarare manifestũ est, &c.i. quærere declarare illud, quod est manifestũ per se, qđ accidit eis, qui innituntur declarare illud, quod est manifestum per illud, ꝙ est

Cecus de coloribus syllogizãs, de nominibus rationẽ habebit, nihil tamen intelliget.

A latens, quum nihil est manifestius illo, quod est manifestum per se, est mos eius qui non potest per suam naturam distinguere inter illud, quod est manifestū per se, & illud, quod est manifestum per aliud: & iste modus hominum nunquam potuit philosophari, nec potest. Deinde dixit & non latet. &c. i. & non latet, quoniam possibile est inuenire in hominibus aliquos, quorum natura sit talis: & sic ratio vsitata cum istis in declaratione rerū manifestarum similis est rationi, qua vsitatur cum cœco in declaratione colorum esse. D. d. & sic sermo eius, qui talē habet intentionē, &c. i. & audiens tales rationes, qui cœcus est oculo, vel corde, nihil cōprehendit nisi verba: quum vterque careat virtute, qua potest comprehendere illud quod intendit declarare ratione, cœcus enim caret visu, quare impossibile est ipsum comprehendere colores: & ille, qui diminuitur in natura, caret virtute intellectus naturalis, quare impossibile est ipsum apprehendere ipsas primas propositiones.

Vide. 4. met. cō. 8.

Modus hominum non potētiū philosophari.

Pro hoc vide. 2. me. te. com. 15.

Videtur aūt nonnullis natura, & substātia eorū, quæ natura sunt, esse quod primum inest vnicuique, non formatum per seipsum: vt lecti natura lignum, statuæ autem æs. Signū autem, dicit Antiphon,
B quoniam, si aliquis proiecerit lectum deorsum, & accipiat potentiā putrescens vt vtique sit germen, non vtique fieri lectum, sed lignum: tanquam si dicatur quod secundum accidens esse dispositionem secundum legem, & artem, substantiam autem entem illam, quæ permanet hoc patiens continue.

Et quidam existimauerūt quod natura, & substantia eorum, quæ sunt per naturam est illud primū, scilicet quod est in quolibet, quod est non formatum per se, Verbi gratia, quoniam natura scamni est lignum, & natura idoli est cuprum, vtrumque enim est subiectum in materia. Dixit Antiphon & signum eius est, quoniam, si in terra plātatur scamnum, & fieret in eo ex putrefactione virtus, & cresceret ex eo ramus, tunc illud, quod generatur non erit scamnum sed lignum, quare illud, scilicet dispositio, qua est scamnum, & ars est ei per accidens, substantia autem eius est illud, quod permanet.

C Quum declarauit quid sit natura, & naturale, & naturaliter, incœpit quærere secundum quot modos dicitur natura, quā prius diffiniuit, Et dixit & quidā existimauerant, &c. i. & quidam opinati sunt quod natura, quæ est substantia eorū, quæ 7
sunt per naturam, est illud primum existens in [illegible], quod est non formatum per se, scilicet materia. V. g. quod natura scamni est lignū, nō figura, & natura idoli est cuprum, non forma, quoniam hæc duo sunt materia, & non forma. D. d. Antiphon, &c. i. & natura debet permanere, sed scamnum non permanet: & potentia istius sermonis est potentia duarum [illegible], quorū vnus est in secunda figura, & concludit quod scamnū, quod est simile formæ in entibus naturalibus, non est natura rei, ex duabus propositionibus, quarum vna est quod natura permanet: & scamnum non permanet: ergo illud, quod est simile scamno in rebus naturalibus, non permanet, i. forma. ergo forma non est natura rei. D. d. ergo illud. s. dispositio, &c. i. dicit ergo quod ista dispositio, quæ est in ligno, qua est scamnum, est ei per accidens, quia non permanet: substantia autem scamni est lignum permanens apud generationem. [illegible] per hoc quoniam quum substantia scamni apud generationem est lignum non [illegible], & figura in scamno est similis formæ in rebus naturalibus, & lignum est simile materiæ: ergo substantia rerum naturalium [illegible], quia figura non generat simile, ergo forma naturalis non generat sibi simile: & [illegible] intendebat concludere ex hoc, quod formæ rerum naturalium sunt accidentia, quia mutantur, & quod materia est natura, quia non mutatur, & permanet.

Si autẽ & horum vnũquodque ad alterum aliquod idem hoc ſuſtinuit vt ęs quidẽ, & aurũ ad aquã, oſſa aũt, & ligna ad terram ſimiliter autem & aliorum quodlibet illam naturam eſſe, & ſubſtantiam ipſorum. A

Et, ſi diſpoſitio vtriuſq; iſtorũ apud aliud ſit iſta eadem diſpoſitio: & eſt ſicut diſpoſitio cupri, & auri apud aquam, & diſpoſitio oſsis, & ligni apud terram, & ſimiliter de aliis: neceſſe eſt vt illud ſit natura, & ſubſtantia eorum.

Id eſt, & ſi diſpoſitio ligni, & cupri apud aliud fuerit ſicut diſpoſitio eorum apud formã idoli, & formam ſcamni, Verbi gratia, ſicut eſt diſpoſitio cupri, & auri apud aquam, & oſsis, & ligni reſpectu terræ, neceſſe eſt vt vltima materia iſtorum, & ſimiliũ ſit natura, & ſubſtantia eorum. Deinde dicit & ſimiliter de alijs, &c. & ſimiliter primũ ſubiectum in omnibus alijs rebus ſicut in cupro, & in ligno, eſt illud, quod permanet, & nõ trãſmutatur. Deinde dicit neceſſe eſt vt illud, &c. i. ſubiectum [a] vltimũ, cõmune omnibus rebus naturalibus: & eſt illud, de quo dicimus ipſum eſſe non formatum per ſe, vel non formatum in reſpectu vniuſcuiuſque ſpeciei, & ſunt materiæ proprie vnicuique ſpeciei. B

a Subiectũ vltimũ, cõe oĩbus rebus nãlibus, eſt illud, qđ dicimus eẽ nõ formatũ per ſe, ſed ſubiectũ propriũ vnicuiq; ſpeciei ẽ illud, qđ non eſt formatũ in reſpectu vniuſcuiuſque ſpẽi. vide cõ 9 ſimile 3. cœ. com. 67. & 8. met. 11. 12 & 14. com. Antiqui opinabantur ꝙ ſubſtãtia, & natura entiũ eſt vltimum ſubiectum. Idẽ. 7. me. c. 7. & 8. & 4. cœ. c. 37. & 2. de gene. com. 51. Antiqui nõdum ſciebãt cauſam formalem, neq; erat diſtincta apud eos ab alijs accidẽtibus, idẽ

Vnde ſane hi quidem terram, alii vero ignẽ, alii aerẽ dicunt, quidam autẽ aquam, quidam vero quædam horũ, ſed alii omnia hæc naturam eſſe eorũ, quæ ſunt. Quod enim aliquis ipſorum accepit huiuſmodi ſiue vnum, ſiue multa, hæc & tanta dicit eſſe omnium ſubſtantiã, alia aũt omnia paſsiones iſtorũ, & habitus, & diſpoſitiones.

Et ideo dixerũt quidam ꝙ natura entium eſt ignis, & quidam terra, & quidã aer, & quidam aqua, & quidã plures eorũ, & quidam omnia. Illud.n. quod exiſtimauit vniuſquiſq; eorũ eſſe huiuſmodi, ſiue vnum, ſiue plura, illud, vel illa poſuerunt totam ſubſtantiam, & ꝙ alia ſunt paſsiones accidentes iſtis, & diſpoſitiones, & formæ.

Et, quia antiqui opinabantur ꝙ ſubſtantiã, & natura entium eſt vltimum ſubiectum, ideo ſententia eorũ in natura entium ſequitur ſententiam eorum in natura cauſæ iſtius: qui enim eorum dicit ꝙ natura entium eſt ignis, dicit quod natura omnium entium eſt ignis: & ſimiliter qui dicit aquam, aut aerem, aut aliud elementorum, aut plura, aut omnia ipſa, vnuſquiſque enim eorum poſuit naturã entium illud, quod exiſtimauit eſſe huiuſmodi: & opinati ſunt ꝙ formæ, & alia exiſtentia in iſta natura, ſunt paſsiones, & accidentia, & ꝙ nulla eſt hic ſubſtantia, niſi iſta natura. D.d. illud.n. quod exiſtimauit, &c. i. illud enim, quod vnuſquiſque antiquorũ exiſtimauit eſſe primum ſubiectũ, & primam materiam omnium entium, ſiue vnum fuerit illud ſubiectum, ſiue plura, illud, vel illa ſubiecta dicunt eſſe ſubſtantia omniũ rerum, & ꝙ omnia alia præter illa ſunt accidẽtia. Et dixit hoc, quia tunc nondum ſciebant cauſam formalem: neque erat diſtincta ab alijs accidentibus, ſicut dixit Alex. Et, quum dixit & quidam terram: intendebat cum alijs elementis, vt dixit Parmenides, terram, & ignem: nullus enim dixit ſolam terram eſſe principium. C

Et horum quidẽ quodlibet eſſe perpetuũ, non.n. eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis, alia autem fieri, & corrumpi infinities. Vno quidam modo natura ſic dicitur, prima vnicuiq; ſubiecta materia habentium in ſeipſis motus principium, & mutationis: alio autem modo forma, & ſpecies, quæ eſt ſecundum rationem.

Et quodcunque iſtorum ſit eſt æternum, non enim habet tranſmutationẽ ex ſe, & alia generantur, & corrumpuntur infinities. Iſtę igitur eſt

tur eſt

A tur est vnus modus, secundum quem dicitur natura, scilicet prima materia subiecta vnicuique eorum, in quibus est, principium motus, & transmutationis: & dicitur alio modo de creatione, & forma, quæ est secundum rationem.

infra 2.commen.12.

Dicit quicunque istorum dixerint ipsum esse subiectum, omnes conueniunt in hoc, quod necesse est vt sit ęternum: non enim habet transmutationem ex se: quia non habet subiectum, vt positum est, s. ipsum esse primum, in tractatu præcedenti: & alia, quæ sunt in isto, generantur, & corrumpuntur infinities successiue: &, quia isti crediderunt quod ens debet esse permanens, non transmutabile, & inuenerunt materiam esse talem, crediderunt eam esse solam naturam entis. D. d. iste igitur est vnus modus eorum, secundum quos dicitur natura, s. prima materia subiecta omnibus formis: qm̃ [a] non prima est composita ex forma, & materia: qm̃, quia vnumquodq; entium habet principium, motus proprium, necesse est ipsum habere subiectum proprium præter subiectum cõe: sed ista non est materia pura, sed composita: est igitur habens naturam, non natura. D. d. & dicitur alio modo, &c. & intendit per rationem definitionẽ: & dixit hoc, [b] quia forma comprehenditur per intellectum. 10

a Materia nõ prima est cõposita ex forma, et materia cõsiſte 1. phys. cõ. 1. Idem supra com. prę. & vide q̃ ibi. 7. met. c. 26.

b Forma cõprehenditur per intellectum.

B Sicut enim ars dicitur quod est secundum artem, & artificiosum, & sic & natura quod secundum naturam dicitur, & quod naturale. Neq; autem illud adhuc dicimus habere secũdum artem nihil, si potentia tantum est lectulus, nondum habet speciem lectuli, neq; esse secundum artem, neq; in his, quæ natura subsistunt: potentia enim caro, & os, neq; habet adhuc suiipsius naturam, priusquam accipiat speciem secundum rationem, qua definientes dicimus quid est caro, aut os, neq; natura est.

Ex hoc textu sumit ꝙ denominatio fit ab actu. Idẽ in textu seq.

Quemadmodum artificiale, & artificium dicitur arte, similiter naturale, & naturatum dicitur natura: & non dicimus in hoc, ꝙ habet aliquod artificiale omnino, dum fuerit scãnum in potentia tantum, nisi habet formam scamni, neque quod est hic ars: & non dicimus etiam naturam in aliqua rerum, quarum cõstitutio est per naturam, quum est in potentia, vt caro, aut os, non habet aliquam naturam, do-
C nec recipiat illam formam, quæ est secundum rationem, per quã definitur, & dicitur caro quid sit, & os quid sit, neq; est naturaliter.

Quum posuit ꝙ natura non solummodo dicitur de materia, vt antiqui opinabantur, sed de forma, incœpit declarare hoc. Et dicit quemadmodũ igitur, &c. id est quoniam secundum ꝙ ars attribuitur artificiali, & artificiato, similiter natura attribuitur naturali, & naturato, scilicet quoniam, quemadmodum quiditas artificij est in arte, similiter quiditas naturati est in natura. D. incœpit declarare hoc in eis, & dixit & non dicimus, &c. i. & signum eius, quod esse artificij in actu est per artem, & naturati per naturam est, quoniam nihil dicimus esse artificiale, donec habeat artem in actu, vt scamnum: non enim dicimus ipsum iam esse artificiale, aut ipsum habere artem, dum fuerit scamnum in potentia, & non habuerit formam scamni: quum igitur acquisiuerit formam scamni, tunc dicetur habere artem & esse artificium: & similiter nihil dicimus habere naturam, aut esse naturale, dum fuerit in potentia, & non habuerit in actu illam naturam, Verbi gratia, quoniam quicquid est in potentia caro, aut os, non dicitur habere naturam ossis, aut carnis, donec recipiat formam carnis, aut ossis, per quam respondetur ad quid, & ex quo fit definitio. 11

Quare alio modo natura vtiq; erit habentium in seipsis motus principium, forma, & species, non separabilis ens, sed aut secundum rationem: quod aūt est ex his natura quidem nō est, sed a natura, vt homo. Et magis natura hæc est, q̃ materia: vnumquodq; enim tunc dicitur, quum endelechia sit, & magis quam cum potentia.

vnūquodq; tunc dr̄, quū endelechia sit, & magis q̃ cū potentia.

Iste igitur modus, secundum quem dicimus naturam esse creationem, & formam eius, in quo est per se principium motus, est alius ab illo modo; & ista forma est inseparabilis nisi ratione. Compositū autem ex istis nō est natura, sed per naturam, Verbi gratia, homo: illa auté est dignior materia vt sit natura. Omne enim dicitur esse illud, quod est, quum fuerit in sua perfectione: & illud tunc est dignius ei, quam quum fuerit potentia.

a Materia differt a forma. Idem 1. cœ. 92. & 8. met. com. 8.
b Si materia denudaretur ab oībus formis, tūc qd̄ nō est ī actu esset i actu. vide cō. 65. 3. phys.
c Forma est dignior natura, quā materia. Idem 2. c. com. 5.
d Nihil dr̄ omne simpliciter, nisi cū fuerit in sua vltima perfectione.

12 Secundum igitur hoc nomen natura, quod dr̄ de forma, dicitur alio modo ab eo, scd̄m quem dicitur de materia. D. d. & ista forma, &c. i. nō separat a materia inesse, ita q̄ possit esse sine materia, sed est separata a materia scd̄m definitioné tm̄: materia aūt [a] differt a forma, sed nunq̄ denudatur a forma: immo, quū separatur a forma induit aliam: qm̄, si denudaretur [b] ab oībus formis, s. prima materia, tunc quod non est in actu esset in actu. Et, quum notificauit q̄ natura dicitur de forma, incœpit etiam declarare [c] formam esse digniorem hoc quam materiam, & dixit illa autem, &c. i. forma. D. induxit rationem super hoc, & dixit omne enim, &c. id est, omne enim non dicitur esse [d] simpliciter, nisi quum fuerit in sua vltima perfectione, quod est habere formam: & tunc esse est dignius ei, quam quum fuerit in potentia.

Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. Vnde dicunt non figuram esse naturam, sed lignum, quoniam fiet vtiq; si germinet, non lectulus, sed lignum: si ergo hoc est ars, & forma est natura; fit enim ex homine homo.

Et etiam ex homine generatur homo, sed non ex scamno scamnum: & ideo dicunt quod figura non est natura sed lignum, nam illud, quod generatur ex eo apud ramificationem, non est scamnum, sed lignum: si igitur hoc est, forma etiam est natura: ex homine enim generatur homo.

13 Quum induxit rationem Antiphontis super hoc, q̄ materia est natura, incœpit declarare q̄ illud, ex quo existimauit q̄ materia est natura, inuenitur etiam in forma naturali, non artificiali: & causa erroris eorum fuit, quia assimilabant formā artificialē in hoc, quod est non esse naturam, & substantiam rei formę naturali: & illud, ex quo existimauerunt materiā esse naturam, est, quia natura est illud, quod generat sibi simile, & permanet. Et dixit, &c. i. & etiam videmus formā generari ex forma, vt hominē ex homine: sed hoc licet inueniatur in forma naturali, tm̄ non inuenitur in formis artificialibus: non enim generatur scamnum ex scāno. D. d. & ideo dicunt, &c. i. & quū viderunt q̄ formæ artificiales non generanť ex seinuicē, & crediderunt p̄p hoc eas non esse naturas, & existimauerunt q̄ formæ naturales non generanť ex seinuicem, opinati sunt vr̄ nullam formā esse naturā, & q̄ natura ita se habet ad res, sicut lignū ad scamnum, qm̄ ipsum solū permanet: & quod enim generatur ex ipso scāno apud ramificationē, non est scānum, sed lignū. D. d. si igitur hoc est, &c. i. si igitur hoc est verum. s. q̄ natura est illa, quę generat sibi simile, forma ēt erit natura, homo enim generať ex homine, sed non scānum ex scāno. Et causa in hoc, quod dixit, est,

A quum formæ artificiales sunt accidentia in substantijs naturalibus, & formę naturales sunt substantiæ: sed formæ artificiales, licet sint accidentia in corporibus naturalibus, tamē constituunt res artificiales, secundum φ sunt artificiales, quemadmodum formæ naturales constituunt res naturales: si igitur naturalia sunt substantiæ, necesse est vt formæ naturales sit substantiæ: quemadmodum, quia artificialia, secundum φ sunt artificialia, sunt accidentia, ideo formę artificiales sunt accidentia.

Formæ artificiales, licet sint accidentia ī corporibus nālibus, tñ cōstituunt res artificiales, scđm φ sūt artificiales. Idem 2. de anima.c.8.

Amplius aūt natura, dicta sicut generatio, via est in naturam. Nō enim queadmodū medicatio dr̄ non in medicinā via, sed in sanitatē (necesse quidē, a medicina non in medicinā esse medicationē) non sic aūt natura se habet ad naturā: sed quod nascit̃ ex quodā in quiddā venit, quatenus nascit̃: quod igitur nascit̃ non ex quo, sed ad qđ.

Generatio est via in naturam.

Et ēt natura, quę dicitur de generatione, est via ad naturam: qm̄ non est in hoc, sicut est, quum diximus φ via, per quam imus in medicinando, non inducit ad medicinam, sed ad sanitatē: necesse enim

B est vt initium medicinandi sit ex medicina, & non inducit ad medicinam: & non est talis dispositio naturæ apud naturam: sed naturatū ab aliquo ad aliquid venit, & naturatur aliquid: ipsum igitur naturati aliquid non est illud, ex quo incipit, sed illud ad φ venit.

Ista ēt est alia ratiocinatio, ex qua declarat ēt φ natura dr̄ de forma: qm̄ hoc nomen natura dr̄ de generatione, quę est via ad hoc, φ forma fiat, ideo forma est dignior hoc: hoc enim nomē transmutari [a] deriuat̃ in rebus naturalibus ab eo, ad quod est transmutatio: illud enim, φ transmutatur de nigredine in albedinē, dicitur albescere, non nigrescere: & sil'r dicimus φ illud, quod alteratur de frigore in calorē dr̄ calefieri, & non infrigidari. D. notificauit φ naturalia ī hoc differunt ab artificialibus, & dixit non enim est in hoc, &c. i. non enim est in generabilibus per naturā, sicut est in generabilibus per artem: qm̄ in quibusdā generabilibus per artem deriuatur hoc verbū ab eo, ex quo fit transmutatio: & si transmutatio non inducat ad illud. Et causa in hoc est, quia transmutatio in eis est de genere eius, ex quo fit transmutatio, [b] magis q̄ de genere eius, ad quod est transmutatio: aut ipsam esse de genere eius, ex quo fit transmutatio, est famosius, quā ipsam esse de genere eius, ad quod est transmutatio: vt via, q̄ inducit p̄ curationē ad sanitatem, quæ dr̄ curari, & medicinari, quod deriuatur ab hoc vocabulo medicus, & curator, non dr̄ sanari: licet ista via non inducat ad medicinam, sed ad sanitatē: & q. d. dispositio enim in hoc non est sicut dispō in hoc, φ dicimus, φ via pertranseunda in curatione medicinæ, non inducit ad medicinā, sed ad sanitatē: sed nomen eius deriuat̃ ab eo, ex quo fit. s. medicina, non ab eo, ad quod est: & hoc debet intelligi est suis verbis. D. d. & nō est talis dispō, &c. id est & dispō viæ actionis medicinæ ad sanitatē non est dispō naturæ, quæ est via inducens ad formā apud illud, ad quod inducit. s. qm̄ via [c] in rebus generabilibus per naturā est de specie eius, ad φ venit: sed differūt scđm magis & minus, hoc igit̃ nomen natura deriuat̃ a noīe eius, qđ aduenit. s. quū dicimus ipsum esse naturatū: & hoc intendebat, quū dixit sed naturatū, &c. i. sed naturatum ab illo, a quo gñatur, ad aliquid venit, & dr̄ ipsum naturari aliquid: & illud non est illud, a quo est principium generationis, sed illud, ad quod venit generatio.

14 a Hoc nomē transmutari deriuat̃ in rebus naturalibus ab eo, ad φ est trāsmutatio. Idē 5. physi. com. 48.

b Rerū naturaliū trāsmutatio denominatur a termino ad quem artificialium uero a termino a quo.

C

c Via in rebus gñabilibus p naturā est de spē eius, ad φ venit, sed differūt scđm magis, & minus. idem 5. phy. com. 9.

Forma itaq; natura est: sed forma, & natura dupliciter dicitur: etenim priuatio species quodammodo est: si autē est priuatio, & contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut non est, posterius considerandum est.

d Priuatio spēs est quodammodo.

Natura igitur est creatio: & creatio naturæ dicitur duobus modis: priuatio enim quodammodo est forma: vtrum vero in generatione simplici est priuatio, & aliquod contrarium, aut non est, perscrutandum est post. A

15 Quum declarauit quod natura dicitur de forma, incœpit diuidere secundum quot modos dicitur forma, [a] & dixit eam dici duobus modis: dicitur enim de formis perfectis in esse, cum quibus non coniungitur priuatio, & dr̃ de diminutis, cum quibus coniungitur aliqua priuatio, vt qñ fit motus de nigredine, & in albedinem: albedo enim est forma, cum qua non coniungitur priuatio omnino, nigredo vero est forma, cum qua coniungitur priuatio albedinis: & similiter videtur in omnibus contrarijs: [b] contrarium igitur, cum quo coniungitur aliqua priuatio, est vnum eorum, de quibus dicitur forma: forma igitur dicitur de contrario, cui non coniungitur priuatio: & dicitur de alio contrario, cui coniungitur priuatio. Et forte intendit ꝙ forma dicitur duobus modis, de habitu, & priuatione existente in prima materia: ista enim [c] est priuatio quodammodo non est priuatio simplex: immo est sicut forma materiæ. Et quia hoc manifestũ est in contrarijs, quæ sunt in qualitate, & non est manifestum qũo est de generatione in substantia, scilicet vtrum cum priuatione formæ substantialis coniungatur contrarium aut non, dixit vtrum aũt in generatione, &c. id est vtrum autem in generatione simplici inueniatur coniunctum cum priuatione aliquid contrariũ, ita ꝙ dicatur hoc nomen forma etiam de isto contrario, cui coniungitur ista priuatio, & de priuatione coniuncta cum hoc contrario, secundum ꝙ est coniũcta, aut non, perscrutandum est post, id est in libro de generatione & corruptione: illic enim declarabit ꝙ priuatio, quæ est in prima materia, non denudatur a primis contrarijs, quæ sunt quatuor qualitates, & quod ista contraria sunt prima omnium, quæ generantur, & corrumpuntur. B

a Formarũ, alia perfecta, alia diminuta.

b Sẽper vnũ contrariorũ est priuatio alterius. idẽ 10. me.t.cõ. 15. & 16. & 7. idẽ. 4. me. t.cõ.27. idẽ pri. de gene. te.cõ.18. idẽ 2. cœ.cõ.18. idẽ 2. de gene. c.32. idẽ 12. me. c.22. idẽ 5. cõ.17. vbi habetur qd̃ priuatio est aliqs habitus. idẽ 3. de aĩa. c.25. cõsimile. 4. phy. 49. & 118.

c Priuatio existens in prima materia, quodam modo nõ est priuatio simplex, ĩmo est sicut forma materiæ. idẽ pri. c. de sub. orb. consimile habes

16 de intellectu possibili, tex. c. 5.

### *In hoc demonstratur quomodo differat naturalis a mathematico. Cap. II.*

QVONIAM autem determinatum est quot modis natura dicitur, post hoc speculandum est quomodo differt mathematicus a physico: Etenim plana, & firma habent physica corpora, & longitudines, & puncta, de quibus intendit mathematicus. C

Et, quũ determinauimus modos, scd̃m quos dicitur natura: oportet nos cõsiderare differentiam inter mathematicum, & naturalem, quæ sit: corpora enim naturalia habẽt superficies, soliditates, & longitudines, & puncta, & sunt illa, de qbus considerat mathematicus.

16 Dicit &, quum declarauimus natura quid sit, & secundum quot modos dicitur, oportet nos loqui de alio principio etiam naturali, & est dare differentiam inter cõsiderationem naturalis, & mathematici: conueniunt enim in consideratione de eodem: qm̃ corpora naturalia, quia habent soliditates, & superficies & lineas, & puncta, oportet vt consideratio de eis sit pars scientiæ naturalis: & quia ista sunt subiecta geometriæ, necesse est vt si geometria sit alia a scientia naturali, vt ambæ considerent in eis duobus modis diuersis, aut geometria sit pars scientiæ naturalis. Et ista perscrutatio licet pertineat ad logicam, tamen mos [d] est vt illud, quod est cõe omnibus artibus, dicatur in logica, & illud, quod est proprium vnicuique arti dicatur in illa arte. Et quum quæsiuit differentiam inter considerationem naturalem, & geometriam in corporibus,

d Mos est vt illud, qd̃ est cõe om.

A & superficiebus,lineis,& punctis,incœpit quærere differentiam etiã inter con siderationem naturalem,& astrologicam:conueniunt enim in hoc,ꝙ considerãt de figura lunæ,& solis,& terræ,& corporum cœlestium.

Amplius Astrologia aut altera est,aut pars physicæ;si enim physici est quid sit sol,aut luna scire,accidentium autem, quæ sunt per se,nullum inconueniens est.Et aliter quoniam videntur de natura dicentes,& de figura solis,lunæ : & vtrum sphærica sit terra, & mundus , aut non.

Et etiam vtrum astrologia sit alia a scientia naturali , aut est pars eius:quoniam,si oportet naturalem scire solem,& lunam,quæ sunt, & non oportet ipsum scire consequentia eorum,hoc est inopinabile omni modo:& maxime,quia videmus illos,qui loquuntur de natura,loqui etiam de figura lunæ, & solis:& perscrutari de mundo , & terra,vtrum sint sphærica,aut non.

B Et quærendum est etiam,vtrum astrologia sit alia a scientia naturali , aut sit pars eius:considerant enim de eisdem,s.de figuris corporum cœlestium,& stellarum:consideratio aũt mathematici in hoc manifesta est:consideratio vero naturalis est,quia,quum considerauerit de natura & solis,& lunę, & vniuersaliter de corporibus cœlestibus,continget considerare de accidentibus eorum : figuræ aũt sunt accidentia in eis:& ideo dixit qm̃,si oportet naturalem scire,&c.& hoc est inopinabile;: quia probabile est ꝙ qui perscrutatur de natura alicuius debet perscrutari de accidentibus eius:& cum hoc, quod est probabile est, verum:& dixit & maxime,quia probabile est oppositum inopinabili. Et, quum narrauit ipsum esse improbabile,induxit opinionem famosam oppositam illi:& est hæc,quod omnes naturales conueniunt in consideratione de istis rebus : & dictum est ꝙ vnus modus probabilium est ille,in quo cõueniunt artifices:& sic famositas congregatur hic duobus modis,quorum vnus est in ipsa re,& secundus est in propositione:continente ipsam rem:& est,ꝙ omnis artifex debet cõsiderare de accidentibus sui subiecti. Et,quum induxit testimonium cõe, & dixit & maxime:& quia sequitur ex hoc,aut vt astrologia sit pars scientiæ naturalis,aut vt consideratio diuersetur in eis:sed ipsam esse partem eius est impossibile:ergo necesse est vt diuersentur in consideratione:& ideo incœpit notificare modum considerationis eorum. 17

C De his quidẽ igitur negociatur & mathematicus,sed non inquantum physici corporis terminus est vnumquodq; , neque accidentia speculatur,inquantum talibus existentibus accidentia : vnde & abstrahit:abstracta enim in intellectu a motu sunt:& nihil differt: neq; fit mendacium abstrahentium.

Et mathematicus ẽt considerat de istis,sed consideratio eius de eis non est,scd̃m quod vnumquodq; eorũ est vltimum corporũ naturalium,neq; consideratio eius ẽt de accidentibus eorum est,scd̃m quod accidunt istis corporibus,quæ sunt huiusmodi:& ideo abstrahit,& separat ea ab eis.separanĩ enim in mente a motu:& in hoc non est differentia:neq; accidit,quũ separantur,falsum.

Intendit hic per mathematicum geometram,& astrologum , & intendit per ista,in quibus conueniunt geometra,& naturalis,corpora,& superficies , & lineas,& puncta:& dixit quod geometer non considerat de eis , secundum quod 18

[Margin notes: nibus artibus dicatur in logica, & illud, qđ est propriũ vnicuiq; arti,dicatur in illa arte.

Oĩs artifex debet considerare de accidentibus sui subiecti. idem pri.post.t.cõ. 43. & 2.de anima com.3.

Abstrahentium non est mẽdacium, vide com.3. de aĩa,35.

Mathematicus abstra-]

hit a materia sensibili. Idē 6. met. te.com.2.& 3.me.te.c.3. & 7. me.te. cō.35.& 1. de aīa te.cō. 1.7.& 1.cę. 92.& 7.me. 34.

Astrologus considerat res, vt abstrahūt a motu. opp. vr̄ dicere.1.me. cō. 19.

sunt vltima corporis naturalis, quia vltimum exigit subiectum, cuius est vltimum, & ista consideratio est scd̄m quod sunt in materia, & est propria naturali, quum sit declaratum ipsum considerare de rebus, scd̄m quod sunt in materijs, et mobiles: geometer igitur considerat de corpore, scd̄m quod habet tres dimēsiones tm̄, naturalis vero considerat de eo, secundū quod istę dimensiones sunt vltima existentia in corpore transmutabili: & similiter considerat geometer de superficie, scd̄m quod est superficies tm̄, naturalis vero secundū quod est finis corporis naturalis: & similiter ēt considerat de lineis, & punctis. Deinde dixit neq; considerat ēt de accidentibus eorum, id est astrologus, qui considerat de pluribus accidentibus corporum cœlestium, de quibus naturalis considerat: & dixit quod astrologus non considerat de istis accidentibus, secundū quod accidunt naturæ istius corporis, sicut naturalis considerat de eis, s. qm̄ non considerat de figura lunæ, & solis, secundum quod natura illorum exigit illam figurā, sed secundum quod mens abstrahit eas a motu, & transmutatione, s. qm̄ considerat de figuris eorum, secundum quod sunt figuræ tm̄, non secundum quod sunt cęlestia mobilia: & quia esse istarum rerum est alio modo ab eo, quo astrologus considerat de eis: considerat enim de eis, secundum quod sunt abstractæ a materijs: sed extra animam sunt in materijs. Deinde dixit non accidit falsum, i. qm̄ natura istorum exigit illa separari ratione, nullo modo falso accidente: & nō est ita de formis naturalibus. Sunt igitur hic aliqua, de quibus possibile est considerare, secundum quod sunt in materijs, & secundum quod extrahuntur a materijs: & sunt illa, in quibus cōueniunt mathematicus, & naturalis: & sunt aliqua, de quibus impossibile est considerare, nisi cum materia: & ista proprie sunt naturalis. D.d. & non est in hoc differentia: & non debes intelligere quod consideratio in eis vtroq; modo inducit ad idem in omni loco, immo inducit ad dispositiones diuersas: sed intelligendum est quod non est differentia in hoc, quod vtraq; consideratio de eis inducit ad veritatem. D.d. &, quum abstrahuntur nō accidit falsum, i. licet cōsideratio de eis sit alio modo, ab eo, quo sunt extra mentem, scilicet quia sunt in materia: & consideratio de eis est secundum quodnō sunt in materia: & hoc cōe est geometrę & astrologo: sed cōsideratio a geometrę est magis abstracta, & magis remota a materia: considerat enim de figura simplici: astrologus vero de figura terminata, scilicet corpore cœlesti.

a Geometræ cōsideratio est magis abstracta, & remota a materia, quia cōsiderat de figura simplici Astrologus vero de figura terminata, scilicet corpore cœlesti. Idē 12.me.com. 44. Idem 1. me.com.19. Et 19. 2.cę. com.57.

Latent autem hoc facientes, & ideas dicentes: physica enim abstrahunt, quum minus sint abstracta mathematicis. Fiet autem vtiq; hoc manifestum, si aliquis vtrorūq; tentauerit dicere terminos, & ipsorū, & accidētium: impar quidem enim, & par, & rectū, & curuū: adhuc aūt & linea, numerus, & figura, sine motu: caro aūt, & os, & homo non adhuc: sed hæc, sicut naris sima, sed non sicut curuum, dr.

Et dicentes formas faciunt hoc absq; eo, ꝙ percipiunt: separant enim formas naturales, & in respectu mathematicorum minus separantur; & hoc potes scire, si incœperis diffinire vtrūq; modum, scilicet naturam, & accidentia; inuenies enim definitionem paris, & imparis, & recti, & curui, et etiam numeri, et lineæ, et figuræ extra motum, ꝙ non inuenies in definitione carnis, aut ossis, aut hominis: sed ista dicuntur, sicut dicitur simus, non sicut dicitur curuus

19 Intendit per dicentes formas platonem; & contingit istis separare formas naturales ratione, quia sunt separatæ inesse apud eos; & manifestū est quod quicquid separatur ab esse, separatur ratione, & non conuertitur, vt existimant dicētes res mathematicas separari; & dixit dicentes formas, &c. i. & contingit dicētibus formas esse diffinire formas naturales abstractas a materia: vt facit geometer in superficie, & linea; & non percipiunt hoc, quod contingit eis. Deinde

A dixit separant enim formas naturales. i. contingit eis hoc, quia separant formas naturales in esse a materia: quare continget eis hoc facere similiter in diffinitionibus & non percipiunt. Deinde dicit & in respectu mathematicorum, &c. id est, &, quum comparantur ista, & mathematica, inuenietur, aut non separari omnino, aut separari minus quam illa; & dixit hoc, quia quędam formę sunt magis separabiles a materia, quam quædã. Deinde certificauit hoc ex diffinitionibus, & dixit & hoc potes scire, &c. & intendit per accidentia, illa, de quibus geometer considerat; & hoc, quod dixit, manifestum est per se: qm̃, quum diffiniuerimus parem, & imparem, sicut dixit, & vniuersaliter numerum, & accidẽtia numeri, & similiter magnitudines & accidentia earum, non apparebit materia in diffinitione earum, quæ est causa transmutationis; quum aũt diffiniuerimus carnem, & os, & alia naturalia, statim apparebit materia in definitione eorum, & ideo dixit in istis, quod definiuntur, sicut definitur simitas, & vniuersaliter accidentia naturalia, non mathematica, sicut curuitas, & alia. Et induxit exemplum de simitate, quia manifestum est quod in definitione eius accipitur nasus, quum dicitur quod simitas est nasus cauus: in cauitate autem non apparet materia: cauitas enim est depressio superficiei.

Documẽtũ. In definitione simi apparet materia, non autẽ in definitione concaui. Idem 6. me. tex. cõ. 2. & 7. me. 34. & 3. de aĩa. 35. idẽ infra hic tex. com. 21.

B Demõstrant autem, & quæ magis physica, q̃ mathematica, vt perspectiua, & armonica, & astrologia: contrario enim quodammodo se habent cum geometria; geometria enim physicam lineam intendit, sed non inquantum est physica: sed perspectiua quidem mathematicam lineã, sed non inquantũ mathematica, sed inquantũ est physica.

Lr̃a argy. Hoc idẽ indicãt & mathematicarũ facultatũ, q̃ magis sunt naturales.

Et demonstrant hoc ẽt ꝙ de mathematicis est propinquius sciæ naturali, vt scientia de aspectibus, & musica, & astronomia: habent enim dispositionẽ quodãmodo conuersam dispositioni geometriæ; geometer enim considerat de linea naturali, sed non secundũ ꝙ est naturalis: aspectiuus aũt considerat de linea mathematica, nõ secundum quod est mathematica, sed secundum quod est naturalis.

Et declarabitur qđ in definitionibus naturalibus apparet materia ex hoc, qm̃ qđ de mathematicis est propinquius sciæ naturali magis pertinet ad materiã, 20 & magis apparet materia in definitionibus eius; licet minus appareat, quam in sciẽtia naturali: vt in scĩa de aspectibus, & musica, & astrologia. Et dixit quo C dãmodo: qm̃ illa, q̃ sunt in hoc in conuersa dispõne geometrię simpl̃r sunt definitiones sciæ naturalis; geometria. n. considerat de magnitudinibus abstractis a materia, naturalis vero considerat de eis, scd̃m quod sunt in materia, aspectiuus aũt considerat de lineis in dispõne media inter illas duas considerationes: nõ. n. cõsiderat de linea, scd̃m quod est linea simpl̃r, vt geometer: neq; scd̃m quod est linea ignea, aut aerea, vt naturalis: sed scd̃m quod visualis: istud. n. esse est quasi mediũ inter naturale, & mathematicũ; &, siml̃r musicus cõsiderat de proportionibus numerabilibus, non scd̃m quod sunt proportiones numerabiles, sed scd̃m quod sunt sonorũ sensibilium. Et ideo, quũ dixit aspectiuus aũt considerat de linea mathematica nõ secundum quod est mathematica, sed scd̃m quod est naturalis, non debes intelligere quod consideratio eius est consideratio naturalis, sed intendebat ꝙ consideratio eius est propinquior considerationi naturali.

Geometria cõsiderat de magnitudinibus abstractis a materia, naturalis vero vt sunt in materia. Idem 6. me. te. c. 2. idẽ 3. phy. c. & 4. ph. 72. idem. pri. de aĩa. 16. & pri. Idẽ supra in hoc 2. c. 18. idẽ 3. ph. 71. & 3. cœ. c. 5. & 6.

QVoniam aũt natura dupliciter dr̃ species, & materia, sicut de simo quid sit intendimus sic, considerandum est: quare neq; sine materia hmõi, neq; scd̃m materiam. Etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, quia duæ naturæ sunt, de qua est physica, aut ex eo, ꝙ est de vtrisq;: sed, si de eo, quod ex vtrisque, & circa vtraq;.

Argyropilus cum aũt natura sit du

plex materia, atq; forma: res naturales perinde contẽplemur oporte; atq; si de simitate quid nã sit consideremus.

Et, quum natura dicitur duobus modis, scilicet de forma, & de materia, oportet nos ponere cõsiderationem de illa, sicut de simo quid sit, si perscrutaremur de eo, & non ponamus considerationem de rebus naturalibus sine materia, neq; de materia secundum materiam tantum: homo enim dubitat in hoc etiam, & dicit quum naturæ sint duæ, de quibus oportet naturalem perscrutari, & quum necesse est ipsum perscrutari de cõposito ex eis: sed, si necesse est ei ipsum perscrutari de composito, ergo necesse est ipsum perscrutari de vtroq;: vtrũq; igitur scientia vtriusq; est eadem, aut scientia vtriusque est separata ab alia. A

21 Et, quum natura dicatur de forma, & materia: & forma non inuenitur nisi in materia; oportet naturalem considerare de forma, sicut de simo, s. secundũ quod est in materia, & hoc est ita: quia ex fundamentis, quæ ponit naturalis, est, quod plures formæ naturales sunt in materia; & hoc manifestum est per se; de forma aũt naturali, in qua hoc non est manifestum per se, ista scientia perscrutat̃ vtrum sit in materia, vel non; & in hoc non est dubium nisi de anima tm̃. Et, quum declarauit quod oportet naturalem considerare de forma, scđm quod est in materia, incœpit declarare quod hoc necesse est in omnibus rebus naturalibus: siue forma fuerit substantia, siue accidens; & dixit & non ponamus consideratione de rebus naturalibus sine materia. D. d. neq; de materia, id est, tm̃: sicut fecerũt naturales, quum considerauerunt de illa, scđm quod est vnum entium: sed debemus considerare de illa, scđm quod est materia formæ: cõsideratio enim de materia in respectu formæ est consideratio naturalis; & consideratio de illa, secundum quod est vnum entium, est consideratio primi philosophi. Et, quum narrauit quod oportet naturalem considerare de forma, secundum quod est in materia, non scđm quod est tm̃, sicut existimauerunt quidam antiqui, & considerare de materia scđm quod est subiectum formæ, non in illa per se, incœpit inducere quæstiones accidentes in hoc, & dixit, homo enim dubitat, &c. id est, & hoc, quod diximus de consideratione naturali de forma, & materia, quia natura dicitur de vtroq;, quærendum est de eo ab aliquo, qm̃, si natura dicatur duobus modis, de qua igitur oportet naturalem perscrutari? vtrum de forma, aut de materia: si oportet ipsum perscrutari de altera earum tm̃. aut non oportet ipsum perscrutari de altera illarũ, sed de composito ex eis: sed, si fuerit concessum q necesse est ei perscrutari de composito, necesse erit ei perscrutari de vtroq;: sed, si positum fuerit quod necesse est ei perscrutari de vtroque, non de altero, accidet quæstio, scilicet vtrum scientia vtriusque sit eadem, aut diuersa. Et dixit hoc, quia existimatur, quod de rebus diuersis considerant scientiæ diuersæ. Deinde incępit demonstrare illa, quæ faciunt dubitare in eis, & perscrutari quomodo est vnius scientiæ considerare de materia, & forma, & quanta est consideratio istius scientiæ de vtroq;. B C

Ex fundamentis, quæ ponit naturalis, est qđ plures formæ naturales sunt i materijs. Idem pri. ph. tex. com. 11. Cõsideratio de materia ĩ respectu formæ est cõsideratio naturalis, & consideratio de illa, vt est vnum entiũ, est cõsideratio primi phy. Idẽ 7. met. c. 9. & 39. & 2. me. cõ. vlt. vide consil'e pri. me. cõ. 15. & 18. 4. me. cõ. 1. & 6. me. c. pri. 8. me. c. 4. Idem 12. me. pri. 5. & 6. cõ. idẽ supra ĩ hoc 2. com. 4.

Vtrum igitur eiusdem, aut alius vtramq; cognoscere, in antiquos quidem enim aspicienti videbitur vtiq; esse materiei; ex parua enim parte quadam Empedocles, & Democritus speciem, & quod quid erat esse tetigerunt. Si autem ars imitatur naturam: eiusdem autem scientiæ est cognoscere speciem, & materiam vsque ad hoc, Vt medici sanitatem, & choleram, & flegma, in quibus est sanitas; similiter autem, & edificatoris est considerare speciem domus, & materiam, quoniam lateres, & ligna sunt: similiter autem & in aliis: & physicę vtiq; erit cognoscere vtrasq; naturas.

A Quoniam, si tu posueris tuam considerationem, secūdū ꝙ antiqui fecerūt, videbis ꝙ perscrutatio est de materia: Empedocles. n. & Democritus incœperūt de forma, & quidditate modicum: & si ars sequitur naturam: & scire formam, & materiam vsq; ad aliquem locum est vnius scientiæ, Verbi gratia, quoniam medicus habet scire sanitatem, & choleram, & flegma: Et similiter edificator habet scire quiditatem domus, & materiam eius: quæ est lateres, & ligna; & similiter de aliis artificiis: necesse est vt scientia naturalis notificet has duas naturas.

Et, cum homo considerauit in hoc ex testimonio antiquorum, & fuerit sustentatus in modo considerationis eorum de entibus, necesse est vt maxima consideratio istius scientiæ sit de materia; maxime enim eorū, de quibus antiqui reddiderunt causas de rebus naturalibus, secundum materiam sunt: Empedocles vero, & democritus inter eos reddiderunt causas quarundam rerum secundum formam in paucis rebus, non enim perceperunt formam vltimam; & ideo dixit incœperunt de forma, id est, dederunt causas rerum secundū formam; cum aūt homo considerauerit in hoc secundum quod vna ars considerat de forma, & considerat de istis vsque ad aliquem terminum; & ars assimilatur naturæ in hoc: & consideratio naturalis debet conuenire actioni naturæ, adeo, quod illud, quod est notum apud ipsum, sit illud quod est notum apud naturam, quæ est artifex rerū naturalium: manifestum est quod vnius scientiæ est scire has duas naturas. Deinde dicit & scire formam, & materiam, &c id est, & scientia de forma, & de materia est in eadem arte: sed eadem ars non peruenit ad vltimam materiam, sed ad aliquem locum terminatum, & est propria formę, scilicet propinqua ei, verbi gratia, quoniam scientia medicinæ scit sanitatem, & peruenit de scientia materię sanitatis ad materiam propinquam sanitati, & est cholera, & flegma; & similiter edificator scit domum, & scit materiam propinquā illi. Deinde dicit oportet igitur naturalem, &c. id est, non debes intelligere ꝙ debet scire formam simpliciter, & materiā ad aliquem terminum: sicut accidit hoc in aliquibus artificijs alijs: quoniam hoc accidit artificijs, quia sunt rerum particularium; si autem est hic aliqua ars communis omnibus artificijs, necesse est vt ista ars perueniat ad vltima subiecta earū: quemadmodum, si est hic scientia naturalis cōmunis omnibus naturalibus, necesse est ipsam peruenire ad subiectum vltimum entium naturaliū, & formam earum vltimam. Auicēna autē dicit quod naturalis non loquitur nisi de materia propinqua vnicuique enti; de prima autem non considerat nisi primus philosophus; & peccauit; cum enim audiuit in posterioribus quod nullus artifex demonstrat causas sui subiecti, de quo considerat: quoniam, si demonstraret eas per res priores illis causis, tunc erit de genere superiori; quare illa declaratio erit de alia arte superiori, quæ considerat de genere continente subiectum illius artis: quum hoc audiuit existimauit hoc esse impossibile in tribus modis demonstrationum, scilicet in [a] demonstratione simpliciter, & demōstratione quia, & demonstratione propter quid; & non est ita; hoc enim non est impossibile nisi in demonstratione simpliciter, & demonstratione propter quid; in demonstratione autem quia non est impossibile, sicut fecit Aristo. in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro: Quæ, si fuerit de accidētibus proprijs entis transmutabilis, erit demonstratio naturalis, & si fuerit de accidentibus proprijs entis simpliciter, erit demonstratio metaphisica. & videtur quod prima [b] materia non potest declarari esse proprie nisi per signum naturale: primus autem motor impossibile est vt declaretur nisi per signum naturale: via autem, qua processit Aui. in probando primum principium, est via loquentium: & sermo eius semper inuenitur quasi medius inter peripatheticos, & loquentes. Cum autem causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum causarum erit per demōstrationem simpliciter in arte continente

11 B C

a Causę subiecti in scientia illius subiecti, si laterint, poterunt demonstrari demōstratione signi, nō autē demonstratione simpliciter, neque demonstratione ꝓpter quid. Idem 12. met. cō. 5. & ifra hic cō. 26.

b Prima materia nō pōt

illam artem: & erit etiam per ſigna in illa arte: & hoc totum erit, quando cauſæ ſubiecti artis latuerint. A

declarari eē ꝓprie, niſi p ſignū naturale, primus autē motor impoſsibile eſt, vt declaref, niſi ꝑ ſignū naturale, conſimile primo phyſ. cō. vl. & 8. ph. cō. 3. & 12, me. cō. 5.

Adhuc eiuſdem eſt id cuius cauſa ſit, & finē eiuſdē, & quæcunque ſunt propter hoc: natura autē finis eſt, & cuius cauſa fit: Quorū enim continui motus exiſtentis, eſt finis aliquis motus, hoc vltimum eſt, & cuius cauſa fit: vnde & poeta deriſorie appoſuit dicere: hūc finem, cuius quidem cauſa factus eſt: vult enim non omne eſſe vltimū finem, ſed optimum.

Etiam illud, propter quod eſt illud, quod eſt, & finis intenta, & qđ eſt cauſa iſtius, eſt vnius ſcientię: Natura autem eſt finis, & propter quid eſt quod eſt. Quod enim de rebus habentibus motum continuū habet aliquem finem, ille finis eſt vltimum eius, & propter quod eſt: & ideo ſermo verificatoris, cum dixit ipſum ire ad mortem, & eſt illud propter quod fuit eſt deriſibilis: non enim omne vltimum eſt finis, ſed vltimum nobilius. B

23 Hæc eſt alia ratiocinatio, qua declarat quod naturalis conſiderat de natura, quæ eſt forma, & de materia inſimul: & compoſitio iſtius ſermonis eſt ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt, quod omne, propter quid eſt aliquid cū illo, eſt vnius ſcientiæ: ſecunda aūt quod natura, quæ eſt forma eſt illud, propter quod ſunt aliæ res, quæ ſunt ſubiecta illi: & cōcludit ex hoc quod ſcire naturā, & res ſubiectas naturæ eſt vnius ſciētiæ: ſed tacuit concluſionē, quia eſt manifeſta. D.d. quod enim de rebus, &c. hæc eſt propoſitio maior alterius ſyllogiſmi, quo declarat minorē propoſitionē dicentē quod natura eſt finis: et cōponitur ſic. natura eſt illud, apud quod ceſſant motus rerū generatarum, & vltimū ſuorū motuum continuorū: & omne ex rebus habentibus motū continuū, & habentibus finē, finis eſt vltimum illius motus: ergo natura eſt finis in generatione. Sed eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. & Ariſt. vtitur hoc, quando maior propoſitio conuertitur vniuerſaliter, & quando hoc eſt manifeſtū per ſe: quoniam tunc compoſitio erit quaſi in prima figura. Et ideo notificauit quando conuertitur iſta propoſitio, & qñ non. ſ. quod omne, qđ eſt vltimū motuū continuorū eſt finis, & dixit & ideo ſermo verificatoris, &c. i. & nō cōuertitur ita, qđ omne, qđ eſt vltimū motuum ſit finis: niſi dicamus vltimum nobile: non vltimū prouenięs ex neceſsitate materiæ, vt mors: & cū verificator exiſtimauit hic conuerti. ſ. qđ omne, quod eſt vltimū, eſt finis, ideo ſermo eius fuit deriſibilis: quod igitur cōuertitur eſt quod omne vltimū nobilius priori eſt finis. & vltimum, quod eſt in motu generationis rerū, eſt nobilius prioribus: ergo eſt finis. Et ſyllogiſmus componitur ſic in prima figura: natura eſt vltimum motuū generationis. ſ. quod eſt nobilior præcedentibus: & omne, quod eſt tale, eſt finis. ergo natura eſt finis. & mors, quæ eſt vltimum, diſtinguitur ab vltimo, quod eſt finis in hoc: quoniam vltimū, quod eſt finis, eſt prima quies, ad quam veniunt generata: mors autē eſt poſt illum vltimum, quod eſt finis; ergo primum vltimum, ad quod peruenit motus generationis, eſt finis. C

Ariſto. qñq; arguit ex duabus affirmatiuis ī ſecūda figura, quando maior propoſitio conuertitur vniuerſaliter. Idē. 4. phyſ. cō. 33. & 42. Idem 2. cœ. cō. 23.

Quoniam autem & faciunt artes materiam, alię quidem ſimpliciter, aliæ vero operoſę: & vtimur, tanquam propter nos, omnibus, quæ ſunt: ſumus enim quodam modo & nos finis: dupliciter enim eſt id, cuius cauſa fit: dictum eſt autem de his in his, quæ de prima philoſophia ſunt.

Nos ſumus quodāmō finis omniū.

Et ēt artes faciūt materiā, quędam ſimpliciter, & quædā ſecundū præparationē, vt ſit apta in operatione: nos aūt vtimur illis ſecundū quod omnes ſunt propter nos: nos enim ipſi etiam ſumus finis quo-

A dam modo.illud.n.quod est propter quid,dicitur duobus modis: & hoc dictum est in nostris sermonibus de philosophia.

24 Hæc est ratiocinatio,qua declarat quod oportet naturalem considerare de materia,& intendit quod artes operatiuæ habent solicitudinem circa materiã,quędã,quia faciunt illam secundũ formã,vt ars ędificatoria;quoniam sicut facit domũ,quæ est forma,ita facit lateres,quæ sunt materia domus: quædã autẽ, quia præparant materiã ad recipiendũ formam , vt ars nauificatiua : quoniam,cũ hoc quod facit formã nauis,præparat ligna ad recipiendã formã nauis, &,quia scientia in arte naturalis est similis operationi in rebus artificialibus, necesse est, si operatio artium pendet de materia,aut secundum quod faciunt illam, aut secundum quod præparant illam, vt consideratio scientiæ naturalis pendeat de materia cum hoc, quod considerat de forma: sed tacuit consequens, quia intelligitur ex hoc, quod dicit & etiam artes , &c.i. & quia omnes artes faciunt materiam,aut simpliciter,aut secundum præparationem, necesse est vt naturalis consideret de materia:scientia enim hæc est similis operationi illic. D.d,nos autem vtimur, &c. id est & ideo quia nos sumus finis omnium rerum factarum ab artibus quodam modo, ideo vtimur omnibus : & intendebat quod finis dicitur B duobus modis,aut sicut dicimus,quod forma est finis materiæ,& illud,ad quod peruenit res, est, finis rei. Aut sicut dicimus quod illud, cuius est res, est finis rei: & secundum hoc dicimus , quod homo est finis rerum creatarum propter ipsum: &,cum notificauit quod illud, quod est ante finem secundum primum modum,est notum cum fine, declarauit quod ita est in secundo modo, & quod eadem est causa in hoc.

Pro hoc vide com. 37. secundi de anima.

Duæ igitur sunt dominæ materiei,& cognoscentes artes ea, quæ vtitur,& factiua,quæ architectonica est: vnde & vsualis architectonica quodam modo est. Differt autẽ, secundũ hoc quod hæc speciei quidẽ cognoscitiua est architectonica,alia aũt vt factiua materię: gubernator enim,qualis sit species aliqua temonis cognoscit, & instituit,alius autem ex quo ligno, & quibus motibus erit:in his quidem igitur,quę sunt secũdum artem,nos facimus materiã propter opus, sed in physicis inest.

Et artes continentes materiam,& cognoscentes illã sunt duæ: & C de arte operationis est geometria operatiua:& ideo ars operatiua attribuitur ẽt quodã modo geometriæ operatiuæ: sed tamen differunt: illa enim attribuitur geometriæ operatiuæ, secundũ quod cognoscit formã,ista autẽ secundũ quod scit materiã:gubernator enim scit formã remi,quomodo debet esse,& præcipit fieri huiusmodi,& ista alia scit de quibus lignis,& quibus motibus perficitur: quod autẽ fit per artẽ,nos facimus materiã in illa propter illud, quod intendimus, in rebus autem naturalibus est existens.

25 Artes operatiuæ sunt duobus modis,aut facientes artificiũ,aut vtentes illo:et sunt principales.s.quia præcipiunt eis,quæ sunt sub eis operari,&,cum ars,quę est sub eis,perficit operationẽ,tũc principalis vtitur eo, quod fecit: & potest aliquis dicere quod istę artes nõ sciunt materiam, incœpit declarare quod istę etiã sciunt materiam: & istam vocat geometriam operatiuã. Et dixit & artes continentes, &c.i.cognoscentes materiam,non facientes eam, sunt duæ : vna autem est, quæ vtitur, quæ non facit formam,neque materiam, sed præcipit illi,quæ est sub operari: & ista dicitur geometria operationũ simpliciter , & principalis simpliciter; secunda vero est quodã modo vtens,id est præcipit,& quodã modo facit: & hoc intendebat, cũ dixit & de arte operatiua est geometria operatiua;

Artes opatiuę sunt duobus modis. Idẽ. 1, ethi, c.1.

& q.d.& de arte operatiua est ars, quæ vtitur. i. præcipit. D. d.& ideo ars, quæ vtitur, &c. & si sit operans, tamen attribuitur geometriæ operationum, secundũ quod vtitur, non secundum quod facit. Et, quia vtraque ars est geometria operationum, incœpit facere differentias inter illas, & dixit sed differunt, &c. id est sed hæ duæ artes differunt: quoniam prima principalis nouit formam, & præcipit iuxta illam, & similiter materiam: alia autem nouit materiam, & præcipit circa illam tantũ, formam autem facit. D. induxit exemplum de duabus artibus, & dixit gubernator enim, &c. id est & ars, quæ vtitur simpliciter, quæ scit vtrũque est sicut ars gubernandi nauem: scit enim formam remi, quæ debet esse, & præcipit ipsum fieri secundum illam formam. ista autem alia ars, quæ vtitur quodam modo, & facit alio modo, est sicut ars faciendi naues. ista enim facit formã, & scit materiam. scit enim ex quibus lignis erit melior forma nauis, & quomodo debent abscindi, & præcipit arti, quæ est sub ea facere hoc, quæ non vtitur omnino. Et intendebat per totum hoc declarare quod materia est nota in omnibus artibus principalibus, & non principalibus: cum artes sint tribus modis, aut operans simpliciter, aut vtens simpliciter, aut vtens quodammodo, & operans alio modo: & omnes sciunt materiam. Deinde dixit in hoc autem quod fit per artem, &c. id est & non est differentia in hoc inter artem, & naturã, sed ars, sicut formã facit, facit materiam: natura aũt facit formam, non materiã, cũ sit existens, quia est æterna: & similiter inuenitur in quibusdam artibus, scilicet quarũ materia est naturalis, quoniam ars non facit illam.

**Documẽtũ.**

Amplius, eorũ, quę sunt ad aliquid, materia est: in alia autẽ specie alia materia, vsque ad quantum ergo physicum oportet cognoscere speciem, & quod quid est. Aut quemadmodũ medicum neruum, & fabrum æs, vsque ad quendam terminum alicuius: cuius enim causa vnũquodque: & circa hęc, quæ sunt, separatæ quidem species, in materia. Homo enim hominẽ generat ex materia, & sol: quomodo autem se habeat hæc separabilis, & quid sit, philosophię primę est determinare.

**Homo hominẽ generatur ex materia, & sol.**

**Materia est in capitulo relationis.**

Et etiam materia est de capitulo relationis: diuersa enim in forma diuersantur in materia: vsquequo igitur oportet naturalem peruenire in scientia formæ, & quiditatis? Dicamus, quoniam quemadmodum medicus peruenit in scientia neruorum, & operans cuprum in scientia cupri peruenit ad illud, propter quod est vtrũque similiter est de istis etiam: oportet enim ipsum scire eam esse formam abstractam: sed esse eius est in materia. Homo enim generatur ab homine, & sole: Dispositio autem in abstracto quæ sit, & quid sit, est primæ philosophiæ.

26 Intendit etiam declarare quod oportet naturalem considerare de forma, quia considerat de materia: quoniã materia est de genere relationis: dicitur.n. in respectu formæ: & similiter videtur esse de forma: oportet igitur considerantẽ de materia considerare de forma, & considerantem de forma cõsiderare de materia: & etiam materia est propter formam: & oportet considerantem de aliquo considerare de illo, propter quod est. Et dixit diuersa enim in forma diuersantur in materia: hæc est ratiocinatio, quia declarat ꝙ materia dicitur in respectu forme, & q.d. & ideo diuersatur materia per diuersitatem formarũ, adeo quod materia animalium est alia a materia aliarũ specierum. Et, cum declarauit ꝙ naturalis considerat de forma per se, & de materia propter formam, incœpit quærere quousque debet considerare de forma: & dixit quousque igitur, &c. i. ad quem igitur ordinem oportet naturalẽ peruenire in scientia formarum, & non pertransire illum, scilicet in scientia quiditatis, non in scientia eius, ꝙ est esse: sed sunt hic multi or-

**Materia diuersat̃ ꝑ diuersitatẽ formarum.**

**Idem primo de aĩa com. 53. & 2. de anima, cõ. 60.**

A dines formarum .s. abstractæ a materia, & non abstractæ. Deinde, d. dicamus igi-
tur quoniã quemadmodũ medicus, &c. i. & est manifestũ, quoniam quemadmo-
dum medicus oportet ipsum peruenire de cognitione formarũ existentiũ in suo
subiecto, de quo cõsiderat, vt neruis, & carne, ad cognitionem quiditatis vltima-
rum formarũ existentiũ in sua materia nõ separabiliũ ab ea, similiter oportet na-
turalem peruenire in consideratione de formis ad vltimã formã, propter quã fuit
materia. V.g. ad formã hominis. Deinde, d. oportet enim ipsum scire, &c. i. opor
tet naturalem peruenire per suam considerationem ad formam abstractam, scili-
cet vltimam, si esse eius est in materia, antequam perueniat apud consideratione͂
de forma hominis: sed homo generatur ab homine, & a sole, & vtrunque est for
ma in materia. Et dixit hoc quasi contradicendo dicentibus formas separari, &
innuendo quod formę naturales sunt in materia. Deinde dixit dispositio autem
in abstracto, &c. i. consideratio autem de dispositionibus formarum abstractarũ
secundum quod sunt abstractæ, & de quiditatibus earum est proprie primæ phi-
losophiæ, non scientiæ naturalis. Et notandum quod consideratio [a] in esse istarũ
formarũ est in scientia naturali, non in prima philosophia: sicut existimat Aui.
quoniam in hac scientia apparet istud genus formarum esse. Deinde prima philo
sophia considerat de quiditatibus, & dispositionibus earum: & hoc est rectum:
impossibile enim est aliquam scientiã vniuersale͂, & particularem declarare su-
B biectum esse, siue per signũ, siue per demonstrationem: quod non est ita in causis
sui subiecti: quoniam declarat eas per signum, non per demonstrationem simpli
citer: scientia igitur naturalis considerat de esse formarum, quousque perueniat
ad vltimam formarum materialium, & primam abstractarum, aut ad formas for-
marum, quæ sunt mediæ in esse inter illas: sicut existimatur de forma homi-
nis [b] vltima.

a Cõsideratio in eẽ istarũ formarũ abstractarũ] est i scĩa naturali, nõ in prima philosophia. Ide͂ primo phy. cõ. vl. & 8. phy. cõ. 3. & 12. me. cõ. 5.

b Forma hominis vltima est media inter abstracta, & materialia. oppositum. vide primo met. cõ. 39. vbi habetur nõ dari mediũ inter abstractũ, & materiale.

*Capitulum, in quo ostendit necessitatem determinandi de causis: & determinat ipsarum species.* *Cap. III.*

DETERMINATIS autem his, cõsiderandũ est de cau
sis, quæ, & quot numero sunt: quoniam enim sciẽdi gratia
hoc negotium est: scire autem non ante opinamur vnum-
quodque, quã vtique accipiamus propter quid vnũquod-
que, hoc autem est accipere primam causam. manifestum est quoniã
& nobis hoc faciendum est & de generatione, & corruptione, & de
C omni physica mutatione: quatenus scientes ipsorum principia, redu
cere in ipsa tentemus quęsitorum vnumquodq;.

His igitur determinatis considerandum est de causis, quæ, & quot sunt. intentio enim istius considerationis, quia est scientia: & nos non credimus aliquid scire absque eo, quod prius determinemus illa, ex quibus est, & hoc est scire suas causas primas. manifestum est quod oportet nos etiam facere hoc in generatione, & corruptione, & in omni trãsmutatione naturali: ita quod, cum sciuerimus principia eorum, queremus reddere ad illa vnumquodque eorum, de quibus erimus perscrutati.

ET, CVM determinauimus ista, quæ debent præcedere hanc scientiam: opor-
tet etiam perscrutari de causis rerũ naturaliũ, quæ sunt, & quot. Et hoc est 27
necesse, quoniã intentio istius cõsiderationis de scientia rerum naturaliũ, est
scientia certificata perfecta. Et nos non credimus scire aliquid perfecte, nisi cum
sciamus ipsum cum suis causis primis, donec perueniamus ad suas causas pro-

pinquas: & hoc erit, cum prius determinauimus numerum causarum quærendarũ in illo genere, quæ sunt, & quot sunt: ergo manifestum est: ꝙ similiter debemus facere in hac consideratione naturali: ita ꝙ, cũ prius sciuerimus causas cõmunes omnibus rebus naturalibus, & numerũ earum, quæremus in vnoquoque eorum, de quibus loquimur, illas causas esse. Et, cũ dixit & hoc est determinare suas primas causas, intendit quod ista scientia perfecta acquiritur ab aliquo, qui prius sciuerit causas rei primas, donec perueniat ad causas eius propinquas.

Quid sit cã.

Vno quidem igitur modo causa dicitur, ex quo fit aliquid, cũ insit: sicut æs statuæ, & argentum phialæ, & horum genera: alio autẽ modo species, & exemplum: hæc autem ratio est ipsius quod quid erat esse, & huius genera, vt eius, quę est diapason duo ad vnũ, & omnino numerus, & partes, quæ in definitione.

Dicamus igitur ꝙ causa dicitur vno modo de illo, ex quo fit res, & est in ea, Verbi gratia, cuprum idoli hominis, & argentum idoli annuli, & genera istorum: & dicitur alio modo de forma, & imagine & est ratio significans quidditatem rei, & genera istius. V.g. quod genus eius, quod est diapason, est proportio binarii ad vnum, & vniuersaliter numerus, & partes conclusæ in toto.

28 Et causa dr̃ multis modis: dicitur.n. causa materialis, vt cuprũ idoli, & argẽti annuli: & dixit & est in ea, vt faciat differentiã inter materiã, & priuationem: & dicitur alio modo secundum formã, vt figura, & imago in cupro. & hæc est causa, quã dat ratio significans quidditatẽ rei.s. diffinitio: & dixit hoc, quia diffinitiones cõponuntur ex forma vniuersali quæ est genus, & propria, quæ est differẽtia. D.d. & genera istius id est, & ista forma communis, quæ ponitur in definitione, ita se habet ad propriam differentiam, sicut cõmune ad proprium, V.g. qm̃ forma cõmunis, quæ est quasi genus propinquum ad diapason, est proportio duorũ ad vnum: & genus cõcludẽs, & propriũ ei ęquiuocatur in arabico: & vnũ est numerus proprius, & vltimum est forma.

Definitiões cõponuntur ex forma vniuersali, q̃ est genus, et propria, quę est differentia. Idem. 7. meta. 43. & infra cõ. 92.

Amplius, vnde principium mutationis primũ, aut quietis est: vt cõsilians causa, & pater filii, & omnino faciẽs facti, & cõmutans commutati. Adhuc autẽ, quemadmodũ finis: hic autẽ est id, cuius causa, vt ambulandi sanitas: propter quid.n. ambulat? dicimus vt sanetur: &, dicentes sic, opinamur assignare causam: & quæcunque, iam mouente alio, inter media fiunt finis: vt sanitatis macies, & purgatio, aut potationes, aut organa: omnia aũt hęc finis gratia sunt: differunt tamẽ abinuicem, quoniam alia quidem sunt opera, alia vero organa.

Et dicitur etiam illud, ex quo est principium primum transmutationis, & quietis. Verbi gratia, quoniã consulens alicui est causa, similiter pater filii, & vniuersaliter agens acti, & transmutans transmutati: & dicitur etiam secundum finem intẽtum: & hoc est illud, propter quid. V.g. sanitas apud ambulationem. Quũ enim dicitur quare ambulat sortes? dicemus propter hoc, ꝙ suum corpus sanetur: & hoc dicto reddimus causam: & similiter illa, quæ sunt apud motum alterius inter illud, & finem intentum. V.g. sanitas ex diminutione, & purgatione, & potatione medicinæ, & instrumentis: quoniam omnia ista intenduntur propter finem: sed differunt, quoniam quędã sunt actiones, & quædam instrumenta.

A Cum induxit causam materialem, & formalem, induxit ēt causam agentē, & finalem, Et dixit & dicitur etiam de fine intento.i.& dicitur, etiam causa de causa finali; vt sanitas, quæ est causa exercitij: & signum eius est, quoniam, cum aliquis interrogat nos, quare ambulat fortes? dicimus respondendo, propter hoc quod sit sanus, deinde.d.& similiter illa, &c. i. & similiter omnia, quorū vnumquodque est vltimum motus eius, quod est ante ipsum, ex illis multis, quæ sunt inter primū agens, & vltimum finem.s.quoniam vnūquodque eorum est finis eius, quod est ante, & omnia sunt propter vltimum finem. V.g. ambulatio, quæ est propter extenuationē, & extenuatio propter sanitatem: & similiter potio medicinæ, & phlebotomia est propter extenuationem humoris vincentis in corpore, & hoc est propter sanitatem. Deinde.d.quoniam omnia ista intenduntur propter finem.i.quoniam omne, quod est ante finem, est propter finem. Verbi gratia, quoniam ista, quæ diximus, intenduntur propter sanitatem: sed differunt, quoniam quædam sunt actiones, vt ambulatio, & quædam instrumenta, vt flebotomia. 29

Omne, qđ est ante finē est propter finē.

Causæ quidem igitur fere tot modis dicuntur. Contingit autem multipliciter dictis causis: & multas eiusdem causas esse non secundum accidens: vt statuę, statuifica: & æs, non secundū alterū aliquod, B sed secundum ꝙ est statua: sed non eodem modo: sed hoc quidem vt materia, illud autem sicut vnde est motus. Sunt autem quædam, & adinuicem causæ: vt laborare causa est boni habitus, & hic laborandi: sed non eodem modo: sed hoc quidem sicut finis, ille sicut principium motus. Amplius autem eadem causa contrariorum est: quæ enim præsens causa huius est, hanc & absentem, causam aliquādo contrarii, vt absentia gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.

Causę sunt sibiinuicem causæ.

Isti igitur sunt modi, secundum quos fere dicuntur causæ: & accidit, si causæ sint multis modis, vt plures causæ sint vnius rei, & non per accidens. Verbi gratia, quoniam causa idoli hominis est ars statuandi, & causa eius est cuprum, & hoc non est alio modo, sed secundum quod est statua: sed non eodē modo sunt causæ: sed hoc secundum materiam, hoc autē secundū ꝙ est principium motus. Et sunt C aliqua, quæ sunt causæ sui adinuicem. V.g. quoniam labor est causa bonæ consistentia corporis, & bona consistentia est causa laboris: sed non eodem modo. bona enim existentia corporis est causa secundū finem, labor autem secundū ꝙ est principium motus. Et etiam idē est causa duorū contrariorū. absentia enim eius, cuius præsentia est causa alicuius rei, est causa sui contrarii. V.g. quoniam absentia gubernatoris est causa submersionis nauis, & eius pręsentia erat causa salutis.

Eadem causa cōtrariorum est.

Cum numerauit modos quatuor causarum, incœpit dicere dispositiones earū, & quomodo se habent ad causata, & ad seinuicem. Et dixit quod accidit quod plures istarum causarum quam vna sunt causæ vnius rei, Verbi gratia, quoniam causa statuæ est cuprum, & agens: sed duobus modis diuersis: cuprum autem secundum materiam, artifex vero, vel ars secundum agens: & similiter figura statuæ est causa secundum formam, & illud, propter quid fuit facta est causa secundum finem. Et contingit etiam quod eadem causa est causa duorum contrariorum, sed duabus dispositionibus diuersis, Verbi gratia, quoniam gubernator, est causa saluationis nauis, & subuersionis: saluationis quidem ipso præsente, submersionis autem ipso absente, Causæ etiam habent se 30

Eadem est causa cōtrariorū secūdū dispositiōes diuersas.

Idē. 5. met. c. 2. & 2. cœ li. 92.
Quō materia sit causa formę, et forma materię. vide cōsimile prīo phy. 70.

adinuicē, ita quod vtraque duarū causarum in specie diuersarū est causa reliquę, sed duobus modis diuersis, Verbi gratia, quoniam labor est causa sanitatis secundum agens, sanitas autem est causa laboris secundum finē. & similiter materia est causa formæ, secundum quod forma non potest inueniri nisi per illam, forma autem est causa materiæ, secundum quod materia non potest esse in actu, & demōstrata, nisi per illam, & præcipue prima materia. Deinde dicit isti igitur sunt modi, &c. & dixit fere. quia possibile est inuenire aliqua, quæ collocātur in numero istorum quatuor modorum, vt illa, quæ assimilantur istis, & inueniuntur in eis: & ideo dixit fere. quia notat dubitationem, quousque declaretur hoc per inductionem, cum fuerit declaratum secundum quot modos dicitur vnumquodque eorum. & dixit Alex. quod dixit hoc ad excipiendum causas, quæ sunt per accidens.

Omnes aūt nūc dictę causę in quatuor incidūt modos manifestissimos: elementa enim syllabarum, & materia valorum, & ignis, & huiusmodi corporū, & partes totius, & suppositiones conclusionis, sicut ex quo, causę sunt. Harū autem aliæ quidem sunt, sicut subiectū, & partes, alię autē sunt, sicut ꝙ quid erat esse, & totū, & compositio, & species. Semen aūt, & medicus, & cōsilians, & omnino faciēs, omnes sunt vnde principium mutationis, aut status, aut motus, alię aūt sicut finis, & bonū aliorū. Quod autem est cuius causa, optimū est, & finis aliorum voluit esse. differt autem nihil idem dicere bonum, vel videri esse bonum.

Ex hoc sumit ꝙ finis est nobilior his, quę sunt ad finē, et ꝙ habet rōnē optimi. idē 2. met. t. cō. 8. & 5. met. t. cō. 3. & supra hic. 23.

Et istæ causæ, quas diximus, omnes collocant̄ in quatuor modis, qui sunt valde manifesti: literæ enim dictionum, & materia artificiorum, & ignis, & similia corporū, & partes totius, & propositiones cōclusionis, sunt causæ secūdum illud, ex quo est generatio: sed quędā sunt quasi subiectū, vt partes, & quędam quasi quiditas, scilicet vniuersum, creatio, & compositio, & forma. Sperma autem, & semen, & medicus, & sol, & vniuersaliter agens, omnia sunt illud, ex quo est principium trāsmutationis, & quietis: & quędam sunt quasi finis intenta per alias res, & bonum. illud enim propter quid debet esse nobilius cæterorum, & causæ eorum: & non est differentia in hoc, quod dicamus ipsum esse bonum, aut dicamus ipsum existimari bonum.

31 Cum numerauit genera causarum secundum exemplū, incœpit notificare quo modo vnaquęque causarum collocatur sub istis quatuor generibus, Et dixit & iste causæ, &c. idest & omnis causa, aut ēst secūdum materiā, aut secundū formā, aut secundū agens, aut secundū finē. Deinde dicit literæ enim, &c. idest omnia. n. ista sunt causæ secundū illud, ex quo fit generatum. syllabę enim generantur ex litteris, & similiter corpora partium consimilium composita generant̄ ex igne, & ex alijs elementis: & hoc intendebat, cū dixit & ignis, & similia corpora. i. ignis, & alia elementa sunt materia corporū consimiliū, quæ generatur ex eis. Deinde dicit & partes totius. i. & partes sunt totius quasi materia. Deinde dicit & propositiones conclusionis, idest & quoniā conclusio generatur ex propositionibus, assimilantur igitur materiæ. Et omnia ista conueniunt in hoc, quod sunt materia, & differunt in hoc, quoniam quædam sunt materia secundū cōpositionem, vt literæ syllabarū, & lapides domus: & quædam sunt secundū alterationem, vt panis sanguinis: & quædā secundum alterationē, & compositionē, vt acētū, & mel oximellis, & quatuor elementa omniū compositorū: & hęc duo sunt

Materia secundū cōpositionem, secundū alte-

A sunt fundamenta materiæ.i.compositio, & alteratio,& tertium,compositum ex eis. Partes aũt,& totum posuit alium modum a compositione, vt reputo, secundum quod intendebat partes, quæ sunt in potentia, non quæ sunt in actu, aut secundum ꝙ intendebat vniuersum congregatum tm̃. Compositio enim est congregatio propria partium. fit enim ex qualitate,& ordine,& positione. propositiones aũt assimilantur materiæ, quia sunt in potentia cõclusio,& conclusio est eis quasi forma. Deinde dicit sed quædam sunt quasi quiditas.i. sed istarũ causarum, quædam sunt quasi demonstrantes quiditatem rei,& istæ inueniuntur secundum numerum differentiarũ, quibus differt illud, quod accipitur in quiditate,& sunt tria, vt forma vniuersi partium,& forma compositionis partium, & forma oximellis, mellis & aceti: ideo dixit vniuersum,& compositio,& forma, Et intendit per formam, quæ est scd̃m alterationem, & aut sine compositione, aut cum compositione. Et intendit per vniuersum congregationẽ partium tm̃, & intendit per compositionem congregationem illarum trium dispositionũ in partibus, s. figuræ, ordinis,& positionis. Et, cũ numerauit causas, quæ collocãtur sub causa materiali,& formali, dixit sperma aũt & semen,&c.i. et sperma autem animalium,& semen vegetabilium,& medicus sanitatis, & vl'r agens acti, omnia collocantur sub causa, quæ est principium transmutationis,& suæ cessationis. Deinde induxit genus, quod est scd̃m finem,& dixit & quædam secun-

B dum finem, id est & sunt quædam causæ, quæ sunt quasi finis intentus per operationes,& quasi bonum intentum. Deinde induxit ratiocinationes super hoc, & dixit illud enim ꝑp quid,&c.id est qm̃ illud propter quid, quia est nobilius illis, quæ quæruntur propter illud, est bonum intentum per illas res: & ideo est causa omnium illarum: agens enim,& materia nõ sunt nisi propter finem: & similiter formæ non sunt nisi ꝑp vltimum finem. D.d. & non est differentia, &c. id est non est differentia inter hoc, quod describemus istam causam, quod est bonum intentum per illa, quæ sunt ante illam rei veritate, aut illud, quod existimatur esse bonum, licet non sit bonum in rei veritate: & dixit hoc, vt descriptio sit cõis rebus voluntarijs,& naturalibus: quoniam vltimum intentũ in rebus voluntarijs multoties videtur bonum, & non est in rei veritate, intentum vero in rebus naturalibus est bonum verum.

*Propositiones assimilãtur materię, quia sunt in potentia cõclusio, & cõclusio ẽ eis, quasi forma idem infra 74.*

*Vltimũ intẽtum ĩ rebus voluntarijs multotiens vr̃ bonũ, & nõ est in rei veritate, intentũ vero in rebus naturalibus est bonũ verũ. vide ꝑ hoc. 18.& 12.me.*

Causæ quidem igitur hæ,& tot sunt specie: modi autem causarũ numero quidem sunt multi, capitales autem & hi minores. Dicũtur autem causæ multipliciter:& ipsarum similium specierum prius, & posterius, alterius altera, vt sanitatis medicus,& artifex,& diapason

C duplum,& numerus,& semper continentia ad vnumquodq;.

Istæ igitur sunt causæ,& tot sunt species earum: modi autem causarum sunt multi, sed cum adunantur fiunt pauciores. Causæ enim etiam dicuntur multipliciter: dicitur enim in causis, quæ sunt eiusdem speciei, quod vna causa est prior, aut posterior alia, Verbi gratia, quoniam causa sanitatis est medicus,& causa eius est ars,& causa eius, quod est diapason, est duplum,& causa eius est numerus, & similiter semper in respectu cõparatio continentis ad particularia.

*Causa prior, et posterior.*

Intendit per modos causas, quæ diuiduntur per accidentia: & cum notificauit quod modi causarum concluduntur scd̃m genera eorum, incœpit numerare 32 eos,& dixit diuiditur enim in causis,&c.i. causæ enim, quæ sunt eiusdẽ speciei quatuor specierum dicuntur causæ scd̃m prius,& posterius, V.g. in causis agentibus, medicus,& ars: medicus enim est posterior, ars aũt est prior. Et similiter in causis formalibus. V g. qm̃ forma diapason est duplũ, & forma dupli est numerus,& forma numeri est quantitas: & sil'r inuenitur semper proportio inter

vniuersale,& particulare:& hoc intendebat,cum dixit & similiter semper,&c. id est & similiter semper inuenitur comparatio cõis ad proprium,s.qm̃ cõe est prius secundum formam,aut secundum genus proprio:& hoc accidit priori,& posteriori vnaquaq; specierum causarum,s. quod prius est quasi cõe ad posterius. Et prius,& posterius in materijs manifesta sunt,vt materia prima,& ꝓpinqua,siue composita.Et similiter in finibus:extenuatio enim est finis exercitij & finis extenuationis est sanitas. A

Causa p se causa per accidens.

Ampl us aũt secundum accid ens,& horum genera:sicut statuæ & aliter polycletus,& aliter statuã faciens qm̃ accidit statuam facienti polycletum esse: & continentes scd̃m accidens : vt si homo causa sit statuæ,aut oĩno animal Sunt & accidentiũ aliæ aliis longius,& propius:vt si albus, & musicus causa dicantur statuæ.

Et etiam secũdum accidens & genera istorũ.V.g.qm̃ causa statuæ est polycletus quodãmodo,& alio modo faciens statuas: accidit.n. artifici statuarũ ꝙ fuit polycletus:& continentia semper illud,quod est accidẽs.V.g.quoniam homo est causa statuæ, & vniuersaliter animal:& accidentia quædam sunt remotiora, quædam propinquiora. V.g.quoniam albus,& musicus sunt causa statuæ. B

33 Cum declarauit ꝙ in omnibus speciebus causarum inueniuntur duo modi,s. prius & posterius,incœpit ẽt declarare alios duos modos causarũ,s.per se,& p accidens, Et dixit & etiam scd̃m accidens, id est & istæ causæ diuiduntur secundum accidẽs: & genera istarum collocantur in hoc modo. V.g.cum dicitur quod polycletus fecit statuam,& ꝙ artifex statuarum fecit statuam : hoc enim est per se,illud aũt per accidens : accidit enim artifici statuarum ꝙ fuit polycletus,qm̃ non fecit statuam secundum ꝙ est polycletus, sed scd̃m hoc ꝙ habet de arte statuarum. D.d.& continentia,&c.i.& illa, quæ continent causas, & sunt genera causarum, sunt causæ per accidens. V.g.qm̃ homo est causa statuæ per accidens,& vr̃ animal:homo aũt est causa statuæ per accidẽs, quia accidit artifici,qui est causa per se,quod fuit homo,aut animal. Et, cum narrauit quod in illo, quod est per accidens, inuenitur propinquum,& remotum dedit exemplũ, & dixit. V.g.dicere quod albus, & musicus sunt causa statuæ:albus enim est remotior quam musicus: licet vterq; sit causa per accidens:quia album est cõmunius homine:ergo est remotius quam musicus. C

Causa in potentia, in Actu.

Præter oẽs aũt,& proprie dictas,& scd̃m accidens,aliæ sicut potẽtes dicunt,aliæ vero sicut operantes:vt edificandi domũ edificator, aut edificans edificator.

Et oẽs causæ,quæ dicuntur cõuenienter,& quæ dicuntur per accidens, quædam dicunt causæ,quia possunt,& quædam dicunt causæ, quia agunt,V.g.qm̃ causa domus est edificator,dum edificat.

34 Et omnes causæ,quæ dicuntur per se, & quæ dicuntur per accidens, & propinquæ,aut remotę dicuntur esse aut actu, aut potentia. V.g.quoniam edificator est causa domus: sed, cum edificat,est causa in actu, & cum non edificat, est causa in potentia:& hoc intendebat cum dixit, V.g. quoniam causa domus est edificator,&c.id est quoniam causa domus est edificator : sed dum edificat est edificator in actu,& dum non edificat est edificator in potentia : sed tacuit hoc, quia intelligitur per opppositum.

Similiter aũt dicuntur, & in quibus causæ,quæ sunt causæ in his, quæ dicta sunt: vt huius statuæ aut statuæ, aut & omnino imaginis,

A & æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus similiter est.

Et, secundum quod narrauimus, dicitur etiam in rebus, quarum causę sunt causæ. V.g. causa statuæ istius hominis, aut causa statuæ hominis, aut causa statuæ vniuersaliter, & etiam causa istius cupri, aut causa cupri, aut causa materiæ vniuersaliter, & similiter est de accidentibus.

Et sicut hoc dicitur in causis, similiter dicitur in causatis, scilicet quod quædam propinqua sunt, & quædam remota, & quædam per se, & quædam per accidēs: & hoc intendebat, cum dixit & secundum quod narrauimus, & dicitur ēt, &c. id est & sicut ista inueniuntur in causis, inueniuntur in eis, quorū sunt illæ causæ, s. in causatis. D. induxit exemplum in propinquo, & remoto in causatis, & dixit. V.g. causa statuæ, &c. i. quoniam faciens statuam istius hominis, & faciens statuam, dicitur faciens statuam hominis, & dicitur faciens statuam vniuersaliter: statua igitur hominis huius est causatum propinquum, statua vero simpliciter est causatum remotum. Et similiter, cum dicitur quod hæc est causa cupri aut causa materiæ, cuprum enim est causatum propinquum, materia autem est causatum remotum. Deinde dixit & similiter de accidentibus, id est quoniam in causatis accidentibus inuenitur propinquum, & remotum: sed sicut inuenitur in eis per se: & hoc capitulum inuenitur in libro Alexan. manifestius quam hic sit: & eodem modo dicitur in rebus, quarum causæ sunt causæ etiam sicut ista narrata. V.g. huius statuæ dicitur in rebus pluribus quam dicitur statuæ vniuersaliter, & huius cupri magis quam cupri, & vniuersaliter materiæ, & in accidentibus etiam eodem modo. 35

B

Amplius aūt complexæ & istę, & illæ dicuntur: vt nō polycletus, neq; statuam faciens, sed polycletus statuam faciens, sed tamē omnes hæ sunt multitudine quidem sex: dictæ aūt dupliciter: aut enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut accidentis genus, aut sicut complexæ, hæ aut sicut simpliciter dictæ: omnes enim aut actu operantes, aut secundum potentiam sunt.

Causa simplex. Comp.

Et dicūtur etiam compositè isti cū illis. V.g. non dicere polycletum, neq; dicere artificem statuarū, sed polycletum artificem statuarum: sed omniū istorum numerus est sex: modi vero, secundū quos dicuntur, sunt duo. Sunt enim aut quasi pars, aut quasi genus, aut quasi accidens, aut quasi genus accidentis, aut dicere composite, aut sigillatim, & omnia dicentur, aut actu, aut potentia.

C

Induxit hic tertium modum causarum, & est quoniam quidam istorum modorum dicuntur sigillatim, & quidam composite: & hoc intendebat, cum dixit & dicuntur etiam, &c. D. induxit exemplū compositi, ex eo, quod est per se, & ex eo, quod est per accidens, & dixit. V.g. non dicitur, &c. i. V.g. compositū ex eo quod est per se, & ex eo, quod est per accidens: nō ita quod dicatur quod homo est factor statuarum, sed quod polycletus artifex statuarum fecit statuam. Et, cum numerauit secundum exemplum modos causarum, fecit summam de numero eorum, & dixit sed omnium istorum, &c. i. sed ista, quæ numerauimus secundum differentias, quibus diuiduntur, sunt sex, s. secundum propinquitatē, & remotionem: & per se, & per accidens, & compositionem, & diuisionem: & secundum differentias, in quibus conueniunt, sunt duæ, s. potentia, & actu: quoniam vnusquisq; eorū sex est potentia, & actu. erunt igitur omnes modi causarum. 12. D. d. aut sunt quasi pars, aut quasi genus: & intendit per partem quasi causam propinquam, & per genus quasi remotam: propinquum enim est quasi pars, id est 36

propria, remotum aũt eſt quaſi genus, & maximæ cauſæ, quæ ſunt ſecundũ formam, & ſecundum materiam. D. d. aut quaſi accidens, aut quaſi genus accidentis, id eſt aut quaſi cauſa, quæ eſt per accidens propinquum, aut quaſi cauſa, quæ eſt per accidens remotum, & hoc vocauit genus accidentis.

Differunt autem intantum, ꝙ actu, & ſingulares ſimul ſunt & nõ ſunt, & quorum ſunt cauſę: ſicut hic medicus cum hoc, qui fit ſanus, & hic edificator cum ædificato; Quæ aũt ſunt ſcd̃m potentiam, non ſemper, corrumpitur enim non ſimul domus, & edificator.

Et differentia inter hæc duo eſt, quoniam cauſæ, quæ agunt particularia, ſunt, & non ſunt cũ eis, quorũ ſunt cauſæ. V.g. quoniam iſte medicus, cum hoc curato, & iſte edificator cum hoc edificato, in potentia vero non ſemper ſunt ita, corruptio enim domus non eſt cũ corruptione edificatoris.

37 Vult dare differentiam inter cauſas, quæ ſunt in potẽtia, & quæ ſunt in actu. Et dixit & differentia inter hæc duo, &c. & differentia inter cauſas, quæ ſunt actu, & quæ ſunt potentia, eſt, qm̃ quæ ſunt actu, inueniuntur cum illis, quorum ſunt cauſæ, & deficiunt cum illis, V.g. qm̃ iſte medicus non eſt curator in actu, niſi cum hoc curato in actu; cauſæ autem in potentia ſunt, licet cauſata nõ ſint; non enim corrumpitur domus inſimul cum edificator. Et hoc capitulum inuenitur in libro Alexan. manifeſtius ſic; & differunt in hoc, quoniam cauſæ, quæ agunt particularia, ſunt, aut non ſunt inſimul cum illis, quorum ſunt cauſę, V.g. qm̃ iſte curator cum hoc curato, & iſte edificator cum hoc edificato: in potentia autem non ſemper: non enim corrumpitur domus, & edificator ſimul.

Cauſa ĩ actu ſimul eſt cũ effectu. Idẽ 5. me. te. c. 3.

Oportet aũt ſemper cauſam vniuſcuiuſq; ſummam quærere, ſicut & in aliis: vt homo edificat, quoniam edificator eſt: edificator autem eſt per edificatiuam; hæc autem prima cauſa eſt, et ſic in omnibus. Amplius autem aliæ quidem genera ſunt generum, aliæ autẽ ſingulare ſingularium: vt ſtatuæ ſtatuam quidem faciens, hic autem et huiuſmodi. Et potentiæ quidem poſsibilium, operantes autem ad operata.

Vniuerſaliũ cauſæ ſunt vniuerſales, & ſingularium ſingulares.

Et oportet quærere in vnaquaq; rerum cauſam eius, quæ eſt extremum vltimum, ſicut quæritur in aliis rebus. Verbi gratia qm̃ homo edificat, quia eſt edificator; et eſt edificator, quia habet artem edificandi. Hæc igitur cauſa eſt prior, et ſimiliter de eis omnibus. Et etiam genera ſunt cauſæ generum, et particularia cauſæ particularium. V.g. quoniam artifex eſt cauſa ſtatuæ, et iſte artifex eſt cauſa huius artificiati. Et potentia ſunt cauſæ potentiarum, et quæ agunt ſunt in reſpectu actorum.

Cum notificauit numerum modorum cauſarum, incœpit narrare qui iſtorum
38 modorum ſunt quærẽdi principaliter. Et dixit & oportet quærere, &c. i. oportet intendere, principaliter de cauſis cauſam vltimam in quæſtione, non vltimã in eſſe; & illa eſt cauſa propinqua: vltima enim in eſſe eſt cauſa remota, V.g. q aliquis interrogat, quare edificat aliquis homo? & dicetur quia eſt edificator & cum dicitur, & quare eſt edificator: dicetur, quia habet artem edificandi; & hic ceſſat quæſtio. Deinde dicit & ſimiliter de alijs, id eſt, de ſpeciebus cauſarũ, ſcilicet qm̃ oportet quærere ſemper cauſam priorem. Cum dedit iſtud præce-

A ptum, notificauit etiam aliam dispositionem de causis; & est, qm̃ aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares: quemadmodum causatorũ alia vniuersalia, alia particularia; & quod opinandum est quod particulare est causa particularis, & vniuersale causa vl'is. Et dixit hoc, præseruando se a Platonica opinione, s. quod vniuersalia sunt causæ particularium. V.g. qm̃ artifex simplex est causa statuæ simpliciter, & iste artifex demonstratus est causa istius statuę demonstratæ. D. induxit aliam dispositionem de causis, & dixit & potentiæ sunt causæ potentiarum, id est, & causæ, quæ sunt in potentia, sunt causæ eorum, quæ sunt in potẽtia, & quæ sunt in actu sunt causæ eorum, quæ sunt in actu; & hoc intendebat, cum dixit & quæ agunt in respectu actorum, id est, & causæ, quæ sunt in actu, dicuntur in respectu actorum, quæ sunt in actu. Idẽ 5. met. tex. com. 3.

*Ponit opiniones aliorum de forma & casu.* *Cap. IIII.*

QVOT quidem igitur causæ, & quomodo causæ sunt, a nobis determinatum sit sufficienter. Dicitur aũt, & fortuna, & casus de numero causarum: & multa fieri, & esse B propter fortunam, & propter casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna, & casus, & vtrum idem sint fortuna, & casus, aut altera, & omnino quid sit fortuna, & casus, considerandum est.

Iam igitur determinauimus causas quot sunt, & secundum quot modos sunt sufficienter; & in numero causarũ est casus, & ex se. Dicitur enim in pluribus fieri, & esse casu, & ex se. Oportet igitur considerare secundũ quot modos collocantur casus, & ex se in istis causis, & vtrum casus, & ex se sint idem, aut diuersa, & vniuersaliter quid sit ex se, & quid casus.

INtendit per quot sunt numerum specierum. D.d. & in numero causarũ, &c.i. & quia apparet de casu, & de illo, quod dicitur fieri ex se, quod collocãtur in numero causarum, oportet nos perscrutari de eis considerando secundũ quot modos possunt collocari in causis, & vtrum sint idem secundum definitionem, aut diuersa; & hoc sciemus, si sciuerimus substãtiam vtriusq;: perscrutatio enim de substantia vtriusq; perscrutationem continet in se de eis, vtrum sint diuersa, C aut idem; & ideo dixit vniuersaliter quid sit ex se, & quid sit casus. Et quia ista perscrutatio non potest fieri nisi cõcedendo casum, & ex se esse, quæ plures antiqui negabant, incœpit prius dicere opiniones eorum, & contradicere eis: quẽadmodum multi etiam antiqui attribuebant omnia casui, & ei, quod est ex se. Et hoc capitulum sic debet legi: quia & in numero causarnm est casus vsque ad finem capituli. 39

Multi antiq̃ attribuebãt omnia casui.

Quidam enim & si sint, an nõ, dubitant: nihil enim fieri a fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam, quæcunq; nos dicimus a casu fieri, aut a fortuna: vt veniendi a fortuna in forum, & reperiendi quem volebat quidem, non est autem opinatus, causa est velle, venientem emere, similiter aũt, & in aliis quæ a fortuna dicuntur, semper est aliquam accipere causam, sed non fortunã.

Quidam enim dubitauerunt in eis vtrum sint, aut non; & dixerũt ꝙ nihil fit casu, sed omne, quod dicitur fieri ex se, aut casu, habet aliquam causam terminatam, V.g. quoniam iuit causa emendi aliquid ad forum, ita ꝙ inueniat aliquem hominem, quem diligebat inue-

nire, sed non cogitabat ipsum inuenire illic, est ipsum velle ire ad forum dicunt: & similiter omnia, quæ dicuntur fieri casu, habent causam existentem, quæ non est casus.

40 Et perscrutatio de casu, & de eo, quod est ex se, est necessaria: quidam autem negabant ea esse, dicebant quod nõ sunt nisi nomina tantum: habet enim vnumquodq; eorum, quæ dicuntur fieri casu, aut ex se, causam notam, cui possit attribui, V.g. qui vadit ad forum, & inuenit illic hominem, quem diligebat inuenire, sed non iuit, vt inueniret ipsum, sed causa inueniendi eum non est nisi exitus a foro, aut voluntas eundi alias; & similiter est de omnibus alijs, quæ dicuntur fieri casu, s. quia habent causam terminatam. Et sermo eius sic debet legi, V.g. quoniam causa eundi aliquem ad forum, ita quod inueniat aliquem hominem, quem diligebat, sed non cogitabat ipsum inuenire illic, id est, quia non cogitabat inuenire ipsum illic est propter ipsum velle ire ad forum. Et iste syllogismus componitur sic; si casus est, causa est: sed non est causa, quia non est terminatus, & causæ sunt terminatæ: ergo casus non est.

Quoniam, si aliquid erat fortuna, inconueniens vtiq; videbitur, sicut & vere est, & dubitabit vtiq; aliquis propter quid nullus antiquorum sapientium causas de generatione, & corruptione dicens, de fortuna nihil determinauit: sed, sicut visum est, nihil opinabãtur neq; illi aliquid esse a fortuna.

Et dicunt & etiam, si casus haberet rationem, esse inopinabile, & locus ambiguus, quomodo philosophi antiqui, loquentes de causis generationis, & corruptionis, nihil dixerunt de casu: videtur igitur ꝙ illi non tacuerunt, nisi quia non opinabantur aliquid fieri casu.

41 Inducit testimonium super hoc, quod casus nihil est: quoniam, si esset, aliquis antiquorum locutus fuisset de natura illius: sed nullus eorum fuit locutus de eo: ergo non est; & cum induxit has duas rationes destruentes casum esse, & ex se, incœpit contradicere, & primo primæ rationi.

Sed mirabile hoc videbitur, sicut vere est, multa enim & sunt, & fiunt a fortuna, & casu, quæ non ignorantes quoniam est inferre vnũquodq; in aliquam causam eorum, quæ fiunt, sicut antiqua ratio dixit, destruens fortunam, & casum: tamen horum alia quidem dicunt omnes esse a fortuna, alia non a fortuna.

Sed hoc est mirabile, scilicet ꝙ plura fiunt casu, & ex se: & licet nõ ignoremus qũo reducitur vnumquodq; istorum ad aliquam causam generationis, vt antiqui dixerunt negantes casum, tamen oẽs dicimus quod rerũ quædam fiunt casu, & quædam non fiunt casu.

42 Dicit & mirabile est quod omnes homines conueniunt quod hic sunt aliqua, quæ fiunt casu, cum hoc, quod nullus ignoret ea reduci ad causas generationis; nos enim, & illi conuenimus in hac diuisione entium, scilicet quoniam quædam fiunt casu, quædam non fiunt casu.

Vnde, & quodammodo erit ipsis faciendi memoria: at vero neq; illorum aliqui opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid talium: inconueniens est igi-

A tur, siue non putauerunt esse, siue putantes reliquerunt, & hac aliquando vtentes: sicut Empedocles non semper aerem congregari superius dicit, sed vt contingit. Dicit enim in mundi creatione; quod sicut collisit se currens; tunc multotiens autem aliter, & partes animalium a fortuna ait fieri plurimas.

Oportet igitur omnino quod illi dixissent aliquid de eo; & non viderunt etiam ꝙ casus sit aliquid illarum rerum, scilicet amicitiæ, aut litis, aut intelligentiæ, aut ignis, aut aliorum similium: & malũ est, si non opinabantur ipsum esse aliquid existens, & malum est etiã, si opinabantur ipsum esse, & nihil dixerunt de eo, licet fortasse vtantur illis in verbis suis, vt fecit Empedocles cum dixit quòd aer non semper excutitur ad superius, sed quomodocunq; sit: dicit enim, cum loquitur de factura mundi, hæc verba sic. accidit casu, vt creuit in illo tempore, & forte est alio modo; & dicit in membris ani-
B malium plura accidunt casu.

Cum declarauit quod illud, quod antiqui induxerunt in negando casum ipsum esse vnum super hoc, quod sit casus, incœpit dicere ẽt quod ratio, quã induxerunt de hoc quod antiqui nihil locuti fuerunt de casu, non est ratiocinatio, neq; demonstratiua, neq; probabilis, sed solummodo accusatio antiquorũ, quia debebant loqui de illo, & dicere aut quod nihil aliud est a causis notis, aut quod est aliquid aliud ab eis. Et hoc intendebat, cum dixit oportet igitur oĩno, &c. id est, & hoc quod antiqui dimiserunt loqui de illo, non est ratiocinatio super hoc, quod non sit, sed est accusatio eorum, quia debebant dicere aliquid de eo. D. d. & non viderunt etiam, &c. i. cum hoc, quod apparet, quod apud eos nõ est vna illarum causarum, quas dicuntur, vt amicitiæ, & litis apud Empedoclem, & intelligentiæ apud Anaxagoram, aut ignis, aut aliorum corporum apud eos, qui non concedunt nisi causas materiales tantum; & hoc intendebat cũ dixit, scilicet amicitiæ, &c. D. d. & malum est, &c. id est, & malum est eos non opinatos fuisse ipsum esse aliquid existens per se, sed est vna illarum causarum, & nõ notificare hoc: sicut etiam est malum opinari ipsum esse aliquid aliud ab eis, & nihil dicere de eo omnino. D. d. quod apparet ex Empedocle, & alijs, qđ apud 45
C eos est aliquod additum illis causis: & ratiocinatur super hoc ex eo, quod Empedocles attribuit aliqua casu: dixit enim quod congregatio mundi, & eius segregatio fuit ex amicitia, & lite: sed hoc, quod congregatio fit in aliquo tempore proprie, & segregatio in alio dixit esse casu: & similiter attribuit motũ aeris superius in quibusdam temporibus, & non in quibusdam casui: & dicit ẽt quod causa congregationis, ex qua fit caput proprie, & cõgregationis, ex qua fit manus, est casus: & coactus est ad hoc, quoniam, cum posuit causam congregationis amicitiam simpliciter, & non potuit dare causam, propter quam accidit aliqua congregatio, & non alia: & ideo attribuit hoc casui: apparet igitur ex Empedo. ipsum ponere casum esse aliud a suis principijs: ergo oportet ipsum dicere quid sit casus.

Cõgregatio mundi fit secũdũ Empedoclem ex amicitia, & segregatio ex lite. Idẽ 8. phy. cõ. 8.

Sunt autem quidam, qui cœli huius, & mundanorum omniũ causam asserunt esse casum: a casu enim fieri volutationem, & motum discernentem, & statuentem in hunc ordinem omne.

Et quidam alii posuerunt causam istius cœli, & omnium mũdanorum ex se: dixerunt enim quod ex se fuit ex circulo motus, qui distinxit, & constituit totum secundum hunc ordinem.

44 Vult destruere sermonem dicentium quod casus est causa vltima omnium, et incœpit inducere inopinabile contingens istis, & est hoc, quod ponunt causas cœli, & omnium entium casum, & ex se. Et dixit & quidam alij, &c. Deinde induxit illud ex quo contingit hoc, & dixit dicunt enim, &c. id est quoniam, cum posuerunt quod est se, & casu fuit reuolutio corporis cœlestis, & motus, qui largitur alijs entibus ordinem cōtingit eis, vt omnes causæ inueniantur in eis ex casu: quod enim inuenitur ex illo, qđ inuenitur ex casu, inuenit ex casu.

Et multum hoc admiratione dignum est, dicentes animalia quidem, & plantas a fortuna nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellectum esse, aut huiusmodi alteram causam: non enim quādo euenit ex seminæ vnoquoq; aliquid fit, sed ex tali quidem oliua, ex tali aūt homo: cœlum aūt, & diuina omnia manifeste casu fieri, hmōi aūt causam nullam, qualem animalium & plantarum.

Et hoc ipsum est mirabile, scilicet dicere in animalibus, & vegetabilibus ea non fieri, nec moueri casu, sed habent causam, aut naturā, aut intelligentiam, aut aliud similiter: nō enim generatur quodlibet ex quolibet semine, aut spermate, sed ex hoc semine generatur oliua, & ex hoc spermate generatur homo: & dicunt de cœlo, & de corporibus, quæ sunt de genere aliorum corporum diuinorum, ea fieri ex se, & non habere causam omnino, vt animalia, & vegetabilia.

Non quodlibet generatur ex quolibet semine. Idem 8. phy. cō. 46.

45 Cum induxit primum inopinabile contingens eis, induxit aliud, Et dixit & hoc, quod dicūt, valde est mirabile, s. opinari ꝙ animalia, & vegetabilia, & alia, quæ sunt viliora corporibus cœlestibus, non generantur, nec corrumpuntur casu, sed ex causis terminatis, aut natura, aut intelligentia, aut alijs causis, cū appareat quod non quodlibet generetur ex quolibet, & opinari cum hoc de corporibus cœlestibus, quæ sunt principia istorum, & quę eis largiuntur ordinem, et fieri ex se, & non habere causam omnino, quā animalia, & vegetabilia habēt.

Et 2. meth. com. 15. Vide consimile 2. cęli. te. com. 50. Aīalia, & vegetabilia sūt viliora corporibus cœlestibus. pro hoc vide 2. cœ. com. 61. & tex. c. 50.

Et igitur si sic se habet hoc ipsum, dignum est insistere, & bene habet aliquid dicere de hoc ipso: ad id etenim, eo quod aliter inconueniens est, quod dicitur, adhuc inconuenientius est dicere hoc, videntes quidem in cœlo nihil casu fieri, in his autem, quæ non sunt a fortuna, multa contingere a fortuna: & erat merito contrario fieri

Si hoc est ita, exigit per se cōsiderationem, & rectum est loqui de illo aliquantulum. Iste enim sermo, licet sit irrationabilis omnimodo, tamen maximum inopinabile contingit etiam eis ex hoc loco, scilicet ex hoc, quod non inueniunt in cœlo aliquid, quod sit ex se, & inueniunt in eis, quorum generatio non est casu, plura, quæ accidunt casu, & necesse esset contrarium.

46 Quia iste sermo destruit primum principium esse, ideo induxit sermonem in forma significāte qđ necesse est perscrutari de hoc. Et dixit et si hoc est ita, &c. & notificat qđ perscrutari de hoc magis est necessariū, quā perscrutari de natura casus: & dixit & rectū est loqui aliquantulum: quia ista consideratio non est propria huic scientiæ, sicut dixit fingens quod ens est vnum: & quia iste sermo est inopinabilis dixit iste enim sermo licet sit, &c. id est & rectum est loqui cū istis: quoniam, & si sermo eorum est irrationabilis, maxima enim inopinabilia accidunt eis, scilicet quoniam attribuunt omnia, quæ apparent in cœlo,

Cōsideratio asserentium oīa fieri a casu nō est ꝑpria scientię naturali.

A casui, & cum hoc, quod nunquam senserunt, neque sentient aliquid in eis fieri casu: & attribuunt quæ apparent in omnibus, quæ sunt sub cœlo, ordini, & nõ casui, cum hoc, quod plura eorum sunt, quæ fiunt casu & oportet ponentem casum esse principium ponere contrarium.

Sunt aũt quidam, quibus videtur esse quidem causa fortunam, immanifesta autem humano intellectui, tanquam diuinũ quoddam ens, & felicius. Quare considerandum est quid sit vtrũq;, & si idem, aut alterum sit & casus, & fortuna, & quomodo in determinatas causas incidunt.

Et alii existimauerunt quod casus est aliqua causa, sed est subtilior quam vt apprehendatur a mente hominis; quia est res diuina nobilis. Oportet igitur perscrutari de vtroq; quid sit, & vtrum casus, & ex se sint idem, aut diuersa, & quomodo reducuntur ad causas, quas distinguimus.

B Cum notificauit quod quidam negant ipsum esse, & quidam nimium extollũt ipsum, ita quod attribuunt cœlos ei, incœpit inducere tertiam sectam, & sunt illi, qui concedunt ipsum esse, & dicunt quod nullus scit quiditatem eius, sed est res diuina: & tacuit istos, quia iste sermo est irrationabilis, scilicet vt sit hæc causa ignorata naturaliter: & etiam contradictio eorũ est, demonstrando eis quid sit casus: & sermo eius residuus manifestus est per se. 47

Ex hoc sumit qđ nihil est naturaliter ignotum. Idẽ primo de generat. c. 19. & 3. de anima. com. 4.

*Determinat quid sit fortuna secundum veritatem.* *Cap. V.*

PRIMVM quidẽ igitur, quoniã videmus alia quidẽ semper similiter fieri, alia aũt sicut frequẽter, manifestũ est qđ neutri horũ causa fortuna dicitur: neq; quidem ex necessitate, & semper, neq; eius, quod est sicut frequẽter: sed qm̃ quædam fiũt & extra hæc, & omnes dicũt hæc esse a fortuna, manifestũ quod fortuna aliquid sit, & casus: huius. n. a fortuna fieri, & quæ a fortuna huius esse scimus.

C Dicamus igitur primo, quod nos videmus res quasdam esse semper eodẽ modo, & quasdam in maiori parte: manifestũ est igitur qđ casus non dicitur esse causa alicuius istorũ duorũ modorum, & qđ casus non est illud, quod est necessariũ, & semper, nec illud, quod est in maiori parte: sed quia sunt hic aliqua, quæ fiunt extra istos duos modos, & homines dicũt ista fieri casu, manifestũ est quod casus est aliquid, & similiter ex se: scimus enim quod quicquid est tale fit casu, & quicquid fit casu est tale.

PRIMO perscrutatur de natura, quæ inuenitur ex casu: quoniam cum fuerit declaratum hic esse naturã propriã ei, declarabitur ipsum esse, & declarabit post quæ causa est: causata enim sunt notiora apud nos causis: & incœpit diuidere res in aliqua, quæ sunt semper, & alia, quæ sunt in maiori parte, & posuit quod neutrum istorum duorum modorũ fit casu. Et hoc, quod posuit, manifestum est per se: quoniam, cum posuerimus quod non omnia sunt necessaria, sequitur vt quędam sint possibilia: & possibile diuiditur in illud, quod est possibile in maiori parte, & in illud, quod non est possibile in maiori parte: & similiter etiam manifestum est quod illa, quæ fiunt in maiori parte, non dicuntur fieri 48

Idem primo phy. cõ. 3.

Casus non est i necessarijs, neq; in his, q̃ sũt vt in pluribus Idẽ.2. gene. tex. cõ. 39. Op. Themistij,& ratio opi.

casu: si igitur casus,& ex se sit aliquid, necesse est vt sit in rebus, quæ non sunt possibiles in maiori parte:& positio istius sermonis est potentia syllogismi hypothetici,& componitur sic:casus, aut est in rebus necessarijs, aut possibilibus in maiori parte, aut in illis, quæ fiunt in minori parte, sed non inuenitur in necessarijs, neque in possibilibus in maiori parte, ergo necessario inuenitur in eis, quæ sunt in minori parte. Deinde induxit testimonium hominum,& dixit homines dicunt,&c.& ratiocinatur super hoc etiã ex conuersione existente ẽt inter ista: Manifestũ est enim per se, quod illud, quod non est necessarium, neq; possibile in maiori parte fit casu,& quod fit casu non est necessariũ, neq; possibile in maiori parte. Sed ista, quæ non sunt necessaria, neque possibilia in maiori parte, quædam sunt possibilia æqualiter,& quædam in minori parte. Quærendũ igitur, vtrum casus inueniatur in vtroque. Sed, si existimauerimus quod potentia istius sermonis est potentia syllogismi hypothetici diuisiui, necesse est secundum Arist. vt casus sit in vtroq;. Sed posteriores peripathetici, vt narrauit Auicen. dicunt quod casus inuenitur in eis, quæ sunt possibilia in minori parte, non in eis, quæ sunt æqualiter:& hæc est sententia Themistij Auicenna autem dicit quod casus est in vtroque:& narrauit quod illi ratiocinantur super hoc, dicẽtes quod illa, quæ sunt & non sunt æqualiter, cũ attribuuntur potentiæ actiuæ, sunt vt ambulatio,& quies: cum enim aliquis ambulat, nõ dicimus quod ambulatio eius fuerit casu, neque si quieuerit, quod quies eius fuerit casu. Auicenna aũt cõtradixit huic sic: non est impossibile inuenire vnum, quod dicatur esse necessarium in respectu alicuius,& casuale in respectu alterius:& similiter erit possibile in maiori parte in respectu alicuius,& in minori parte in respectu alterius. Et quasi intendit ꝙ ambulatio, si attribuitur potentiæ motiuæ in loco, erit casualis, quia non est in natura istius potentię mouere plusquam quiescere:& si attribuitur ad appetitum, qui facit motum, non erit casualis. Sed, si hoc fuerit, nõ erit hoc contingens vt in paucioribus naturaliter, neque vt in pluribus, neque necessarium, quod est inopinabile. Et manifestum est ꝙ, quando dicimus quod contingit mihi quod comedi cum societate,& hoc est casu, dicitur sine casu, vt me comedere per appetitum: ergo contingens æquale impossibile est vt inueniatur ex eo altera duarum actionum, nisi ex altera causa coniuncta cum eo: quoniã neutra actio est dignior vt sit reliqua:& cum ita sit, actio non inuenitur ex eo, quod est contingens æqualiter, nisi ex aliqua causa extrinseca coniuncta cum eo. Ista igitur causa, si fuerit vt in pluribus, tunc illa actio non dicetur fieri casu, scilicet si prouentus illius actionis ab eo fuerit in maiori parte, erit in pluribus,& si fuerit in minori parte, erit in paucioribus: cum igitur actio prouenit ab aliquo contingente per se,& primo, necessario autem est in minori parte, aut in maiori: a contingẽte aũt æqualiter nulla actio prouenit, secundũ quod est contingẽs æqualiter: quoniã natura eius est natura materiæ, non natura formę. Actiones igitur, quę non sunt necessarię, neque contingentes vt in pluribus, necessario proueniunt in minore parte:& secundũ hoc casus non erit in contingenti ęqualiter, neque etiam Aristo. dimisit vnum modũ actionũ, in quibus inuenitur casus. Et debes scire quod differẽtia inter contingens vt in pluribus,& necessariũ non est quod contingens vt in pluribus habet impedimentum vt in paucioribus,& necessarium non habet impedimentũ, vt dicit Auicenna, secundum enim hęc sequitur, vt omnia sint naturaliter necessario: immo cõtingens vt in pluribus est illud, in cuius natura est possibilitas, vt actio eius deficiat in minori parte:& ideo inuenitur illic impedimentum extrinsecum: necessarium vero, quia non habet hoc in sua natura, ideo non inuenitur impedimentum illi extrinsecum: si ergo non inuenitur impedimentum extrinsecum, contingeret tunc vt possibilitas in illo esset ociosa:& si inuenitur ei quod est necessarium impedimẽtum, tunc esset impedimentum ociosum,& natura nihil agit ociose. Et cum contingentia dicitur de causa agente,& recipiente, perscrutandum est de istis perfecte: dicamus igitur quod prima materia est parata ad recipiendũ duo contraria ęqualiter,& ideo receptio vtriusque contrariorũ est ei naturalis:& similiter apparet de anima concupiscibile, scilicet ipsam esse pręparatam ad actiones contrarias ęqualiter. Istud

Aui. contra Themistiũ.

Auer. contra Auicennam.

A cõtingente ęqualiter nulla actio ꝓuenit, secũdũ ꝙ est cõtingẽs ęqualiter.

Nota quod ex hoc soluitur ratio, Auicen.

A igitur contingens non habet causas agentes contraria ęqualiter in omni tempore. s. illud, ꝙ est naturale, & si non, tunc natura ageret ociose: vnde necesse est vt illę actiones attribuantur agenti, scilicet quod fuit alterum contrariorum ita secundum quod in pluribus non casu, & si esset hic aliquid, quod agit & nō agit ęqualiter, tunc natura ageret ociose: potentia enim ad esse, & non esse esset ęqualis in eo per se: & cum dicimus quod potentia ad esse in prima materia est ęqualis potentię ad non esse, intendimus quod duo contraria inueniuntur in ea in tēporibus ęqualibus oppositis, vt pluuiā esse, & non esse ęqualiter, sed hęc in hyeme, & hęc in ęstate: & causarum alternatio agentium hęc duo contingētia ęqualiter est necesse in temporibus ęqualibus, & actio eorum in causatis est in maiori parte, & sunt corpora cœlestia, & ideo sunt causę eorum, quę sunt, & nō sunt ęqualiter. Apparet igitur ex hoc, ꝙ contingens ęqualiter non inuenitur in potentijs agentibus per se, sed in potentijs passiuis, & in eis, quarum pręparatio ad receptionem duorum contrariorum est ęqualis, siue sit anima, aut nō anima: in potentijs aūt passiuis, quę dignius recipiūt alterū cōtrariorū ꝙ reliquū, nō est contingētia ęqualiter: & tn̄ cōtingens ęqualiter inuenitur in passione, non in actione: non. n. inueniuntur actiones, quę sunt ęqualiter: passiuū enim nō exit ad actum nisi a potentia actiua: & hęc est causa, quare Aristo. dimisit in hoc capitulo contingens ęqualiter: sermo autem dicēs, quod omnia sunt necessaria, nul-
B lus est, & in metaphysica contradicitur.

Prima materia est parata ad reciepiendū duo cōtraria ęqualiter idē 9. me. 17. & 4. cœ. cō. 35 & 2. de genera. 51.

Recapitulatio.

Sermo dicēs ꝙ oīa sunt necessaria nullus est.

Eorum autē, quę fiūt, alia quidē propter hoc fiunt, alia quidē nō. Horum autem, alia quidem secūdum propositum, alia vero non secūdum propositum: ambo autem sunt in his, quæ sunt propter hoc. Quare manifestum est, quoniam in his, quæ sunt præter necessarium, & ꝙ sicut frequenter sunt, quædā circa quæ contingit quod est propter hoc. sunt autem propter hoc, quæcunq; ab intellectu vtiq; aguntur, & quæcunque a natura.

Et postea illa, quæ sunt, quædam propter aliquid, & quædam non: quædam enim sunt per cognitionem, vel voluntatem, & electionē, & quædam non: sed hęc duo collocantur in eis, quæ sunt propter aliquid. Declaratum est igitur ꝙ in eis, quæ sunt extra necessarium, & extra illud, quod est in maiori parte, sunt aliqua, in quibus possibile est inuenire aliquid, quod est propter aliud: & illa, quæ sunt propter aliquid, sunt omnia, quæ facta sunt per cognitionem, & omnia,
C quæ sunt a natura.

**Cum declarauit ꝙ casus, & ex se sunt in rebus, quæ sunt in minori parte,** 49
& illa, quæ sunt in minori parte, quædam sunt a rebus, quæ non sunt propter aliquid, vt actiones, quæ fiunt sine cognitione, vt casus capillorum a confricatione barbę, hoc enim fit in minori parte, & quædam fiunt in minori parte, sed a rebus, quæ sunt propter aliquem finem, sed sequitur ex eis aliud ab illo fine, vt inuentio debitoris in foro, hoc. n. est in minori parte, sed fit ex itinere ad forū, quod fuit propter aliquem finē: & cum hoc fecit incœpit in hoc sermone declarare ꝙ casus, & ex se sunt in rebus, quæ sunt in minori parte, quæ fiunt a rebus, quæ sunt propter aliquam causam, sed errauerunt in illa causa, & fuit inuenta ab eis alia causa, Et dixit & postea, &c. i. postea illa, ex quibus sunt res, quæ sunt in minori parte, quædā sunt propter aliud, & sunt actiones, quædam sunt a cognitione, & volūtate, & quædā sunt nō propter aliud, & sunt actiones ociosæ. D. d. sed hæc duo, &c. i. sed casu, & ex se fiūt ex rebus, quę sunt propter aliquid, ex quibus inuenitur aliud in minori parte. D. d. declaratū est igitur, &c. i. & cū sit declaratum de rebus, quę fiunt in minori parte, ꝙ quædam fiunt ex rebus, quæ sunt propter aliud, & quædam fiunt a rebus, quæ non sunt propter aliquem finem, manifestum est quod in illis, quæ non sunt necessaria, neque contingen-

Cōtinuatio.

Expō tex.

**tia in maiori parte, inueniuntur aliqua, quæ ſunt in minori parte,** quæ fiunt a re-bus, quæ ſunt propter aliquam cauſam. i. propter aliquem finem. Et cũ declarauit ꝙ illa, quæ ſunt in minori parte, ſunt duobus modis: modo ſcilicet qui fit ex aliquo, quod eſt propter aliquem finẽ, & modo, qui fit non per aliquem finem, & ꝙ illa, quæ fiunt propter aliud, ſunt res perfectæ a natura, & a cognitione, incœpit declarare ꝙ in primo modo eſt caſus.

Huiuſmodi igitur, cum ſecundũ accidens fiant, a fortuna dicimus eſſe: ſicut enim & quod eſt, aliud quidem per ſeipſum eſt, aliud aũt ſecundum accidens, ſic & cauſam contingit eſſe: vt domus quidem per ſeipſam cauſa eſſe edificatiua, ſecundum accidens aũt albũ, aut muſicũ. Per ſe quidem igitur cauſa finita eſt, ſecundum accidens aũt infinita: infinita aũt vni accidunt. Sicut igitur dictũ eſt, cum in his, quæ propter hoc fiunt, aliquid fiat, tunc dicitur a caſu, & fortuna.

Cauſę ꝑ ſe ſunt finitæ, ſed cauſæ p accidẽs ſunt infinitæ.

Quod igitur eſt tale, cum fuerit per accidens, dicemus ipſum fieri caſu: & quemadmodum ens quoddam eſt per ſe, & quoddam per accidens, ſimiliter poteſt eſſe cauſa, Verbi gratia, quoniam cauſa eſſentialis domus eſt edificator, accidẽtalis vero muſicus, & cã eſſentialis eſt terminata, accidẽtalis vero nõ terminata: eidẽ.n. poſſunt accidere ĩfinita: & eſt, ſicut diximus, qm̃, quãdo in rebus, quę ſunt ꝓpter aliquid fuerit hoc, quod narrauimus, iã dicit̃ eſſe tunc ex ſe, & caſu.

Et illa, quę ſunt talia ex rebus, quę ſunt propter aliquid, quando ex eis fit aliud per accidẽs, dicitur ꝙ illud fit caſu. D.d. & quẽadmodũ ens quoddã eſt per ſe, &c. i. & quẽadmodũ ens quoddã eſt p ſe, et eſt ſubſtãtia, & quoddã eſt accidis ei, & eſt accidens, ſimiliter eſt de cauſa. ſ. qm̃ cauſa quædam dr̃ cauſa per ſe, vt ædificator domus, et quędã per accidẽs, vt edificator, cui accidit ꝙ fuit muſicus, dr̃ enim ꝙ muſicus eſt cauſa domus p accidẽs, id eſt quia inuenitur in cauſa, quę eſt per ſe. Et differentia inter illud, quod agit caſu, & inter cauſam, quæ eſt per accidens, vt dixerunt expoſitores, eſt, quoniam cauſa, quæ eſt per accidens, vt muſica, aut medicina, non operatur in domum omnino, neque agit in illam, ſed dicitur cauſa per accidens, quia accidit cauſæ agenti, & dicitur illud agens per accidens, quia ex eo fit aliquid per accidens, non illud, propter quod eſt. & eſt illud, quod fit ex eo per ſe. D.d. cauſa autẽ per accidens, &c. cauſa, quæ eſt per accidens, non eſt terminata, cũ poſsibile eſt vt accidant cauſæ, quæ eſt per ſe, plura infinita per accidens: & prædixit hoc, vt notificet poſt quod cauſa agẽs per accidens illud, quod fit ex ipſa, eſt etiam cauſa non terminata: quoniam illa acta, facta per accidẽs, poſſunt fieri a pluribus cauſis diuerſis: inuenire.n. debitorẽ põt eſſe abire ad forum, & ire ad ſcholas, & a pluribus. Deinde dicit, & eſt ſicut diximus, &c & cũ declarata ſunt iſta, & expoſita, manifeſtum eſt quod, cum a rebus agentibus, quæ ſunt propter aliquã actionem, fuerit iſte modus actionis, ſi ex eis per accidens, & ſunt cauſæ eius agentes per accidens, dicuntur ſecundum hunc modum fieri caſu, & ex ſe.

Cauſa ꝑ accidẽs nõ eſt terminata. Idẽ primo huius. c. 44 & 8. phy. 15. & 46.

Ipſorum autẽ differentia horũ adinuicẽ poſterius determinanda. autẽ hoc ſit manifeſtũ, ꝙ vtraq; ſunt in his, quę ſunt propter hoc: vt causa accipiendi argentũ, venit vtiq; delaturus pecuniã, ſi ſciuit: venit aũt nõ huius cauſa, ſed accidit venire, & facere reportandi hoc gratia. Hoc aũt neq; ſicut frequẽter veniens ad villam, neq; ex neceſsitate. Amplius aũt finis eſt reportatio, non in ſeipſo cauſarũ, ſed propoſitorũ, & ab intellectu, & dicitur a fortuna venire. Si aũt proponens, & huius cauſa, aut ſemper veniens, aut ſicut frequẽter reportaturus, non a fortuna.

A Differentia aũt, quæ eſt inter hęc duo in ſe, determinanda eſt poſt: ſed in hoc loco manifeſtũ eſt ꝙ ambo collocanť in eo, quod ẽ ꝑpter aliquid. V.g. quoniã iſte homo iret ad talem locũ, vt acciperet a debitore ſuam pecuniam, ſi ſciret hoc, ſed non propter hoc iuit ad illum locũ, itio eius ad illũ locũ propter hoc, quod accipiet ſuam pecuniã, fuit accidens: & hoc erit, quando itio eius ad illũ locũ, non fuerit cõſueta ei, neq; neceſſaria: & finis.i. accipere pecuniam non eſt ex cauſis, quæ ſunt in ipſa natura rei, ſed ex cauſis, quę ſunt ſine volũtate, & ſine cognitione, & tũc dicitur ꝙ cõtingũt caſu: ſi igitur fuerit per voluntatẽ, & itio illic fuerit propter hoc ſemper aut in maiori parte, tũc accipere pecuniam non erit caſu.

Differentia autem inter hæc duo. i. inter caſum, & ex ſe. D. d. in hoc autẽ loco, 51 ideſt quod declaratum eſt ex eis eſt, quoniam collocantur in cauſis, quæ ſunt propter aliquid. ſ. agentibus: hoc enim ita ſe habet ad illa, ſicut genus, & illud, quod habet ſe ad illam, ſicut differentia eſt, vt ſint cauſæ agentes per accidens. D. induxit exemplum, & dixit. V.g. &c. i. & cauſæ agẽtes, quæ ſunt propter aliquid B eſſe cauſas alicuius per accidens, & ſunt illa, quæ dicuntur caſu. & ſunt, ſicut, ſi aliquis homo habet debitorem, & eſt in aliquo loco, quem neſcit eſſe ibi: & ſi ſciret, tunc iret ad illum: accidit igitur illi homini tẽdere ad illum locũ ad faciẽdum aliud, cuius conſuetudo fuit vt fieret in illo loco: iſtæ igitur homo, quando tenderit ad illum locum, & inuenerit ſuum debitorem in illo, & acceperit pecuniam ab eo, dicetur ꝙ inuentio eius fuit caſu: & manifeſtũ eſt ꝙ, cum exiuit ad illum locũ, non intendebat accipere pecuniam: exitus igitur eius ad illum locũ fuit cauſa acceptionis pecunię per accidens, cum voluntas eius non intendebat accipere illam pecuniam: & hoc intendebat, cum dixit non eſt ex cauſis, quæ ſunt in ipſa natura rei, id eſt in natura exitus ad illum locum, cum non ſit cõſuetudo, ad inueniendum debitorem illic: ſed eſt cauſa per accidens, cum non cogitabat, neque intendebat illud: & tunc dicitur quod acceptio pecuniæ eſt per accidens: ſi autẽ itio eius ad illum locum fuit ad hoc, vt inueniret ſuum debitorem in illo loco, quia debitor eſt aſſuetus inueniri illic, aut ſemper, aut in maiori parte, & inuenit illum, tunc itio erit cauſa acceptionis pecuniæ per ſe: & nullus dicit quod acceptio pecuniæ fuit per accidens: & hoc intendebat, cum dixit ſi igitur fuerit per voluntatẽ, &c. i. ſi igitur itio eius ad illum locum fuit per voluntatem ad accipiendum illic pecuniam a debitore, quia conſuetudo eſt vt illic ac- C cipiatur pecunia ab eo ſemper, aut in maiori parte, & iuerit, & acceperit pecuniam ab eo, tunc non dicetur quod acceptio pecuniæ fuit per accidens: & cauſa vtriuſque eſt vna, & eſt itio: cauſæ igitur agentes collocantur in caſu, & ex anima, cum fuerint cauſæ alicuius per accidens.

Manifeſtũ itaq; quod fortuna cauſa ſit ſecũdum accidens in his, quæ in minori ſunt ſecundũ propoſitũ, eorũ, quæ propter hoc ſunt: vnde circa idem, & intellectus, & fortuna eſt: propoſitũ enim non ſine intellectu eſt.

Quid ſit fortuna.

Circa idem & itellectus, & fortuna verſatur.

Declaratũ eſt igitur quod caſus eſt cauſa per accidens in rebus, quæ ſunt volũtariæ, & ex eis, quę ſunt propter aliquid: & ideo cognitio, & caſus ſunt in eodem: volũtas. n. non eſt ſine cognitione.

Hæc eſt definitio caſus, ſecundum quod apparuit ex ſermone prædicto: & dixit quod eſt cauſa per accidens, vt diſtinguat inter illud, & cauſam eſſentialem: 52 & cum dixit in rebus, quæ ſunt voluntarię, intendit in rebus paucioribus, quæ ſunt voluntariæ, & eſt differẽtia qua diſtinguitur ſubiectum caſus ab eo, in quo non contingit caſus: &, cum dixit ex eis, quæ ſunt propter aliquid, diſtinguit in-

ter ipsum,& actiones ociosas.per has igitur tres differentias perficitur diffinitio casus:& contentus est ad dicendum illa,quæ sunt voluntariæ, vt distinguat casum ab eo,quod fit ex se:& forte tacuit hoc,quia notum est q̃ illud,quod fit ex natura,in hoc est,sicut illud,quod fit ex voluntate. Deinde dixit & ideo cognitio,& casus sunt in eodem.i.& quia casus est causa per accidens in rebus, quæ sunt a voluntate,& propter aliquid,ideo subiectum casus,& cognitionis est idē: quoniam subiectum casus,& voluntatis est idem: & voluntas non est extra cognitionem, & similiter intelligendum de natura.s. q̃ subiectum casus, & rerum intentarum in eis est idem.

Volūtas nō est extra cognitionem. idē.12. met. com.39.

Infinitas quidem igitur causas necesse est esse, a quibus vtiq; fiat quod est a fortuna. vnde videtur fortuna infinita esse, & immanifesta homini:& est,vt nihil a fortuna videbitur vtique fieri.omnia quidem enim hęc recte dicunt.quoniam rationabiliter:est quidem enim vt fit a fortuna,secundum accidens enim fit.

Et causæ,ex quibus est illud,quod est casu, necesse est vt sint non terminatæ,& ideo existimatur quod casus etiam est nō terminatus, neque manifestus homini:& quodammodo rectū est existimari quod nihil fit casu:quoniam omnes isti sermones,quia sunt recti, sunt necessarii in illo.est enim hic modus latens eius,quod fit casu, & quoniam non fit,nisi per accidens.

53 Et causæ,quæ sunt casu,non sunt terminatæ,quia sunt causæ per accidens, & vt in paucioribus:& intendebat per hoc notificare quod cognitio non continet casum,& quod nulla scientia speculatiua perscrutatur de illo, cum nullum ens intentum naturaliter proueniat ex eo,& entia,quæ sunt ab eo, non possunt habere causas terminatas.deinde.d.necesse est vt non sint terminatæ.i. in se.i.extra mentem,cum non sint causæ vt in pluribus,sed in paucioribus eorum, quę fiunt ex eis. D.d.& ideo existimatur,&c.i.quod scientia eius est nō terminata apud nos:quoniam ex eo,quod in se est,non terminata,ideo scientia eius est non terminata. Deinde.d.& rectum est quodam modo existimatur, &c. propter latentiam sue naturæ existimatur ipsum non esse,& causa latentiæ eius est per accidens,& quod est per accidens est in minori parte: & quod est in minori parte existimatur non esse:& hoc intendebat,cum dixit est enim hic modus &c.

Nulla scientia speculatiua perscrutatur de ente p accidens. idē.6.me,t. com.4.

Et est causa,sicut accidens,fortuna, vt autem simpliciter nullius: vt domus edificator quidem causa est, secundum accidens autē tubicen.& venientem referendi argentum, non huius causa veniētem, infinitæ sunt moltitudine.etenim videtur aliquid volens & persequens,& fugiens,& visurus.

Casus igitur est causa secundum q̃ est accidēs, simpliciter autem non est causa alicuius omnino,Verbi gratia, quoniam causa domus est ędificator per se,per accidens vero musicus: & hominem ire ad aliquem locum, donec apprehendat pecuniam, absque eo, q̃ propter illam pecuniam iuit ad illum locum, habet causas infinitas, verbi gratia,velle inuenire illic aliquem amicum,aut quęrere fugientē, aut fugere quærentem.

54 Quod casus est causa agens per accidens, & non simpliciter. causa.n.essentialis est vna eius,cuius est causa,causæ autem per accidēs sunt infinitæ, Verbi gratia,quoniam causa domus per se est edificator, per accidens vero sunt infinitæ, Verbi gratia,musicus,& medicus:& similiter causæ casus sunt infinitæ,ire enim

Causa essentialis ē vna eius, cuius

A ad aliquem locum, vbi contingit inuenire debitorem, a quo apprehenditur pecunia, habet causas infinitas. vadit enim illuc propter causas diuersas, Verbi gratia, ad quærendum aliquem amicum, aut fugiendum aliquem inimicum. Et iste sermo est quasi in prima figura: & vna propositio eius est, quod illud quod est casu habet causas infinitas: secunda autem, quod causæ infinitæ collocantur in causis, quæ sunt per accidens: & concluditur quod casus est causa per accidēs. Exēplum igitur, quod induxit de domo, & ædificatore, induxit ad verificandū maiorem propositionem, & exemplum, quod induxit de debitore, induxit ad verificandum minorem.

est causa, sed causę per accidē, sunt infinitę.

Et dicere aliquid extra rationem fortunam, recte est. ratio. n. est aut eorum, quæ semper sunt, aut eorum, quę sicut frequenter: fortuna autem est in his, quæ præter hæc. Quare, quoniam infinitæ quæ sic causæ sunt, & fortuna infinita est. Tamen etiam in quibusdam dubitabit vtique aliquis, nunquid igitur contingentia causæ vtique fiant fortunæ, vt sanitatis spiritus, & æstus, sed non depilari. sunt autem vt sanitatis aliæ, aliis proximiores, quæ sunt secundum accidens causarum.

B

Cum igitur causæ, quæ sunt secundum hunc modum, sunt non terminatæ, casus etiam est non terminatus: sed homo dubitat in vnaquaque earum, vtrum causæ casus sunt quęcunque causæ sint ex eis, ex quibus sit aliquid casu, Verbi gratia, quod causa sanitatis fuit aduentus venti, & solis, non euacuatio: causę enim, quæ sunt per accidens, quędam sunt propinquiores quibusdam rebus.

Hoc, quod dicit, manifestum est per se, quoniam, cum causæ fuerint non terminatæ, causa tum etiam erit non terminatū, sed, licet homo concedat quod causæ casus sunt non terminatę, & dubitat in causis vniuscuiusque eorum, quæ fiunt, quæ eorum attribuitur casui, & quæ non: quoniam, quia causæ casus sunt causæ per accidens, & causę, quę sunt per accidens, quædam sunt propinquę, & quędam remotę autem magis sunt de capitulo accidentis, quam propinquę, & magis sunt propinquę de eo, quod est per se, ideo considerans reuoluit se in istis causis. Cum autem differentia fuerit manifesta in eis, non reuoluetur, scilicet inter causam essentialem, & accidentalem, vt cum dicimus quod causa sanitatis casualis est aduentus venti, & solis, non euacuatio: manifestum est enim quod aduentus venti est causa sanitatis per accidens, euacuatio autem per se: exēplum igitur, quod induxit, non est de causis, quæ faciunt dubitare de casu, sed de eis, quæ non faciunt dubitare, & induxit exemplum loco secundi modi, & quasi dicat. & causarum in quibusdam dubitatur, & non possunt distingui illę, quę sunt casu ab illis, quę sunt per se, & quędam non, vt cum dicitur quod causa sanitatis fuit aduentus venti, & solis, non euacuatio. D. induxit causam dubitationis accidentis in istis causis, & dixit causę enim quę sunt per accidens, &c. hoc est ita: quoniam, cum in quolibet genere sunt aliqua nota naturaliter, & aliqua ignota, & casus est vnum generum entium, accidit in eo etiam tale accidens, scilicet quoniam in eo est, quod est manifestum per seipsum esse causam, & quod non est manifestum per se. Themistius vero exponit hoc capitulum ita, ꝙ intendebat notificare quod causę casus quędam sunt propinquę, & quedā remotę, & quod hoc intendebat per exemplum, vt cum dicitur quod causa sanitatis fuit aduentus venti, &c. quasi intendit quod alterum istorum est propinquius reliquo. Et in quibusdam libris inuenimus non abradere caput: & secundum hoc intendit quod causę remotę, quę sunt per accidens, non numerantur in causis casus: abradere enim caput est causa casualis remota: sol autem, & ventus est causa propinqua. 55

C

Fortuna autem bona quidem dicitur, cum bonū aliquid euenit: praua aūt, cum prauum aliquid. Eufortunium autem, & disfortuniū est, cū magnitudine habentia sunt hæc: vnde, & secus paruū malum, aut bonū accipere magnum vt discontingere, aut eucontingere est: quoniam sicut est, dicit intellectus. quod enim est parū, tanquā nihil distare videtur. Amplius aūt incertum eufortuniū rationabiliter est. fortuna enim incerta est: neque enim vt semper, neque vt frequenter, possibile est, quæ sunt a fortuna, nihil. A

Id, quod parū est, nihil distare videtur.

Et dicitur quod casus est bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & dicitur quod est malus, quando finis eius fuit illaudabilis, & dicitur bonitas casus, & malitia casus, quando isti fines fuerint maximi: & ideo qui fere venit ad maximum malum aut maximū bonū, dicitur fortunati casus, aut infortunati. Intellectus enim profert res secundū quod sunt, aut fere. illud enim, quod diminuitur, quasi nihil est: sed fortunitas casus est res non certa. quod enim fit casu nō est semper, neq; in maiori parte. B

56 Et dicitur quod casus est bonus, cum finis eius fuerit laudabilis, & econtra bonitas autem casus est, quando illud laudabile fuerit maximum; & similiter malitia casus dicitur, quando illud illaudabile fuerit maximum. Et quasi intendit ꝙ bonitas, & malitia casus vsitantur, quando casus fuit maximus, magis ꝙ vsitantur bonus casus, & malus casus: & forte hoc est in vsu hominum. D. d. & ideo qui fere venit, & c. i. & propter hoc, quod diximus, quod malitia, & bonitas casus dicitur in maximis casibus. ideo dicuntur in eo, qui fere venit ad maximum malum, & euadit ab ipso, quod est fortunati casus, & qui fere venit ad maximum bonum, & non attingit ipsum, dicitur ꝙ est mali casus; illud enim, quod est propinquū ad habendū, & existimatur omnino haberi, est apud intellectum quasi habitum. & hoc intendebat, cum dixit intellectus enim, & c. i. & homines tenent illa, quæ sunt propinqua ad habendū, quasi habita, quia intellectus profert res, secundū ꝙ sunt in se. sed forte diminuit in aliquo modico, & existimatur quod non diminuit in aliquo, sicut accidit in istis rebus, quæ sunt propinquæ ad esse, deinde impediuntur a casu. intellectus enim ponit eas quasi existentes. Et induxit totum hoc ad demonstrandum ꝙ non dicunt malitiam, & bonitatē casus, nisi de finibus existentibus in actu, aut de illis, quæ sunt quasi existentes in actu. D. dixit sed fortunitas casus est non certa res, & dixit hoc, ne homo decipiatur in sua vita humana ex hoc, quod accidit ei de bonitate casus. C

*Determinat in quo differunt casus, & fortuna. Cap. VI.*

SVNT quidem igitur ambo causę, quemadmodū dictum est, secundū accidens, & fortuna, & casus, in contingentibus fieri neq; simpliciter, neq; sicut frequenter: & eorum, quæcūq; vtique fiunt propter aliquid. Differūt autē quoniam casus in amplius est: quod enim est a fortuna, est a casu: hoc aūt non omnis a fortuna est. fortuna quidē enim, & quod a fortuna est, quibuscūq; est eucontingere vtiq; inerit, & omnino actus est.

Casus igitur, & ex se ambo sunt causę per se accidens in rebus contingentibus non simpliciter, neq; vt in pluribus, & istorū in eis, quæ sunt propter aliquid. Sed differunt, quoniam ex se dicitur de

pluribus

A pluribus eis, de quibus dicitur casus. omne enim, quod est casu, ex se est, & non omne, quod est ex se, est casu, casus enim, & illud, quod est casu, inueniuntur in rebus, in quibus potest contingere bonitas casus, & vniuersaliter in rebus, quæ possunt operari.

Cum declarauit naturam cōem casus & eius quod est ex se, incœpit dare differentiam inter illa, & primo dedit definitionem continentem illa, Et dixit casus igitur, & ex anima, &c. id est & intendit per cōtingentia etiam & per hoc, quod dixit non simpliciter, id est non illa, quæ sunt necessaria, neq; illa, q̄ sunt in maiori parte, sed in eis, quæ sunt neq; necessaria, neq; vt in pluribus, & ex istis etiam eis, quæ sunt propter aliquid. Deinde dixit sed differunt, &c. id est & ex se dicitur magis generale quam casus, omne enim quod est casu, dicitur esse ex se, & omne, quod est ex se, non dicitur esse casu, sed non secundum illud ꝙ significat illud quod est ex se, est quasi genus eius, quod est casu, sed ex se, & casus in rei veritate sunt duæ species, quarum altera est in rebus voluntarijs, & secunda in rebus naturalibus: sed vtitur vno nominum istarum duarum specierum cōiter, & proprie, & ex se: quando igitur significat casum in rebus naturalibus tantum, & quandoq; significat casum in rebus naturalibus, & volūtarijs: B casus autem non significat nisi illud, quod fit in rebus voluntarijs tantum. Deinde dixit casus enim, &c. casus enim significat illa, in quibus casus potest dici bonus & sunt vniuersaliter res operatiuæ. 57

Vnde necesse est circa practicam esse fortunam. Signum autē est, quod videtur idem esse fœlicitati, aut prope. fœlicitas enim praxis quædam est, eupraxia enim est: quare quibuscunq; non cōtingit agere, neq; a fortuna aliquid facere.

*Fœlicitas quędam praxis est.*

Et ideo necesse est, vt casus sit ex rebus, quæ fiunt. Et signū eius est, qm̄ existimatur quod bonitas casus, & fortunitas maximorū est aliqua operatio: crescit enim in operatione: ex quo sequitur, vt quicquid non intendit operationē, impossibile est vt faciat aliquid casu.

Et quia bonitas casus inuenitur in rebus voluntarijs, necesse est vt casus sit in rebus voluntarijs, non naturalibus. Deinde dixit & signum eius est, quia existimatur, &c. id est & signum eius, quod bonitas casus est in rebus operatiuis, est qm̄ bonitas casus est fortunitas eorum, qui maximam habent fortunitatem. fortunitas autem non est nisi in actionibus. nihil enim aliud est nisi actiones finium laudabilium. & hoc intendebat cum dixit inuenitur enim in operatione. Et, cum declarauit quod bonitas casus est fortunitas: & fortunitas non inuenitur nisi in homine: ergo casus nō inuenitur nisi in actionibus hominis voluntarijs tm̄. & ideo dixit post: ex quo sequitur, &c. id est cū posuerimus quod casus inuenitur in rebus voluntarijs, sequitur vt omnia, quæ non habent voluntatem, neq; intentionem, vt non habeant casum. 58

C

*Fortunitas non est, nisi in actionibus.*

*Idem 2. me. com. 39.*

Et propter hoc, neq; ꝙ inanimatum nihil, neq; infans, neq; bestia quicquā facit a fortuna, quoniam non habent propositum: neq; eufortunium, neq; infortunium inest his, nisi secundum similitudinē: sicut dixit Protarchus eufortunatos esse lapides, ex quibus sunt arę, cum honorentur, copulati autem his conculcantur; pati autē a fortuna inest quodammodo & his, cum agens aliquid circa hæc agat a fortuna; aliter autem non.

*Fortuna nō est in rebus anima carentibus, neque in infantibus, neq; in brutis.*

Et propter hoc nihil agit casu aliquid illud, quod non habet animam, neq; brutum, neq; infans, quoniam non habent electionem,

neq; habent fortunitatem casus, neq; infortunitatem nisi secundum similitudinem, secundum quod dixit Protarchus, quoniam lapides, ex quibus fiunt idola, sunt fortunati, quia sunt gloriosi, & alii lapides incedunt super ipsos; passio enim casus est istius et quodammodo quando aliquod agens egerit aliquid casu: alio vero modo non.

59 Cum declarauit quod casus est in rebus quæ sunt secundum cognitionem, incepit declarare quod sequitur ex hoc, vt casus non inueniatur in aliqua operatione rerum non animatarum, & non habentium cognitionem. Et dixit & propter hoc, &c. id est, & propter hoc, quod declaratum, est, quod casus est in actionibus intentis, manifestum est, quod casus nõ inuenitur in rebus carentibus anima, neq; in animalibus brutis, neq; in infantibus, quia non habent cognitionem. Deinde induxit exemplum, & dixit & in istis non inuenitur casus, quia fortunitas, aut infortunitas non attribuitur alicui istorum, nisi transumptiue, s. secundum passiones contingentes eis ex habentibus voluntatem, vt accidit quibusdam lapidibus, vt fiant idola glorificata, aut altaria; & hoc intendebat, cum dixit passio autem est casus istorum, id est, quoniam nõ habent casum in actione, sed in passione, sed actiones eorum; quorum actionibus accidit casus; & sunt habentes voluntatem.

Sed casus est in aliis animalibus, & inanimatis: Vt equus casu venit, quoniam saluatus est quidem veniens, non salutis autem causa venit: & tripoda casu cecidit: stat quidem enim causa sedendi, sed non causa sedendi cecidit.

Ex se aũt est in aliis animalibus, etiam in pluribus carentibus anima, Verbi gratia, quoniam dicimus quod equus venit ex se, & saluatur ex suo aduentu, sed aduentus eius ad nos non fuit propter suam salutem; & dicimus quod scamnum habens pedes cecidit ex se super suos pedes, ita vt sit aptum, vt sedeat quis super ipsum, sed cadere non fuit, vt quis sederet super ipsum.

60 Vult narrare quod ex se inuenitur in operationibus carentium voluntate; accidit equo, quem cœpit inimicus, qui euasit ad nos, & fugit ad nos propter consuetudinem, & accidit ei saluari ex se; dicimus enim quod iste equus saluatur ex se, quia non intendebat per suum aduentum salutem; & similiter, quando accidit vt cadat scamnum super suos pedes, ita quod sit aptum vt sedeatur super ipsum: dicimus enim quod ipsum cadere super pedes fuit ex se.

Casus est inopinatæ rei euentus.

Quare manifestum est, quod in his, quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum non accidentis causa fiunt, quorum extra est causa, tunc a casu dicimus: a fortuna aũt eorum, quæcunq; a casu fiunt propositorum in habentibus propositum.

Manifestum est igitur ex hoc quod illa, quæ sunt simpliciter, & propter aliquid, cum non fuerit propter aliquid illud, quod accidit eis ex causa extrinseca dicitur esse ex se, & quod ex istis, quæ fiunt ex se, fiunt ex habentibus voluntatem, & per voluntatem, dicitur esse casu.

61 Et, cum ex se est causa per accidens, & est ex causis, quæ sunt propter aliquid, manifestum est quod illa, quæ sunt propter aliquid simpliciter, quando ex eis nõ fuerit illud, propter quod fuerint, sed ex eis fuerit aliquid, quod innatum est prouenire ab alijs extrinsecus essentialiter, manifestum est quod illa dicũtur fieri ex

A se; &, si ista fuerint actiones habentium cognitionem, & proueniunt ex cognitione dicuntur proprie casus; &, si fuerint actiones non habentium cognitionē, & proueniunt ex habentibus cognitionem, sed non ex cognitione, dicuntur cōmuniter ex se. Et, cum dixit quæ sunt simpliciter propter aliquid, intendebat quæ in sua natura, & sua substantia sunt propter aliquid, nō scdm quid; & quasi intendit hic per simpliciter communitatem, & vniuersitatem. Deinde dicit cum non fuerint propter aliquid, id est cum non sequitur illud, propter quod fuerint. D. d quod aūt accidit, &c. id est, quod aūt fit ex talibus, ex eis, quorum causæ essentiales sunt extrinsecæ, illud dicitur fieri ex se, cum non inuenitur a causis, a quibus innatum est inueniri, sed a rebus, a quibus non est inueniri innatum; & secundum hoc dicimus in istis causis, quod sunt ex se.

Signum aūt est quod vanum est: quoniam dicitur, cum non fiat quod propter aliud illius causa: vt ambulare, depositionis causa est, si vero non fiat ambulanti: frustra dicimus ambulasse, & ambulatio vana, tanquam hoc sit frustra quod aptum natum est alterius causa, cum non includat illud, cuius causa erat aptum natum: qm̄ si aliquis B se balneatum dicat frustra, quia non defecit sol, derisio vtiq; erit: nō enim erat hoc propter illud. — Quid frustra sit.

Et signum eius, quod diximus est, quod dicitur aliquid esse ociosum, quando aliquid, quod est propter aliud, non est propter illud aliud. V. g. qm̄, si homo ambulat ad laxandū ventrem, & nō laxatur, dicitur q̄ ambulauerit ociose, & q̄ eius ambulatio fuit ociosa; hoc enim est ociosum, scilicet vt illud, quod innatum est peruenire ad aliud, non perueniat ad illud, propter q̄ fuit: qm̄, si aliquis dixerit q̄ introitus in balneū fuerit ociosus, quia sol nō eclipsatur, sermo eius erit risibilis: qm̄ hoc non fuit propter illud.

Et signum quod illud, quod est ex se, inuenitur a rebus, quæ non sunt innatę vt ab eis inueniatur illud quod attribuitur casus, qm̄ ab eis inuenitur aliud casu, in loco finis intentæ, est, quoniam ista dicuntur fieri ociose; ociosum enim dicitur in rebus, quæ sunt propter aliud, sed ab eis non inuenitur illud, Verbi gratia, quando homo ambulat ad laxandum ventrem, & non laxat; tunc enim dici C tur quod eius ambulatio fuit ociosa: illa autem, quæ non sunt propter aliqua cum non sequuntur se adinuicem, non dicuntur fieri ociose; si enim aliquis dixerit quod introitus balnei fuerit ociosus, quia sol non eclipsatur, esset derisibilis; eclipsis enim non sequitur introitum balnei. Et, cum declarauit quod ociosa est illa causa, a qua non inuenitur eius finis, & vult concludere ex hoc, quod ex se inuenitur a talibus causis, induxit minorem propositionem, & est, quod ex se est frustra. 62

Si igitur casus iuxta nomen est, cū ipsum frustra fiat; cecidit enim non percutiendi causa lapis: a casu igitur quod automatū cecidit lapis, quia cadit vtiq; aliquando a quodam, & percutiendi causa.

Et similiter est de automato, id est, ex se, quoniam scdm suum nomen non est, nisi quando fuerit automatum, id est, quando res fuerint frustra, V. g. quoniam, si lapis ceciderit, & interfecerit, tunc ipsum cadere non fuit ad interficiendum: ex se igitur cecidit adeo, q̄ interfecit, quoniam possibile esset vt aliquis proiiceret ipsum, & intendisset propter ipsum interficere.

63 Dicit: & similiter est de automato.i.ex se, & intendit q̃m est frustra; hoc enim nomen deriuatur apud eos ab hoc aduerbio frustra, & dicunt; q̃m ex se est fru- stra; & illud, quod est frustra, est illud, cuius finis non est ab eo; ergo ex se fit in rebus, ex quibus non inuenitur earum finis. Deinde induxit exemplum, quod declarauit quod illud, quod fit ex se, innatum est inueniri per se ab alijs, & di- xit. V.g. quoniam, si lapis ceciderit, & interfecerit hominem, hoc erit ex se, quia lapis per suum descensum ad inferius non est innatum interficere hominem; er- go hoc fuit ab alio, a quo non est innatum fieri; est enim innatum fieri a lapide, si aliquis homo proiecerit lapidem ad interficiendum alium hominem. Et de- bes scire quod res fiunt frustra, quando ex eis non inuenitur aliquid. & tunc di- cuntur frustra in rei veritate; & quandoque inuenitur ex eis aliquid, sed nõ fit propter illud, & hoc est illud, quod deriuatur ab hoc aduerbio frustra in idio- mate græcorum.

Maxime autem separatum est a fortuna in his, quæ natura fiunt: cum enim fiat aliquid extra naturam, tunc non a fortuna, sed magis ab eo, quod per se frustra est, factum esse dicimus. Est aũt & hoc alte- rum: huius quidem enim exterius est causa, illius vero interius. B

Et hoc magis differt ab eo, quod est casu in rebus, quæ sunt per na- turam: cum enim fuerit in cursu extra naturam, tunc non diceretur esse casu, sed dignius diceretur ex se: sed hæc est alia intentio natu- ræ ab illa: illud enim causa eius est extrinseca, hoc autem causa eius est intrinseca.

64 Et diuersitas eius, quod est ex se, ab eo quod est casu, magis apparet in rebus naturalibus, scilicet quod hoc magis apparet in naturalibus, quam in habenti- bus animas irrationabiles; naturalia enim, quando currunt extra naturam, vt ge- neratur homo habens sex digitos, nõ dicimus quod accidit casu, sed ex se. D.d. sed hic est alius modus naturæ; causa enim illius est extrinsecus, & hominem generari cum sex digitis est ex materia.

QVID igitur sit per se frustra, & quid fortuna dictũ est, & quid abinuicem differant. Sed modorum causarum, in quibus est vnde principium motus, vtrumq; ipsorum est, aut enim eorum, quæ sunt a natura causa aliqua est, aut eorum, quæ sunt ab intellectu causa semper est: sed eorum multitu- do indeterminata est. C

Ex hoc habetur quod natura, & itellectus sũt effectiua omnium eorũ, quæ cõstãt.

Iam narrauimus ex se, quid sit, & casus, & in quo differunt; & vtrumq; collocatur ex modo, secundum quem dicitur causa in mo- do continente illud, ex quo est principium motus; illud enim, quod est per naturã, aut per cognitionem semper est causa: sed numerus isto- rum non est numerabilis, neq; determinatus.

65 INcludit hic illa, quæ iam declarauit de casu, ex se, & dixit iam igitur narraui- mus, id est, cõiter, in quo differunt, id est, secundum vocem, & secundum rem, & est declaratum quod vtrumq: collocatur de speciebus causarum sub spe- cie, quæ est illud, ex quo est principium motus, & est causa mouens, & agens. D.d. quod enim fit per naturam, &c. id est, & hoc est ita, q̃m omne, ꝙ fit casu, fit aut a causa naturali, aut a causa voluntaria, cum non sit hic tertia causa agens alia ab istis duabus causis. Deinde dicit sed ista sunt innumerabilia, & non ter- minata, id est, sed causæ rei, quæ fit casu, licet sint ex causis agentibus, tñ sunt non terminatæ, & innumerabiles, quia casus fit ex eis per accidens, & nõ sunt

A innatæ vt sequaẽ ab eis, nisi illud, quod impeditur a casu, & est actio perueniens a natura per se, aut a cognitione.

Quoniam autem sunt casus, & fortuna causæ eorum, quorũ vtiq; aut intellectus fiat causa, aut natura, cum secundum accidens causa aliqua fiat horum ipsorum, nihil autem secũdum accidens prius est his, quæ sunt per se, manifestum est ꝙ neq; per accidẽs prius est his, quæ sunt per se, manifestum est ꝙ neq; per accidens causa prior est ea, quæ est per se.

Nihil p accidens prius est his, quæ sunt per se idem 4. me. com, 14. Et pri. cœli 14. & 4. physi. 43.

Et, quia ex se, & casus, sunt duæ causæ rerum, quarum causæ sunt intellectus, & natura, & est causa illarum earundem rerum per accidens, & nihil, quod est per accidens, est prius illo, quod est per se, ita quod sit hoc etiam necessarium in causa, manifestum est quod causa per accidens non præcedit causam per se.

Quia casus, & ex se sunt duæ causæ, scilicet natura, & intellectus, & natura, 66
B & intellectus sunt causæ duæ hoc modo, scilicet secundum quod dicuntur causæ casus per accidens, & nihil quod est per accidens, est prius illo, quod est per se, manifestum est quod causa; quæ est per accidẽs, non est prior causa, q̃ est p se.

Posterior itaq; est casus, & fortuna intellectu, & natura. quare si quam maxime cœli causa est casus, necesse est prius causam intellectum, & naturam esse, & aliorum multorum, & huius omnis.

Ex se igitur, & casus sunt posteriores ab intellectu, & natura: ex quo sequitur si causa cœli proprie est ex se, vt necessario intellectus, & natura sint duæ causæ prius cœli, & aliarum rerum.

Cum declarauit quod ex se, & casus sunt posteriores in hoc, ꝙ sunt causæ ab intellectu, & natura, & dixit ex quo sequitur, si intellectus, & natura sunt duæ causæ, secundum quas casus, & ex se, vt prius sint causę cœli per se, & aliarum prius quam cœli: & totum hoc est impossibile. 67

*Determinat quod causæ non sunt plures quam quæ sæpius dictæ sunt, & quod physicus ex omnibus causis demonstrat.* *Cap. VII.*

C QVAE autẽ sunt causæ, & quod tot sunt numero, quot diximus, manifestũ est: tot enim secundum numerum propter quid comprehendit: aut enim in quod quid est reducitur propter quid vltimũ in immobilibus, vt in mathematicis: in definitione enim recti, aut commensurati, aut alius cuiusdam reducitur vltimum.

Et manifestum est quod hæ sunt causæ existẽtes, & quod sunt tot, quot diximus. quæstio enim per quare continet istũ numerũ. quare enim aut reducitur ad quid est res, & est vltimũ eorum, ad quæ reducitur in rebus immobilibus. V. g. in mathematicis; non enim reducũtur nisi ad definitionem recti, aut simetri, aut ad aliud ab istis.

CVM posuit prius quod genera causarũ sunt quatuor, & notificauit quod casus, & fortuna non sunt aliæ causæ ab illis, & quod collocantur in genere, quod est mouens, s. in eo, quod est per accidens, nõ per se, reuersus est ad 68

certificandũ causas esse quatuor, Et dixit & manifestũ est, &c.i.& declarauit quod hic sunt causæ existentes, & sunt tot, quot diximus: quęrere enim per hãc coniunctionem, quare, non vsitatur nisi istis quatuor modis, non in pluribus; & quod vr̃ continet interrogatio istum numerum: &, cũ narrauit hoc dixit, quare enim aut reducitur, &c.i. interrogare enim per quare, aut respõdere ei est, aut per quid est, s. per causam formalẽ. ista enim causa est vltimũ eorum, ad quę peruenit interrogatio per quare, in rebus immobilibus, & apud illam, cessat q̃stio, & responsio. Et intendit per res immobiles ea, quæ sunt in materia secundum esse, non aũt scd̃m definitionem, sicut est definitio in mathematicis: ista enim cõsiderant de formis, & ideo causæ in eis sunt scd̃m formam: & deinde induxit exemplum de mathematicis, & dixit. V.g. &c.i. V.g. quę stiones accidentes in mathematicis, quoniam oẽs reducuntur ad definitionẽ, vt ad definitionem simetri, & asimetri, aut recti, aut circularis, aut aliud ab istis.

Aut in mouentem primũ: Vt propter quid certauerunt? q̃m furati sunt: aut alicuius gratia? vt dominentur: aut in his, quæ fiunt, materia: quod quidem igitur causæ hæ, & tot sint manifestũ est.

Aut reducitur ad primũ motorem. V.g. quare pugnant: dicetur, quia depredabantur: aut reducitur ad illud propter quid. V.g. vt regnarent: aut reducitur in rebus generabilibus ad materiam: apparet igitur quod causæ sunt quatuor, & quot sunt. B

69 Hoc, quod dixit, manifestũ est per se, & est declaratio ad confirmandum per syllogismum dialecticũ: dialecticus enim ponit quod interrogatio per quare reducitur ad istas quatuor causas, ita quod hoc est manifestum per se. Et sermo componitur sic; causæ sunt illæ, quæ inducuntur ad quare. Et illa, quæ inducuntur in responsione ad quare, sunt quatuor. Ergo causæ sunt quatuor. Et exemplum responsionis ad quare secundum materiam, cum dicitur, quare corrumpitur animal, est cum dicitur, quia compositum est ex contrarijs.

Tres causæ multotiens coincidunt in idẽ, s. forma, efficiẽs, et finis: ideo efficiens, & materia, nõ coincidunt, nec ẽt materia coincidit cũ alijs causis.

Quoniã aũt causæ quatuor sunt, de omnibus erit physici cognoscere, & in oẽs inducens propter quid demonstrabit physice materiam, speciem mouentem, & quod est cuius causa. Veniunt aũt tres in vnam multotiens quod quidem enim quid est, & quod cuius causa vna est: quod vero vnde motus principium specie eadem est his homo enim hominem generat. C

Et, quia causæ sunt quatuor, oportet naturalẽ scire oẽs, & reducere qõnem per quare ad illas oẽs, & compellere responsionem de eis scd̃m cursum naturalem. s. scd̃m materiam, & formam, & motorẽ, & propter quid. Et multotiens reducuntur tria ad vnũ: quod enim est aliquid est, & etiam illud, propter quid est: & illud, ex quo primo est motus, est forma, & hoc est vnũ: homo enim generat hominem.

70 In quo est materia sunt oẽs causæ.

Quod oportet naturalẽ dare in responsione ad quare oẽs causas quatuor: q̃a in scientia naturali apparet materia, & in quo est materia, sunt oẽs causę. Deinde dixit multotiens reducuntur tria ad vnũ. i. & accidit in scientia naturali vt tres causæ, s. agens, & forma, & finis sint unum scd̃m subiectum, & plures scd̃m definitionẽ: & hoc accidit; q̃m, cum naturalis voluerit reddere causas generationis, non causas generabiliũ, & generatio est ab æquali in specie, V.g. q̃m homo generatur ex homine, ideo generans, & generatum sunt vnum scd̃m formam: & forma generata est finis motus materiæ ab agente, & sic ista forma erit agẽs, & finis, & forma; & quia hoc non est verũ in rebus, quæ nõ generantur ab æquali

A sibi in specie, neq; in finibus rerum generabilium, ideo finis generationis est alia a fine generati, V.g. quoniam finis hominis in generatione est inuenire suam primam perfectionem, & finis eius, secundum quod est ens, ipsum esse in sua vltima perfectione, & ideo dixit & multotiens: & intendit per illa tria, agens, & formam, & finem, sicut diximus.

Et tenetur physicus considerare omnino quæcunq; mota mouent, quæcunq; autem non, non amplius physicę sunt: non enim in seipsis habentia motum, neq; principia motus, mouent, sed immobilia sunt. Vnde tria negotia sunt, hæc quidem circa immobile, alia vero circa mobile quidem, sed incorruptibile, quædam autem circa corruptibilia.

Physicus cõsiderat quęcunq; mota mouent, quęcunque autem nõ, nõ amplius physicę sunt: vide pro hoc cõ. 11. primi huius.

Et vniuersaliter omne, quod, cum mouet, mouetur, quod autem non est ita, non est de scientia naturali. Omne enim, quod est huiusmodi, non mouet, quia in eo est motus, aut principium motus, sed mouet, quia est immobile. Et ideo modi scientiæ sunt tres. Vnus enim considerat de eo, quod mouetur, sed non est corruptibile. Tertius autem considerat de eo, quod non corrumpitur neq; mouetur.

B

Omne, quod cum mouet, mouetur. Quęrunt in eo quatuor causæ, cum sit de scientia naturali: quod autem mouet, sed non mouetur, neq; ex alio neq; ex se, est mouens, & nõ motum: & ista est forma abstracta a materia. Deinde dixit nõ mouet, quia in eo est motus, &c. i. non mouet, quia est motum ab alio, & non est motum ex se. Hoc autem,[a] quod dixit, quod modi scientiæ sunt tres, habet quæstionem. Vnus, n. modorum trium scientiæ est scientia, quæ considerat de rebus mobilibus: & est scientia naturalis. Secundus est, qui considerat de rebus immobilibus, sed sunt in mobilibus: & est in scientia mathematica: mobilia autem corruptibilia, & mobilia incorruptibilia sunt vnius scientiæ: & ideo forte hic non intendit dicere modos artium speculatiuarum, sed dicere modos entium diuersorum, de quorum vnoquoq; oportet dicere per se. ista enim genera, quæ dixit, sunt genera diuersa: & scientia diuina [b] non considerat de rebus abstractis tantum, sed de rebus existentibus, secundum quod existunt. & ideo, [c] cum ens diuiditur secundum considerationem demonstratiuam, intrabit vna natura in duas artes, vt consideratio mathematici, & diuini de numero, & similiter consideratio mathematici, & naturalis in corpore, & linea, & superficie: hic igitur non intendebat diuidere artes, sed dicere genera entium, quę sunt diuersarum naturarum, &, cum considerantur, inueniuntur, sicut dixit, tria. 71

a Consimilẽ diuisionem scientiarum. vide 6. met. tex. com. 2.

b Scientia diuina non cõsiderat de rebus abstractis tantum, sed et de rebus existentibus, secundum quod existunt. oppositum. vide 7. me. 53. ubi dicitur quod de existentibus non est demõstratio, neq; definitio.

c Cum ens diuiditur secundum consideratione demõstratiuã intrabit vna natura in duas artes. cõsimile habetur supra te. com. 18. 72

C

Quare ipsum propter quid in materiam reducenti redditur, in eo quod quid est, & in primum mouens. De generatione autem maxime hoc modo causas considerant, quid post aliquid fiat, aut quid primum fecit, aut quid sustinuit, & sic semper quod consequenter.

Necesse est igitur vt responsio ad quare reducatur ad materiam, & ad quid est, & ad primum motorem. Perscrutari enim de generatione est hoc modo, ita quod consideretur quid est post quid, & quid est primum, quod egit: & quid recipit actionem, & similiter consideratur in sequentibus vnum post aliud semper.

Cum dixit quod naturalis perscrutatur de quatuor causis incœpit perscrutari hęc, & prius de materia, & dicit necesse est igitur, &c. id est & oportet igitur naturalem apud interrogationem per quare: respõdere per materiam & primum motorem: cognitio enim generationis non perficitur, nisi dando has duas causas. V.g. quoniam, cum quærimus scire generationem hominis, primo quærimus ex quo gene

Vide consimile primo de gene. cõ. 14. Idem 1. phy. com. 1. Et 8. meta. com, 12.

ratur, & a quo generať. D.d. ita ꝙ consideremus, &c.i. cũ perscrutati fuerimus in aliquo genere de istis duabus causis, oportet primo perscrutari de primis causis illius entis actiuis, & passiuis. D. postea de alijs causis sc̃dm ordinem, donec perueniat ad causas rei propinquas, s. incipiendo a primo motore, & perueniendo ad vltimum motorem: & sic incipiẽdo a prima materia, & perueniendo ad vltimam materiam, propriam illi enti, de quo perscrutatur: & ideo oportet in hoc libro perscrutari de prima materia, & primo motore. D.d. & qd est primũ, quod egit, &c.i. & incipiemus apud considerationem de istis causis, & ordine earum, a primo agente, & a primo patiente, Deinde descendemus sc̃dm consecutionem, & continuationem, donec perueniamus ad causas propinquas. A

Ex hoc loco patet deũ mouere vt efficiens.

Duplicia autem sunt principia mouentia, quorum alterum non physicum est: non enim habet motus, principiũ in seipso: huius aũt est, si aliquid mouet, quod non mouetur, sicut est quod & pœnitus immobile, & omnium primum.

Prima principia sunt duo, vnũ non naturale, qm̃ in eo nõ est principium motus: & quod est tale mouet, & non moueť, vt illud, qđ non moueť aliquo modo omnino, & est primum omniũ rerum. B

Cõsideratio de quiditate primi motoris nõ est naturalis, sed solummodo cõsiderat de hoc motore in probãdo ipsum esse tm̃. Idem supra com. 26. Et primo huius cõ. vlti. & 8. huius cõ. 3. Et primo de gene. cõ. 14. & 2. met. com. 4. Et 12. meta, com, 5.

73 Cum declarauit quod oportet naturalem considerare de causis motiuis, incepit inducere modos earum. Et dixit ꝙ sunt naturalis, & non naturalis; & hoc intendebat cum dixit non naturalis: & intendebat per hoc, ꝙ consideratio de quiditate istius motoris non est naturalis, sed solummodo considerat de hoc motore, in probando ipsum esse tm̃. Et, cum narrauit ꝙ iste motor nõ est naturalis, dedit causam, & dixit non enim in eo principium motus, & iste sermo componitur sic in secunda figura. Primus motor nõ habet principium motus, a quo mouetur: Sed motor naturalis habet in se principium motus, per ꝙ moueť: Ergo primus motor non est naturalis, D.d. & ꝙ est tale, &c.i. hmõi motor necesse est, si fuerit, ipsum mouere absq; eo, ꝙ moueať: & non est ita de motore naturali. Deinde exponit ꝙ intendebat per hoc, quod dixit & nõ moueť, & dixit vt illud, ꝙ non mouetur aliquo modo omnino: & intelligo per hoc, quod dico, quod non mouetur, i. quod non recipit motum omnino naturaliter. D. induxit secundum proprium istius motoris, & dixit ꝙ primum est omnium rerum: & hoc necesse est, si omnes motores qui sunt sub eo, non mouẽt, nisi moueantur ab eo, & ipse mouet absq; eo, quod moueatur.

Et quod quid est, & forma: finis enim est, & cuius causa: quare, qm̃ natura propter aliquid est, & hanc cognoscere oportet, & pœnitus reddendum est propter quid: vt quia ex hoc necesse est hoc esse hoc aũt ex hoc, aut simpliciter est. aut sicut frequẽter: & si hoc debet fieri, sicut ex propositionibus cõclusio. Et qm̃ hoc erat quod quid erat esse: & quia dignius est sic, non simpliciter, sed ad vniuscuiusque substantiam. C

Et cõsiderat de quiditate rei, & creatione eius, quia est finis, & ppquid: &, quia igiť natura agit, & propter aliud, oportet scire hoc ẽt, & oportet cõplere responsionem ad quare secundũ omnes modos, V.g. qm̃ ex hoc necesse est vt sit hoc hoc; & hoc esse ab hoc, aut est simpliciter, aut in maiori parte: si.n. hoc fuerit, necesse est, si fuerit futurũ hoc, V.g. qm̃ ex propositionibus est conclusio: & hoc est quiditas rei: & hic est modus nobilior, non simpliciter, sed secundum essentiam vniuscuiusq;.

A Dicit & oportet naturalem cōſiderare etiam de quiditate, & forma rei. forma enim eſt in generatione quaſi finis, & quaſi propter quod eſt aliquid. &, quia cō cedere hoc fundatur ſuper hoc, ꝙ natura agit omne, quod agit, propter aliquid, ſicut diſpoſitio in arte, & hoc eſt maximum fundamentum iſtius ſcientię, Dixit quia igit' natura agit pp aliqd, oportet ſcire hoc. i. naturalem. D. d. & oportet cō plere reſponſionē &c. i. oportet naturalē cōplere reſpōſionē apud interrogationē per quare, p cauſam agentē, & materialē oībus modis, ex qbus accidit, vt cauſę ſint cauſę agentes, Quoniā de generibus entiū eſt ꝙ ex agente ſequit' actū neceſſario, & hoc eſt in rebus eternis, & ꝙ ex agente ſequitur actum in maiori parte, & hoc eſt in rebus generabilibus, & corruptibilibus. D. d. & hoc eſſe aut eſt ſim pliciter i. cōſecutio neceſſaria: & q. d. & oportet naturalē attribuere cauſas cauſatis modo attributionis illarū cauſarum cauſatis ſuis. V. g. quoniam, ſi aliquis dixerit ꝙ ex tali cauſa prouenit tale cauſatū, oportet dicere ꝙ hoc aut eſt neceſſario, aut in maiori parte: & iſta diſpoſitio inuenitur de quatuor cauſis in agente, & materia, ſcilicet ꝙ cauſata earum ſequuntur cauſas in maiori parte, & hoc eſt in agente naturali. Et, cum notificauit hoc, incœpit declarare modum neceſsitatis exiſtentis inter iſta entia, & ſuas cauſas, & dixit hoc enim neceſſe eſt vt ſit, ſi fuerit futurum. i. ſed iſta, quę ſequūtur ſuas cauſas in maiori parte, cum fuerint poſita eſſe, ſequitur neceſſaria vt cauſę eorum ſint, ſcilicet quoniam principia B in eis ſequentur vltima, & non conuertitur. V. g. quoniam, ſi fuerit concluſio, neceſſe eſt vt ſint propoſitiones, & non conuertitur. & dixit ſi igitur hoc fuerit neceſſario, intendebat cauſas: & cum dixit ſi hoc fuerit futurum, intendebat cauſata: & q. d. cauſa enim, neceſſe eſt, vt ſit, ſi cauſatum fuerit neceſſe vt ſit, V. g. quoniā propoſitiones neceſſe eſt vt ſint, ſi concluſio erit. D. d. hoc enim eſt quiditas rei. i. iſta enim cauſa, quę, cū ponatur eſſe, ſequitur neceſſario vt priora in generatione ſint, eſt quiditas, & forma rei, cum enim fuerit forma, neceſſe eſt vt prius ſit materia, & agens. D. & hic eſt modus nobilior. i. & forma eſt in rebus naturalibus, vt ens ſit in diſpoſitione nobiliori, ſecundum ꝙ eſt illud ens, non nobilius ſimpliciter. nobilius enim in eſſe nō eſt nobilius ſimpliciter. Et dixit hoc, vt notificet ꝙ forma non ſequitur naturam materię neceſſario, vt opinati ſunt antiqui naturalium, ſed natura inuenit eam propter hoc, ꝙ ens ſit in ſua natura nobilius: & ideo forma, quę ſequitur naturam entis, non eſt dicta nobilior, vt forma mathematica: non enim dicimus ꝙ lineę exeuntes a centro circuli ad paripheriam ſunt ęquales, vt circulus ſit nobilior, ſed hoc contingit naturę circuli: & ideo nobilius non inuenitur in formis mathematicis: hoc enim, ſcilicet nobilitas non accidit formis, niſi ſecundum quod eſt finis.

74 Maximum fundamētū iſtius ſciētię eſt naturam agere p̄ p finē. Idē cō. ſequenti. & com. 84.

In ęternis, ex agēte ſequit' actū neceſſario, ſed in gn̄abilibus, & corruptibilibus ex agēte ſequit' actū in maiori parte.

Forma non ſequit' nām materię neceſſario, vt opinati ſunt antiqui. Idē īfra c. 87. & quę ibi.

In formis mathematicis nō reperitur nobilitas, quia nobilitas nō accidit formę, niſi ſecūdū ꝙ eſt finis. Idem. 3. me. t. c. 3. Et vide ibi.

C *Oſtenditur quód natura eſt de numero illarum cauſarum, quæ propter aliquid agunt. Cap. VIII.*

DICENDVM quidem igitur primū quoniam natura eorum, quæ ſunt propter hoc cauſarum eſt, poſtea de neceſſario quomodo ſe habeat in phyſicis; in hanc enim cauſam inducunt omnes, quia cum calidum huiuſmodi aptū natum eſt, & frigidum, & vnumquodq; igitur talium, hæc ex neceſſitate ſunt, & fiunt, & apta nata ſunt: & namque, ſi aliam cauſam dicunt, quamcunque tangentes gaudere ſinant, hic quidem concordiam, & diſcordiam, ille vero intellectum.

Com. quō hoc intelligendum ſit.

Oportet nunc igitur loqui primo de hoc, quod natura eſt de cauſis, quæ agunt propter aliquid, deinde poſt loquemur de neceſſario, & quomodo ſe habet in rebus naturalibus, quę agūt propter aliquid omnes. n ad hanc cauſam reducunt, & dicunt quod calidum eſt tale,

& frigidum est tale, & similiter vnumquodque similium necesse est vt ei generentur ista; quoniam, & si imponũt aliud, & quidam dicit amicitiam, & litem & quidam intelligentiam, tamen inspiciunt, sicut fulgur tantum, deinde dimittunt ipsum, & vadunt. A

75 QVIA ista propositio est maxima, & fundamentum in hac scientia, & in scientia diuina: quoniam, si naturalis nõ concesserit eam, negat principium finale. & negat materiam esse propter formã, ex quo sequitur ipsum negare agens; generans enim non generat, nisi propter aliquid, & similiter mouens mouet propter aliquid: &, cum sequitur formam sequitur necessario materię naturam: & si non, nascitur casu, & sic non erit agens: aut, si erit, frustra: & similiter, si diuinus non concesserit eam, non poterit probare ꝙ deus habet solicitudinem circa ista, quæ sunt hic, ideo incœpit. Arist. dicere ꝙ natura agit propter aliud, & ꝙ ab hoc debet incipere hic, & postea loquetur de necessitate, ad quam antiqui reducebant generationem, vtrum sit in rebus naturalibus, & quomodo se habet ad causas, quæ agunt propter aliud. Et hoc intendebat, cum dixit & quomodo se habet in rebus naturalibus, &c. Deinde dicit omnes enim, &c. omnes enim antiqui reducebant, &c. id est, attribuebant omnia generabilia ad istam causam, ex qua inuenitur necessitas in rebus, & est materia: dicebant enim quoniam ex necessitate calidi, & naturæ frigidi, & humidi, & sicci necesse est inuenire omnia ista generabilia, scilicet, quod propter hoc, quod calidum innatum est admisceri cum frigido, & humidum cum sicco, necesse est vt ab istis qualitatibus inueniantur omnia generabilia sine aliqua causa extrinseca admiscente, & dante vnicuique enti complexionem propriam; & similiter dicebant, quoniam quia calidum innatum est ascendere superius, frigidum descendere inferius, ideo calidum, cum ascendit ad superiora plantarum, fient flores, & folia; sicut etiam, cum frigidum descenderit ad inferius, fient radices; & similiter faciebant de omnibus, de quibus nitebantur reddere causas rationũ, quemadmodũ nitebantur hoc in generatione eorum, eadem .n. est dispositio de causis generationis, & de causis actionum, qui enim attribuit generationem necessitati, attribuit actiones necessitati, & qui attribuit eam fini intento, attribuit generationem fini intento. Et, quia quidam istorum dicunt agens esse in prima generatione mundi, non in omnibus generationibus, vt Empedocles amicitiam, & litem, & Anaxagoras intelligentiam, dixit quoniam, & si imponunt. i. & dicimus quod isti homines reducũt omnia ad causam materialẽ, quia isti, & si ponunt causam aliam. s. agentẽ, vt Empedocles, & Anaxagoras, tamen modicum perceperunt eam, & concesserunt eam in principio generationis, deinde dimiserunt eam in alijs rebus. B

Quod deus habeat solicitudinẽ circa ista, quæ sunt hic, vide. 12. met. cõ. 37.

Habet aũt oppositionẽ, quid prohibeat naturam non propter hoc facere, neque quia melius, sed sicut pluit iuppiter, non vt frumentum augmentet, sed ex necessitate: sursum enim ductam aquam congelari oportet: & congelatam aquam deorsum venire: augeri autem, cum hoc fiat, accidit frumentum. Similiter, si perditur frumentũ in area, non huius causa pluit, vt perdatur, sed hoc accidit: quare, quid prohibet, & sic partes se habere in natura, vt dentes ex necessitate oriri, anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum, maxillares aũt latos, & vtiles ad conterendũ cibũ, quoniam non propter hoc fieri, sed simul euenire: similiter autem est, & de aliis partibus, in quibus videtur esse quod propter hoc: vbiq; enim omnia accidunt, sicut si propter hoc fiant, hæc quidẽ saluata sunt ab eo, quod propter se est vanum constantia apte, quęcunq; vero nõ sic, perdita sunt, quemadmodum Empedo. dixit bouigenas, & viriperas. C

A Et eſt hic quæſtio: diceret enim aliquis, quid prohibet vt natura non propter aliquid agat, neque vt aliquid ſit nobilius, ſed ſicut pluuia venit a cœlo, non vt creſcant meſſes, ſed ex neceſsitate: quod enim aſcendit, neceſſe eſt vt infrigidetur: &, cum infrigidatur, fit aqua, & deſcendit: & cum hoc fuerit, accidit vt meſſes creſcant; & eodẽ modo, ſi ſemen corrũpatur in aceruo, aduentus pluuię non fuit ad hoc, vt ſemen corrũperetur, ſed hoc fuit per accidens. Ita nihil prohibet vt membra corporis talem habeant diſpoſitionem in natura, Verbi gratia, vt dentes anteriores neceſſario fuerint acuti ad abſcindendũ cibum, & molares ſunt lati ad molendum cibum, & non propter hoc fuerunt, ſed hoc accidit caſu; & eodem modo eſt de aliis membris, in quibus exiſtimatur eſſe illud, propter quod fuerunt, Verbi gratia, cũ conueniũt omnes res, illa conuenientia, ſi eſſet propter aliquid, illic erit ſalus, & permanentia; accidit enim eis quod fuerint conuenientes actioni ex ſe, & illud, cui non accidit hoc, corrumpitur, & deſtrui B tur, vt accidit in vaccis, quas dixit Empedocles, quod quaſi pepererunt vaccas, quarum ſuperiora erant homines.

Et hæc eſt quæſtio. dicet enim aliquis quod nihil prohibet ꝙ natura nõ agat propter aliquid, neque vt aliquid ſit nobilius: quoniam quemadmodum pluuia videtur ꝙ non venit a deo vt creſcant meſſes, ſed continget neceſſario ex natura materię: neceſſe eſt enim vt vapores calidi, & humidi aſcendant ad locum frigidum, & vt infrigidentur illic, & fiant aqua, & contingit neceſſario vt deſcendat ad inferius, &, ſi inuenerit triticum in terra ſeminatum, accidet ei, vt creſcant meſſes, & ſi inuenerit ipſum in aceruo, corrumpet ipſum: quemadmodum aduentus pluuię non fuit, vt corrumperet triticum in aceruo, ſimiliter non fuit vt creſcerent meſſes, ſed vtrunque fuit per accidens: &, cum ita eſt de pluuia cum ſemine, nihil prohibet, vt hoc, ꝙ membra corporis ſint conuenientia ad ſalutem corporis, ſit huius diſpoſitionis in natura, ſcilicet ꝙ hoc accidat eis caſu, ſicut accidit meſsibus creſcere per pluuiam, Verbi gratia, quoniam dentes neceſſe eſt in hoc, vt animal ſaluetur, vt anteriores ſint acuti, vt ſint apti ad abſcindendum cibum, & poſteriores lati ad molendum cibum, ſed non propter hoc fuerunt, ſed accidit eis caſu ex natura materiæ: & eodem mo- C do poſſet quis dicere quod ita eſt de alijs vtilitatibus membrorum, de quibus exiſtimatur quod membra fiunt propter illas vtilitates: & dicunt, Verbi gratia, accidit vt actiones membrorum conueniant hoc modo conuenientię, quæ non ſecus eſſet, ac ſi iſta membra eſſent in principio propter iſtas actiones, & vtilitates: & eodem modo animalia habebunt ſalutẽ, non ꝗ illa conuenient a fuerit intenta, ſed accidit caſu iſte modus dicunt, & illud, cui non accidit caſu iſte modus conuenientiæ deſtruetur, & corrumpetur, vt accidit in vaccis Empedoclis: accidit enim eis hoc, quod non omnia membra eorum fuerint apta ad actiones hominis, neque ad actiones vaccarum, & ideo cito moriebantur. Et dixit, ſed quemadmodum pluuia, &c. id eſt ſed quemadmodum poteſt aliquis dicere ꝙ pluuia venit a cœlo, non vt meſſes creſcant, ſed neceſsitate materiæ Deinde d. quod enim aſcendit, &c. id eſt, & ex hoc poteſt aliquis opinari quod pluuia eſt de neceſsitate, Deinde dixit & cum fuerit, &c. i. & cum aduentus pluuiæ eſt de neceſsitate materiæ, ergo crementum meſsium eſt per accidens. Deinde d. & eodem modo, &c. i. apparet, quoniam quemadmodum pluuia corrumpit triticum in aceruo, ſimiliter facit ipſum creſcere, & quia ipſum corrumpere eſt per accidens neceſſe eſt vt ipſum facere creſcere ſit per accidens: aduerſarius enim concedit ꝙ ipſum corrumpere eſt per accidens. deinde. d. Verbi gratia, id eſt. Verbi gratia, &c. vt anteriores dentes ſint acu- 76 Quæſtio.

ti, non ad abscindendum cibum, sed ex necessitate materię, ex qua generantur & molę etiam sunt latę ad molendum cibum: & hoc etiam accidit eis de necessitate materię, & non fuit intentũ apud naturã. D.d. verbi gratia, conueniũt, &c. idest verbi gratia conueniunt vtilitates omnium membrorum in animali generato tali conuenientia, ac si esset intenta a natura, illic erit salus & permanentia illius speciei animalium: & illud, cui nõ accidit hoc, corrumpetur, & destruetur, vt accidit vaccis Empedoclis. D.d. accidit enim eis, &c. i. accidit membris animalium, ꝙ fuerint conuenientia actionibus ex se, & casu, non quia membra fuerunt generata propter illas vtilitates.

Ratio quidem igitur, qua vtique deficiet aliquis, hęc est: & si aliqua alia huiusmodi est. Sed impossibile est ista hunc habere modum: hæc quidem enim, & quęcunque sunt a natura, aut semper sic fiunt, aut sicut frequenter, sed eorũ, quę fiunt a fortuna, & per se vano, nihil: neque enim a fortuna, neque casu videtur pluere multoties hyeme, sed forte sub cane, neque caumata sub cane sed hyeme. si igitur casu videntur, aut propter hoc esse, si non possibile est hoc esse neque a casu, neque per se vano, propter aliquid vtiq; erunt. at vero natura sunt huius omnia, quemadmodum & ipsi firmabant hoc dicentes: est itaque quod propter aliquid in his, quæ natura fiunt, & sunt. B

Hoc igitur, & simile facile facit dubitationem: & impossibile est vt sit hoc modo. ista enim mẽbra, & omnia, quæ sunt per naturam, sunt in eo, quod sunt, aut semper, aut in maiori parte, & nihil omnino est tale eorum, quæ generantur casu, & ex se: impossibile est existimare ꝙ casu multipliciter: pluuia in hyeme, imo in ascensu canis, aut casu vigoretur calor apud ascensum canis, imo in hyeme, si fuerit calor. Si igitur ista venerint ex se, aut propter aliquid: & impossibile est vt sint casu, & ex se: ergo necesse vt sint ꝓpter aliquid: sed omnia ista concedunt dicentes hoc, nedum alii ea fieri ex natura: necesse igitur est vt illud, quod est propter aliquid, sit in rebus existentibus per naturam. C

77 Cum induxit quæstionem destruentium causam finalem, incœpit declarare ꝙ impossibile est dicere quod iste vtilitates, & causæ finales, quæ apparent in generabilibus sint ex necessitate materiæ, & casu, Et dixit & impossibile est, &c. i. & impossibile est vt congregatio istarum vtilitatum in omnibus membris indiuidui generati sit casu. membra enim, & omnia, quæ generantur a natura, generantur in aliqua dispositione, aut semper, aut in maiori parte: monstruosa.n. accidunt raro: &, cum posuit quod ista membra generantur a natura, & quod illud, quod generatur a natura, generatur in eadem dispositione, aut semper, aut in maiori parte, sequitur ꝙ ista membra generantur in illa dispositione conuenienti, in qua sunt, aut semper, aut in maiori parte: & omne, quod fit casu, & ex se nõ fit semper, neque in maiori parte, sed raro. Syllogismus igitur sic componitur. cõuenientia, quæ est inter membra, aut est semper, aut in maiori parte. Et quod est semper, aut in maiori; parte non est casu, ergo ista conuenientia non est casu. Deinde dixit si igitur ista, &c. Id est si igitur ista conuenientia aut est casu, aut a natura propter salutem animalis, & iam apparuit ex sermone prædicto quod non est casu, remanet vt sit propter aliquid, & est salus animalis. deinde dixit sed omnia ista, &c. idest quoniam, cum cõiunctum fuerit huic propositioni, quã concedunt, scilicet ꝙ res existentes sunt a natura, scilicet hoc, ꝙ res existentes sunt ꝓpter aliquid, concludetur in tertia figura ꝙ quædam eorum, quæ sunt a na

Mõstruosa, & quę sunt casu, & ex se raro contingunt. idẽ supra. com. 48. Idẽ primo cœ. 138. Non omne, ꝙ est a natura, est propter aliqd.

A tura, sunt propter aliquid: & est verū: non.n.omne, ꝙ est a natura, est propter aliquid. Et tacuit solutionem quæstionis dictæ de pluuia, quia iam notificauit qđ descensus pluuiæ in hyeme est in maiori parte, & apud ascensum canis est in minori parte, & calor econtrario, ex quo sequitur necessario, vt pluuia sit propter aliquid: & etiam apparet ex hoc sermone quod messes non crescunt a pluuia casu, cum hoc sit in maiori parte, corruptio autem tritici in aceruo est in minori parte: & hoc, quod pluuia est de necessitate materiæ non sit propter aliquid. &, si concesserimus quod non est propter messes, declarabitur quod est propter aliud, & est æqualitas generationis[a] in elementis: &, si non esset pluuia, corrumperetur mundus. & Alexander dicit quod pluuia non est propter messes, quoniam messes sunt ab arte, & nō a natura: sed natura [b] cōplet multa, quæ sunt per artem, & ars multa, quę sunt per naturā.

a Pluuia est ꝑpter ęqualitatē generationis in elemētis. vide pro hoc 83 4. phy.

b Natura cōplet multa, quę sunt per artē, & ars multa, quæ sunt per naturam idem infra tex. c. 79.

Amplius in quibuscunque finis aliquis est, huius causa agitur ꝙ prius, & quod consequenter: ergo, sicut agitur, sic aptum natū est, & sicut aptum natum est, sic agitur vnumquodq;, si non aliquid impediat: agitur autem propter hoc, & quod aptum natum est itaque huius causa: vt si esset domus eorum, quę natura fiunt, sic vtique B facta esset, sicut nunc ab arte est: si autem quæ natura, non solum natura, sed & arte fierent, similiter vtique fierent, secundum quod apta nata sunt, propter ergo alterum, alterum.

Et etiam illa, in quibus est finis intenta propter illum finem agitur primum, quod agitur, & in illa, quæ sunt post. Et necesse est vt vnumquodque eorum, quæ agunt, sic agit, & vniuersaliter est natum vt agat, & sicut est natum vt agat, ita agit, nisi impediatur: quod autem agit propter aliquid est natum, agat propter aliquid, Verbi gratia, Quoniā si domus generetur per naturam, tunc generatio eius esset, sicut generatio eius ab arte: & omne, quod est per naturam, & est per artem, est eodem modo secundum quod est natum: necesse est igitur in hoc illud, quod fuit necesse in suo compari.

78

Nititur in hoc sermone declarare quod illa, quę habēt finē, qñ aguntur, sunt propter finē. Et dixit & etiam, &c.i. & etiā omnia, in quibus est finis intēta per C aliquas actiones, prima, quæ agitur ex illis actionibus, agitur propter illum finē & actiones, quæ sunt post secundū ordinē, sunt propter illum finem: demū addit aliā propositionē, & vult declarare suam cōuersam, & dixit necesse est vt aliqd agat, &c.i. quādo aliquid agit aliquā actionē, sicut agit illam actionē, ita est natū vt agat illā actionē, i. ꝙ natura eius exigit illam actionē. Et, cū posuit hoc, ꝙ intēdebat, incœpit declarare ēt ex hoc, qđ actio nati debet esse in maiori parte, & dixit, & sicut est natum, &c. i. qm̄ qui agit aliquā actionē, est natū vt agat illā, ita quod est natū ad agendū illā actionē, agit illā actionē, aut semper, aut in maiori parte: & hoc erit, quādo nequaquā impedietur ab aliquo: & sequitur ex hoc vt illud, quod est natū, agat, nisi impediatur ab aliquo: &, cū posuit has propositiones, scilicet quod omne, quod agit aliquā actionē, est natū, & creatum propter illā, & quod omne, quod est natū, actio eius est in maiori parte, & aut semper, & contingit huic, ꝙ omnia naturalia vīr agere propter aliquid, sequitur vt sint nata, vt agant ꝑpter aliquid, & quod hoc sit in maiori parte. Et syllogismus sic cōponitur. Naturalia agunt propter aliquid. Et omne, quod agit propter aliquid, est creatum, & natum ad illam actionē. Ergo naturalia sunt nata ad hoc, vt agant propter aliquid: & omne, quod est natum, agit in maiori parte. ergo quod est naturale non agit propter aliquid casu: sed dimisit maiorem propositionem, scilicet ꝙ naturalia agunt propter aliquid. Deinde incœpit demonstrare ꝙ hoc

apparet in arte, & natura eodē modo, scilicet ex istis propositionibus: quoniam, quia manifestum est in arte, ꝙ illa, quæ sunt ante finem, sunt propter finem, & iam posuimus cum hoc aliam propositionem, & est, sicut est dispositio in natura, & est, ꝙ illud, quod agit propter finem, sic est dispositio in arte, vt agat propter finem, apparet ꝙ non est differentia in hoc inter artem, & naturam: & ꝙ si domus generaretur a natura, tunc omnia, quæ sunt ante domum propter domum generarentur a natura: sicut est dispositio in arte, cum omne, quod agit propter aliquid est natum, vt agat propter aliquid, & ꝙ est natum vt agat propter aliquid, illud habet finem: & hoc intendebat, cum dixit. V.g. &c. deinde dixit & omne, quod est per naturam, &c.i. & causa in hoc ꝙ eadē est dispositio in arte, & natura in hoc est quod omne, quod est generatum per naturam, aut per artem, est secundum quod est natum vt sit illud ab eo, non casu. &, cum declarauit quod eadem est dispositio in arte, & natura, induxit conclusionem sequentem ex hoc, & dixit necesse est igitur in hoc, &c.i. oportet igitur inuenire in natura illud, ꝙ inuenitur in arte de causa finali. A

Ars alia perficit, quę natura non potest operari, alia vero imitatur. cōsimile. supra. 22.

Omnino aūt ars alia quidem perficit, quæ natura non potest operari, alia vero imitatur, si enim quæ sunt secundū artem, propter hoc sunt, manifestum quod & quæ sunt secundū naturam: similiter enim se habent adinuicē in his, quæ secundum artem, & in his, quæ sunt secū dum naturam, posteriora ad priora. B

Et vniuersaliter videmus qđ ars in quibusdā rebus perficit diminutionē naturę in eis, in quibus natura debilitatur ad perficiendū actionē, & in quibusdā rebus sequitur illam: si igiť quod agitur per artem agitur propter aliquid, manifestum est ꝙ similiter est de eo, quod est secūdū cursum naturalē: relatio enim primorū ad vltima est eadē in eo, quod est secundū artē, & in eo, ꝙ est secundū cursum naturalem.

79 Eadē est dispositio ī natura, & ī arte in agēdo pp aliquid. idem supra. cō. precedēti. & 1. phy. com. 50. & quę ibi.

Cum declarauit quod eadē est dispositio in arte, & in natura, scilicet in hoc, quod vtrumque agit propter aliquid, incœpit confirmare similitudinem inter artem & naturam in hoc, quoniam, si natura ageret aliquid propter aliquid casu, tunc ars non perficeret diminutionem naturę, neque ars assimilaretur in pluribus suis actionibus naturæ: quod enim innatum est existere casu, non est innatum existere per intentionem. V.g. quoniam, si sanitas proueniret a natura casu, tunc ars non compleret diminutionem naturę in hoc ita, quod sanitas fieret ab ea in maiori parte, similiter, si sanitas proueniens ab exitu sanguinis a naribus in creticis, esset per accidens, tunc sanitas proueniens a phlebotomia, quam præcepit ars medicinæ, quia vult se assimilari naturæ, proueniret per accidēs: quia igitur ars quandoque est loco naturæ, & ars agit propter aliquid, necesse est vt natura agat propter aliquid: & quia ars etiam sequitur naturam, & agit propter aliquid, necesse est vt natura agat propter aliquid. Et intendit per prima, illa, quæ sunt ante finem, & per postrema, ipsum finem: & intendit quod, si prima sunt in arte sunt per se propter vltima, necesse est vt ita sit in natura: immo dignius ars enim in hoc assimilatur naturæ. C

Maxime aūt manifestū in animalibus aliorū, quæ neq; arte, neque quęsitura, neq; deliberatura faciunt: vnde dubitant quidā, vtrū intellectū, aut quodā alio operentur araneę, & formicę, & huiusmodi paulatim aūt sic procedenti, & in plantis apparēt experientia quędā facta propter finē, vt folia pp̄ter fructus coopcrimentum. Quare, natura facit & propter hoc hirūdo nidū, & aranea telam, & plātę folia gratia fructuū, & radices non sursum, sed deorsum gratia vegeta

A di, manifestũ autem qđ causa hmõdi est in his, q̃ natura fiunt, & sunt.

Et hoc apparet multum in aliis animalibus, quę agũt non per artem, neque per rationem, & cognitionem: & ideo quidam dubitant, vtrum hoc, quod agũt, agant per intellectum, aut per aliud, vt araneæ, & apes, & similia: &, si tu consideraueris, videbis in vegetabilibus, nedum in animalibus aliqua, quæ sunt propter aliquã vtilitatem in fine intentam. V.g. quoniã folia sunt ad cooperiendum fructũ. Si igitur natura & propter aliquid facit hirundo suum nidum, & texit aranea suam domũ, & folia sunt propter fructũ in vegetabilibus, & ramuli radicibus, & venę oriũtur ad inferius, non ad superius, quę rentes cibũ, manifestũ est quod ista causa inuenitur in eis, quę sunt per naturam, & quę generantur per illam.

80 Cum induxit rationes super hoc, quod natura agit propter aliquid, & non sunt naturales, cum sit manifestum per se quod natura agit propter aliquid, & tales rationes vtitantur cum aduersario, scilicet cum negantibus principia naturalia, B incœpit inducere modum certificationis istarum propositionum, ex quibus cõponuntur illæ rationes: & incœpit a rebus, in quibus hoc est manifestũ valde, & sunt habentia animas: actio enim istorum, quia prouenit ab imaginatione, & cõprehensione eius, quod agit, scitur necessario quod ista agunt propter finem, sicut est dispositio in hirundinibus, & apibus. Et ideo dixit & hoc apparet multum, &c. i. quæ faciunt actiones artificiales non per artem, neque per cognitionem: quoniam, si ageret hoc propter cognitionem, tunc transferretur de aliquo in aliquid: &, quia hoc latuit quosdam, existimauerunt ea agere per cognitionẽ, & intellectum. Et, cum demonstrauit hoc in rebus, in quibus apparet hoc multum, incœpit demonstrare hoc etiam in eis, quæ sunt magis latentia: quoniam sic acquiritur cognitio melius, id est quoniam, si hoc considerauerit primo de actionibus habentium animas, & post de vtilitatibus membrorum: videbit quod natura generat hæc membra propter vtilitates existentes in suis naturis; & hoc inuenitur in plantis; nedum in animalibus. folia enim videntur esse in vegetabilibus ad cooperiendum, & ad custodiendum fructus: quando enim arbor denudatur a folijs, corrumpitur in maiori parte fructus, aut non erit in dispositione meliori. Et, cum verificauit ista per inductionẽ, posuit ea antecedẽs, & posuit vniuersalitatem consequens, & dixit si igitur natura, & propter aliquid, &c. & dixit hoc reseruando se, ne aliquis existimet quod istæ actiones sunt per intellectũ: C qui. n. ponit quod istę actiones sunt per intellectũ nõ sequitur apud ipsum istud consequẽs. Et iste syllogismus est in forma hypothetici; & potentia eius est potentia inductionis; & iste modus inductionis est demonstratiuus, quia per considerationem acquirimus certificationẽ, & vniuersalitatẽ, anteq̃ cõpleant omnia particularia; & secundũ hoc inductio habebit introitũ in demõstratione: iudicium. n. vniuersale non acquiritur in pluribus rebus, nisi post maximam considerationem de pluribus indiuiduis: & hoc diuersatur secundum magis, & minus, secundũ naturam principij, & naturam considerantis.

Et quoniam natura dupliciter, alia quidem sicut natura, alia vero sicut forma, finis autem hæc est, propter finem autem alia sunt hic vtique erit causa, cuius gratia.

Et cum natura est duobus modis, scilicet secundum materiam, & secundum creationem, & finis est creatio, & alia residua sunt propter finem, ergo creatio est causa propter quid.

81 Et quia natura dicitur de materia, & forma, declaratum est quod forma est finis in generatione, & omnia, quæ sunt ante finem, sunt propter finem, & necesse est vt omnia, quæ sunt ante formam, sint propter formam, Et iste

Rationes probantes naturã agere propter aliquid non sunt naturales, cum sit manifestũ per se qđ natura agit pp aliquid. Cõsimile supra cõ. 74.

Apes, & hirundines agũt actiones artificiales sine arte, & cognitione oppositũ. 2. de anima. c. 156.

In inductione demõstratiua acquiritur certitudo, & vniuersalitas, anteq̃ compleãtur oĩa particularia. & hoc vide pulchre aue. 2. priorũ. c. 23. & in 8. phy. cõ. 33.

Omnia, quę sunt ante finē, sunt propter finem.

sermo componitur sic. Forma est finis: Et finis est illud, propter quod sunt omnia, quæ sunt ante finē; ergo forma est illud, propter quod sunt omnia, quę sunt ante illam; & necesse est vt forma sit finis in generatione, quia sequit' ab ante, aut semper, aut in maiori parte; & sequitur ex hoc, vt materia sit p p formam. A

Peccatum autē fit in his, quæ sunt secūdum artē. Scripsit enim non recte grammaticus, & potauit medicus non recte potione. Quare manifestū est quod contingit & in his, quæ secundum naturam fiunt. Si igitur sunt quædam secundum artem, in quibus, quod recte fit, propter aliquid fit, in quibus autem peccatur, alicuius quidē gratia agitur, sed fallit, & similiter vtique & in physicis, monstra sunt peccata illius, q͞ propter aliquid est; & in substantiis ergo, quæ sunt ex principio vt bouigena, si non ad eundem terminum, & finē possibilia euenire, corrupto principio aliquo facta sunt, sicut nūc in semine.

Sed accidit peccatum, quod fit per artem. Grammaticus.n. barbarizat quandoque, & medicus nocet in dando medicinam. Manifestum est igitur, quia possibile est similiter accidere in eo, q͞ est secundum cursum naturalem; & in his, quæ fiunt per artem illud, q͞ cadit recte, est propter aliquid, & illud, in quo accidit, peccatū, quæritur propter aliquid, sed quærens non inuenit suā intentionē, & similiter est de natura, & monstruosa sunt res extraneę ab illo, propter q͞ sunt. Illa vacca, cuius superiora fuerunt homo, a principio fuit ex corruptione alicuius principii suorum principiorum, ita q͞ non fuit possibile peruenire ad terminum, & ad finem intentum, sicut inuenimus nunc sperma; quod corrumpitur. B

82 Quia illi dicebant quod causa ordinis in generatione est casus, quemadmodum causa monstruositatis est casus, incœpit dare differentiam inter attributionem illius casus ad naturam, & istius ad illā. causa enim illius casus, quem illi dicunt, est natura: causa aū t istius est impedimentum naturæ, & peccatum eius a non perueniendo ad illam intentionē. Deinde incœpit assimilare artem naturę in hoc, quod casus accidit in vtroque, Et dixit & accidit peccatū, &c. i d est, quemadmodum possibile est vt accidat peccatum in arte, vt grammaticum barbarizare, & medicum errare in potione, similiter poss ibile est vt hoc accidat a natura: & dixit hoc, quia aliquis potest di cere, si natura agit propter aliquid, impossibile est vt accidat hic casus omnino: & sic, aut non erunt monstrositates omnino: aut monstruositates erunt intente a natura, & ideo notificauit quod istę monstruositates accidunt ex errore naturæ, sicut accidit in arte. Et, quando posuit quod in actione naturæ est rectitudo, & peccatum, sic vt est in actione artis, incœpit declarare q͞ rectitudo in actione naturæ est propter aliquid, & peccatum est, quando natura errat ab illo, propter quod agit, & posuit hoc in arte, quasi antecedēs & natura, quasi cōsequens, & dixit cū illud, quod fit recte, &c. i. cum actio recta in arte est actio inducens ad finē intentū sine aliquo impedimento, peccatū autem in ea est, q n̄ non inducit ad illum finem quærendum, sed ad aliud, non intentū, similiter est de peccato naturæ, & eius rectitudine. Et, cum declarauit quod in natura potest accidere peccatum, sicut in arte, incœpit declarare quod monstruositates sunt de peccato naturæ. &, si concesserimus vaccas Empedoclis esse, & poneremus hoc ex peccato naturæ: non quod illa agat casu, vt illi dicebāt, & dixit mōstruositates, & c. i. monstruositates prouenietes a natura sunt ex peccato naturæ, & exitu illius actionis ab illo, propter quod fuerunt per aliquod impedimentū, qd fecit eā errare a fine: causa igit' illius vaccæ, quū Empedo. dicit, si fuerit verum, C

Mōstruositates accidūt ex errore naturę sicut accidit in arte. Idē 12. me. c. 13. & 6. ethicorum. te. c. 5.

A rit verum, est quia in prima generatione corruptum fuit aliquod principiorum in eo, adeo, quod natura non potuit inducere illud principium ad finem intentum: sicut inuenimus monstruositates in animalibus accidere ex corruptione sper matis: non quod fuit hæc actio naturæ sine aliquo accidente, vt dicunt illi, qui attribuunt actionem naturæ casui.

Amplius necesse est semen fieri primum, sed non statim animalia: & molle natura primum quidem semen erat. Amplius & in plãtis inest propter aliquid, minus autem colligitur: vtrum igitur in arboribus fiant, sicut bouigena, viriperæ, sic vitigenæ oliuiperæ? aut non: inconueniens enim est, sed tamen oportuit, si quidem & in animalibus est.

Et etiã oportet in generatione animalis, vt primo præcedat sperma, deinde generatur, & non generatur subito: & totum generatũ primo est sperma, & etiã in vegetabilibus videmus propter quid, & si minus appareat: vtrum igitur, sicut in vaccis generatur vacca, cuius superiora sunt hominis, & similiter in vite generatur vitis, cu B ius superiora sunt oliuæ, aut nõ. Hoc enim est inopinabile: sed oporteret vt hoc esset, si ita est in animalibus.

Dicit, Et etiam & hoc est, vt mihi videtur, ratiocinatio super hoc, quod gene- 83 ratio animalis nõ est casu: quoniam, cum posuerimus ꝙ omne animal generatũ ex spermate, non generatur subito ex nõ spermate, sequitur necessario, vt generatio eius ex spermate sit per se, & necessario, ergo generatio eius ex spermate non est casu, ergo sperma est propter animal, aut ita quod sit agẽs, aut materia, aut vtrũq;. D.d. deinde generatur, &c. id est, & necesse est vt sperma præcedat generationem animalis tempore, & quod generetur ex eo in tẽpore terminato, & primus ordo eius in generatione est sperma, & vltimus animal; & innuebat per hoc, quod animal per se fit a natura: cum enim posuerimus quod animal habens sperma, necesse est, vt sperma præcedat ipsum: sperma igitur est prius naturaliter animali: est igitur cã eius per se; & similiter cum concesserimus quod ex spermate nõ fit subito, sed in tempore terminato, apparebit ẽt quod generatio eius est mediantibus alterationibus necessarijs in generatione animalis, & quod initium istius motus est a re terminata, scilicet a spermate, & ad rem terminatam, scilicet animal, & pertransit super media terminata; & totum hoc demonstrauit quod generatio eius ex spermate est per se. D.d. & ẽt videmus, &c. id est, & non hoc inuenitur C solummodo in animalibus, scilicet illud, quod est propter cãm finalem, vt sperma in animalibus, sed hoc ẽt inuenitur in vegetabilius, licet minus, scilicet quoniam in eis inuenitur propter quid, & est materia eius, & causa eius agens. Et cum declarauit hoc fundamentum, & est quod non generatur aliquid ab aliquo casu, & ꝙ ita est de vegetabilibus, sicut de animalibus, reuersus est ad cõtradicẽdum Empedocli, & dicit vtrum igitur, &c. id est, igitur hoc, quod dicit Empedocles, est verum, quod quædam vacca fuit cuius superiora fuerunt hominis, & inferiora vaccæ, per locum a maiori, necesse est, vt vitis generetur, cuius superiora sint oliuę: ordo enim in animalibus magis est, quã in vegetabilibus. D.d. hoc enim est inopinabile, id est, vt sit vitis, cuius superiora sunt oliuæ, sed hoc inopinabile sequitur, si posuerimus hoc, quod Empedocles dicit se generatione animalium. Et iste sermo est quasi hypotheticus cõtinuus, in quo destruitur consequẽs, & concluditur oppositum antecedentis, & accipitur per locum a maiori, quoniam, si hoc inuenitur in animalibus, circa quæ maior est solicitudo, quanto magis in vegetabilibus.

Ordo in aĩalibus magis est, q̃ in vegetabilibus.

Adhuc oportuit & in seminibus fieri quomodo contingit: omnino aũt destruit sic dicens, quæ natura quidem sunt, & secundũ na-

turam: natura aũt sunt quæcuuq; a quodã in seipsis principio cõti nue mota accedunt ad aliquem finem: In vnoquoq; autem non vnicuique neq; contingens, semper tñ in eunde, nisi aliquid ĩpedia A

Et etiam oportet vt dispositio in modis spermatis, & seminum generatione eorum, quæ generantur ex eis, sit casu, & qũocunq; ac dit; & vniuersaliter qui hoc dicit, destruit illud, q̃ est per naturam ipsam naturam: ꝙ enim est per naturam est illud, quòd mouetur c tinue ab aliquo principio in ipso, donec perueniat ad finem, & n omne principium vniuscuiusq; rei earum, quæ sunt per naturam, bet finem, neq; est ad quemlibet finem, sed vnum principium sem inducit ad vnum finem, nisi impediatur.

84 Vult etiam demonstrare ex dispositionibus entium, quod natura agit prop aliquid. Et dixit & oportet, &c. id est, & si generatio vniuscuiusque speciei sset casu, & casus est causa non terminata, possibile esset vt vna species gene retur a quolibet semine a qualibet mixtione elementorum; & hoc est contrar sum; & quia istud principium est ex primis principijs scientiæ naturalis, & oportet naturalem loqui de eo cum negante ipsum, secundum ꝙ est naturalis, secundum ꝙ est primus Philosophus, aut secundum ꝙ est disputator. Dixit vniuersaliter, &c. id est, & iste sermo destruit subiectum istius scientiæ, quod natura, & illud, quod generatur per naturam: ꝙ enim fit per naturam, & a n ra mouetur continue in generatione vniuscuiusque entis: incepit enim a prin terminato, & peruenit ad finem terminatum. D. d. & non ex omni principio, i. & non omne principium habet vnum finem, neq; quilibet finis est ab vno cipio: quod autem generatur casu non generatur a natura, cum non generet principio terminato, neq; ad finem terminatum; si igitur generata generet hoc mõ, ergo non est natura, neq; generant̃ a natura; & cũ posuit qd' natura ex prĩcipio terminato, et ad finẽ terminatũ, & hoc nõ est semp, dixit nisi ipedi B

Naturã agere pp finem est principiũ isti' sciẽtiæ. Idẽ sup. 74. & 75.

Nõ oẽ principiũ habet vnũ finẽ, neque quilibet finis est ab vno principio.

Quod autem est cuius causa fit, & quòd est pp hoc fiet vtiq; a tuna: sicut dicimus, quod a fortuna venit extraneus, & balneatus a sces sit, cum tanquã pp hoc veniens egerit, non pp hoc autem ven & hoc secundum accidens; fortuna enim est cãrum, quæ sunt secu dum accidens, quemadmodum & prius diximus: sed cum hoc s per, aut sicut frequenter fiat, non secundum accidens, neq; a fort est. In physicis autem semper sic fit, nisi aliquid impediat. C

Et illud, propter quid quandoq; est casu. V. g. hospes venit casu intrauit balneum, & recessit; & dicimus hoc cum actio eius qua uentus eius fuerit pp illam: sed aduentus eius nõ fuit pp illã hoc est p accidens, cum casus sit de causis, quæ sunt per accidens, vt d mus superius. Si igitur hoc est ex eo semper, aut in maiori parte, est per accidens, neque casu; & res naturales semper sunt in eod cursu, nisi abscindantur.

85 Cũ declaravit qd' finis inuenitur in rebus naturalibus p se, nõ casu, inc facere rememorationẽ de hoc, qd' prędixit: qm̃ qñq; a casu inueniun fines per accidẽs, cũ sint in minori parte: fines aũt, existẽtes a natura, ĩpossibile dicant̃ fieri a casu, cũ sint semp, aut in maiori parte. Et dixit. V. g. &c. i. V. g. intẽdit qescere nobiscũ, & accidit qd' intrauit balneũ, & recessit: introitus n nei cã eius fuit hęc qd' intẽdebat qescere apud nos, & est finis suę qetis apu sed nõ qeuit apud nos pp istũ finẽ. D. d. & hoc erit, &c. i. & dicimus qd' aliqd pp casum, cũ fuerim' existimãtes qd' actio ei', quã egit, V. g. introitus balnei

A pp aduentū eius ad nos: sed in rei veritate nō fuit pp suū aduentū ad nos, cū non intendebat hoc. Deinde dixit hoc.n.est per accidens, &c.i.istę.n.actiones, quas fecit ex suo aduentu, sunt per accidens, cū casu acciderūt ex suo aduentu, & declaratum est ex sermone prædicto qd' casus est de causis, quę sunt per accidens. D.d. si aūt hoc, &c.i.si aūt introitus balnei ex suo aduentu fuit semper, aut in maiori parte, qū intenderit per suū aduentū introitū balnei, nō dicimus qd' introitus balnei a suo aduentu fuit per accidens, aut casu. Deinde posuit qd' prouenit a natura: est aūt semper, aut ī maiori parte: & dixit & naturalia, &c. Et syllogismus sic cōponit'. Propter quid prouenitens a natura, aut est semper, aut in maiori parte. Et pp quid ꝓueniens ab aliquo ex se nō ꝓuenit ab eo, aut semper, aut in pluribus. Ergo sequit' in secūda figura quod illud, pp quid proueniens a natura, nō ꝓuenit a casu. Et vīr quod isti hoīes concedunt, qd' illud qd' prouenit a natura ex istis finibus, prouenit a casu, & nō concedūt qd' illud, qd' prouenit a casu, prouenit in minori parte, & cōcedūt quod isti fines nō proueniunt a natura in maiori parte, & hoc contingit eis ex hoc, quod declaratū est de natura casus, iō reuersus est cum eis ad verificandū istā ꝓpositionē: quia est propositio, in qua est disputatio: in prima aūt posuit hoc, quasi notū per seipse igitur in illis, quæ sunt manifesta per se, qūq; ponit ea pro manifestis apud eos, qui innati sunt recipere illud, quod est notū per se, & qūq; vtit' in declaratione eorū ꝓpositionibus famo

B sioribus eis ad confirmādū: & iō iterauit sermonē in hoc, vt mihi videtur.

Idem supra te, cō, 48.

Aristo. ea, quę sunt manifesta p se, qūq; ponit, p manifestis apud eos, qui īnati sunt recipere illud, qd' est manifestum p se, & qūq; vtit' in declaratione eorū ꝓpositionibus famosioribus eis ad cōfirmandum.

Inconueniens autem est non opinari propter hoc aliquid fieri, nisi videatur mouens deliberatiuum: & tamen ēt ars nō deliberat: sed nāque si esset in ligno nauis factiua, similiter vtiq; natura fecisset. Quare, si in arte inest propter aliquid, & in natura est. Maxime autē manifestum est, cum aliquis medicatus fuerit ipse seipsum, huic.n. comparatur natura: quod igitur causa sit natura, & sic sicut propter aliquid, manifestum est.

Et malum est etiam, quod non opinantur ea fieri pp aliquid, si nō inuenerint agens cogitare in sua actione, & ipsi inuenerunt sine cogitatione artem: & si ars edificandi naues esset in ipsis lignis, tūc operatio eorum esset ad modum operationis naturæ: ex quo sequitur, si in arte est propter aliquid, vt etiam sit hoc in natura & magis, quo declaratur hoc, est in illo, quid curat se in medicina: & natura assimi

C latur huic: manifestum est igitur quod natura est causa, & quod est causa propter aliquid.

Demonstrat hoc inopinabile contingens ei, qui nō concedit cām finalē esse in 86
natura, propter hoc, quod in natura nō est cogitatio, & finis nō inuenit' apud eos, nisi in cogitatione, & est, qm̄ cōtingit eis, vt ista cā nō inueniat' in rebus artificialibus carentibus cogitatione. Et dixit & malū est ēt eos non opinari quod actiones non sunt pp aliquid, nisi agens agat a cogitatione, & ipsi inueniūt artē agere pp aliquid, cū hoc, quod agēs nō cogitat: & dixit hoc in artibus, quę nō vtunt' cogitatione, vt texere, & suere, non sicut ars medicinæ, & nauigādi. Deinde reuersus est ēt ad declarandū qd' natura ī hoc cōuenit cū arte, declarādo qd' illud, p qd' pōt quis existimare eas diuersari, qd' nō diuersent' in eo, & per hoc pficit' sermo in cognitiōe modi similitudinis inter illas, & dixit & si ars ędificādi, &c.i. manifestū est qd' nō est dr̄ia pr̄ia hæc inter naturā, & artē, sed ars agit extra, & natura intra: si igit' essemus imaginati qd' ars est in re, tunc necessario contingeret agere, ac si esset extra: & si hoc esset, non esset illic dr̄ia inter naturam, & artem: intendebat per hoc, quod si actio artis propter aliquid esset, quia est extra, necesse esset, si imaginati essemus artem intra, vt non ageret propter aliquid: sed quia notum est per seipsam agere propter finem, siue sit extra, siue

Ars agit extra. Idē. 12. me.c.13.tertio d aīa 18. Idē sup cō. pri. & quæ ibi.

A

intra; manifestum est quod hoc est, secundum quod semper agit, aut in maiori p te; ars igitur conuenit in hoc cum natura. Deinde induxit illud, quod sequitur ex hoc, & dixit ex quo sequitur, &c. & ista consecutio est manifesta ex hoc quod declarauit, quod illud, in quo differt ars a natura, nihil operatur, in hoc, agit propter aliquid, & cum induxit testimonium super hoc, ex hoc, quod si esset in ipsa re tunc ageret, ac si esset extra, & dixit & hoc magis declaratur, & est quoniam ars inuenitur in medico, qui curat se agere in illud, in quo est ac si esset extra: & si hoc non esset, tunc ars non ageret propter aliquid, quia extra, & cum destructum est quod actio extrinseca operatur in hoc, non est differentia in hoc inter artem, & naturam.

*Capitulum, in quo ostenditur quomodo necessarium reperiatur in rebus naturalibus. Cap. IX.*

B

QVod autem ex necessitate est vtrum ex suppositione, aut simpliciter: nunc quidam enim opinantur, quod ex necessitate in generatione esse: quemadmodum, si que si aliquis murum factũ esse ex necessitate existimet: quoniam quidem grauia deorsum ferri apta nata sunt, leuia autem supereminent, vnde lapides quidem deorsum, & fundamentum terra autem sursum propter leuitatem, supereminent autem maxime ligna, leuissima enim sunt.

Et considerandum est de necessitate vtrum sit a positione, aut simpliciter: opinantur enim quod necessitas in generatione est secundum modum, si aliquis existimasset quod paries est necessario, quia grauia innata sunt descendere inferius, & leuia ascendere superius, & ideo lapides, & fundamentum est inferius, terra, & lutum superius, quia sunt leuiora, & superiora omnia ligna, quia sunt leuissima.

C

87 Antiqui dixerunt formas esse pp materias, & diuersificari pp materias. sed Aristo. tenet opposi tum, Idẽ sup 74. & 75. Idem pri. de aĩa. 52. & 2. de aĩa. 36. et 60. Idẽ ifra in hoc. 2. cõ. 88. & 90. & 91.

ET cum declarauit, quod natura agit propter aliquid, & quod existentia finis in rebus naturalibus, & conuenientia membrorum in salute entis naturalis non est casu, & omnes antiqui, dicentes causam materialem tantum esse, intuntur ex illa reddere causas formarum, & actionum: opinabantur enim quod formæ sequuntur de necessitate naturam materiæ: & quod diuersitas earum est ex diuersificatione materiæ: ipse igitur vult destruere hoc: quoniam ipse opinatur econtra. s. quod materia sequitur formam. Et dixit & considerandũ est, id est, & considerandum est de necessitate, existente in rebus naturalibus, vtrum sit ex positione formæ, s. quod, cum posuerimus, quod forma sit, sequitur vt materia sit, aut necessitas inuenitur simpliciter, i. ex materia: quoniam ista necessitas non est propter aliquid: sed simpliciter est, i. ex se non ex alio. D. d. opinantur enim isti, &c. i. isti enim, qui opinabantur quod necessitas est in generatione generati ex materia, similes sunt in hoc, quod opinãtur de rebus naturalibus ei qui opinantur in rebus artificialibus, quod domus generatur ita, quod fuerit stodiens a calore, & frigore ex necessitate, quia partes graues, quæ sunt in ea, descendunt ex necessitate naturæ grauis inferius, & partes leues, quæ sunt in ea, ascendunt de necessitate etiam ex natura leuis, & partes mediæ existunt mediocriter, vt ligna superius, & lapides inferius, & terra, & lutum in medio. Et ex hoc exemplo apparet, quod natura est similis arti: qui enim dicit quod homo generatur ex hac gñatione, quia necesse fuit vt partes graues, quæ sunt in eo, descenderent, & leues ascenderent, est sicut qui dicit hoc in domo: & isti non ea

A dunt per hunc sermonem ab esse casu in generatione entium; quoniam si partes graues descenderent in plantis, & animalibus ex necessitate suę naturæ, & leues ascenderent, tunc conuenientia actionum partium grauium, & actionum partium leuium in salute illius speciei erit casu: licet hoc in pluribus rerum naturalium videatur econuerso: animalia enim testea, si natura non intendisset custodiam, deberet descendisse in eis pars testea.

Sed tamen non sine his quidem facta sunt, non tamen propter hoc, nisi sicut propter materiam, sed causa abscondendi ipsa, & saluandi: similiter autem, & in aliis omnibus in quibuscunq; propter aliquid est, non sine quidem habentibus necessariam naturam sunt, non tamen propter hoc, sed aut sicut materia sunt, sed propter aliquid est, vt serra: huiusmodi enim est, quia talis est, & propter hoc est: sed tamen id, quod est cuius causa impossibile est fieri, nisi ferrũ sit, necesse igitur ferrum esse, siquidẽ serra erit, & opus ipsius ex suppositione necessarium est, sed non sicut finis: in materia enim necesB sarium est, quod autem est cuius causa sit, in ratione est.

Et verum est certe quod paries non esset sine istis, sed esse eius nõ fuit propter ista, nisi intelligas per hanc præpositionem propter, materiam, sed propter custodiam, & salutem, & propter istas fuerunt illa: & eodem modo est de omnibus, quæ sunt propter aliquid non.n. sunt illis, quæ habent aliquam naturam necessariam, sed esse eorum non propter hoc existimatur materia, sed propter aliquid. v.g. serra quare est talis? & dicetur, vt agat aliquid, aut propter aliquid, & qđ agit hoc, & est propter illud, non est aptum nisi sit ex ferro: ex quo sequitur necessario, vt sit ex ferro, si fuerit serra, & sua actio fuerit eius actio: ex positione igitur est necessitas, nõ ex fine intenta: necessitas.n est in materia, & illud propter quid est in definitione.

Et uerum est quod paries non potest esse sine illis grauibus, & leuibus, quæ ita habent se ad illum quasi materia, sed esse parietis non fuit propter hanc causam, quæ est graue, & leue: nisi quis intelligat per hanc præpositionem propter, 88
C causam finalem intentam per artem, & est custodia, & salus: tunc enim erit verum dicere, respondendo ad quare fuit paries, quod paries fuit propter suam causam: & deinde dixit & eodem modo, &c.i. & eodem modo est de omnibus, quæ generantur propter aliquem finem intentum: quoniam impossibile est vt sit aliquid sine illis, quæ habent naturam necessariam in esse eius, sed esse eius a tali materia, s. necessaria in generatione sua non facit existimare, quod propter materiã fuit tale, sed opinandum est quod ipsum esse tale est propter aliquid: & intendebat hoc, cum dixit sed esse eius, &c. id est, sed ipsum esse huiusmodi, scilicet quia illa sunt necessaria in suo esse, propter hoc, debet quis existimare quod materia est causa esse eius, sed opinandum est quod esse eius est propter aliquid. Et in libro Alexan. dicitur sed non propter ista, sed propter materiam, idest & illa, quæ sunt ante finem in re, non dicuntur esse causæ finis, nisi secundum modum, secundum quem materia est causa finis, immo finis est causa eius principaliter. Et, cum posuit quod signum quod paries, & alia corpora generata non generantur ex necessitate materię, licet materia sit necessaria in esse eius, hoc, scilicet significat quod cum aliquis interrogauerit quare est aliquid, non respondebitur per materialem causam, sed finalem: notificauit hoc per exemplum, & dixit Verbi gratia, quoniam cum aliquis quæsiuerit, quare serra habet multos dentes? & dicetur, vt serret ligna, aut propter serrationem, & non dicetur, quod habet

multos dentes? quia est ex ferro, licet serra non possit esse nisi ex ferro: & hoc intendebat cum dixit, & hoc propter quod est non est aptum, &c. i. licet hoc, propter quod fuit serra, non aptetur, nisi serra sit ex ferro.

Deinde induxit illud, quod est quasi conclusio istius sermonis, & dixit sequitur igitur necessario vt sit ex ferro, &c. i. sequitur igitur ex hoc, quod dicimus q serra est propter suam actionem, & quod actio eius non potest esse, nisi sit ex ferro, vt necessitas in serra sit secundum positionem, scilicet secundum positionem finis, non secundum materiam: & hoc intendebat cum dixit ex positione igitur erit necessitas secundum finem intentum. i. ex positione igitur finis quęrenda erit necessitas materiae conuenientis illi actioni, & necessitas esse rerum sequentium materiam, non quod esse istorum est propter finem, neq; q finis est ex necessitate materiae, i. illa enim, quae inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate nō pp aliquid, vt mors animalis propter materiam, & illa, quae inueniuntur in eis propter aliquid, sunt pp formam, & desinitionem: & ideo non sunt necessaria simpliciter, & hoc intendebat, cum dixit necessitas enim est in materia, & pp quid est in definitione. Et innuebat pp hoc diuersitatem essentiae rerum sequentium essentiam ex necessitate materiae, quae non intenduntur pp aliquid: ex quibus antiqui errauerūt, & existimauerunt, q oīa, quae accidūt rebus sunt de necessitate mat. Et hoc componitur in secunda figura sic. Res necessariae non intentę, sunt ex materia. Et res intentę non necessarię, non sunt ex materia. Ergo res intentę non sunt necessariae non intentae. quod aūt res intentae non sunt ex materia manifestū est: qm̄ res intentae sunt ex forma, & ideo non sunt necessariae generationis: & forma non est pp materiam; ergo res intentae non sunt pp materiam. Et potentia totius sermonis praedicti est in tertia figura sic. Quando in rebus generabilibus interrogatur, quare generatur, non respondetur per causam materialem. sed qñ in rebus generabilibus interrogat' quare, respondetur per causam finalē. Ergo causa finalis est alia a causa materiali. Et omnes istae rationes sunt contra eos, qui non concedunt illud, quod est notum per se: si enim causa finalis sequeretur necessario causam materialem, tunc ad qōnem per quare responderetur causa materialis: haec enim est dispositio entis necessarij simpliciter, s. vt non sit pp suā actionem, sed actio eius pp ipsum; & iste modus necessitatis inuenit' in rebus aeternis; & ista est necessitas simpliciter, quam antiqui existimabant esse in rebus naturalibus generabilibus, & corruptibilibus. si igitur formae sequerentur materiam de necessitate, tunc omnia essent necessaria.

Quae in reb' naturalib' inuenunt' ex necessitate, & nō pp aliquid, sunt pp materiā, & que inueniūtur in eis pp aliquid sunt pp formam. vide idem. 3. de aīa. com. 60.

Haec est dispō entis necessarij simpl͡r. s. vt non sit pp suā actionē, sed actio eius pp ipsum, quod qūo intelligēdū sit uide 2. cęl. cō. 17. & 21. & 12. meta. 36.

Est autem necessarium & in doctrinis, & in his, quę secundum naturam fiunt, quodammodo similiter; quoniam rectum hmōi est, necesse est triangulum duobus rectis aequalem habere: sed non, si hoc est, illud est: sed si hoc non est, neq; ille rectus est: in his aūt, quę pp aliquid fiunt, aecontrario est, si finis aut erit, aut est, quod est ante finem, aut erit, aut est: si vero non, sicut ibi, cū non sit conclusio, principium non erit, & sic hic finis, & quod est eius causa, principium enim, & hoc est, non actionis autem, sed animi, ibi aūt sunt animi, actus enim non sunt.

Et necessarium est in doctrina, & in eis, quę secūdum cursum naturalem sunt quodammodo similia: quoniam, rectum est tale, necesse est vt anguli, & trianguli sint aequales duobus rectis: & non quia fuerit tale, fuit illud: sed hoc, si non esset tale, illud non esset rectū: & illa, quae sunt propter aliquid, si finis intenta per illa fuerit praesens, aut futura fuerit, illa etiam, quae sunt ante, erunt pręsentia, aut futura: & si non sunt, quemadmodum igitur illic, si conclusio nō fuerit, non erit principium, similiter haec est dispositio finis, & illud pp

A quid: hoc enim etiam est principium, sed non est principium operationis, sed cogitationis, & principium illic est cogitationis, quia illic non est operatio.

Id est, & necessitatem esse in doctrina, & in naturalibus est consimile, quodã- 89
modo, s. qm̃ in vtroq; inuenitur necessitas expositione, & dixit quodammodo: qa ex prioribus in doctrina consequuntur posteriora, cum conclusio, quæ est posterior in scientia secundum tempus, sequitur ex propositionibus, quę sunt priores in esse, aut illa, quæ sunt priora in tpe, sequuntur posteriora. Et similitudo inter illa est: qm̃ si propositiones fuerint, erit conclusio necessario, & non sequitur è contrario: & si finis fuerit, erunt illa, quæ sunt ante finem: & in hoc diuersantẽ hæc duo: propositiones igitur secundũ hunc modum assimilantur fini, cõclusio autem assimilatur eis, quæ sunt ante finem. Et cum dixit, quod necessitas est in eis consimilis, incœpit declarare similitudinem, & dixit, qm̃ quia rectũ est tale, &c. & in doctrina inuenitur aliquod simile necessario, quod est in generatione, qm̃ ex esse propositionum sequitur esse conclusionis. V. g. quia angulus extrinsecus in triangulo valet duos intrinsecos sibi oppositos, & cum angulo sequẽti valet duos rectos, hæc est causa in hoc, quod anguli trianguli sunt æquales duobus rectis: B propositiones igitur sunt illa, propter quæ est res, conclusio vero est illud, qđ est ante illud propter quod est: & intendebat per rectum triangulum rectorum laterum: & intendebat per tale, hoc, quod extrinsecus valet duos intrinsecos, & cum sequente valet duos rectos. D. d. & non, quia hoc est tale, fuit illud tale. i. & non quia anguli trianguli valẽt duos rectos, est necesse, vt angulus extrinsecus sit talis, i. quoniam hæc non est causa illius. D. d. sed si hoc non fuerit, &c. i. si non fuerint anguli æquales duobus rectis, triangulus non erit rectorum laterũ. D. d. & illa, quæ sunt propter aliquid, &c. i. & dispositio conclusionis cum propositionibus est dispositio eorum, quæ sunt propter aliquid, & cum illo propter quod sunt; cum enim fuerit finis, propter quem sunt in actu, erunt illa in actu: & si fuerit finis in potentia, illa erunt in potentia, licet nondum sint in actu: & hoc intendebat, cum dixit & si non sunt: & similiter, cum conclusio fuerit in actu, propositiones erunt in actu, & si conclusio fuerit in potentia, propositiones erunt in potentia. Et cum declarauit quod ita se habent propositiones cum conclusione, sicut finis cum his, quæ sunt ante finem, & dixit & queamdmodum illic, &c. i. quemadmodum si non fuerit conclusio, non erunt propositiones, similiter, si non fuerint illa, quæ sunt ante finem, non erit finis: illa enim, quę sunt in doctrina quasi finis, sunt propositiones: & illud, quod est quasi illa, quæ sunt ante finem, est conclusio. D. d. hoc enim est principium, &c. & innuit propositiones, quæ sunt principium doctrinæ. D. d. sed neque principium operationis, sed C cogitationis: & præseruat se, ne quis dicat, ꝙ nos videmus quod ad quædã principia sequuntur vltima, & sunt principia doctrinæ: & hoc est contra positum in natura: & responsio ad hoc est, quoniam hoc non est principium operationis, sed principium cogitationis; sermo autem est de principiis operationum: & accidit, vt ex principio cogitationis sequatur illud propter quid: principium. n.[a] in cogitatione est finis in operatione, & finis in cogitatione est principium in operatione. D. d & principium illic, &c. id est, in doctrina speculatiua; & dixit hoc, quia sunt doctrinæ operatiuæ, & accidit eis, vt illic sint duo prĩcipia, principiũ. s. cogitationis, & principiũ opationis, & silr finis cogitationis, & finis opationis.

a Principiũ in cogitatione ẽ finis in operatione, et finis in cogitatione est prĩcipiũ ĩ operatiõe. idẽ 7. me. cõ. 23. Et. 3. de aĩa. te. com. 49.

Quare, si erit domus, hęc necesse ẽ fieri, aut existere, aut esse, aut oĩno materiã, q̃ pp hoc: ut lateres, & lapides esse, si domus: non tñ pp hoc est finis, sed aut sicut materię, neq; est pp hæc: oĩno tamẽ, si nõ sint, non erit, neq; domus, neq; serra: hæc quidẽ, nisi sint lapides, illa vero, nisi sit ferrum: neq; enim ibi principia sunt, nisi triangulum duobus rectis. Manifestum igitur est quod est necessarium in physicis, quod sicut materia dicitur, & motus ipsius.

Necesse est igitur, vt si domus erit, vt ista sint necessario, aut v sint, aut quod erunt præsentia, & vniuersaliter materia, quæ est pr pter aliquid, Verbi gratia, quoniam lapides erunt, si erit domus, ist non propter ista est finis intenta, sed secundum quod est materia, sed la, si non fuerint, non erunt ista: domus igitur non erit, si lapides n fuerint: neque serra erit, si ferrum non erit: illic enim principia no erunt, si anguli trianguli non fuerint æquales duobus rectis. Manife stum est igitur quod necessarium in rebus naturalibus est illud, quod d citur de materia, & eius motibus.

90 Id est, necesse est igitur, si domus fuerit in actu, vt illa, ex quibus domus fit sint ante domum: & hoc intendebat, cum dixit vt sint necessario. i. vt ista, ex quibus domus fit, sint necessario in esse, aut generata ante generationem dom & hoc duobus modis, aut vt sint præsentia cum ea, aut quod erunt præsentia. d. & vniuersaliter materia. i. vniuersaliter ista est dispositio materiæ ... pp quod fuit materia. D. d. V. g. i. V. g. q̄m lateres, & lapides necesse est v... si domus fuerit, sed non ex lateribus, & lapidibus sequitur necessario, vt ... intentus. V. g. domus: neque habet introitum in fine, nisi secundum materi... secundum quod materia, est vna causarum rei cuius est materia. D. d. & non ... propter ista. i. & forma non erit per materiam: sed per agens. D. d. sed illa ma teria. D. d. si ista non fuerint. i. forma & finis. D. d. illic enim, &c. & quod ... ex hoc in generatione est simile ei, quod accidit in doctrina. in doctrina enim ... non erunt propositiones, si conclusio non fuerit. V. g. q̄m propositiones, ex ... bus declaratur quod anguli trianguli valent duos rectos, non erunt, si non f... rint æquales duobus rectis: & iam prædixit hæc, sed iterauit illud ad re... rationem. In libro vero Alexan. neq; illic etiam erunt principia, si trian... buerit angulos æquales duobus rectis. i. q̄m non sequitur quod, si conclu... quod propositiones sint. Deinde dixit manifestum est igitur, quod necessitas ... bus naturalibus notat materiam, & illud, quod sequitur materiam de moti... non notat formam, s. q̄m materia inuenitur propter formam, non forma prop ipsam, cum non sequitur materiam.

Idem supra te. cō. 89.

Idem supra 87. & q̄ ibi.

Et vtræque physico dicendæ sunt causæ, magis autem quæ cu causa: causa enim hæc materiæ est, sed non hæc finis. Et finis, c cuius causa, & principium a definitione, & ratione est, sicut in h quæ secundum artem: quoniam, si domus talis est, oportet hoc fi ex necessitate, & esse: & quoniam hoc est sanitas, hoc oportet fieri necessitate, & esse: sic, & si hoc est homo, hoc: si autem hoc, & hoc.

Et oportet naturalem intendere has duas causas: sed magis deb intendere causam, quæ est propter quid: quoniam ista est causa ma riæ, ipsa autem nō est finis, propter quem, & principium est de defi nitione, & ratione, sicut est in rebus, quæ sunt per artem, Verbi gr tia, quoniam, quia domus est tale, necesse est, vt sit hoc: & quia sani tas est talis, necesse est, vt sit hoc: & similiter, quia homo est talis, ne cesse est, vt sit hoc.

91 Et oportet naturalem reddere vtranque causam, quia constitutio rerum natu ralium est ex ambobus, s. ex materię, & ex illo, propter quod est materia. De de dicit, sed magis debet, &c. id est, oportet naturalem solicitari magis circa ca sam finalem, cum propter causam finalem est causa materialis, & non propter causam materialem est causa finalis. Deinde dicit & principium est ex definitio ne, & ratione, id est, & principium, ex quo sequitur, si fuerit necessitas materiæ est illud, quod continet definitio, & forma in rebus compositis.

A Et intendebat per hoc quod, cum definitio rei fuerit posita, sequitur materia necessario in esse eius. definitio enim continet formam communem, & propriã. Deinde dixit sicut est in rebus artificialibus, id est, Verbi gratia, quia definitio domus est continens, cooperiens, defendens a calore, & frigore, necesse est vt sit composita ex tecto, & pariete. & quia definitio hominis est animal rationale, necesse est vt sit compositum ex carne, & osse: quia definitio sanitatis est dispositio in membro, qua agit suam actionem in membro, necesse est vt ista dispositio sit complexio: & hoc intendebat, cum dixit quod domus est tale, &c. Definitio continet formã cõmunẽ, & propriã. Idẽ. 7. met. 43.

Fortassis autem & in ratione est necessariũ: determinaturi enim opus serrandi quoniam diuisio huiusmodi est, hoc autem non est, nisi habeat dentes huiusmodi, hi autem non, nisi sit ferreum. sunt autem in definitione quædam partes, vt materia.

Et rectum est vt necessarium intret in definitione etiam: & hoc erit quando definierimus actionem serrationis, quoniam est scindere tali modo ꝙ non aptatur, nisi serra habeat dentes tali modo: & hoc impossibile est vt sit hoc modo, nisi sit ex ferro: in definitione enim etiam quædam partes sunt, quasi materia.

B Quia definitiones continent genera, & differentias, & genera sunt formæ vniuersales, differentiæ formæ propriæ: & est declaratum quod materia sequitur necessario ex forma, rectum est vt definitiones in hac scientia sint principium apparentiæ necessitatis materiæ: & quia ex quibusdam definitionibus non solummodo apparet consecutio materiæ, sed etiam in eis intrat materia, Dixit & rectum est, vt in quibusdam definitionibus non sequatur necessarium ex positione definitionis, sed intrat in definitione quasi pars: in talibus igitur definitionibus apparet materia, quasi pars, non secundum consecutionem. D. d. si enim definierimus, &c. hoc est exemplum definitionis, in qua apparet materia: serratio enim, quia non completur nisi per formam, & materiam serræ, ideo intrat materia in definitione: serra enim, si dixerimus ipsam esse instrumentum habens dentes, non erit definitio, donec dicamus ipsam esse ex ferro. 92 In definitionib' natura lib' apparet materia, vel manifeste, vel consecutiue. Vide idem supra com. præcedenti.

*Licet pars hæc, Consuetudo, sic. sit in rei ueritate complementum. 60. com. p. ph. & illic iure esset reponenda, tamen quia loco proœmii Tertii ph. solet legi, ideo hic reliquimus.*

C Consuetudo, sicut dixit Aristo. in secundo metaphysi, est maxima causa impediens a pluribus rebus manifestis per se: quẽadmodum enim, cum homo fuerit assuetus ad aliquas actiones, licet noceãt illi, erunt faciles illi, & credit ꝙ sint vtiles, similiter, cum fuerit assuetus credere sermones falsos a pueritia, erit illa consuetudo causa ad negandum verum manifestum: sicut quidam, cum vsitati sunt comedere venenum intantum, quod erat eis cibus, sic accidit modernis dicentibus ꝙ generatio fuit ex non ente, & causa istius existimationis fuit consuetudo. Et tu potes scire hoc ex hoc. ꝙ dixit Arist. ꝙ omnes antiqui conueniunt in hoc, ꝙ nihil generatur ex nihilo. & iam vidi quosdam socios dubitantes in hac quæstione, tamen obuiaui huic aliquantulum in tractatu de substantia orbis. Et ista mala cõsuetudo auferri potest per hanc consuetudinem audiendi contraria sua. quemadmodum igitur malitiæ acquisitæ per malam consuetudinem obuiamus per consuetudinem habituum bonorum oppositorum illis, similiter credere res falsas destruitur per habere consuetudinem rerum verarum, & ista consuetudo est impediens multos intellectus perfectos recipere veritatem. Et ideo videmus modernos loquentes dicere ꝙ qui in principio addiscit philosophiam, non potest addiscere leges, & qui primo addiscit leges, non ei abscondentur post alie scientiæ: Et primo de anima. c. 16. & quæ ibi. Arist. 2. me. t. c. 14. Idem primo ph. cõ. 71. Primo ph. tex. cõ. 34.

& bene dixerunt : in quo enim congregatur consuetudo , & compræhensibilitas veritatis, ille non habet impedimentum a veritate , sed impedimentum semper a falsitate, vel saltem ab eo, in quo non est veritas, neque falsitas, vt in legibus, sed qui habet consuetudinem recipiendi falsum , aptus est vt impediatur a veritate, quemadmodum in quo congregatur cum nutrimento panis, qui est cibus temperatus, consuetudo nutrimenti , rectum est vt non impediatur in aliqua hora ab hoc, quin nutriatur ab eo, & quin non accidat ei nutrimentum : sed qui assuetus est ad aliquid aliud, quam panem, bene potest impediri a nutrimento illius . Et ex hoc modo, scilicet per consuetudinem estimatur quod apologi propositi ciuitatum corrumpunt multa principia naturæ, & hoc est per assuetudinem. Et ideo fides vulgi est fortior quam fides philosophorũ . quoniã vulgus non assueuit audire aliud, philosophi autem audiunt multa. & ideo, quando disputatio, & consideratio consequens est omnibus , corrumpitur fides vulgi, & ideo quædam leges prohibent disputare . Et potest bene videre quantum operatur audire res extraneas in opinione , quæ est per consuetudinem in hoc tempore. homines enim multi, cum intrauerunt res speculatiuas, & audierunt res extraneas eis, cum fuerint assueti, statim corrumpetur opinio, quam habuerunt ex assuetudine: & non fuerint tantum assueti ad istas res extraneas, vt possint recipere, & sunt destructa apud eos maior pars legum, & multiplicati sunt homines apud eos , qui dicebantur zenodic : Et Algazel fuit maior causa huius cũ suis compositionibus mixtis. Et diximus hoc.

Finit liber Secundus .

# Incipit liber Tertius physicorum Aristotelis.

*Summa . 3 . lib. phy. secundum Auer.*

A textu primo vsque ad. 24. differit de motu , & de eius speciebus.
A textu . 24 . vsque in finem facit longam narrationem de infinito.

## Tractatus primus de motu .

### *De definitione motus. Cap. I.*

Ignorato motu necesse est naturã ignorari.

QVoniam autem natura est principium motus , & mutationis : scientia autem nobis de natura est : oportet non ignorare quid sit motus . necessarium est enim ignorato ipso , & ignorari naturam . Determinãtibus igitur de motu , tentandum est eodem aggredi modo & de his , quæ consequenter sunt . Videtur autem motus cõtinuorum esse : sed infinitum apparet primum in continuo : vnde & definientibus continuum contingit primum indigere multotiens ratione infiniti : cum in infinitum diuisibile continuum sit .

Infinitũ apparet primũ in continuo.

Quia natura est principium motus , & quietis, & transmutationis: & in hac scientia intendimus naturam : oportet nos narrare primo motum quid sit : deinde , cum determinauerimus hoc, determinabimus vnum quodque consequẽtium hoc modo : & existimatur quod motus est de rebus continuis : & primum eorum, quæ sequuntur sciẽtiam de continuo, est de infinito : & ideo accidit multotiens , cum definierimus continuum , vti in eius definitione infinito : illud enim, quod diuiditur in infinitum , est continuum .

1 Cõtinuatio. INcipit notificare causam, propter quam cõtingit ei loqui in hoc libro de motu, & de rebus, quæ sequuntur motum : quoniam, cum consideratio eius est de na-

A tura;cuius definitio est principiũ motus, & quietis, fuit necesse ei declarare secundum quot modos dicitur principium, & ꝙ dicitur de materia, & forma, s. primũ principiũ materiale, & formale: sed primũ principiũ materiale potuit declarare, ante quã perscrutaretur de motu, & accidentibus motus, principiũ aũt, qđ est primus motor non potuit perscrutari de eo, nisi post perscrutationem de motu: & incœpit hic declarare ꝙ ex definitione naturæ apparet ꝙ pscrutatio de motu est necessaria, & quia oportet naturalem perscrutari de vnaquaque illarum partiũ acceptarum in definitione, & dixit ꝙ natura, &c, i. &, quia iam apparuit ex prędictis ꝙ definitio naturæ est principiũ motus, & quietis. i. transmutationis, & non transmutationis: & intendimus in hoc libro perscrutari de natura, cum intentio huius libri sit loqui de rebus communibus omnibus rebus naturalibus: & iam locuti sumus de primo principio, quod est quasi materia omnium rerum naturalium: oportet nos igitur loqui de motu quid sit, & cum determinauerimus, id est definierimus motum, determinabimus post vnumquodque eorum, quæ accipiuntur in definitione motus, & quæ sequuntur motum. Et, cum dixit hoc, incœpit dicere illa, quæ ita se habent ad motum, & dixit: & existimatur, &c. i. vtrum diuiditur in indiuisibilia semper, aut in aliqua diuisibilia. Deinde incœpit narrare etiam quod consideratio de continuo exigit etiam considerationem de infinito, & dixit & primum eorum, &c. i. & primum eorum, quæ apparent ex consideratione de conti-B nuo, est considerare de infinito. Deinde dedit causam in hoc, & dixit & ideo accidit multotiens, &c. i. quia infinitum contingit continuo, aut est diffinitio eius, accidit multotiens, cum definierimus continuum, accipere in sua definitione infinitum. continuum enim est illud, quod diuiditur in infinitum. Deinde induxit testimonium, super hoc, & dixit ꝙ enim diuiditur in infinitum est continuum. i. et diximus ꝙ definitio continui est illud, quod diuiditur in infinitum: quia illud, ꝙ diuiditur in infinitum est continuũ: quod enim prædicatur secundum quid, quãdo conuertitur, est definitio. Et dixit, vt mihi videtur, accidit multotiens quod ista definitio continui apud dicentes ipsum componi ex partibus indiuisibilibus non est concessa: dicentes enim ꝙ continuum componitur ex partibus indiuisibilibus non concedunt hanc definitionem. Et, d. d. & ideo accidit pluribus eorum, qui vtuntur definitione continui, accipere in definitione eius infinitum. Et forte dixit hoc, quia continuum potest habere aliam definitionem, vt in qua dicitur. continuum est illud, in cuius medio põt poni terminus communis duabus partibus.

*Principium ꝙ est prim' motor, non potuit perscrutari, nisi post perscrutationem de motu. Idem 8. phy. 4. 5. &. 6. c.*

*Idẽ primo ph. in prologo suo & ibidem. c. 4.*

*Continuum diuiditur in infinitũ. idẽ infra. 31. cõ. & quæ ibi. idẽ. 3. phy. t. c. 69. idẽ in prędicamentis. c. de quãtitate.*

Adhuc autem sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est esse motum: manifestum igitur est quod & propter hoc, & propter id, quod omnia sunt communia et vniuersaliter hoc omnibus, inten-C dendum præargumentantibus de vnoquoque istorum: posterior autem de propriis speculatio ea, quæ de communibus est.

Et, cum hoc impossibile est vt motus sit, si locus, et tempus non fuerit. manifestum est igitur quod propter hoc, et propter hoc, qđ ista sunt communia omnibus oportet perscrutari de vnoquoque eorum: consideratio enim de propriis est post considerationem de rebus communibus.

*Speculatio đ ppriis posterior ea, quæ de communib' est.*

2

Cum declarauit quod ex definitione naturæ apparebit ꝙ oportet naturalem perscrutari de motu, & consequentibus motum, & dixit ꝙ illorum, quæ sequuntur motum, quæ sunt propinqua substantiæ eius, est continuum, & quod infinitum sequitur continuum, incœpit dicere, & quia locus, & tempus sequuntur motum in rei veritate, & vacuum, vt dicunt quidam naturales, oportet etiam considerare de istis tribus prædictis. Et dixit & manifestum est igitur, &c. id est manifestum est igitur quod ex hoc quod diximus, quod ista apparent in definitione naturæ, & quia etiam ista sunt communia omnibus rebus naturalibus, oportet nos in hoc libro loqui de istis rebus; cum iste liber sit pri-

*Oportet prius loqui de cõmuni quã de proprio. idẽ prologo suo super. 1. phy. & ibidẽ. com. 27. & tex. idẽ. 2*

mus liber, in quo loquitur de rebus naturalibus : & de communi oportet loq prius quam de proprio. & ideo fuit necesse loqui de istis rebus in hoc libro. Et hinc expressit suam intentionem in [a] hoc libro, & illa, quæ sunt substan tia istius considerationis : & sunt causæ cõmunes, & accidentia communia, qu apparent ex definitione naturæ.

de aĩa. com. 30. & ibi. c. 1. idem. 1. de partibus aĩalium. c. 1. & 2. de generatione & corruptione, t. cõ. 51.

a Idem supra. c. 1. & quæ ibi.

Primum autem, sicut diximus, de motu · est igitur aliquid, q̃ endelechia tantum est, aliud autem potentia : & eorum, quæ sunt actu, hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quantum, aliud vero quale, vel aliquod aliorum entis prædicamentorum : & eius, quod ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam, & defecti dicitur, aliud autem secundum actiuum, & passiuum, & omnino motiuum, & mobile : motiuum enim motiuum mobilis est : & mobile a motiuo est mobile.

Et incipiemus, sicut diximus, de motu : & dicamus q̃ rerum quædam sunt in perfectione, & quædam in potentia : & Istorum quoddam demonstratur esse hoc, & quoddam demõstratur esse huius quantitatis, & quoddam demonstratur esse huius dispositionis aut attribuitur hoc modo alicui aliorum prædicamentorum entis. Relatiuorum quædam dicuntur secundum magis, & minus, & quædam secundum agens, & patiens, & vniuersaliter secundum mouens, & motum : mouens enim est mouens motum : & motum est motum a mouente.

3 Cum voluit definire motum, incœpit de illis, quæ ita se habent ad id, quod vult definire, quasi propositiones: & incœpit primo diuidere ens, secundum actum & potentiam : & sunt duo genera, extra quæ non potest motus esse, aut non est medium inter illa : deinde posuit secundam propositionem, & est quod entia diuiduntur in decem prædicamenta, ad hoc, quod vult etiam declarare quod motus inuenitur in quatuor eorum tantum. Deinde posuit tertiam propositionem & est quod prædicamentum relationis quandoque relatio in eo est secundum magis, & minus, vt duplum, & dimidium, & multum, & paucum, & quandoque est relatio in eo secundum agens, & patiens, quemadmodũ enim duplum dicitur in respectu dimidii, & dimidium in respectu dupli, similiter agens dicitur in respectu patientis, & patiens in respectu agentis. Et induxit hoc ad declarandum quod motus [b] est actio moteris in moto, & quod non habet esse nisi in moto, ideo accipit rem motam, quasi differentiã motus. D. d. & quoddam demonstratur esse hoc, i. indiuiduum substantiæ, quoddam huius quantitatis, id est indiuiduũ quantitatis, & quoddam huius dispositionis, i. indiuiduum qualitatis. D. d. secundum magis, & minus, i. relatiuum, quod est in quantitate. D. d. secundum agens, & patiens : & intendit relatiuum, quod inuenitur in prædicamento agere, & pati. Et dixit & vniuersaliter secundum mouens, [c] & motum, quia mouens & motum sunt priora quam agens & patiens, cum omne agens sit mouens & non conuertitur.

b Motus est actio motoris in moto, & nõ habet esse, nisi in moto. Idem 5. ph. c. 3. & 8. phy. c. 4. idẽ infra in hoc tertio. 4. & . 6. 18. 19. 22. 23.

c Mouens, & motũ sũt pfectiora q̃ agens, & patiens, cum omne agens sit mouens, & non ecõtra. idem. 1. de gñatione t. cõ. 45. & 12. met. cõ. 23.

Non est autem motus præter res : Mutatur enim semper id, quod mutatur, aut secundum subiectum, aut secundum qualitatem, aut secundum quantitatem, aut secundum locum. Cõmune autem his nullum est accipere, sicut diximus, quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale sit, neq; aliorum prędicamentorum ullum : quare neque motus, neque mutatio ullius est extra ea, quæ dicta sunt, cum nihil sit extra prędicta.

A Et non est motus extra ipsas res: transmutatum enim semper transmutatur, aut in substantia, aut in quanto, aut in qualitate, aut in loco: & nihil inuenitur omnino commune istis, quasi dicat, quod non est ita, neq; vnum aliorum prædicamentorum. Vnde necesse est quod non est motus, neque transmutatio omnino alicuius, nisi istorum, quæ diximus.

Motus secundum substantiã, quãtitatẽ, qualitatẽ, & vbi.

Hoc etiam est quartum fundamentum ad hoc, quod vult de definitione motus, & est, quod motus inuenitur in pluribus vno prædicamento. Et dixit & nõ est motus, &c. i. & non inuenitur motus extra decem prædicamenta: quoniam trãsmutatum semper transmutatur, aut in prædicamento substantiæ, aut quantitatis, aut qualitatis, aut vbi, aut in alio prædicamento: & transmutatio non inuenitur nisi in transmutato: ex quo sequitur vt motus sit in pluribus vno prædicamento. Et iste sermo componitur sic: motus est in moto: & motum est in pluribus vno prædicamento: ergo motus est in pluribus vno prædicamento: & nihil inuenitur, &c. idest, impossibile est inueniri aliquid vnum cõmune istis prædicamentis, in quibus inuenitur motus. V. g. aliquod commune istis quatuor, quod non sit vnum eorum, neque aliorum prædicamentorum: ex quo sequitur vt motus sit in alia natura a prædicamentis, & vt dicatur vniuoce. Et intendebat declarare: quoniam, quia motus non dicitur vniuoce, ideo non habet definitionem dictam vniuoce, sed secundum prius & posterius, sed tamen tales definitiones intrant in artibus demonstratiuis. Et quæritur de hoc, quod dixit hic, quod motus non inuenitur in vno prædicamento, & dictum est in libro de prædicamentis ipsum esse in prædicamento passionis: & secundum hoc aut non debemus cõputare prædicamentum passionis, aut non debemus dicere ipsum inueniri in pluribus vno prædicamento. Ad hoc autem dicamus, quoniã motus secundum quod non differt a perfectione, ad quam vadit, nisi secundum magis & minus, necesse est vt sit de genere illius perfectionis: motus enim [b] nihil aliud est quam generatio partis post aliam illius perfectionis, ad quam intendit motus, donec perficiatur, & sit in actu. Vnde necesse est vt motus, qui est in substantia, inueniatur in genere substantiæ: & motus, qui est in quantitate, in genere quantitatis: & similiter, qui est in vbi, & qualitate: secundum autem quod est via ad perfectionem, quæ est alia ab ipsa perfectione, necesse est vt sit genus per se: via enim ad rem est aliud ab ipsa re: & secundum hoc fuit positum prædicamẽtum per se: & iste modus est famosior, ille autem est verior, & ideo Arist. induxit illum modum famosum in prædicamentis, & istum modum verum in hoc libro. 4

B

Digressio, qua quæritur vtrũ motus sit in pluribus prædicamentis.

Motus non differt a perfectione, ad quam vadit, nisi secundũ magis, & minus, & ideo necesse ẽ vt sit de genere illius perfectiõis. Idẽ 5. physi. cõ. 9. & 17.

b Motus nihil aliud ẽ, quã generatio partis post aliam illius perfectiõis, ad quã intendit motus, donec pficiatur, & sit in actu. Sed oppositum videtur dicere. 4. ph. cõ. 84. vide cõsimi-

C Vnumquodque autem dupliciter inest omnibus: vt hoc, aliud enim forma ipsius, aliud vero priuatio. Et secundum qualitatem, hoc quidem enim album, illud autem nigrum. Et secundum quantitatem, aliud quidem perfectum, aliud vero imperfectum. Similiter autem, & secundum loci mutationem, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, aut aliud quidem graue, aliud vero leue: quare motus, & mutationis tot sunt species, quot & entis.

Et vnũquodque istorum omnium est duobus modis. V. g. quoniã illud, ꝙ demonstratur esse hoc, demonstratur per formam, & demonstratur per priuationem. Et similiter in qualitate, aliquod enim est album, & aliquod nigrum. Et similiter in quantitate, aliquod est perfectum, & aliquod diminutum. In translatione aliquod est superius, & aliquod est inferius, aliquod leue, & aliquod graue: vnde necesse est vt tot sint species motus, & transmutationis, quot sunt species entis.

lē sicut hoc. 5.ph. cō.57. Cum posuit quod definitio motus est ambigua, quia inuenitur in pluribus prædicamentis uno, incepit declarare etiam quod non propter hoc solum est motalis, sed & quia motus inuenitur in vnoquoque generum motus in duo, vnum nobilius, & aliud vilius; motus enim, qui est in eodem genere de viliori opposito ad nobilius est nobilior, & qui est a contrario est vilior, vt motus de non esse in esse, & de esse in non esse. Et dixit & vnumquodque istorum, &c. id est, & vnusquisque quatuor motuum inuenitur in eodem prædicamento duobus modis: quoniam transmutatum in substantia, cuius transmutatio est completa, quandoque demonstratur in esse, id est, in forma, & quandoque demonstratur in priuatione formæ: motus enim, in cuius fine demonstratur quod motum habet formā, dicitur generatio, & in quo priuatur forma, dicitur corruptio; & similiter in fine transmutationis in qualitate, quandoque demonstratur, secundum quod est album, & quandoque secundum quod est nigrum: & similiter in quantitate, quandoque secundum quod est diminutum, & quandoque secundum quod est perfectum: & similiter in transmutatione, quandoque finis transmutationis est esse superius, & quandoque est inferius. D.d. & aliquod leue, & aliquod graue: forte est exemplum de motu in vbi, id est, quod motum in loco quandoque mouetur ad hoc, vt sit leue etiam in actu, id est, ascendens super alta corpora, & quandoque vt sit graue in actu, id est, vt sit sub aliis corporibus. Et forte est exemplum de generatione, & corruptione: elementa enim transmutantur de grauitate in leuitatem, & de leuitate in grauitatem. D.d. necesse est igitur ex hoc, &c. id est, necesse est igitur ex hoc, qđ diximus, vt species vltimæ motus sint tot, quot sunt species rerum motarū: & sunt octo, vt hic apparebit, duæ s. in vnoquoque prædicamēto: vtrum autem inueniatur motus in alio prædicamēto ab istis quatuor perscrutabitur in quinto.

Prima expositio.

Secunda.

5. phy. tex. cō. 10.

Diuisio autem secundum vnumquodque genus hoc quidem endelechia, aliud autem potentia: in potentia existentis endelechia, secundum ꝙ huiusmodi est, motus est: vt alterabilis quidem, inquantū est alterabile, alteratioē: augmētabilis aūt, & oppositi (nullum nā comune nomē vtrisque) augmentū, & decrementū: generabilis aūt, & corruptibilis generatio, & corruptio: loco mutabilis loci mutatio.

Motus est act' entis in potentia, secundum qđ in potentia idē infra. t. com. 7. 9. & 10. & 16. & 23.

Et cum vnum quodque istorum generum diuidatur in illud, ꝙ est actu, & illud, ꝙ est potentia: tunc motus erit perfectio eius, ꝙ est in potentia, secundum ꝙ est tale. V.g. quoniam perfectio alterati, quando alteratur, est alteratio, & perfectio augmenti & sui oppositi, & est diminuti: & non habent vnum nomen commune ambobus, quod est augmentum, & diminutio: & perfectio generati, & corrupti est generatio, & corruptio: & perfectio translati est translatio.

6 Cum numerauit illa, quæ debent præcedere hoc, quod dicit de definitione motus, incœpit definire eum, & dixit & cum vnumquodque, &c. id est, cum vnumquodque generum motus diuidatur in potentiam, & actum: quoniam vnumquodque eorum quandoque est in potentia, quandoque est in actu: & manifestum est quod motus est perfectio rei motæ: ergo manifestum est, si non fuerit perfectio eius, secundum quod est in actu, necessario erit perfectio eius secundum quod est in potentia. Et addidit in definitione, secundum quod est in potentia: quia omne motum, secundum quod est in actu, & habet potentiā, habet duas perfectiones, perfectionem, scilicet in actu, non secundum quod est motum, & perfectionem, secundum quod est in potentia, quæ dicitur motus. Deinde incœpit demonstrare conuenientiam istius definitionis vnicuique generum motuum, & dixit. V.g. quoniam perfectio alterati, &c. id est. V.g. quoniam perfectio alterati, secundum quod est in potentia, est illud, ꝙ dicitur alteratio: & perfectio augmentati & diminuti, secundum quod sunt in potentia, est illud, qđ dicitur augmētum, & diminutio: & perfectio generati, & corrupti, secundum ꝙ sunt in potentia, est generatio & corruptio: & perfectio translati, secundum ꝙ est inpotētia, est illud, quod dicitur tra-

Idē. 4. met. cō. 28.

Documentum.

Digresio.

A slatio. Et manifestum est quod ista definitio motus est cõmunis motui nouo, & æterno: & similiter etiam apparet ex hac definitione continuatio motus: motus enim, quando quiescit, erit perfectio eius, quod est in actu: vnde videmus quod motus augmẽti, & alterationis sunt plures motus, non enim possumus dicere qd' augmentatum est motum vno motu de initio augmenti vsque ad finem: apparet enim motus eius in tempore sensibili: & similiter est dispositio in pluribus alterationibus: & impossibile est vt in toto tempore augmenti sit motum, & non comprehendatur a sensu. Motus igitur augmenti de initio motus ad finẽ componitur pluribus motibus, & pluribus quietibus, in vno autem motu translati, qui est de principio ad finem, non interponitur quies: & ideo continuatio est manifestior in eo: & credimus hoc in augmento, & alteratione, quia videmus aliqua augeri per annũ uno digito: & remotũ est vt ille digitus diuidatur per omnes partes tẽporis illius anni, quoniam minimum tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem quum non crescat planta continue.

Definitio motus communis ẽ motui nouo, & antiquo.

Motus augmẽti, de initio motus ad finẽ, cõponitur ex pluribus motib', & ex pluribus quietibus. vide ꝓ hoc octauo phy. cõ, 23.

Quod autem hoc sit motus actu, abhinc manifestum est, cum enim ædificabile, inquantum huiusmodi ipsum dicimus esse, actu fuerit, secundum ꝙ ædificatur, & hoc est ædificatio, similiter autem & doctrinatio, & medicatio, & saltatio, & adulescentia, & senectus.

B

Et declarabitur ꝙ motus est hoc, ex hoc, ꝙ narrabo: ædificatum enim nõ dicitur edificari in actu, nisi dum nos ædificamus, & hoc est ædificari, & similiter addiscere, & medicari, & labi, & titubare.

7 Dixit, & declarabitur quod motus est perfectio rei potentis, secundũ ꝙ potest, ex inductione transmutabiliũ: ædificatum enim non dicitur esse ædificatum, quando cessat ab ędificatione, neque quando nõdum ædificatur, sed dum ædificatur, & illud est perfectio ædificati, & ædificatum est nõ ædificatum, nisi quod habet potentiã: & similiter est de addiscente, & medicinato, & de lapso: dicimus enim in vnoquoque istorũ esse tale, dum habet illam speciem transmutationis, secundum quod est in potentia. Cum igitur ædificatio est perfectio ædificati, secundum qd' est ædificatum, & similiter in alijs transmutationibus, manifestum est quod motus est perfectio moti, secundum quod est motum: & quia non est motum, nisi secundum quod est in potentia, manifestum est quod motus est perfectio moti: secundum quod est in potentia.

Motus est ꝑfectio moti, secundũ qd' est in potentia vide cõ. 28, 4. met.

C

Quoniam autem quædam eadem sunt potẽtia, et actu, quãuis nõ simul, nec secũdum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidũ autem endelechia, multa iam agunt, et patiuntur ad inuicem. Omne enim est simul actiuum, & passiuum: ergo & mouens physice mobile est: omne enim huiusmodi mouet, cum mouetur & ipsum. Videtur igitur quibusdam omne moueri mouens: sed de his quidem ex aliis manifestum quomodo se habent: est enim quoddam mouentium, & immobile.

Et quia videmus aliqua eadem esse in potentia, & in actu, sed nõ insimul secundum idem. V. g. calidum actu, & frigidum potentia: sunt enim plura, quæ agunt in inuicem, & patiuntur ab inuicem. Omnia enim ista sunt ex eis, quæ agunt insimul, & patiuntur: vnde necesse est vt quicquid mouet naturaliter, moueatur. Et quidã existimauerunt quod omne, ꝙ mouet, mouetur: sed hoc declarabitur alio modo ab hoc: est enim aliquid, quod mouet, & non mouetur.

Idem, secundum idẽ, nõ potest esse ĩ actu, & in potentia.

8 Quia videmus res sensibiles esse duobus modis, aut in potentia, aut in actu, sed non secundum idem, eodẽ modo, qm̃ impossibile est aliquid esse calidum in actu,

Impossibi-

le est vt idẽ, secũdũ idẽ, & eodẽ modo sit ĩ actu, & in potentia. idem. 8. phy.t.c.40. idẽ.3. de aĩa cõ. 4. 19.& 1. c. de substãtia orbis.

& calidum in potentia secundum eundem modum: sed idem in respectu eiusdem quandoque est in potentia, & quandoque in actu, Verbi gratia, quoniam aqua quandoque est calida in actu, & quandoque calida in potentia, in respectu alterum est in potentia, & in actu, scilicet in potẽtia respectu alterius, & in actu respectu reliqui: & similiter in respectu eiusdem est duobus modis, Verbi gratia, quoniam cibus est agens in corpus, secundum quod est panis in actu, & patiens a se, secundum quod est corpus in potentia: necesse est igitur vt sint hic aliqua, quae mouent se abinuicem, & moueantur abinuicem, & quod hæc duo sint vera, scilicet agere, & pati insimul, sed in respectu duorum, non in respectu eiusdem. Deinde dicit necesse est igitur, &c. id est, cum sint aliqua, in quibus inuenitur potentia, & actus insimul, necesse est vt illud, quod mouet secundum hunc modum, moueatur. Et intendebat, quum dixit naturaliter, illud, quod mouet, secundum quod est in potentia mouens. Deinde dixit & quidam existimauerunt, id est, sine hac determinatione, scilicet vt sit compositum de potentia, & actu: non est verum: sed in fine istius libri declarabitur quod hic est motor, qui mouetur omnino, quum in eo non sit aliqua potentia: & innuit Platonem.

In .8. ph. a tex. cõ.37 vsq; ad textũ.com.53.

Sed potentia existentis, cum endelechia ens agat, aut ipsum, aut aliud, inquantum mobile, motus est. Dico autem hoc inquantum sic: est enim æs potentia statua, sed tamen æris endelechia, & inquantum æs est, motus non est: non enim idem est æri esse, & potentia alicui mobili: quoniam, si idem esset simpliciter, & secundum rationem, esset vtique æris, in quantum æs endelechia motus: non est autem idem, quemadmodum dictum est.

Motus autem eius, quod est in potentia, est in eo, quod est, quando illud, quod est in perfectione, agit, aut per se, aut per aliud, secundum quod est motum: & intelligo per hoc, quod dico, secundum quod motum, hoc, quod narrabo: cuprum, scilicet est in potentia idolum: sed perfectio cupri, secundum quod est cuprum, non est motus, quiditas enim cupri, & ipsum esse motum per aliquam potentiam non habet eandem intentionem simpliciter: & si haberet eãdem intentionem simpliciter, tunc etiam in definitione cupri esset motus: sed intentio eorum non est eadem.

9 Entia naturalia sunt in potentia, & actu simul altero triũ modorum.

Quum declarauit quod entia naturalia sunt in potentia, & actu insimul, aut duobus temporibus in respectu eiusdem, aut in eodem tempore respectu duorum, aut eiusdem, sed duobus modis, & qd' motus est in hoc genere, incœpit declarare quod motus est perfectio entis, secundum quod est in potentia, non secundum quod est in actu. Et dixit motus autem eius, &c. i. motus autem eius, quod est in potentia, s. eius, quod exit de potentia in actum, inuenitur in illo, quod est in actu, & illud, quod est in actu, agit: & hoc est secundã quod est motum, & non secundum quod est in actu. V.g. quoniam cuprum est in actu cuprũ, & in potentia idolum: perfectio cupri in actu, secundum quod est cuprũ, non est motus, quoniã tunc quiditas eius esset in motu, sed actio cupri, quæ est motus, est actio eius, secundum quod est in potentia idolum, intendit qm̃, quum potentia in aliquod fuerit aliud ab actu, & motus non est perfectio rei, secundum quod est in actu, necesse est vt sit perfectio eius, secundum quod est in potentia: &, si motus esset perfectio actionis, tunc quiditates rerum essent motus: sed motus non est perfectio actionis: & quiditas cupri, quæ est perfectio eius in actu, non est quod habet potentiam ad motum. quoniam, si hoc esset, tunc potentia, & actus essent idem.

Si motus eẽt perfectio actionis, tunc qditates rerũ essent motus. Idẽ infra. com. sequenti.

Manifestũ est aũt & in cõtrariis. posse quidem enim sanari, & posse laborare alterum est: & nãque si laborare qdẽ, & sanari idem esset, subiectum

A subiectum autem, & sanabile, & infirmum, siue humiditas, siue sanguis, vnum, & idem est: quoniam aũt non est idem, quemadmodum neq; color idem, & visibile, possibile, inquantum est possibile, endelechia, manifestum quod sit motus.

Si posse sanari, & posse ægrotare essent idem, sanitas, & ægritudo essent idem.

Si intentio eorum non est eadem, vt diximus: & hoc manifestum est in contrariis: sanum in potentia aliud est ab infirmo in potentia: & secundum illum sermonem debent habere eandem intentionem: subiectum enim eorum & illud, quod sanat, & infirmatur, siue sit humor, aut sanguis, est idem: &, quum hoc non sit idem, sicut color, & visibile non sunt idem, manifestum est quod perfectio eius, quod potest aliquid, secundum quod potest illud, est motus.

Et intentio actus cum potentia in re demonstrata non est eadem, & si subiectum sit idem: & hoc est manifestum in contrarijs. subiectum enim est idem, & sunt in maxima diuersitate, V. g. qm̃ hoc demonstratum esse in potentia sanum, est aliud dicere ipsum esse in potentia infirmum: &, si duo diuersa essent idem, 10
B propter hoc, quod subiectum eorum est idem, contingeret, vt potentia ad infirmitatem esset eadem cum potentia ad sanitatẽ: &, si hoc esset, tunc sanitas, & infirmitas essent eadem: quod est falsum qm̃ potentiæ rerum contrariarum sunt contrariæ. Deinde dixit & scd̃m illum sermonem, &c. i. & esset necesse vt si aliqua duo essent idem, quia subiectũ est idem, s. quod aliquid esse sanũ in potẽtia, & infirmum in potentia essent idẽ, quia subiectum sanitatis, & infirmitatis est idem, V. g. Humor aut sanguis, &c. quum aliquid esse in actu, & in potentia non est idem, quia subiectum illius est idẽ, sicut color, & visibile non sunt idem, & si subiectum sit idẽ, manifestum est ꝙ perfectio eius, quod potest aliquid, secundũ quod potest illud, est motus, non perfectio eius, secundum quod est in actu: quoniam, si perfectio actionis esset motus, tunc quiescens esset motum, & tunc quiditates ipsarum rerum essent motus, vt dixit.

Potentiæ rerum contrariarum sunt contrariæ. Consimile pri. cœl cõ. 119. & 121.

Quod quidem igitur est hoc, & quod accidit tunc moueri, quum est endelechia, & neq; prius, neq; posterius, ostensum est. Contingit enim vnumquodq; operari quidem, aliquando aũt non: vt ædificabile, & ædificabilis actus, inquantum est ædificabile, ædificatio est: aut enim huius ædificatio, aut domus actus est ædificabilis: sed, quũ domus sit, non amplius ædificabile est: ædificat aũt ædificabile. Necesse
C est ergo ædificationem esse actum: ædificatio autem motus quidem est. at vero eadem conueniet ratio in aliis motibus.

Et declaratum est quod intentio motus est hæc, & quod esse eius debet esse in perfectione illius, nec ante, nec post: vtrumq; enim est possibile. s. vt actus cadat aliqua hora, & nõ cadat. V. g. ædificatum: perfectio enim ædificati, secundum quod est ædificatum, est ædificatio. ædificatio enim est actio ædificati, aut domus: sed, quum domus est, tunc non est ædificatio: ergo necesse est vt ædificatio sit actio: ędificatio enim est aliquis motus: & iste sermo est conueniens in cæteris motibus.

Et declaratum est quod definitio motus est ista, s. quod debet esse in actione, quæ est in potentia, dum est actio, neq; ante neq; post. Deinde dixit vtrumque 11 est possibile, &c. id est, & hoc necesse est, quod vtrumq; istorum est possibile in moto, s. vt actio sit in eo, in alia hora cadens, & vt non cadat in alia, & im-

possibile est vt in eo sit motus, antequam actio cadat ex eo. V.g. quando dicimus quod perfectio ædificati, secundum quod est ædificatum, est ædificatio, quæ est motus ædificati, non ante neq; post. ante autem impossibile est, quia non habet actionem, quæ est ædificatio: remanet igitur vt ædificatio sit, aut actio ædificati, aut actio eius, quod iam ædificatum est, Verbi gratia, domus: sed domus non est ædificatum, neq; transmutatum: ergo necesse est vt ædificatio sit actio ædificati, secundum quod est ædificatum, id est secundum quod est etiam in potentia ædificatum.

Pythagoricorum sn̄ia. Quod aūt bene dictum sit, manifestum est ex quibus alii de ipso dicunt, et ex eo, quod nō est facile diffinire aliter ipsum: neq; enim motum ponere in alio genere potest vtiq; aliquis: neq; qui al terxerunt de ipso recte faciunt. Manifestum autē intendentibus quemadmodum ponunt quidam ipsum alteritate, & inæqualitatem, & quod non est dicentes esse motum: quorum nullum necessarium est moueri, nisi altera sint, neque si inæqualia, neq; si non sint.

Et declarabitur ēt hoc esse rectum ex hoc, quod alii dixerunt, & quia difficile est ipsum definire alio modo. impossibile enim est ponere motum, & transmutationem in alio genere: & iste sermo est rectus. Et hoc manifestum est ei, qui considerauerit ipsum, secundum quod alii posuerunt ipsum: dixerunt enim quod motus est alietas & exitus ab æqualitate, & quod non est: & nullum illorum necesse est moueri, neq; illud, quod est aliud, neq; illud, quod est non æquale, neque illud, quod non est.

12 Dicit & declarabitur etiam, &c. i. & apparet etiam quod hoc, quod diximus de definitione motus, est rectum, quando aliquis sciuerit quid alij dixerunt in illo: & quia sermo aduersarij non est contradictorius verus, dixit & quia difficile est, &c. i. & quia impossibile est definire motum alio modo ab eo quo nos diffiniuimus ipsum, quia nullus potest ponere motum sub alio genere ab eo, sub quo nos posuimus ipsum. Et, quum narrauit hoc incœpit declarare errorem aliorum, & dixit & iste sermo est rectus, &c. id est ei, qui considerauerit definitionem, qua alij definierunt ipsum: quidam enim dixerunt ipsum esse alietatem, & quidam exitum ab æqualitate, & quidam ipsum esse nō ens: sed nullum istorum est motus: quoniam, si esset, tunc quod diceretur aliquod istorum esse, esset motum: si igitur motus esset alietas, tunc omne aliud esset motum: & si esset exitus ab æqualitate, tunc omnis exitus ab æqualitate esset motum: & est magis remotum vt sit non ens, quoniam non ens non transmutatur. Deinde dixit & nullum istorum mouetur, id est & si aliquod istorum esset definitio motus, necesse esset quod quicquid diceretur esse aliquod illorum, ipsum haberet motum. Et debes scire quod ista definitio non est manifesta per se, sed tantum debet inueniri per aliquam viam earum, in quibus inueniuntur huius generis definitiones, aut per viam diuisionis, aut per viam compositionis: definitiones autem ignotæ naturaliter necesse est vt in eis vtatur quis syllogismo, aut in declarando definitionem, & definitum esse, quando vtrumq; fuerit ignotum, aut in declarando quod definitio est definiti, quando definitum fuerit manifestum per se, & definitio ignorata. Arist. igitur in declarando definitionem motus: vtitur tribus, scilicet diuisione, & inductione, & via accepta a contrario, in qua declarauit quod si est impossibile vt perfectio, quæ est motus rei motę, sit secundum quod est actu, est perfectio eius, secundum quod est in potentia: & est dissolutio quæstionis in illo loco.

Non ens nō transmutat. Idē pri. phy. com. 71. Et te. com. 75. & 77.

Documēt. definitiones naturaliter ignotæ necesse est vt in eis utatur quis syllogismo &c. Idem 2. de aīa, com. 2.

Sed neq; mutatio, neq; in hoc, neq; ex his magis est, quā ex oppo

A sitis. Causa etiam, hoc ponere, quod indeterminatum quoddam vẽ esse motus: alterius aũt coordinationis principia, ex eo qđ sunt priuatiua, indeterminata sunt: neq; enim hoc, neq; tale, vllum ipsorum est, quia neq; aliorum quicquam prædicamentorum.

Et etiam transmutationẽ ire ad ista, & fieri ab istis nõ est dignius quam fieri ab oppositis. Et causa, propter quam posuerunt motum in istis intentionibus, est, quoniam motus videtur non habere terminum, apud quem cesset, & quod principia alterius partis, quum sit in capitulo priuationis, non habent definitionem: nullius enim eorũ est demonstratum esse hoc, neque esse in hac dispositione, neque in aliis prædicamentis.

Dicit & etiam, &c. i. etiam dicere ꝙ transmutatio est de non ente ad non ens non est dignius. ꝙ dicere ipsum venire de ente ad ens. videmus enim etiam qđ transmutatio venit de formam in formam, sicut venit de alietate in alietatẽ: ista igitur omnia sunt accidentia motui, non quod per ista substantia motus constituatur. Et, quum destruxit definitiones, quibus vtebãtur in motu, incœpit narrare causam, propter quam definiebant motum istis definitionibus, & dixit & causa, &c. id est & causa, propter quam isti definiebant motum istis definitionibus, est, quoniam motus, quum sit de rebus, quæ non permanent, videtur nõ habere definitionem: definitiones enim sunt rerum permanentium: &, ꝙ si haberet definitionem, cessaret, & destrueretur: & quasi dicat ꝙ motus videtur non habere terminum, apud quem cesset: & innatæ sunt res permanere apud suas definitiones. Quum igitur existimauerunt ꝙ motus non habet definitionem, & quod ista, quæ sunt principia partis contrariæ parti essendi, non habent definitionem scilicet pars priuationis, existimauerunt ꝙ sequitur ex hoc vt motus sit sub hac parte, quæ est pars priuationis. Et potentia istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in secũda figura: & vtraq; propositio est falsa. motus enim habet definitionem, vt declaratum est, & priuationes etiam quodammodo habent definitiones. Et intendit per partem hoc, quod pythagorici opinabantur, ꝙ principia rerum diuiduntur in duas partes contrarias, & ꝙ vna pars continet illa opposita, quæ sunt magis in capitulo priuationis, & alia pars continet illa, quæ sunt magis in capitulo habitus: & imponebant in vna parte decem, scilicet bonũ, & æquale, & impar, & vnũ, dextrum, & lumẽ, & masculum, & quietum, & rectum, & quadratum, & opposita istorum in capitulo priuationis: &, quia omnia apud istos sunt in altera istarum duarum partium, & motus non est in capitulo entis, ergo est in capitulo priuationis, quæ est non æquale, & aliud. 13

B

Priuationes quodammodo habent defintiones.

C

Videri autem indeterminatum motum esse, causa est, quia neque in potentia eorum, quæ sunt generum, neque in actu est ponere ipsum, neq; enim quod possibile est quantitatem, mouetur ex necessitate, neq; quod actu quantum est.

Et causa, in hoc quod existimauerunt quod motus non habet definitionem, est, quia impossibile est ipsum poni in potentia entium, aut in actione eorum simpliciter: quod enim est in potentia aliquod quãtum, non est necesse ipsum moueri, neq; illud, quod est aliquod quantum in actu.

Quum declarauit quod causa in hoc, quod posuerunt motum in principio capituli priuationis est, quia existimabant ipsum esse priuationem, incœpit dare causam existimationis, Et dixit & causa in hoc, quod existimauerunt, &c, id est quia impossibile est ponere quod genus eius est potentia simpliciter, aut actus 14

**simpliciter.nullus enim potest dicere in eo, quod adhuc mouetur in potentia, ipsum moueri in actu, V.g.quoniam illud, quod est in potentia aliquod quantũ, nondum mouetur in quanto,neq; illud,quod est in actu etiam quantum, mouetur,quia iam quiescit,&,quum motus non est sub potentia simpliciter, nec sub actu simpliciter: & hæc duo sunt duæ partes entis. ergo non est in capitulo entis,sed in priuatione:& latuit eos actus medius inter potentiam & actum, qui est perfectio potentiæ,secundum quod est potentia.** D

**Latuit antiquos actus medius ĩter potentiã, & actum.consimile.1. phy, com.78.& pri. de aia. com.43.**

**Imperfectũ est qđ possibile est,**

Et motus quidem actus vr̄ esse,imperfectus autem: causa aũt est, quoniam imperfectum possibile,cuius est actum.& propter hoc ergo difficile est,ipsum accipere quid sit:aut enim in priuationem necesse est ponere ipsum,aut in potentiam,aut in actum simplicẽ: horum aũt nullum videtur cõtingens:relinquitur igitur prædictus modus,actum quidem quendam esse,sed huiusmodi actum,qualem diximus difficilem quidem videre, contingentem autem esse.

Et existimatur ꝙ motus sit actio aliqua, sed actio imperfecta,& causa in hoc est,qm̃ illud,quod est in potentia motum, & est illud, cuius actio est motus,est nõ perfectum:& ideo scire quid sit est difficile: necesse est enim ipsum poni aut in priuatione, aut in potentia, aut in actu simpliciter: & manifestum est,qm̃ impossibile est ipsum poni in aliquo istorũ: remanet igitur modus, quem posuimus: & est ipsum esse in actu, sed intelligere ipsum esse actum secundum modum,quem narrauimus,est difficile,sed tamen possibile. E

15 **Quum declarauit causam, propter quam antiqui posuerunt motum sub genere priuationis,narrauit quod motus est positus in actu,non in priuatione,sed est actus non perfectus. vnde antiqui existimauerunt ipsum esse sub priuatione,qm̃ actus non perfectus sit propinquus priuationi. D.d.quod enim est in potentia,&c.i. & causa in hoc,quod motus est actio non perfecta,est,qm̃ illud, cuius actio est motus,est non perfectum,quia est in potentia,& quia est actus nõ perfectus,ideo difficile scitur quid sit. Deinde induxit rationem super hoc, quod est actus non perfectus,& dixit necesse est enim,&c.i.sed apparet necessario ipsum esse actum non perfectum.necesse est enim ipsum poni sub priuatione, aut sub potentia,aut sub actu perfecto:sed non potest poni sub aliquo istorum; ergo remanet ipsum poni in actu non perfecto,& est actus potentiæ. D.d.sed intelligere, &c.i.sed ipsum intelligi actum est difficile,quia est imperfectus in se:difficile enim in cognitione quandoq; est propter rem latentem, & hoc erit propter imperfectionem suæ naturæ. accidit igitur motui imperfectio propter communicationem eius cum potentia,& ideo eius definitio latuit antiquos, sed licet sit difficilis,tamen est possibilis.** F

**Difficultas in cognitione,qñq; contingit pp rẽ latentem,& hoc erit pp imperfectionem suæ naturæ, consimile de tpe habetur. 4. physi. & de numero.c. 131. Et ĩ hoc 3 phy.c. 56. Et de rela-**

Mouetur autem & mouens omne,sicut dictum est,quum sit potentia mobile,& cuius immobilitas quies est:cui enim motus inest,huius immobilitas quies est:agere enim inquantum huiusmodi, ipsum mouere est:hoc autem facit tactu:quare simul & patitur : vnde motus est actus mobilis,inquantum est mobile.

Et omne,quod mouet naturaliter, mouet̃ vt diximus, cum in potentia fuerit mouens,& cessatio eius a motu fuerit quies. cessatio n. eius,cuius est motus,est quies ei.actio enim eius est versus hanc in-

A tentionem,& secundum ꝙ est tale,est mouere:& facit hoc per contactum : ergo necesse est vt patiatur cum sua actione: & ideo etiam motus est perfectio moti,secundum quod est motum.

Dicit ꝙ omne,quod mouet mouetur, &c.i.& quia motus rei est, secundum quod est in potentia,ideo omne, quod mouet,mouetur, quum in potentia fuerit mouens,s.mouens quandoq;,& nñq; non:translatio enim huius motoris de potentia in actum est transmutatio : &,quia est proprium huic motori, quod eius cessatio a motu est quies,quia quies inuenitur in eo,quod recipit motũ, & ideo exigit istam secundam dispositionem in eo:potentia enim, & habitus sunt mouentes in potentia,quum aliquando moueant,& aliquando non, sed non dicuntur quiescere,quum non sint corpora.& dixit & cessatio eius, &c.& quasi dicat,& omne,quod mouet ex eis,quæ mouent in potentia,quando cessant a motu,& cessatio eius fuerit vera quies,non mouet,nisi moueatur:sed actio motoris non est moueri.illud enim,quod agit motum, secundum quod cessatio eius ab hac actione est quies:actio eius propria sibi, secundum quod est mouens in actu,est mouere,non moueri:sed,quia non agit hoc,nisi per contactum, cum sit corpus,ideo contingit ei necessario moueri ab eo,quod mouet:sed hoc non est, B secundum quod est mouens,id est,secundum quod est in actu,sed secundũ quod est in potentia mouens:& tale mouens,& motum sunt illa, quorum materia est eadem,vt declaratum est in libro perigeneseos : & ideo corpora cœlestia non mouentur ab illis, quæ mouent. Et quum notificauit hoc dixit & ideo motus, &c.id est,& propter hoc,quod diximus,quod motor mouetur per accidẽs, ideo motus est perfectio moti per se,id est,secundum quod est motum, non perfectio motoris. Et induxit hanc differentiam ad hoc,quod diffiniat motũ per istam aliam definitionem, quæ est notior prima: sed prima demonstrat magis substantiam motus, ista enim definitio est materialis, prima autem est secundum formam.

Accidit aũt hoc tactu motiui:quare simul & patitur: species enim semper existimabit aliqua mouens,aut enim hæc, aut qualis, aut & quanta,quæ erit principium,& causa motus,quum moueat actu homo facit ex potentia existente homine hominem.

Et hoc semper accidit per contactum motoris: & forma semper inducit illud,quod mouet,aut ad hoc, aut ad hanc dispositionẽ,aut C ad hanc quantitatem,& est illud,quod est principium,& causa motus,quando mouet,V.g.quoniam homo,qui est in perfectione facit hominem ex homine,qui est in potentia.

Dicit & motus fit in moto per contactum motoris, & motor mouet per suã formam,& forma semper inducit illud,quod mouet,scilicet motum ad illud,ad quod naturaliter inducit:si igitur forma fuerit demonstrata simpliciter, in substantia,mouebit ad substantiam demonstratam, & si fuerit qualis, mouebit ad qualitatem demonstratam,& si fuerit quanta,mouebit ad quantitatem demonstratam,& si habuerit naturam mouendi ad aliquem locum, mouebitur ad illũ. D.d.& est illud,quod est principium,id est & illud,quod est in actu in motore, per quod mouet, est illud, per quod motor induxit illud, quod est in potentia in actum, Verbi gratia,quoniam homo, qui est in actu facit, Verbi gratia, de sanguine menstruoso,qui est homo in potentia, hominem in actu. Et inducit hoc ad declarandum ꝙ motor [a] non mouet,nisi secundum quod est in actu, & quod motum mouetur,secũdum quod est in potentia:& ideo si motor mouetur, est per accidens,non secundum quod est motor:ergo motus est perfectio moti, secundum quod est motum,

[Margin notes:]
tione. 12. me.c.21. Vide ample de hac mate 16 ria.2. meta, com 1.

Primo de generatiõe, et corruptione te.cõ.43. Documẽtũ.

Semper existimabit aliqua species mouens.

17

Oppositum de qualitate,& quantitate. vide 7. me.te.cõ.32

a Motor nõ mouet, nisi sedm quod est in actu,e t

motũ mouetur vt eſt in potẽtia. Idẽ 2.de aĩa. te. cõ.54. & 3. de aĩa.cõ.4. Et 12,de gene. te.cõ,53. Et 9.me.te. cõ,20. Idem 8.phyſ. tex. com.40. Idem eſt actus motiui, & mobilis.

*Capitulũ, in quo manifeſtat quoddam dubium ex prædictis vtrum, ſcilicet motus ſit in mouente, aut in mobili. Cap. III.*

ET dubium manifeſtum eſt, quòd motus eſt in mobili, actus enim eſt huius, & ab hoc. motiui aũt actus non alius eſt: oportet quidem enim eſſe actũ vtriuſq;. motum quidem enim in ipſo poſſe, mouens aũt in ipſo operari, vel agere: ied eſt actiuum mobilis: quare ſimiliter vnus eſt vtriſq; actus; ſicut idem ſpatium eſt vnum ad duo, & duo ad vnum, & aſcendentis, & deſcendentis. hæc enim ſunt quidem vnum, ratio autem non vna. ſimiliter eſt & in mouente. & in moto.

Apparet igitur ex hoc illud, in quo accidit quæſtio: & eſt, quoniã motus eſt in moto, & eſt perfectio eius, quod eſt a motore: & actio moti nihil aliud eſt quàm hoc: debet enim eſſe perfectio vtriuſque: B
motor enim eſt motor eius, quod poteſt ad motum, & mouet, ſecundum quod agit, & ita ſe habet ad motum ſicut agens: actio igitur vtriuſq; eſt eadem, & eodem modo: quemadmodum idem ſpatium in reſpectu duorum vtrumq; eſt vnum, & in reſpectu vnius eſt duo, & ſimiliter aſcendere, & deſcendere: hæc enim duo ſunt idem, ſed definitio eorum nõ eſt eadem: & eodẽ modo eſt de motore, & moto.

18 Quæſtio, I.

ET cum ſit manifeſtũ quod motor agit per ſuam formam, & ſcd̃m quod eſt in actu, & motum mouetur, ſcd̃m quod eſt in potentia, diſſoluitur quęſtio, in qua dicitur, vtrum motus ſit in motore, aut in moto; & apparuit ex hoc ipſum eſſe in moto, & ipſum eſſe actum, & perfectionem in moto: & impoſsibile eſt vt hoc ſit aliter: neceſſe eſt enim vt motus ſit eadem perfectio vtriuſq:, ſ. motoris, & moti: & nõ quod mouere ſit aliud a moueri omnibus modis, ſ. aliquod exiſtens in eſſentia motoris, quemadmodum motus eſt in eſſentia moti. actio. n. motoris, quę eſt mouere, eſt eius, non in eo. & hoc intendebat, cũ dixit, motor enim, &c. i. actio enim motoris eſt facere motũ in alium. D. d. & ita habet ſe ad motũ, ſicut agens ad patiens, ſ. qm̃ ſicut actio agentis, & patientis eſt vna in ſubiecto, & duo in definitione: ſil'r eſt de motore, & moto, & vl'r in oĩbus relatiue oppoſitis: quemadmodũ enim idẽ ſpatium a ſurſum ad deorſum, qñ accipit, ſcd̃m quod eſt proportio inter duo, erunt idem: & qñ accipitur, ſcd̃m quod illa duo ſunt oppoſita, tunc erunt duo: vnũ enim dr̃ ſuperius, & alterũ inferius: & hæc duo ſunt oppoſita: & ſil'r idem motus per illud ſpatium dr̃ in reſpectu inferioris deſcenſus: & in reſpectu ſuperioris aſcenſus proportio enim eſt eadem, & illa duo, quæ ſunt ſubſtantia proportionis, ſunt diuerſa ſcd̃m definitionẽ. Et dicit qm̃ quemadmodum idem ſpatium, &c. i. quemadmodum ſpatium inter duo diuerſa, V. g. ſuperius, quando accipitur, ſecundũ quod eſt proportio inter duo, erit vnum, & qñ accipitur, ſecundum quod illa duo ſunt diuerſa, erit duo. D. d. & in reſpectu vnius eſt duo, id eſt, & qñ accipitur ſecundum reſpectum vnius ad duo erit duo: proportio enim primi ad ſecundum eſt alia a proportione ſecundi ad primum, proportio enim inter vnum, & duo eſt eadem, ſecundum quod eſt inter duo, & eſt duæ, ſcd̃m quod eſt proportio vnius ad duo, quod eſt dimidiũ, & eſt alia a proportione duorum ad vnum, quæ eſt dupla: & ſimiliter aſcenſus, & deſcenſus ſunt idem, ſecundum quod ſunt motus inter duo, & ſunt duo, qm̃ in reſpectu ſuperioris dicitur aſcenſus, & in reſpectu inferioris dicitur deſcẽſus: definitio tamen non eſt eadem aſcenſus, & deſcenſus, licet ambo ſint idem ſecundum ſubiectum: & ſecundum hoc eſt de motore, & moto; quoniam actio facta C

Actio agentis, et patientis eſt vna ĩ ſubiecto, & duo in definitione, & ſil'r eſt ĩ motore, & moto. Et vl'r in oĩbus relatiue oppoſitis.

A inter illa est eadem, sed in respectu alterius dicitur mouere, & in respectu reliqui dicitur moueri; & sunt valde opposita.

Habet autem defectũ rationalem: necesse enim est fortassis quendam actum esse actiui, & passiui: hinc quidem enim actio, illinc autẽ passio: opus enim, & finis huius quidem actio, illius autem passio. Quoniam igitur vtraq; sunt motus, si quidem alteri in quo sunt? aut enim vtraque in moto & patiente sunt, aut in agente sunt vtraque, aut actio quidem in agente, passio autem in patiente est: si autẽ oporter & hãc actionem vocare, æquiuoce vtiq; fuit: sed, si hoc est, in mouente motus erit: eadem enim ratio est in mouẽte, & in moto: quare aut omne mouens mouebitur, aut habens motum non mouebitur. Si autem vtraq; in moto sunt & in patiente, & actio, & passio, & doctio, & doctrina cum duo sint in addiscente: primum quidem actus vniuscuiusque non in vnoquoq; erit: postea & inconueniens est per duos motus simul moueri: quædam namq; erunt alteratio-B nes duæ vnius, &, in vnam speciem: sed impossibile est. Sed si vnus erit actus? sed irrationabile est duorum, & alterorum secundum speciem eundem, & vnum esse actum: & est siquidem doctio, & doctrina idem, & passio, & actio, & docere cum addiscere idem, & agere cum pati: quare necesse est oẽm docentem addiscere, & agentẽ pati.

Passio est in passo. Idem 2. de aĩa. tx. com. 119.

Et in hoc est locus quæstionis logicæ: quoniam forte de necessitate agens, & actum habent aliam actionem, quæ dicitur agere, & hoc dr̃ agi, & erit actio ipsa operatio, & perfectio, illius autem est actio, istius vero est passio: si igitur ambo sunt motus, & sunt diuersi, in quo igitur sunt? qm̃ aut ambo sunt in eo, quod patitur, aut in eo, quod agit, & transmutat, aut agere est in eo, quod agit, & agi in eo, quod patitur: & si est necesse vt passio etiam dicatur actio, sunt ęquiuoca. Si igitur sit secundum hoc, motus erit in eo, quod mouet: eadem enim ratio dicitur in eo, quod mouet, & mouetur: & sic aut C omne, quod mouet, mouetur, aut habet motum, & non mouetur: si igitur ambo sunt in eo, quod mouetur, & patitur, s. agere, & agi, & in addiscente erunt ambo, s. docere, & addiscere: primo autem actio alterius erit in vtroq;: deinde inopinabile est vt moueatur duobus motibus insimul: impossibile enim est vt duæ alterationes vnius rei ducant ad vnã formam: si igĩ aliquis dixerit, immo est possibile, dicemus necesse est vt actio sit vna, & impossibile est vt actio duorum diuersorum sc̃dm formam sit eadem: & necesse est si doctrina, & disciplina sint idem, sicut actio, & passio sunt idem, vt docere, & addiscere sint idem, & agere, & pati similiter: & sic docens necessario erit addiscens, & omne agens necesse est vt patiatur.

19 Cum non distinguatur dispositio de motu, dicendo quod est vnum secundum subiectum, & duo sunt rationem, & fuerit hoc acceptum simpliciter, scilicet vtrum agere, q̃ est in motore, sit agi, quod est in moto, aut aliud, accidet quæstio disputatiua: potest enim aliquis dicere: quoniam necesse est, aut vt actio motoris, quæ est agere, sit alia ab actione moti, quæ est agi, aut sint idem, Quæstio.

adeo quod hæc verba agere,& agi dicantur de eodem : si igitur actio illius sit alia ab actione istius,& vnicuiq; est motus , necesse est vt isti duo motus sint, aut in patiente,aut in agente,aut agere in motore, & agi in moto:q̄m e cõuerso non potest esse,nisi quis vocet actionem pasionem ęquiuoce.si igitur agere est in motore,& agi in moto,motus est in motore,sicut est in moto: definitio enim eius,quod mouetur,& mouet,est eadem secundum quod mouetur:ex quo sequitur alterum duorum,s.aut quod omnis motor moueatur,aut ꝙ in aliquo sit motus,& non moueatur:& si ambo fuerint in moto,adeo ꝙ doctrina,& disciplina insimul sint in addiscente,primo continget ꝙ actio alterius sit in reliquo, & in se:actio enim alicuius necesse est vt sit in se:& sic eadem erit actio in duobus. D.contingit aliud inopinabile,& est vt idem numero moueatur duobus motibus diuersis , & ducat ad eundem finem : si igitur aliquis dixerit forte hoc est posibile,dicemus necesse est vt duo motus sint idem,& sic duo diuersa secundum formam habebunt eandem actionem: & si hoc fuerit adeo,quod doctrina, & disciplina fuerint eadem,sequitur vt docens addiscat omne,quod docet,dum docet,& addiscens doceat omne,quod addiscit,dum addiscit:& hoc est inopinabile. D.d.forte enim necesse est:& cum dicit & quæstio logica est ista : potest enim aliquis dicere, quoniam necesse est vt actum habeat aliquam actionē propriam,& agens habeat aliam actionem propriam, & actio agentis dicitur agere,& actio patientis dicitur agi,& hæ duæ actiones sunt diuersæ,& similiter finis proueniens ab operatione vtriusq; erit diuersa:& hoc intendebat , cum dixit erit actio,&c.& q.innuit hoc q̄m quemadmodum fines sunt diuersi, necesse est vt actio diuersetur. Et innuit hoc , quia diuersitas in finibus est manifestior, q̄p in actionibus.D.d.si igitur ambo,&c.i.si igitur agere , & agi sunt duo motus diuersi omnibus modis,s.diuersæ essentiæ, quæret aliquis in quo sunt? sunt enim omnino in subiecto:contingit enim necessario , aut ambo sint in patiente,aut in agente:aut agere sit in eo,quod agit,& pati in eo,ꝙ patitur : & si alterum dicitur nomine reliqui,erunt æquiuoca. D.d. si igitur hoc fuerit secundum hoc,&c.i.si igitur agere est motus existens per se in agente,& agi est alius motus existens per se in patiente,tunc motus inuenitur in eo,ꝙ mouet, sicut in eo,quod mouetur:definitio enim motus continet vtranq; actionem.D.d.& sic, aut omne,quod mouet,mouetur,&c .i.ex hoc, ꝙ ponimus quod agere est motus existens in agente per se,non ex agente in patiens, sequitur alterum duorū, s.aut vt omne,quod mouet, moueatur, aut ponere posibile esse aliquid habere motum,& non mouet,s.motorem:quod est valde inopinabile. Et cum destruxit hanc partem,s.hoc ꝙ agere sit in agente per se, & agi insimul , incœpit destruere secundam partem,& est ꝙ vterq; motus sit in eo,quod patitur, & dixit si igitur ambo,&c.i.primum enim inopinabilium est,q̄m vna actio erit in duobus,s.q̄m actio motoris erit in motore,& in moto,quod est inopinabile,s.quod hæc doctrina sit in addiscente,& docente insimul. D.d.est inopinabile,&c.i.contingit aliud inopinabile:q̄m sequitur vt duo motus diuersi inducant ad eundem finem:res enim diuersę ducunt ad fines diuersos. D.d.si igit̃ aliquis dixerit,&c. id est si igitur aliquis dixerit post quod hoc est posibile,s.ꝙ mouere,& moueri sint in ipso moto,dicemus quod actio eorum debet esse eadem. D.d.& imposibile est ut actio duorum,&c.i.sicut dispositio motoris,& moti. Et syllogismus sic componatur.Motor, & motū sunt diuersa scd̄m formam . Et quæ sunt diuersa scd̄m formam non habent eandem actionem. Ergo motor,& motum non habent eandem actionem. D.induxit inopinabilia contingentia huic positioni & dixit: & necesse est,si doctrina , & disciplina,&c.i.& necesse est si doctrina, & disciplina sint eædem,quia actio,& pasio ponūtur eædem,necesse est vt homo addiscat,& doceat idem, quod est valde inopinabile.ex quo sequitur vt docens addiscat necessario omne,quod docet,q̄n docet, & vniuersaliter agēs erit ipsum patiens:& si hoc fuerit posibile,opposita erunt idem.

Quæstio.

Diuersitas ĩ finibus est manifestior, q̄p in actionibus.

A

B

C

Aut neq; alterius actum in altero esse inconueniens: est enim doctio actus docentis,in quodā tamē,& non decisus,sed huius in hoc

A neq; enim vnum duobus nihil prohibet eundẽ esse actũ, nõ sicut esse idẽ, vt tunica & indumẽtũ, sed sicut est, quod potẽtia est ad agens.

Dicamus igitur, quoniam non est inopinabile vt actio istius sit in alio: doctrina enim est actio docentis, sed est in vno aliquo, & nõ abscinditur, sed est ex hoc in hoc: & nihil prohibet vt vna actio sit duorum, sed non ita, quod quiditates eorum sint eędem, sed sicut respectus eius, quod potest ad illud, quod agit.

Hic incœpit dissoluere quæstionem vtrum, motus sit in motore, aut in moto: & quia posuit ꝙ si ponatur, ꝙ actio motoris est in moto, accidit inopinabile, & est ꝙ actio alicuius sit in alio, incœpit declarare quod hoc non est inopinabile, nec falsum. Et dixit dicamus igitur, &c.i. & non est impossibile vt actio agẽtis sit in alio: est enim manifestum per se quod doctrina est actio docentis, & est in addiscente: & hoc intendebat, cum dixit sed in aliquo vno est, id est addiscente: & non dicimus quod actio agentis est in patiente, secundum ꝙ abscinditur ab agente: quoniam si hoc esset, non esset agentis, sed secundum ꝙ est continua ex hoc in hoc. i. ab agente in patiente. D. incœpit declarare quod ex hac positione non accidit etiam inopinabile, & dixit & nihil prohibet, &c. i. & nihil prohibet etiam vt eadem actio sit duorum, quando illa actio non facit ea habere eandem quiditatem: & hoc erit, sicut quando eadem actio est duarum specierũ: hoc quidem est impossibile. D. d. sed sicut respectus, &c. idest & actio, ex qua, si fuerit duorum, non sequitur vt quiditas illorum duorum sit vna, est de genere relationis: sicut relatio eius, quod potest, ad illud, ad quod potest, ista enim est dispositio omnis, quæ refertur ad illud, scilicet quoniam relatio inter illa est vna dispositio existens inter duo: & hoc erit actionis, quando fuerit vna secundũ vnũ modum, & duo secundum alium modum. 20

B

Neque necesse est docentem addiscere, neque, si pati, & agere idẽ est, non tamen tanquã rationẽ esse vnam, quod quid erat esse dicentem, sicut tunicæ, & indumenti, sed sicut via a thebis ad athenas, & ab athenis ad thebas, quemadmodũ dictum est prius: Non enim omnia eadem insunt quolibet modo eisdem, sed solũ quibus idem esse est: at vero neque, si doctio, & doctrina idem, & addiscere, & docere idem: sicut neque si spatium vnum distãtium sit, & distare hinc illuc, & inde huc vnum, & idem est.

C Et non est etiam necesse vt docens sit addiscens omne, & non est improbabile vt actio, & passio sint idem, nõ ita, quod quidditas earum sit eadem, vt tunica, & vestis, sed sicut via de Asia ad Athenas, & de Athenis ad Asiam: non enim omnia, quæ sunt eorum, quæ dicũtur esse vnum, sunt vnum, sed sunt in eis, quorum quiditas est eadẽ: neque est necesse etiam vt doctrina, & disciplina sint eadem, neque vt disciplina sit doctrina: quemadmodum spatium inter duo, siue accipiatur de hoc ad hoc, aut de hoc ad hoc, est idem.

Et non sequitur ex hoc, ꝙ posuimus, quod actio motoris, & moti est eadẽ, vt docens addiscat omne, quod docet, non enim est improbabile, vt doctrina, & disciplina, & vniuersaliter actio, & passio significent idem, non sicut tunica, & vestis significant idem secundum quiditatem, sed intelligimus, & dicimus hoc, qđ passio, & actio sunt idem secundum subiectum, & duo secundum diffinitionem, sicut est via de asia ad athenas, & ab athenis ad asiam: via enim est eadem, sed in respectu vnius regionis dicitur ascensus, & in respectu alterius descensus, vt diximus superius. Deinde dixit non enim omnia, &c. i. & illud inopinabile cõtin- 21

Actio, & passio sunt idem subiecto, & duo secũdũ diffinitionẽ. T. cõ. 18.

git, quia non omne, de quo dicitur hoc nomē vnū, dicit de eo secundū hoc, q̄ quidditas sit eadē, vt vnū dicitur de tunica, & veste. & q. d. & esse oīum rerū, secundū q̄ dicitur eas esse vnū, nō est q̄ habeant vnā quidditatē. D. d. sed hæc est, &c. sed ista intentio de vno nō inuenitur, nisi in rebus, quarū quidditas est eadē: neq; sequitur ex hoc, qđ posuimus, quod actio motoris, & moti est eadē secūdū subiectum, hoc quod doctrina, & disciplina sunt idē secundū diffinitionē, neq; quod doctrina sit disciplina: sicut nō sequitur, si spaciū inter duo sit idem, vt illa duo sint idē secundū diffinitionē. s. sursum, & deorsum: hoc. n. impossibile contingit ei, qui ponit qđ actio eorū est eadē secundū quidditatē: quæstio igitur cōtingit ex hoc, quod accipimus illud, qđ dicitur de pluribus, dici de vno: &, cū distinguitur, dissoluit quæstio sunt igitur vnū secundū vnū modū, & diuersa secundū aliū: & hoc conuenit ei, quod est manifestū per se; apparet enim quod sunt idē secundum subiectū, & diuersa secundum definitionem. A

Omnino aūt dicere est q̄ neq; doctio cū doctrina, neque actio cū passione idē proprie est, sed, cui insunt hęc, motus: quod enim huius in hoc, & quod huius ab hoc actū esse ratione alterum est.

Et dicamus vniuersaliter qđ intentio doctrinę apud disciplinā, & intētio actionis apud passionē nō est eadē in rei veritate, sed secūdū illud, per quod ista inueniuntur, est motus: dicere enim quod hoc est actio huius in hoc, est aliud a dicere q̄ hoc est actio huius ab hoc. B

22 Dicit sed secūdū, &c. i. & mouere, moueri sunt idē secūdū subiectū, per quod inuenit mouere, & moueri, & illud est motus. D. d. dicere. n. &c. i. & mouere, & moueri nō sunt idē sedm quidditatē, qa definitio eorū est diuersa: mouere. n. est actio motoris in rē motā, moueri aūt est passio moti a motore: & hoc intēdebat, cū dixit dicere. n. &c. i. dicere enim quod mouere est actio motoris in rem motā est aliud a dicere, quod moueri est actio moti a motore,

Ex motus generali definitione facile est suarū specierū definitiōes trahere.

Quid igit motus sit, & vniuersaliter, & secundum partē dictum est. nō. n. immanifestū est qūo determinabit specierū vnaqueq; ipsius. Alteratio quidem. n. alterabilis, secūdū q̄ est alterabile, endelechia est: Amplius aūt notius est qđ potētia actiui, & passiui, inquātū huiusmodi, simpliciterq;, & iterū sedm vnūquodq;, qm̄ ędificatio, aut medicatio, eodē aūt dicatur modo, & de aliis motibus singulis.

Iam igit diximus motus qd sit generaliter, & distincte: non. n. latet qūo oportet definiri vnamquāq; suarum specierū: dicitur enim quod alteratio est perfectio alterati, secundū quod est alteratum: & notius est quā hoc dicere quod est perfectio agentis, & acti, secundū quod sunt talia simpliciter, & etiam in particularibus, vt in ędificatione, & in medicinatione: & debes ponere tuum sermonem secundum hunc modum in vnoquoque aliorum motuum. C

23 Dicit & declaratū est igitur ex hoc sermone, quę est definitio motus vniuersaliter, & similiter definitio suarū primarū spērū: nō. n. latet qūo oportet definire vnāquāq; specierū primarū ex sua definitione simpliciter, & maxime, cū sustentatur super alia definitione, in qua dr̄ quod est pfectio moti, secūdū q̄ est motū: est enim notior: & sic alteratio erit pfectio alterati, & trāslatio perfectio trāslati, & augmētatio perfectio augmētati. Et dixit & notius q̄ hoc est dicere qđ perfectio agētis, &c. propter quęstionē dictā de motu, vtrū sit in motore, aut in moto, aut in vtroq;: & intēdebat declarare qđ dicere ipsum esse pfectionē motoris est notius quā dicere ipsum esse perfectionē moti, quēadmodū dicere ipsum esse perfectionē moti est notius q̄ dicere ipsum esse pfectionē eius, qđ est in potētia

A secūdū, qđ est in potētia, nō sc̄dm qđ est in actu, & si ista definitio magis demōstrat substātia eius, & sc̄dm hoc dr̄ quod alteratio est pfectio alterati, qđ est ī potētia, secundū ꝙ est in potētia, & dr̄ ꝙ trāslatio est perfectio trāslati, sc̄dm ꝙ est in potentia. D. incœpit declarare ēt ꝙ ex hac definitione potest quis scire oēs definitiones vltimarū specierū, vt ędificationis, & medicinationis; ędificatio. n. est perfectio ędificati, sc̄dm ꝙ est ędificatum; & similiter medicinatio est perfectio medicinati, secundum quod est medicinatū, & similiter de alijs.

*Ca. in quo ostendit quòd ad scientiā naturalē pertinet determinare de infinito, et ponit opiniones antiquorū de ipso infinito. Cap. IIII.*

QVONIAM aūt de natura sciētia est circa magnitudines, & tēpus, & motū, quorum vnūquodq; necesse est, aut infinitū, aut finitū esse, & si nō omne infinitū sit, aut finitū, vt passio, aut pūctus (taliū enim fortasse nullū necesse est in altero horū esse) cōueniēs vtiq; erit de natura negociantē considerare de infinito si est, aut non est, & si est, quid est.

B Et quia sciētia naturalis cōsiderat de quātitatibus, & de motu, & de tēpore, & est necesse vt vnūqđq; istorū sit, aut finitū, aut infinitū, cū nō sit necesse in omni, vt sit finitū, aut īfinitū, sicut est dispō de pūcto ꝙ. n. est tale, rectū est vt nō sit ī altero istorū, necesse est ei, q cōsiderat de natura, cōsiderare de infinito, vtrū sit, aut non, & si sit, quid est.

CVM cōpleuit sermonē de motu, incœpit loqui de infinito, Et dixit & qa scientia naturalis [a] considerat de quātitatibus. i. secūdū ꝙ sunt fines corporis naturalis, & est necesse vt vnū quodq; istorū sit finitū, aut infinitū per se, non accidētaliter. s. quia ista sunt innata habere alterū istorū duorū oppositorū. D. induxit causam, propter quā contingit naturali considerare de finito, aut infinito, ex consideratione de mensuris, & motu, & tēpore, & dixit, cū non sit necesse, &c i. & oportet naturalē considerare de finito, & infinito, propter hoc, ꝙ considerat de istis tribus: quia non omne, ꝙ cōtinetur in hac arte, dicitur finitū, aut infinitū per se, vt dixit de pūcto, qui nō est innatus dici finitus, aut infinitus; opposita enim, quorū [b] potentia est potētia cōtrariorū, non diuiduntur secundū verum, & falsum, nisi de eo, quod est innatū recipere illa; & ideo dicit & rectū est. n. &c. i. punctus enim, & similia de rebus, quæ non habent mensuras, nō de-
C bent esse sub altera istarū duarum partiū, adeo quod altera sit vera, & reliqua falsa. Et potentia istius sermonis est hypothetica, & q. d. si scientia naturalis considerat de mensuris, & motu, & tēpore, & vnūquodq; eorum contingit vt sit finitum, aut infinitum, necesse est vt naturalis considerat de hoc, sed quia naturalis cōsiderat de istis, quæ sunt talia, oportet ponere consideratione suā de infinito.

a Naturalis cōsiderat de quantitatibus, secūdū ꝙ sunt fines corpis naturalis. Idē. 2. 24 phys. cō. 18. & quæ ibi.

b Opposita, quorū potētia cōtrariorū, non diuidūtur secundū verū, & falsum, nisi de eo, ꝙ est innatū recipere illa cōsimile. 10. me. cō. 15.

Signū, ꝙ huius scientię proprie cōsideratio de ipso est: oēs. n. qui videnī rationabiliter tetigisse hmōdi philosophiā, fecerūt verbū de infinito, & oēs tanquā principiū quoddā ponūt eorum, quę sunt; alii quidē, quēadmodū pythagorici, & Plato per se, nō sicut accidēs alicui alteri, sed sicut substātiā ipsum esse infinitū: pręter ꝙ pythagorici quidē in sensibilibus: neq; . n. abstractū faciūt numerū; & esse extra cœlū infinitum. Plato aūt extra nullū esse corpus, neque ideas, eo ꝙ nusquam sint ipsę: tamen infinitū, & in sensibilibus, & in illis esse.

Et signum eius ꝙ consideratio de illo est istius scientiæ, est, quia omnes, qui existimantur incipere in hoc modo philosophiæ, aliquantulum locuti sunt de infinito, & omnes posuerunt ipsum quasi

principium entium, vt Pythagoras, & Plato, & ipſum eſſe exiſtẽs per ſe, & ſubſtantiam per ſe, non ſecundum ꝙ accidit alii ſecundũ ꝙ eſt ſubſtantia per ſe: ſed pythagorici poſuerunt ipſum in ſenſibilibus; dicunt enim ꝙ numerus non eſt aliud abſtractum, & dicunt ꝙ infinitũ eſt extra cœlum. Plato autẽ dicit ꝙ extra cœlum non eſt corpus omnino, neque formæ, quæ apud ipſum, non ſunt in loco omnino, ſed tamen dicit ꝙ infinitum eſt in ſenſibilibus, & in illis. A

25 Cum declarauit quod oportet naturalem loqui de infinito, induxit teſtimonii ſuper hoc ex antiquis, & dixit ꝙ omnes poſuerunt ipſum, quaſi principium entium, vt Pythagoras, & Plato. D. declarauit etiam ꝙ iſti poſuerunt infinitũ ſubſtantiam exiſtentem per ſe, & non poſuerunt ipſum eſſe q̃tum, ſed poſuerunt infinitum eſſe differentiam ſubſtantialem quanti; & hoc, vt mihi videtur, eſt, quia poſuerunt ipſum eſſe principium; & dixit quod eſt exiſtens per ſe, id eſt & non poſuerunt ipſum eſſe in alio, ſicut debebant facere, ſed poſuerunt ipſum ſubſtantiam exiſtentem per ſe. i. non exiſtens in alio, & non poſuerunt ipſum de genere eorum, quæ accidunt ſubſtantiæ, ſcilicet de aliis prædicamentis. Et cum notificauit hoc, in quo antiqui conueniunt, notificauit etiam illud, in quo differunt: & dixit ſed pythagorici, &c. i. ſed pythagorici opinabantur ꝙ principia rerum quibus ſunt, quæ ſunt, ſcilicet ſenſibiles, ſunt numeri; & quia numeri ſunt infiniti, opinabantur eas ſubſtantias, & infinitas: ſunt quidem infiniti, quia infinitum contingit naturæ numeri, ſunt autem ſubſtantiæ, quia ſunt principia ſubſtantiarum. D. d. & dicunt quod eſt infinitum extra cœlum, id eſt & dicunt hic ꝙ extra cœlum eſt aliquod infinitum, ſed non dicunt quod eſt. D. d. Plato autem, &c. ſed Plato aũt differt a Pythagora, quia Plato ponit infinitũ principiũ ſenſibiliũ, ſed non dicit propter hoc, quod extra cœlum eſt aliquod infinitum, neq; corpus, neque formæ, quas dixit: dicit enim ꝙ non ſunt extra mundum, neq; intra, quia apud ipſum non ſunt in loco; & Plato ponit infinitum in cauſa materiali, quæ eſt apud ipſum magnum, & paruum: magnum. n. apud ipſum creſcit in infinitum, & paruum diminuitur in infinitum. B

Formę platonis nõ ſũt ſecũdũ ipm, nec extra mundũ, nec intra, qa nõ ſunt ĩ loco.

Et hi quidem infinitum eſſe parẽ: hic quidẽ enim cõprehenſus, & ſub impari recluſus adhibet his, quę ſunt, infinitatẽ; ſignũ autẽ huius eſt, ꝙ contingit in numeris: circũpoſitis. n. gnomonibus circa vnum, & extra, aliquando quidẽ aliã fieri ſpeciẽ, aliquando autẽ vnam. C

Et in illis dicũt quod infinitum eſt par, dicunt enim & eſt vnũ quod quando patitur, & finitur ab impare, largitur entibus infinitatẽ; dicunt & ſignum eius eſt hoc, quod accidit in numeris; numeri enim quando continent vnum, & quando ſeparantur ab eo, forte forma fiet alia a forma, quæ erat, & forte erit vna.

26 Dicit in illis dicunt, &c. & innuit Pythagoricos, qui dicunt quod infinitũ non accidit entibus, niſi ex natura paris; ſolum enim pars, quando diuiditur in duo, & infinitum a pari largitur corporibus per naturam diuiſionis in duo media, vt ſint infinita; omne enim corpus diuiditur in duo media, & vtrunque in duo media, & ſic in infinitum; diuiſio igitur in duo media, cuius cauſa eſt natura paris, eſt cauſa in eſſendo in infinitũ; & impar, quia non diuiditur, eſt cauſa illius indiuiſibilitatis entium: ergo eſt cauſa finitatis, quia finitum eſt vnũ indiuiſibile & hoc innuebat, cum dixit & finitur ab impare; & quidam dicunt innuebat per parem materiam, & per imparem formam. D. dedit aliam rationem, & dixit dicunt & ſignum eius eſt &c. id eſt, & etiam dicunt quod ſignũ eius eſt, quod par eſt cauſa multitudinis ſpecierum in entibus, non impar eſt hoc, quod accidit numeris apud compoſitionem eorum, cum vno, primum enim impar, ſ. tria cũ vno

A facit quadratum; & cum secundum impar componitur cum hoc quadrato facit aliquod quadratũ; & similiter est dispositio in omnibus imparibus.s.quoniã sem per conseruant eandem formam, scilicet formam quadrati; primum enim par cũ vno facit triangulum,& quando componitur cum hoc secundum par,s.quatuor facit pentagonũ,& quando cũ hoc pentagono componitur tertiũ par facit tetragonum,& sic facit formas diuersas infinitas,quare est causa multitudinis; & hoc intendebat, cum dixit numeri enim,&c. numeri enim, quando addunt vni, aut quando diminuitur ex eis,forte forma numeri post additionem,erit alia a forma, quæ erat; & hoc erit, quando numerus additus ,aut diminutus fuerit par; & forte forma numeri remanebit eadem,quando numerus additus , aut diminutus fuerit impar; & ideo vocabant imparia gnomones,quia obseruant naturam numeri quadrati,quando adduntur numeris quadratis, sicut gnomõ conseruat naturam quadrati,quando additur quadrato.

Plato aũt duo infinita,magnum,& paruum: Qui de natura autem omnes subiiciunt alteram quandam naturam infinito dictorum elementorum,vt aquam,aut aerem, aut medium horum: finita autẽ facientium elementa,nullus infinita facit; quicunque autem infinita B faciunt elementa,quemadmodum Anaxagoras , & Democritus, hic quidem ex similibus partibus,ille autẽ ex omni semine figurarũ per tactum continuum infinitum esse dicit.

Anaxago. & aliquorũ aliorũ infinitũ, vt accidẽs ponẽtiũ.

Plato autẽ dicebat quod infinita sunt duo magnum, & paruũ: naturales autem omnes ponunt infinitum aliam naturam ab ea,quę dicitur elementum, Verbi gratia, aqua aut aer, aut aliquod medium; eorum autẽ,qui ponunt elementa finita,nullus ponit res infinitas: illi autem,qui ponunt elementa infinita,vt Anaxagoras,& Democritus,dicunt quod infinitum est continuum per contactum, Anaxa.aũt ex partibus consimilibus,Democritus vero ex illo,quod vocat radicem omnis figuræ,& semen omnis figuræ.

Hic incœpit narrare sententiam Platonis de natura infiniti , & dixit qđ plato non posuit causam infiniti rem vnam , scilicet par, sicut fecerunt pythagorici, sed duo scilicet magnum,& paruum:magnum autem est causa additionis in infi C nitum,& paruum causa diminutionis.Cum narrauit sententias eorum,qui posuerunt infinitum differentiam substantialem, incœpit narrare sententias eorũ qui posuerunt ipsum accidens naturæ elementi,& dixit naturales autẽ,&c.id est, naturales autem philosophi omnes ponunt infinitum accidens principiis, & elemẽtis rerum mobilium: qui enim dicunt elementum esse aquam, aut aerem,aut aliquod medium inter hoc,ponit infinitum existere in magnitudine illius rei, cuius est elementum; & dixit ab eis,quæ dicuntur elementum, id est,quia posuerũt infinitum esse in hoc medio, non in aliis elementis. D. d.eorum autem , qui ponũt,&c.i.eorũ,qui ponunt elementa finita in numero,& in magnitudine,nullus concedit infinitum esse: illi autem, qui ponunt elementa infinita numero, contingit eis corpus infinitum esse continuum per contactum elementorum infinitorum sui adinuicem: quoniam cum fuerit positum hic esse partes infinitas existentes insimul,necesse erit vt ex eis fiat vnum corpus continuum secundũ cõtactũ. D.d.Ana.autẽ,&c.id est, contingit Anaxagoræ corpus esse continuum infinitũ ex corporibus infinitis cõsimilium partiũ,Democri. vero ex partibus infinitis in numero,& figura,quas vocat radices,& semina figurarum. 27

Et hi quidem quamlibet partem esse simpliciter mixtam toti , ex eo,quod videt quodlibet ex quolibet fieri: hinc enim videtur & si-

mul aliquando omnes res affirmare esse, vt hæc caro,& hoc os,& sic quodlibet; & omnia itaque,& simul igitur; principium n non solum in vnoquoque disgregationis, sed omnium est. Quoniam enim omne, quod fit, ex huiusmodi fit corpore: omnium enim generatio, præterquam quod non simul; & quodam principium esse oportet generationis; hoc autem est vnum, quod ille vocat intellectum; intellectus autem ex principio quodam operatur, intelligens: quare necesse est simul omnia esse,& incipere moueri aliquando. A

Quoniam quancunque partē acceperis, inuenies eam mixtam ad modum totius, quodlibet enim generatur ex quolibet; videtur igitur quod necesse est ex hoc dicere in aliqua hora omnia esse insimul. V.g. quoniā ista caro est,& istud os est,& similiter quodlibet mēbrū. omnia igitur membra sunt, ergo sunt insimul. Principium enim in vnaquaque rerum non est principium distinctionis tantum, sed cuiuslibet quoniā, quia illud, quod generatur, generatur a corpore, quod est tale,& omne habens generationem, sed non sunt insimul, ergo necesse est, vt generatio habeat aliquod principium: & hoc est vnum, & est illud, quod vocat intelligentiam: & intelligentia ab aliquo principio intelligit, & est quando intelligit, ergo necesse est vt omnia in aliqua hora sint insimul,& vt incipiant in aliqua hora moueri. B

28 Contra opinionē istam Ana. vide de philosophū. 1. physi. a t. com. 35. vsque ad tex. cō. 41. &. 3. cœ. per longū processum & 1. de genera. ad propriū. Et 1. met. a tex. cō. 16. vsq; ad. t. cō. 19.

Et contingit Anaxagoræ corpus infinitum esse in actu ex partibus cōtiguis quia dixit quoniam quācunq; partē acceperis ex mūdo, inuenies eam mixtā ad quolibet, sicut est dispositio in toto mūdo; & dixit hoc quia opinabatur quod quodlibet generatur ex quolibet,& quod totū generatur ex toto, & quod generatur ex simili, non ex priuatione, neq; ex dissimili. D.d. vr̄ igitur,&c. i. videtur igitur quod contingit dicēti hūc sermonē, vt omnia sint insimul in aliqua hora antequam a toto distinguatur aliquod eorū, quæ sunt consimiliū partiū, vt est in hora, in qua a toto nihil distinguebatur, vt dicimus in istis partibus ea esse, antequam ab eis distinguatur aliquid. Et hoc intendebat, cū dixit. Verbi gratia, &c. id est. Verbi gratia quoniam ista caro est, antequā ab ea distinguatur aliquid, & similiter istud os, & sic omnia in illa hora erunt in toto, & tunc totum erit compositum ex partibus consimilibus infinitis. Et, cum narrauit quod ex hoc sequitur vt omnia in aliqua hora sint insimul, dixit principium enim,&c. i. & hoc contingit quod necessarium est vt sit hoc principium, quod distinguit res ex inuicem non ab istis particularibus tantum, sed a toto: & in alia translatione dicitur, principium enim segregationis non est in vno, quoque tantum, sed totius: & est necesse vt sit hic principium distinguens secundum hanc opinionem: quoniam illud, quod generatur apud ipsum, generatur a causa existente in re, a qua generatur: & omne habet generationem, sed omnia non generantur insimul: ergo necesse est vt omne generatum totale, quod est principium distinctionis adinuicem habeat principium agens, quod Anaxagoras vocat intelligētiam, id est, & illud principium, quod est intelligentia ab initio temporali intelligit, & est illa hora in qua intellexit. mundus enim apud ipsum est nouus: ex quo sequitur, vt cū intellexit, & incœpit distinguere, vt omnia in aliqua hora sint insimul, scilicet antequam intelligentia incœpit distinguere, & sic in toto in illa hora erunt infinitæ insimul. C

Democritus autem nihil alterum ex altero fieri priorum dicit, sed tamen commune ipsum corpus omnium esse principium, magnitudine secundum partes,& figura differens.

A Democritus vero non dicit quod in principiis non erit aliquid ex aliquo alio, sed ipsum corpus commune omnibus videtur ipsum esse diuersum secundum suas partes in quantitate, & figura.

29 Dicit Democritus vero, quia apud ipsum nullum elementorum generatur ex eis adinuicem, sed ex partibus indiuisibilibus, sed opinatur quod in corpore cõmuni omnibus, quod est compositum ex partibus indiuisibilibus, diuersantur ẽt secundum diuersitatẽ partium in quantitate, & figura: ex quo sequitur vt totũ apud ipsum sit infinitum, scilicet corpus commune. opinatur enim quod generatio est per congregationem partium, & corruptio per segregationem earum, & qđ entia diuersantur scd̃m diuersitatẽ partiũ in positione, & figura, & ordine.

Opinionẽ. Democriti. vide etiam 1. phy. 35. & ide. &. 1 de gña. t. com. 7. & ide. & 1. de aïa. t. com. 20.

Quod igitur conueniens sit physicis hæc speculatio, manifestum est ex his. Rationabiliter autem & principium, ipsum ponunt omnes. neque enim frustra possibile est ipsum esse, neq; aliam inesse ipsi potentiam, nisi sicut principiũ: omnia enim aut principium sunt, aut ex principio: infiniti autem non est principium: esset enim finis vtique ipsius. Amplius autem & ingenitum, & incorruptibile, si est B quoddam principium: quod enim fit necesse est accipere finem: & finalitas omnis est corruptionis. Quare sicut diximus, non huius principium, sed hoc aliorum videtur esse, & continere omnia, & omnia gubernare, sicut affirmant quicunque non faciunt extra infinitũ aliquam causam, vt intellectum, aut concordiam, & hoc esse diuinũ. Immortale enim & incorruptibile est, sicut affirmant Anaximander, & plurimi philosophorum.

Omne, qđ ẽ, aut principiũ est, aut ex pricipio.

Declaratum est igitur ex hoc, quod ista consideratio est necessaria naturalibus, & necessario posuerunt omnes ipsum principium. Non igitur frustra dixerunt ipsum esse, & ipsum non habere alium gradum, nisi gradum principii. omne enim aut est principium, aut a principio. sed infinitũ nõ habet principiũ: quoniã, si haberet, esset finitũ. Et si est principium, infinitum, est neq; generabile, neq; corruptibile: generatum enim habet vltimum, & vltimum cuiuslibet generatio C nis est corruptio. Et ideo existimatur secundum hunc sermonẽ quod istud non habet principiũ, sed est principium aliarum rerum, & continet quodlibet, & regit quodlibet, vt dicit qui non concedit alias causas præter infinitum, vt intelligẽtiam, & amicitiam, & litem, & quod hoc est deus. Est enim immortale, & incorruptibile, sicut dixit Anaximander & plures loquentes de natura.

30 Dicit & declaratum est igitur ex hoc, quod naturales dixerunt de infinito, ꝙ consideratio de illo est naturali necessaria: generatio enim, quia videtur esse infinita, oportet naturalẽ reddere cãm illius, & causam infinitã in gñabilibus. in primo. n. aspectu vr̃ quod hoc nõ sit, nisi ĩfinitũ ponatur principiũ in principijs generationis. D. declarauit qđ hoc, in quo cõuenitur. s. imponere principiũ est necessariũ eius naturæ, si cõcedatur ipsum esse, & dixit non. n. frustra, &c. i. & recte posuerũt ipsum principiũ oẽs, qui cõcesserũt ipsum esse; necesse est. n. vt nõ sit frustra, sed pp aliquã actionẽ. & impossibile est ponere ei actionẽ, aut ipsum habere ordinem aliquem, nisi ordinem principij. D. incœpit declarare hoc & dixit omne enim aut est principium, aut ex principio, &c. i. oportet ponentem infinitũ esse, ponere ipsum principium: quia infinitum, cum sit vnum entium; &

**omne ens aut est causa, aut causatum: necesse est vt infinitum sit, aut causa, au** A
causatum. D. destruxit alteram partem, & dixit sed, si habuerit principium, e
infinitum: ita inuenitur in libro: & si sit verum, intendit quod si infinitum habu
rit principium, necesse est vt illud principium etiam sit infinitum, quia impossi
bile est vt aliquod infinitum inueniatur ab aliquo finito, & sic erunt duo infini
ta: & hoc non est concessum: alietas enim exigit finitatem, quia exigit discretio
nem, & discreta, secundum quod sunt discreta, sunt infinita: & vniuersaliter vi
tur de infinito quod dignius est principium quam illud, quod fit ex princip
& etiam omne habens principium, cum illud principium ponatur extrinsecã,
tinget vt illud, cuius est principiũ, ponatur, & sit finitum in parte, extra quã
aliud. & sic infinitum erit finitum, & ideo qui ponit quod infinitum est aliqu
principio extrinseco, continget ei necessario vt illud, quod ponit infinitum,
finitum: & si posuerit etiam ipsum esse principium in re, continget formam
infinitã, & materiam infinitam: quod est impossibile, & ideo melius est pone
eum principium. Et in alia translatione est, scilicet & infinitum non habet p
cipium, quia tunc esset finitum: & hoc est manifestum. D. declarauit quod si ha
rit principium, sequitur vt sit neque generabile, neque corruptibile, & dixit
si fuerit principium, &c. id est & necessarium est vt generatum etiam habeat
nem, & magnitudinem, quam cum habuerit, complebitur generatio, quemadmo
dum necesse est ipsum habere principium in magnitudine, ex qua incœpit ge B
rari: & cum habuerit principium, & finem in magnitudine, est finitum: & simi
ter habet corruptionem, vltimum enim generationis est principium corruptio
nis: & hoc intendebat, cum dixit & vltimum, &c. Et in alia trãslatione dicit
generatio enim habet complementum necessario, & omnis corruptio habet co
plementum: & intendit quod isti motus sunt finiti. & cum declarauit quod
concedit ipsum esse, oportet ipsum ponere ipsum esse principium, & non gen
rabile, neque corruptibile, declarauit quod recte opinati sunt illi, qui non conc
dunt causam agentem in hoc, quod posuerunt primum principium, & isti
omnes antiqui, præter Ana. & Empe. Ana. enim ponit causam agentem, sc
cet intelligentiam. Empe. vero litem, & amicitiam: & hoc intendebat, cum dix
vt dicit, qui non concedit, &c. vt intelligentia, quam concedit Anaxag. cum
finito, aut amicitia, & lis, quas concedit Empedo. sed vt mihi videtur, non po
infinitum: & sermo eius in hoc manifestus est per se.

**Prima expositio sup illo verbo, & si haberet.**

**Nō pñt eē duo ĩ finita, quia alietas exigit finitatẽ, quia exigit discretionẽ, & discreta secũdum quod discreta, sunt finita.**

**Secũda expositio sup idem.**

**Oẽs antiq negauerunt cãm agentẽ, pter Empedo. & Anaxagoram.**

ESSE autem aliquid infinitum fides ex quinque contin
get maxime intendentibus Ex tẽpore. hoc enim infinitu
Et ex ea, quæ est in magnitudinibus, diuisione: vtuntur C
mathematici infinito. Amplius sic vtique solum non
deficere fieri, & corrumpi, si infinitum sit. Amplius includenda fi
tur semper ad aliquid, quare necesse est nullum esse terminum, si se
per includere necesse est alterum ad alterum.

**Rõnes infinitũ esse cõtendentes.**

Et contingit considerantibus de infinito credere aliquid esse infi
nitum ex quinque rebus proprie, scilicet ex tempore. tempus enim
est infinitum. Et ex diuisione mensurarum: mathematici enim, & a
vtuntur in eis infinito. Et etiam ex hoc, quia hoc modo est possibi
quod nunquã deficiãt generatio, & corruptio. Et etiam quia finitur
semper finitur aliquod, ex quo sequitur vt non sit finis omnino,
est necesse aliquid finiri ad aliud.

31
**Vide consimile 8. phy. 10. & 11. & 8. ph. t. c. 10.**

**ET istę quinque rationes sunt probabiles, & quædam sunt verę, & qu
falsæ, & earum, quæ sunt vere, quædam sunt notę per se, & quędam non.
la igitur, quæ est nota per se, & accidit ei, quod fuit probabilis, est de tẽp
re: nullus enim potest intelligere tempus esse finitum, neque in initio, neque
fine:**

A fine: qui enim ponit tempus generari, aut corrumpi, continget ei ponere ante illud tempus, tempus: generatum enim nihil aliud est quam illud, quod est in instāti præsenti, & similiter corruptum, & instans præsens necessario exigit tempus præteritum, & futurum, & vniuersaliter generatum, & corruptum est illud, cuius extrema extenduntur a tempore: si igitur tempus ponatur generatum, & corruptum, continget vt sit illud conclusum in tempore excedente ipsum in duabus extremitatibus: & ideo, vt dicit Aristo. omnes antiqui conueniunt ꝙ tempus sit æternum, præter Platonem. Diuisio autem mensurarum in infinitum semper in duo media est principium maximum inter mathematicos, & videtur esse notum per se: sed qui ponit quod magnitudines componuntur ex magnitudinibus indiuisibilibus, non concedet hanc diuisionem, sed tamen vnum eorum, quibus destruitur ista opinio, est hoc principium, & destruitur per principia naturalia, & illic existimatur ꝙ hoc demonstratur in scientia naturali. Et non est remotum, vt istud pricipium sit notum per se, & magnitudines componi ex indiuisibilibus, aut diuisibilibus sit ignotum naturaliter, sed cum fuerit declaratum eas non componi ex indiuisibilibus, tunc scientia de hoc principio erit certificata. sequitur.n. ex hac positione, ꝙ magnitudo diuiditur semper in diuisibilia, vt declarauit Aristo. in. 6. forte igitur geometer ponit hoc principium, & naturalis dissoluet hanc q̄ōnem, ut dicamus, ꝙ istud principium indiget demōstratione: & hoc erit in hac
B scientia, & de hoc perscrutabitur in sexto. D.d. & etiam, quia hoc solummodo, &c. & ista est tertia ratiocinatio, & est necessaria, sed non est nota per se, sed tñ est concessa ei, qui concedit generationē esse ex ente, & corruptionem esse in nō ens: & intendit etiam hoc secundum hunc solum modum, s. ponere infinitum, qa possumus dicere quod generatio, & corruptio nunquam deficiunt: qui enim negat infinitum non potest dicere quod nunquam deficiet generatio, & corruptio. Quarta autem ratiocinatio, & est hæc, quod existimatur quod infinitū finitur ad aliud extra ipsum, est ratiocinatio famosa falsa, quoniam hoc accidit finito.

Diuisio mensurarū in īfinitū, semp in duo media ē prīcipiū maximū inter mathematicos, & vr̄ eē p se notū. idē infra cō. 30. et 60. & 56. Sed vide oppositū 6. ph. ad prīcipiū, vbi demonstratur hoc. Sed hic soluit, si bene aduertis. Vide .p hoc cal cē cō. 70. huius tertij. & primo cœli. cō. 4. 8.

Maxime autem, & magis proprie, quod cōem facit dubitationē omnibus: pp id enim quod intellectu non est deficere, & numerus infinitus videtur esse, & mathematicæ magnitudines, & quod extra cœlum: infinitum autem cum sit extra, & corpus infinitum vr̄ esse, & mundi: quid enim magis vacuum hic, quam ibi? quod (si quidem in vno loco, & vbiq;) necesse est esse magnitudinem: similiter autē, et si vacuum est, & locus infinitus, & corpus infinitum necesse est esse: contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis.

C Et maximum eorum, quæ faciunt omnes dubitare, & dignius est existimatione. opinari.n. aliquid, quia non cessat, iō numerus existimatus infinitus, & similiter mēsurę mathematicæ, & quod est extra cœlum: & si vacuum est infinitum, existimatur corpus eē infinitum, & mundos esse infinitos: nihil.n. coget, vt locus mundi sit in hoc loco vacui dignius, quam in alio loco: si igitur corpus est in vno loco, possibile est, vt sit in omni loco: & cum hoc, si fuerit vacuum, & locus infinitus, necesse est, vt sit corpus infinitum: in æternis enim non est differentia inter possibile, & illud quod est.

In perpetuis non differūt posse ab eē.

32 Hæc est causa quinta, quæ facit existimare infinitum esse, & est qm̄, qñ homo opinatur aliquid, possibile est ipsum opinari aliud extra illud, vnde existimatur quod hoc, quod accidit in opinione, sequitur naturā entis. Et dicit & facit omnes dubitare in hoc, quod existimatur infinitum esse hoc maxime, s. opinio. hæc enim est causa in hoc, quod existimatur ꝙ numeri sunt infiniti in additione, & similiter etiam mensurę, & in hoc, quod existimatur quod extra cœlum est va-

cuum infinitum: & si sit possibile, vt vacuum sit infinitum, & vacuum est illud in quo corpus potest esse, possibile vt in eo sit corpus infinitum, & mundi infiniti. D.d. nihil enim coget, &c. & hæc est ratiocinatio in hoc, quod ex vacuo sequitur, vt sint plures vno mundo, immo mundi infiniti: quoniam nullus locus est cui est dignior, vt in eo sit mundus, quam alius, ergo possibile est, vt in eo sint mundi infiniti. Et possibile in rebus æternis, quas non continet tempus, est necessarium. quod enim est possibile vt sit, & vt non sit, est indiuiuis specierum, quas continet tempus: & hoc intendebat, cum dixit in æternis enim, &c. id est, quoniam cum posuerimus hoc esse vacuum infinitum, aut locum infinitum, non sequitur ex hoc infinitum corpus esse possibile, aut impossibile, sed sequitur ex hoc corpus infinitum esse: & similiter cum fuerit possibile mundos esse infinitos, erit necessarium: æterna [a] enim non continentur a tempore: & cum fuerit possibile aliquid esse de natura rerum æternarum, illud erit necessarium non contingens.

Possibile in reb' æternis, q̃s non continet tp̃s, ē necessariũ. Idē 2. cæl. 33. & 34. ca. idē 12 me. c. 30. Idē hic infra cō. 75.

a Eterna nō continent a tpe. idem. 4. ph. tc. cō. 118 & quæ ibi.

Habet autem dubitationem de infinito consideratio: & nanq; non esse ponentibus multa impossibilia accidunt, & esse. Amplius autem qualiter est, vtrum sicut substantia, aut sicut accidens per se alicui naturæ, aut neutraliter, sed nihilominus finitum, & ĩfinita multitudine.

Et certe in consideratione de infinito est qō: quoniam, si aliquis posuerit ipsum non esse, contingerent ei plura impossibilia: & si fuerit ipsum esse, qũo igitur ponit ipsum, vtrũ substãtiam, aut quod in se accidit alicui naturæ, aut ꝙ non est secundum alterum istorum. & siue infinitum ponat vnum, aut plura in numero:

H Dicit ꝙ considerare de infinito inducit maximam perscrutationem: declarat est enim ꝙ si aliquis ponat ipsum non esse, contingent ei plura impossibilia, & eorum vnum est tempus non esse, neque motum, neque diuisionem, mensurarum neq; additionem numerorum: perscrutandum est igitur quomodo est, vtrum secundum quod est substantia, aut secundum quod accidit alij naturæ, aut secundum quod non est alterum istorum indifferenter, siue ponamus finitum vnum in magnitudine infinitum, aut plura infinita in numero, scilicet qñ posuerimus ꝙ infinitum accidit alij naturæ.

Quinq; modis dr̃ infinitum.

Maxime aũt physici considerare est si est magnitudo sensibilis infinita. Primum igitur determinandum quot modis dicitur infinitum. Vno quidem igitur modo, quod impossibile est transiri, ex eo, quod non est aptum transiri, vt est vox inuisibilis. Aliter autem, transitum habens inconsumabilem. Aut quod vix. Aut quod aptum natum est habere, nō tamen habet transitum, aut finem. Amplius infinitum esse, aut secundum appositionem, aut secundum diuisionem, aut vtroq; modo.

Et oportet naturalem considerare, vtrum quantitas sensibilis sit infinita. Oportet igitur primo determinare secundum quot modos dicitur infinitum. Vnus igitur eorum est illud, in quo est impossibile incipi, quia non est innatum acquiri, sicut dicitur sonum esse inuisibilem. Et dicitur de illo, cuius processus non habet finem. Aut de eo, cuius processus est cum labore, & fatigatione. Et dicitur de illo, quod est aptum vt procedatur in ipso, sed nos non possumus procedere, & peruenire ad finem. Et ēt dicũtur modi esse infiniti, aut in additione, aut diuisione, aut in vtroq;.

A Et oportet naturalem considerare vtrum sit possibile vt magnitudo sensibilis sit infinita, aut non: & prius oportet perscrutari de hoc secundum quot modis dicitur infinitum. Quorum vnus est illud, in quo non potest procedi, quia nõ habet longitudinem, neq; finitam, aut infinitam, vt dicitur color, aut punctus est infinitus: & iste modus priuationis est, vt aliquid careat illo, quod non est innatum, neq; suum genus habere, si habeat genus, vt cum dicitur Deũ esse non corpus. D.d.&c.id est, de illo, quod habet quantitatem, & longitudinem in actu, sed nõ habet finem. & de isto modo perscrutabitur hic. D.induxit tertium modum, & dixit & de illo, cuius processus est cum labore, i. & dicitur infinitum transumptiue de illo, quod non pertransitur, nisi cum labore pp longitudinem spatij, sed habet finem, vt cum dicitur quod via longa est infinita. D.induxit quartum modum, & dixit & de illo, quod possibile est, vt illo procedatur, secundũ q est quãtum finitum, sed non possumus pertransire illud propter rem extrinsecam, vt cũ dicitur, quod profunditas maris est infinita: & tertius modus, & iste dicuntur infiniti transumptiue. Deinde induxit quintum modum, & est illud, quod dicitur esse infinitum, secundũ quod actus in eo semper seruat potentiam, & est illud, qđ potest esse tm̃, non secundus modus, s. numerus, & dixit dicitur enim, &c.i. & iste modus infiniti est ille, qui dicitur in additione actionis prouenientis a re, aut passionis: in additione, autem actionis, ut generatio in passione, vt diuisio mensurarũ B in partes: & iste modus infiniti manifestum est, quod est alius a secundo, s. quod habet quantitatem, in actu, sed non habet finem. 34

Ex hoc loco patet auerroim ve. le qđ veræ priuationis aptitudo ad gña dicitur referri &c.

## CAPVT V.

Separabile quidem igitur esse a sensibilibus infinitũ, ipsum quid existens infinitum, impossibile est: si nãq; neq; magnitudo, neq; multitudo est, substantia autem est ipsum infinitum, & non accidens indiuisibile erit: diuisibile. n. aut magnitudo, aut multitudo erit. si aũt indiuisibile est, non infinitum est, nisi sicut vox inuisibilis est: sed neq; sic dicunt esse affirmantes esse infinitum, neq; nos quærimus, sed sicut in transibile.

Nunc autem dicamus q impossibile est, vt infinitum sit separatũ a sensibilibus, & sit existens per se infinitum. Si enim infinitũ non est mensura, neq; numerus, sed est substantia, non accidens, necesse C est, vt sit indiuisibile: mensura enim est illud, quod est diuisibile, & numerus. & si est indiuisibile, non est infinitum, nisi eo modo, quo dicitur, quod sonus est indiuisibilis: sed non hoc modo, vtuntur infinito dicentes ipsum esse, nec etiã nos perscrutamur de hoc modo, sed de illo, cuius intentio est ipsum esse non pertransibile.

Cum narrauit q oportet naturalẽ perscrutari de infinito, vtrum sit corpus sensibile infinitum, aut corpora sensibilia infinita in actu, incœpit primo perscrutari secundũ exercitium disputatiuũ de infinito, quod ponit substantia separata a sensibilibus, ut plures antiqui opinabant. Et dixit nunc aũt dicamus, &c.i. qm̃ ĩpossibile est, vt infinitũ sit aliquod separatũ a sensibilibus demonstratis, secundum quod est substantia, cuius quiditas est in infinito. D.induxit rõnem destruentem infinitum positum hoc modo, & dixit quoniam si infinitum, &c. id est, quoniam si illa natura, quæ dr̃ ĩfinita nõ sit de genere mensuræ, neq; de genere numeri, sed fuerit substãtia p se, necesse est vt sit indiuisibilis: diuisibilitas. n. rei est scdm qđ est mẽsura, aut numerus. Et iste sermo est in secũda figura sic: ĩfinitũ separatũ nõ est numer', neq; q̃tũ: & oẽ diuisibile est numerus, aut q̃tũ: ergo ĩfinitũ est in diuisibile. Et deinde dixit & infinitum non est numerus: & hoc sic concludit. Infi- 35

Diuisibilitas rei est scdm qđ est mẽsura, aut numerus.

Idẽ. 5. me, te. com. 18.

nitum eſt ſubſtantia. Et quantum, & numerus non eſt ſubſtantia. Ergo infinitum non eſt quantum, neq; numerus. Et, cum declarauit quod ſecuudum hoc infinitum eſt indiuiſibile, incœpit declarare quod ex hoc ſequitur vt non dicatur infinitum, niſi per accidens, ſicut dicitur de puncto, & dixit ergo infinitum, &c. i. eſt et cum fuerit indiuiſibile, tunc non dicetur infinitum, niſi ſicut dicit de illo, quod non eſt innatum recipere finitatem, aut infinitatem, vt punctus, et color. Et iſte ſyllogiſmus eſt in ſecunda figura ſic. Infinitum hoc modo eſt indiuiſibile: & infinitum verum eſt diuiſibile: ergo infinitum hoc modo non eſt verum infinitum. Quod autem infinitum verum eſt diuiſibile: ſic declarabitur. verum infinitum, ſcilicet illud, quod eſt innatum dici infinitum, eſt quantum, aut numerus: & omne quantum, aut numerus eſt diuiſibile. ergo verum infinitum eſt diuiſibile. Et, cum declarauit quod contingit ei ſcd'm hoc, quod infinitum eſt punctus, aut color, aut alia natura, incœpit declarare quod iſte modus infiniti non ſignificat naturam terminatam, neq; antiqui dicentes infinitum eſſe ſubſtantiam exiſtentem per ſe intendebant hoc. iſte enim modus non ſignificat in re, quod eſt ſubſtantia magis, quã quod eſt punctus, neq; quod eſt punctus magis, quam quod eſt color. ſi igitur fuerit hæc ſubſtantia exiſtens per ſe, tunc illa non dicetur infinita, ſicut dicitur punctus. & manifeſtum eſt quod antiqui non intendebant hoc: & ideo dixit & non hoc modo, &c. i. ſed dicentes infinitum, non intendebant iſtum modum: neque etiam perſcrutatio noſtra eſt de tali infinito, quod eſt per accidens, ſed de illo, quod eſt infinitum per ſe, quod eſt quantum non pertranſibile.

Si autem ſecundum accidens eſt infinitum, non erit vtique elementum eorum, quæ ſunt ſcd'm quod eſt infinitum: ſicut neque inuiſibile locutionis, quãuis vox ſit inuiſibilis. Amplius quõ contingit aliquid eſſe ipſum infinitum, ſi vere non eſt, & ſecundum numerum, & magnitudinem, quorum eſt per ſe paſſio quædã infinitum? adhuc enim minus neceſſe eſt eſſe, quam numerum, & magnitudinem.

Et etiam, ſi infinitum per accidens, non eſt elementum entium in eo, quod eſt infinitum, quemadmodum inuiſibile non eſt elementum idiomatis viſi, & ſonus eſt inuiſibilis: & etiã quõ eſt poſſibile, vt infinitum ſit exiſtens per ſe, & numerus, & mẽſura, quæ ſunt illa, quibus accidit infinitum, non ſunt exiſtentia per ſe.

36 Hic incœpit declarare, quod ſi ponatur ipſum eſſe ſubſtantiam, erit per accidens, & ſic ſi ponatur principium, & elementum erit elementum per accidens. Et dixit & ſi infinitum, &c. i. & ſi infinitum, vt declaratum eſt ex hoc ſermone, eſt ſecundum quod eſt infinitum per accidens, non eſt elementum entium, in eo quod eſt infinitum, vt antiqui ponunt: ſed, ſi fuerit elementum, erit ſecundum quod eſt ſubſtantia, vt ſonus non eſt elementum dictionum, ſecundum quod eſt inuiſibilis, ſed ſecundum quod eſt audibilis: quod igitur exiſtimauerunt quod ex hoc, quod eſt principium, & elementum, ſequitur vt ſit infinitum, eſt falſum, ſi conceſſerimus aliquid eſſe tale, ſ. ſubſtantiam infinitam exiſtentem per ſe, quod aũt infinitum eſt ſubſtantia per accidens manifeſtum eſt: qm̃ ſubſtantia exiſtens per ſe infinita eſt elementum per accidens, ſecundum quod eſt infinita, & nullũ elementorum eſt elementum, ſecundum quod accidit ei aliquid: ergo in ſecunda figura, ſubſtantia infinita non eſt elementum, ſecundum quod eſt infinita. Prima propoſitio manifeſta eſt ex prædictis. Secunda vero manifeſta eſt per ſe. Et, cum declarauit quod ſecundum quod eſt infinitnm non eſt principium, incœpit deſtruere aliquid eſſe exiſtens per ſe infinitum, & dixit & etiam, &c. id eſt, & ſi infinitum eſt exiſtens per ſe, quanto magis, vt illud, cui accidit infinitum, ſit exiſtens per ſe, ſcilicet ſubiectum, Verbi gratia, numerus, & menſura, ſed ſubiectum non eſt exiſtens per ſe, quanto magis infinitum non erit exiſtens per ſe: & iſta declaratio eſt logica, & demonſtratiua quodãmodo, quod autem ſubiectum

A infiniti est dignius vt sit separatum magis quam infinitum declaratur per duas propositiones sic. Infinitum dicitur in subiecto. Et omne, quod dicitur in subiecto, subiectum eius est magis per se quã illud. ergo subiectum infiniti magis est existens per se q͞ infinitum, sed quantum, & numerus sunt subiecta infiniti. Ergo quantum, & numerus sunt magis separabilia quam infinitum: deinde componit in syllogismo hypothetico. Si infinitũ est, separatũ, q̃tũ, & numerus, erũt magis separata. deinde destruetur consequens, & concludetur antecedens, & in hoc sermone sunt duo syllogismi cathegorici, & vnus hypotheticus.

Manifestum autem est quòd non contingit esse infinitum, sicut actu esse, & sicut substãtiam, & principium: erit enim quodlibet, & ipsius acceptum infinitum, si partibile est: infinito enim esse, & infinitum idem est, si vero substantia infinitum esset, & non de subiecto quare aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile est: multa autem ĩfinita esse idem impossibile est: at vero, sicut aeris aer pars est, sic & infinitum infiniti, si quidem substantia est, & principium: impartibile ergo, & indiuisibile est: sed impossibile est actu esse infinitum: quantum enim aliquod esse necesse est.
B

Manifestum est quod impossibile est infinitum sit, sicut illa, quæ sunt in actu. & .q. substantia, & principium: quoniam necesse est, vt quodcunque acceperis ex eo sit infinitum, si est diuisibile: quoniã si infinitum est substantia, & non dicitur in subiecto, tunc quiditas infiniti, & infinitum erit idem. ergo necesse est, aut vt sit indiuisibile diuisionibus, quarum nulla est non infinita, & sic erunt plura infinita, & infinitum idem: quod est impossibile. quemadmodum enim pars aeris est aer, similiter pars infiniti est infinita, secundum quod est substantia, & principium, & sic erit indiuisibile: sed impossibile est, vt illud, quod est in actu infinitum, sit ĩdiuisibile: necesse. n. est, vt sit aliquod quantum.

Et manifestum est ex hoc, quod ego dico, quod impossibile est, vt in infinitum, secundum quod est infinitum, sit de natura substantiarum, & principiorum existentium in actu, quæ non sunt in subiecto. Deinde induxit necesse est enim vt quodcunque acceperis, &c. id est, quãcunque partem. Dinde induxit causam super hoc, & dixit quoniam si infinitum, &c. id est, quoniam si infinitum fuerit substantia, & non dicitur in subiecto, tunc definitio eius, quod dicitur infinitũ, & definitio infinitatis erunt eædem. ex quo sequitur necessario, si fuerit diuisibile, vt ponunt, vt definitio totius, & partis sit eadem. pars enim infiniti, si definitio dispositionis, & dispositi est eadem, necesse est etiam vt sit infinita. Definitio enim partium substantiarum consimilium partium, & definitio substantiæ sunt eadem, Verbi gratia, quoniam pars aeris est aer, & pars aquæ est aqua. D. d. & sic erunt plura, &c. id est, & cum pars infiniti est infinita, erunt plura infinita, sed impossibile est, vt infinitum sit magis q͞ vnum. D. confirmauit hoc, & dixit quemadmodum. n. pars aeris est, &c. id est, & similiter necesse est, vt pars infiniti sit etiam infinita, secundum ꝙ accidit substantiæ, & principio. D. d. erit igitur indiuisibile, id est, & cum hoc impossibile contingit, si fuerit diuisibile, ergo est indiuisibile; sed impossibile est, vt aliquid, quod est in actu infinitum, sit indiuisibile. quod enim est infinitum, necesse est, vt sit aliquam habens quantitatem, & sic ponunt ipsum antiqui: & cum posuit quod illud, quod dicitur infinitum, necesse est, vt sit quantum, incœpit declarare quid sequitur ex hoc.
C 37

Definitio partiũ substantibrũ cõsimiliũ partiũ, & definitio substãtię sunt eadem.

Secundum ergo accidens eſt infinitum:ſed ſi ſic eſt, dictum eſt, qd A non contingit ipſum dicere principium, ſed illud, cui accidit vt aetem, aut partem: quare inconuenienter vtique enunciant idem dicentes, ſicut pythagorici dicunt. ſimul enim ſubſtantiam faciunt infinitum, & partiuntur.

Per accidens igitur eſt infinitum: ſi igitur eſt ſecundum hunc modum, Iam diximus quod impoſſibile eſt ipſum dici principium, ſed principium eſt illud, cui accidit, & eſt aer, aut pars: apparet igitur, ꝙ iſte ſermo eſt inopinabilis, cum conueniat ei, quod dicunt pythagorici: dicentes enim ipſum, ponunt infinitum ſubſtantiam, & cum hoc diuidunt ipſum.

38 Dicit &, cum infinitum eſt quãtum, vt ponunt, & ſecundum ꝙ eſt in ſe, tunc eſſe infinitum, ſecundum ꝙ eſt infinitum, eſt per accidens: qm̃ ſuum eſſe eſſentiale eſt, ſecundum quod eſt quãtum, & accidit in q̃to, ꝙ fuit infinitum. D.d. ſi eſt igitur hoc modo, &c. i. quia nihil dicitur principiũ, ſecũdum quod accidit ei aliquid per accidẽs. Et dixit, vt mihi videtur, iam diximus innuendo illud, quod praedixit: quoniam, ſi infinitum dicitur de illo, quod non innatum eſt recipere finitatẽ, neque infinitatem. & fuerit elementum ſecundum hunc modum, neceſſe eſt vt elementum ſit elementum per accidens. potentia. n. illius ſermonis, et potentia iſtius, quam probauit hic, & ſi poſuerint ipſum eſſe q̃tum, eſt eadem potentia: qm̃, ſi po fuerit ipſum eſſe quantum, & non fuerit omne quantum infinitum, tunc infinitum erit accidens quanto, & non erit in eo, ſecundum quod eſt quantum: & ſic, ſi quantum ponatur elementum, ſecundum quod eſt infinitum, tunc elementum erit elementum ſecundum accidens, ſiue illud accidens fuerit propinquum, aut remotum. ſi aũt infinitum eſſet accideus eſſentiale quibuſdam ſpeciebus quanti, non contingeret eis iſta redargutio. eſt. n. aliquod elementum ſecundũ accidens, qm̃ illud accidens fuerit eſſentiale, vt dicimus ꝙ ignis, & aqua ſunt elementa ſecundũ primas qualitates. D.d. apparet igitur, &c. i. apparet igitur ꝙ iſte ſermo eſt improbabilis, cũ ſit conueniens ei, quod dicunt pythagorici. ponunt enim infinitum eſſe ſubſtantiam liberatam a quantitate, deinde diuidunt illam. B

Sed fortaſſis hæc eſt vniuerſalis quæſtio magis, ſi cõtingit infinitum & in mathematicis eſſe, & in intelligibilibus, & in nullam habentibus magnitudinem. nos autem intendimus, & de ſenſibilibus, C & de quibus facimus ſcientiam, vtrum in ipſis eſt, aut non eſt corpus infinitum in augmentum.

De infinito ſenſibili eſt perſcrutatio naturalis.

Sed perſcrutatio, vtrum ſit poſſibile vt infinitum ſit in mathematicis, & intellectis, quæ non habent menſuram omnino eſt, perſcrutatio vniuerſalis. & perſcrutatio noſtra ſit de illo, quod eſt in ſenſibilibus, & de illo, quod continetur in hac arte, & eſt conſiderare vtrum in iſtis ſit corpus infinitum in augmento, aut non.

39

Perſcrutatio vtrũ infinitũ ſit in intellectis, ſcd̃m qđ ſunt intellecta, eſt ſciæ diuinæ.

Cum deſtruxit vt infinitum ſit ſubſtantia exiſtens per ſe denudata a quantitate, & iſta perſcrutatio non eſt propria huic ſcientiæ, ſed eſt de mathematica. Dixit ſed perſcrutatio, &c. i. ſed perſcrutatio de vtrum inuenitur infinitum in intellectis, aut in quantitate, ſecundum ꝙ eſt non in materia, eſt ſcientiæ diuinæ, quæ perſcrutatur de infinito in intellectis, ſecundum ꝙ conſiderat de intellectis. ſcd̃m ꝙ ſunt intellecta, ſ. ſcd̃m ꝙ ſunt abſtracta a mẽſura, & ꝑſcrutat̃ de infinito in mẽſuris, ſcd̃m qđ ſunt abſtractę a materia, & eſt prĩcipiũ, qđ ponit mathematicus,

A s.infinitum esse in tribus mensuris. possibile est.n.apud ipsum lineam exire in infinitum, & sir superficiem, & corpus. Naturalis vero perscrutatur de infinito, quod accidit mensuris, secundum quod sunt in materia. Et hoc intendebat, cum dixit & perscrutatio nostra est de infinito, &c.i. vtrum sit mensura sensibilis infinita, & primo vtrum corpus sensibile infinitū sit, qm̄, si hoc fuerit, erit linea sensibilis infinita, & supficies sensibilis infinita: & quia ista scientia considerat de infinito, ꝙ est in actu, & quod est in potentia, dixit & ista scientia continet, &c. & intendit per augmentum, additionem.

Rationaliter igitur speculantibus ex huiusmodi videbitur non vtique esse: si.n. est corporis ratio planitie terminatū non vtiq; erit corpus infinitum, neq; intelligibile, neq; sensibile. Non est corpus infinitū, neq; intelligibile, neq; sensibile. idē prim. de cœ. 35.

Qui autem considerat de hoc consideratione logica, ex istis videt quod non est in eis: cum ratio corporis sit ipsum esse terminatum per superficiem: impossibile est igitur vt aliquod corpus sit infinitum, neque intelligibile, neq; sensibile.

B

Cvm declarauit ꝙ propria perscrutatio huius sciē est, vtrū sit hoc corpus sensibile infinitum in actu, incœpit destruere hoc, Et dixit hoc.n. corpus, qn̄q; vtitur ipso secundū modum sermonum dialecticorum, & qn̄q; secundū sermones demonstratiuos. Et iste sermo cōponit̄ sic. Omne corpus continet̄ ab vna superficie, aut a pluribus. Et oē, qđ continet̄ ab vna superficie, aut pluribus, est finitum. Ergo oē corpus est finitū: & hoc in prima figura. Et propositio dicens, ꝙ omne corpus continetur ab vna superficie, aut a superficiebus declaratur sic. Oē corpus est figuratum: Et omne figuratū, aut est rotundum, aut nō, ergo omne corpus, aut est rotundum, aut non. Sed omne rotundū continetur ab vna superficie. Et non rotundū continetur a superficiebus finitis pluribus vna. Ergo omne corpus continetur ab vna superficiē, aut a superficiebus. Sed omne, quod est tale, est finitum: ergo omne corpus est finitum. Sed qui concessit corpus infinitum esse, non cōcessit ipsum habere figuram. Et hoc vr̄ manifestū per se: omne.n. corpus, aut habet figuram sphericam, aut non: & ideo, si posuerimus hoc esse corpus infinitum, non erit verum dicere ipsum esse sphēricū, aut non sphēricum, sicut non est verum dicere punctum esse sphēricum, aut non sphēricum. D.d. terminatum p superficiem, i. terminatū per unamquamq; superficierū. aut rotūdam, aut rectā. 40 Oē corpꝰ cōtinet̄ ab vna supficiē, aut a pluribus. Oē corpus ē figuratū: sed oppositū vid de elementis 3. cē. cō. 67 & te. Quod numerus nō sit īfinitus actus.

C At vero neq; numerus sic est, sicut separatus, & infinitus. numerabile.n. numerus est, aut habens numerum: si ergo numerabile contingit numerari, & transire vtiq; possibile erit infinitum.

Neq; numerus etiam potest esse separatum, & infinitum. numerus enim, & illud, cuius est numerus, est numeratum: si igitur numeratum potest numerari, possibile est peruenire ad infinitum.

Cum declarauit vr̄ quod infinitum non est quantum continuum, incœpit declarare ēt vr̄ quod infinitū non est q̄ntum discretum, V.g. numerus. Et dixit neq; numerus, &c.i. neq; etiam est possibile inuenire numerū in actu separatum a materia, aut non separatum esse infinitū: numerus.n. & numeratū in actu est numeratum in actu, aut est possibile vt numeretur in actu, s. vt perficiatur numerari: & cum posuerimus quod omnis numerus est numerabilis, & omne numerabile possibile est vt numeretur, tunc, cum posuerimus quod inuenitur aliquis numerus infinitus, necesse erit, vt infinitum numeretur: quod est impossibile: ergo non hic est, numerus infinitus. Et forte etiam ista propositio est de genere propositionum notarum per se, scilicet ꝙ omnis numerus est numerabilis, 41

& quod omne numeratum in potentia, cũ fuerit in actu, possibile est, vt sit numeratum in actu: sed ista propositio est communis, non essentialis: quod autem in[...] tum impossibile est, vt sit numeratum in actu, manifestum est per se. A

Physicę autem magis considerantibus ex his manifestum erit[...] que enim compositum possibile est esse infinitum, neque simplex[...] compositum igitur non erit infinitum corpus, si finita sint ele[...] menta multitudine: necesse est enim plura esse, & æquari elemen[...] semper contraria, & non vnum eorum esse infinitum: si nanq; [...] tuncunq; deficiat, quæ in vnoquoque corpore est potentia, a poten[...] tia alterius, vt si ignis finitus sit, aer autem infinitus, sit autẽ æqua[...] lis ignis aeri æquali potentia quantumcunq; duplicatus, solum au[...] numerum habens, tunc manifestum est, ꝙ infinitum excellit, & cor[...] rumpit finitum.

Qui autem posuit suam cõsiderationem magis naturalem ex i[...] declarabit, quoniam impossibile est corpus infinitum esse, neque com[...] positum, neque simplex: compositum vero, si elementa fuerint fini[...] ta in numero necesse est enim vt contraria valeant sibi semper. im[...] possibile igitur est, vt vnum eorum sit infinitum, si potentia, quæ [...] in aliquo illorum eorum, fuerit diminuta a potentia, quæ est in a[...] corpore secundum aliquam quantitatem, vt ignis, verbi gratia, si fue[...] rit finitus: & aer fuerit infinitus, & mensura ignis fuerit multipl[...] mensuræ aeris in potentia quacunque multiplicitate, manifestum [...] est, quod infinitum excedet finitum, & cotrumpet ipsum. B

42 Cum destruxit hoc per sermones dialecticos, incœpit destruere hoc destructio[...] ne propria scientiæ naturali dicens qui autem ponit suam considerationem ma[...] gis propriam scientiæ naturali ex istis propositionibus declarabit. D. incœpit [...] dicere quod impossibile est corpus infinitum esse compositum, aut simplex, [...] d. & signum eius, quod impossibile est corpus naturale, esse infinitum, est, q[...] si fuerit, aut est compositum, aut simplex: sed non est compositum, neq; simplex [...] ergo corpus infinitum non est. Deinde incœpit declarare ipsum esse non com[...] positum, & dixit si igitur fuerint infinita numero, &c. id est, & compositum in[...] tum necesse est, vt sit infinitum, aut quia vnum elementorum, ex quibus com[...] nitur, aut plura vno sunt infinita in magnitudine, aut quia elementa, ex q[...] componitur, sunt finita in magnitudine, sed infinita in numero. Deinde i[...] destruere ipsum esse infinitum, quia vnum eorum est infinitum in magnitudine [...] & dixit si igitur elementa, &c. i. si compositum fuerit compositum ex elem[...] finitis. V. g. quinq;, aut sex, impossibile est, vt vnum eorum sit infinitum, i. in ma[...] gnitudine. Deinde induxit rationem super hoc, & dixit necesse est enim, & [...] & iste sermo est in prima figura sic. Elementa sunt contraria. Et contraria [...] bent esse æquipotentia. Ergo elementa, ex quibus componitur corpus com[...] tum infinitum, sunt æquipotentia. Sed æquipotentia impossibile est, vt quæ[...] sint finita, & quædam infinita. Ergo elementa, quæ sunt in composito impossib[...] le est, vt vnum eorum sit infinitum. Deinde induxit rationem super hoc, q[...] elementa sunt æquipotentia, & dixit quoniam si potentia, &c. i. quoniam si p[...] tia contraria, quę est in altero illorum elementorum, existente in magnitud[...] æquali alicui magnitudini alterius elementi, fuerit minor potentia existente [...] magnitudine æquali alterius elementa, & debilior illa in quantitate termin[...] Verbi gratia, quod potentia in vna palma ignis fuerit dupla potentiæ, quæ [...] in vna palma aeris; quoniam tunc, si totus ignis fuerit finitus, & totus aer fu[...] C

Cõtraria dicuntur esse ęquipotẽtia,

A rit infinitus, contingет necessario vt aer corrumpat ignem, & sic elementum finitum non obseruabitur cum elemento infinito: quare mundus corrumpetur. Et posuit quod potentia partis terminatæ elementi finiti est maior potentia partis æqualis illi ex infinito: quia potest aliquis dicere quod totum elementum infinitum non corrumpet finitum, nisi posuerimus quod potentiæ duarum partium æqualium in quantitate sint æquales in qualitate: & ideo dixit quod idem sequitur: & si potentiæ partium æqualium in quantitate fiunt diuersæ in contrarietate, non enim accidit, vt quædam excedat quandam, nisi quantitate finita, cum sit manifestum per se quod quanto magis augmentatur quantitas corporis, tanto magis augmentabitur potentia eius: & cum corpus diuisibile habuerit quantitatem infinitã, necessario habebit potentiã maiorẽ potẽtia corporis finiti maioris. Et omnes istæ propositiones sunt manifestæ per se, nisi ꝓpositio dicens elementa esse contraria: & accœpit illam, aut secundum famositatem, aut concessam, quia declarabitur in hac scientia, & hoc est rectius, quia sic contradictio erit demonstratiua, non disputatiua: &, cum destruxit partem dicentem, compositum esse infinitum, quia vnum elementorum, ex quibus componitur, aut plura vno, sunt infinita in quantitate, reuersus est ad secundam partem, scilicet vt vnum eorum sit infinitum.

Est manifestũ per se ꝙ quanto magis augmentatur quantitas corporis, tãto magis augmentabitur potentia eius. 2. de generatiõe & corruprione t. com. 49. & t. cõ. 44.

B Vnumquodque autem infinitum impossibile est esse: corpus enim est penitus habens dimensionem: infinitum autem interminate distans est: quare infinitum corpus vbique erit distans in infinitum.

Et impossibile etiam vt vnumquodque eorum sit infinitum: corpus enim est illud, quod habet dimensionem ad omnes partes & infinitum est illud, quod habet dimensionem infinitam: ex quo sequitur vt corpus infinitum habeat dimensionem infinitam ad omnes partes, & sic elementorum vnum infinitorum implebit totum: vbi igitur erunt reliqua?

Dicit & impossibile est etiam vt compositum sit infinitum, quia vnumquodq; elementorum, ex quibus componitur, est infinitum: quando corpus est illud, qđ habet dimensionem in omnibus partibus: & infinitum est illud, quod habet dimensiones infinitas: ex quo sequitur vt corpus infinitum sit infinitum in omnibus partibus. Et hoc est necesse: quoniam, cum aliquid fuerit compositum ex duobus, necesse est vt definitio illius compositi sit composita ex definitionibus illorum duorum, Verbi gratia, quia definitio corporis est illud, quod expanditur ad omnes partes: & definitio infiniti est illud, quod non habet finẽ: ideo definitio corporis infiniti est illud, quod extenditur ad omnes partes in infinitũ. Et iste locus est verus: &, quia si vnum elementorum fuerit infinitum, impossibile erit vt cum ipso sit aliud elementum finitum, nedum infinitum, dixit: & sic vnum elementorum infinitorum, &c. Et hoc, quod dixit, manifestum est ex hoc, quod posuit quod infinitum debet esse infinitum in omnibus tribus dimensionibus, & sunt sex partes: & hoc intendebat per omnes partes: &, si nos posuissemus quod infinitum est infinitum in quadam parte, continget infinitum esse maius infinito, possibile enim esset ponere in parte, in qua est infinitum, aliud corpus contiguum: & tunc congregatum ex duobus corporibus erit magis vno corpore, & vtrunque est infinitum, scilicet congregatum, & ipsum infinitum: quod est impossibile. 43

C

Cũ aliquid fuerit cõpositũ ex duobus, necesse est, vt diffinitio illius cõpositi, sit cõposita ex definitionibus illorum duorũ, vide consimile. 2. đ aĩa cõ. 158 ex hoc patet contra modernos vnũ infinitũ non esse maius alio aliquo mõ, qa cum aliqua

At vero neque vnum, & simplex esse contingit infinitum corpus, neque sicut dicunt quidam, etiam extra elementa esse, ex quo hæc generantur, neque simpliciter. Sunt enim quidam, qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam, quatenus non alia elementa

corpus fuerit infinitum secundum quid, statim erit infinitũ simpliciter, sicut ex hoc loco colligitur, idẽ infr. cõ. 53. vide tamen, phoc primo cœli cõ. 39. quomodo corpus infinitũ imaginari queat, & quõ non.

corrumpantur ab infinito: habet enim adinuicem contrarietatem, vt aer quidem humidus, aqua vero frigida, ignis vero: calidus, quorum, si esset vnum infinitum, corrumperenrur iam alia, nunc autem dicunt alterum esse, ex quo hæc sunt. A

Quod autem impossibile est quod infinitum sit vnum corpus simplex si declarabitur: hoc enim non est possibile, neque secundum dicentem ipsum esse aliquid extra elementa, ex quo res generantur, neque simpliciter. Quidam enim ponunt infinitum, vt diximus, & nõ ponunt ipsum aquam, aut aerem, ne illud, quod ponunt infinitum, corrumpat alia. Sunt enim contraria adinuicem, Verbi gratia, quoniam aer est frigidus, & aqua humida, & ignis calidus: &, si aliquod istorum esset infinitum, tunc alia corrumperentur: nunc igitur dicit hoc esse aliquid, ex quo generantur ista.

44 Cum destraxit quod corpus infinitum sit compositum, quia illa, ex quibus cõponitur, sunt infinita in magnitudine, antequam destrueret secundam partem de composito infinito, & est illud, quod est infinitum, quia partes eius sunt infinitæ in specie, incœpit destruere corpus simplex esse infinitum, Et dixit quod autem impossibile est, &c. id est, ex hoc, quod dicam: &, quia hoc intelligitur duobus modis, aut quia illud corpus est extra quatuor elementa, & ex eo generantur elementa, vt quidam dicunt, aut quia illud corpus est vnum elementorum quatuor, dixit non enim est possibile, &c. id est, & impossibile est vt corpus infinitum esset, siue secundum ponentes ipsum esse extra mundum, siue simpliciter, scilicet si quocunque modo ponatur siue extra, siue intra, siue vnum elementorum, siue aliud. Deinde narrauit causam, propter quam quidam posuerunt ipsum extra elementa, & dixit quidam enim ponunt infinitum, &c. id est, in modo, in quo potest plus conseruari, scilicet vt sit extra elementa: & sermo eius in hoc manifestus est, quoniam manifestum est ista esse contraria. quare si vnum eorum esset infinitum, necessario corrumpentur reliqua: & ideo isti fugerunt in hoc, quod sit vnum elementorum, B

Omne resoluitur in id, ex quo est.

Impossibile autem est esse huiusmodi, non quia infinitum (de hoc enim commune quiddam dicendum est, & de omni similiter & igne, & aqua, & quolibet) Sed quia non est huiusmodi corpus sensibile extra vocata elementa: omne namque, ex quo est, resoluitur in hoc: quare esset vtique hoc corpus extra aerem, & ignem & terram, & aquam, videtur autem nullum huiusmodi. C

Et impossibile est aliquid esse tale, nedum vt sit infinitum: sed de hoc dicemus sermonem communem omnibus eodem modo aeri, et aquæ, & aliis elementis: & impossibile est corpus simplex esse, ex quo elementa generantur: sed nos dicemus in hoc loco in destructione eius sermonem communem contra eos, qui ponunt ipsum aliud ab elementis, aut vnum eorum, quod nullum corpus est tale, omne enim ad illud, ex quo fit, dissoluitur: qua propter necesse ẽ hoc esse aliquid preter aerẽ, & ignem, & aquã, & terrã: sed non videmus aliud.

Impossibile ẽ esse aliud corpus ex-

45 Cum præmisit sermonem communem in destruendo corpus simpliciter esse tale, incœpit primo destruere ipsum extra elementa, Et dixit quod nullum corpus est tale, &c. id est, & impossibile est corpus infinitũ esse aliud a quatuor elementis: & hoc intendebat, cum dixit tale: quoniam si hoc corpus esset aliud ab elementis quatuor, ex quibus componeretur, tunc necesse esset, cum corrumpe-

A rentur, vt viderentur sensu dissolui in illud: & hoc non videtur. Et hoc intendebat, cum dixit qua propter, &c. idest, quapropter necesse esset hic esse aliam naturam, in qua dissolueretur aer, & ignis, & aqua, & terra: &, cum destruxerit elementum simplex esse extra quatuor elementa simpliciter nedum infinitum, incœpit destruere vnum elementorum esse infinitum. tra elementa. Idē. 2. de gener. text. cō. 3.

Neque igitur ignem, neque aliorum elementorum ullum infinitū contingit esse aliquod: omnino enim, & præter id, quod infinitum sit aliquod ipsorum, impossibile est esse, & si finitum sit, aut fieri vnum aliquod ipsorum, sicut Eraclitus dicit, omnia aliquando fieri ignem.

Et impossibile est vt ignis, aut aliquid elementorum sit infinitum: quoniam vniuersaliter, si nos diximus ꝙ aliquod eorum est infinitum, impossibile erit vt omne totum fiat, & si sit finitum vnum eorum, vt dicit Eraclitus, ꝙ omnia fient in aliqua hora ignis.

Dicit & impossibile est vt vnum elementorum sit infinitum, quoniam illud elementum vinceret totum, & totus mundus tunc conuerteretur in illud elementum, vniuersaliter enim est impossibile hoc, si nos dixerimus aliquod elementorum esse infinitum, non vt ponit Eracli. omnia esse finita, & opinatur quod omnia reuertuntur in ignem. Et dixit hoc, narrando quod ista positio, quæ sequitur, si vnum elementorum fuerit infinitum, est impossibilis, si aliquis posuerit illam, nisi ponat quod aliquod elementorum est infinitum, vt fecit Heraclitus: sed debes scire quod ponens vnum eorum esse infinitum, contingit ei mundum fuisse corruptum necessario: ponenti autem omnia esse finita, sed quod in aliquo eorum sit potentia excedens alias, quæ exigit corruptionem aliorum, vt Eraclitus dicit de igne, non contradicitur hic: sed declarabitur hoc, cum declarabitur quod impossibile est mundum corrumpi naturaliter. 46

B

Eadem autem ratio & de vno est, & de alio, ꝙ faciunt extra elemēta physici: omne namque mutatur ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum. Oportet autem de omni, & ex his considerare, si contingat, aut non contingat corpus esse infinitum sensibile.

Omnia mutatur ex cōtrario in cōtrarium.

Et hoc idem dicimus de vno, vt naturales ponunt ipsum extra elementa, si igitur quodlibet transmutatur de contrario in contrarium, Verbi gratia, de caliditate in frigiditatem: & ex istis oportet considerare in vnoquoque quatuor elementorum, vtrum possit vt sit, aut nō.

C

Cum destruxit vnum elementorum esse infinitum, quia tunc corrumpet reliqua, omnes enim concedunt quod elementa sunt contraria, incœpit narrare etiā ꝙ istud impossibile contingit dicentibus ipsum esse extra elementa, scilicet hoc contingit dicentibus elementum esse infinitum: necesse est enim vt istud corpus extrinsecum sit contrarium elementis, secundum quod ponunt ꝙ ex eo generantur elementa: &, si fuerit contrarium infinitum, necessario corrumpet reliqua. Et dixit & hoc idem, &c. id est, & hoc impossibile contingens ponentibus elementum aliquod esse infinitum, continget similiter ponentibus vnum corpus esse extra elementa infinitum: & cum narrauit quod idem contingit in hoc, incœpit declarare hoc, & dixit: si igitur quodlibet transmutatur, &c. id est, quoniam si illud vnum transmutatur in elementa: & omne, quod transmutatur, transmutatur de contrario in contrarium: necesse est vt illud corpus vnum sit contrarium elementis: quapropter, si ponatur infinitum, contingit illud idem quod contingit si vnum elementorum fuerit infinitum: & ipse expressit in hoc sermone maiorem propositionem, & tacuit minorem, & conclusionem. Deinde dixit & ex istis rebus, &c, id est, & ex consideratione de hoc, 47

quod elementa sunt contraria, oportet considerare de vnoquoque eorum, vtru sit possibile vt sit finitum, aut infinitum. A

Omne corpus sensibile est alicubi.
Idē est loc' toti', & partis. idē infra 2. com. 52.

Quod autem omnino impossibile sit esse corpus infinitum sensibile, ex his manifestum est. aptum est enim natum omne sensib. alicubi esse, & locus est aliquis vniuscuiusque, & idem est partis.. omnis, vt totius terræ, & vnius glebę, & ignis, & scintillę. Quare, si eiusdem speciei, aut immobile erit, aut semper mouebitur: quod impossibile est: quid enim magis deorsum, aut sursum aut aliqu. dico autem, vt si gleba sit, vbi ipsa mouebitur: & etiam vbi manet locus enim infinitus erit sibi, & cognati corporis: vtrum igitur con nebit totum locum? aut quomodo? quæ igitur, & vbi mansio, & m tus ipsius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. aut si ubique m uebitur, non ergo stabit.

Quod autem impossibile est vniuersaliter corpus sensibile esse finitum ex his declarabitur. omne enim corpus sensibile habet v & vnumquodque habet aliquem locum, & vnus locus est locus p tis, & totius: & quoniam locus totius terræ est locus vnius glebe, cus totius ignis est locus unius scintillæ. Si igitur infinitū totu vna species, erit immobile, aut compelletur semper: sed hoc est: possibile: descendere enim non est dignius, quam ascendere, au ad aliam partem: & intelligo, vt si posuerint ipsam glebam, quo tur mouebitur ista, & vbi quiescit? locus enim corporis, qui est h generis, est infinitus vtrum igitur occupat totum locum, & quo do erit hoc? quomodo quiescet, & mouebitur, & vbi erit? hæc a est in omni loco quiescens, & mota. B

48 Cum contradixit proprie dicentibus infinitum esse corpus simplex ext menta, & similiter dicentibus ipsum esse vnum elementorum, incœpit con cere eis communiter, vt promisit, & proposuit ad hoc propositiones, qu prima est, quod omne corpus sensibile habet vbi, secunda autem est, quod cuiusque corporum sensibilium locus partis naturalis, in quo quiescit, & to tius, sunt idem numero, tertia vero est, quod omne corpus habet locum n lem, & locum non naturalem: & quod in naturali quiescit, & extra ipsum uetur ad ipsum. & tacuit istam tertiam, quia sequitur ex secunda. Deind git istis propositionem, id est corpus simplex esse infinitum, & induxit ad sibile: infinitum enim habet vnum locum infinitum: quapropter si innatu quiescere in illo vbi, necesse est vt nō moueatur, quia nō habebit locum suum locum naturalem, sicut habent corpora simplicia, quæ mouentur m cto: aut mouebitur semper per suas partes: quod est impossibile. iam con sumus, quod pars naturaliter mouetur secundum quod totum: sed totum n bet locum distinctum naturaliter ab illo, quod est extra naturam, ergo bet motum. ergo neque pars habebit motum, quia tunc non dignius mo magis ad aliquam partem, quam ad oppositam. Et hoc intendebat, cum di compelletur semper, id est mouebitur semper per suas partes naturaliter ad rius, aut ad inferius, sed descendere non est dignius quam ascendere: sed in hoc est, quia non habet duo loca, scilicet locum naturalem, & innatu Verbi gratia, quoniam si terra esset infinita, tunc gleba non haberet duo lo quorū vno moueretur, & in reliquo quiesceret. locus enim terræ esset vn est infinitus, et ideo dixit vtrum igitur occupat totum locum, idest vtrum pars implet totum locū: & si non implet, quomodo mouetur? & quomodo C

A scit? idest quomodo pōt quis dare causam in motu partis illius corporis quandoque, & in quiete illius quandoque, & vbi quiescit, & vbi mouetur: quod enim est tale, habet duo loca, sed infinitum habet vnum locum. Deinde dixit aut est in omni loco, &c.i.& ponens hoc, necessario debet concedere hanc diuisionem: quoniam, aut ponet quod locus quietis est alius a loco motus, aut quod locus quietis, & motus est idem: ex quo sequitur quod in eodem loco quiescat, & moueatur insimul, aut vt neque quiescat, neque moueatur. Et istę propositiones sunt veræ in corporibus mobilibus motu recto, & in motibus, qui sunt corporis moti ex se, non ex extrinseco. [a] corpus autem cœleste, quod non mouetur recte, non continetur in hac declaratione: & ideo iste sermo non est cōmunis simpliciter, sed secundum quod est notum in primo aspectu de natura corporum: non dum enim declaratum est, vtrum sit hoc corpus habens naturam extra istam naturam, aut nō. [b] & ideo iterat hanc quæstionem in cœlo, & mundo. illic enim erit sermo communis simpliciter, cum illic declarabit numerum specierum corporum simpliciū. [c] Et ideo potest intelligi per corpus sensibile, non quolibet sensu, sed tactu. [d] corpus enim cœleste est sensibile visu, s. partes eius luminosę, & est non tangibile omnino. Declaratum est igitur ex hoc sermone vniuersaliter quod impossibile est corpus simplex tangibile infinitum esse, siue sit elementum, siue non.

a Corporis cœlestis non est locus naturalis, & violentus.

b Propť qd philosophus iterauit istā qōnem in.1. cœ.& mūd. 33.te. & infra vide cō. 83. primi de cœ.

c Per corpus sensibile, qn̄q; capitur tangibile. idē infra com.54.

d Corp' cœleste est.

Si autem dissimile est omne, dissimiles & loci sunt: & primum

B quidem non vnum corpus omnis est, sed aut in tangendo: postea, aut finita hæc erunt, aut infinita specie: & infinita quidem non esse possunt: erunt enim alia quidem finita, alia vero non: si omne infinitum est, vt ignis, & aqua: corruptio enim huiusmodi in contrariis esset, sicut dictum est prius: & propter hoc nullus vnum, & infinitum ignem facit, neque terram physiologorum, sed aut aquam, aut aerem, aut horum medium: quia locus vniuscuiusque manifestus erat, determinatusque: hic autem determinatur ad duas partes, sursum, & deorsum: si autem & infinita, & simplicia sunt, & loci infiniti, et erunt elementa infinita. si autem hoc impossibile est, & loci finiti sunt, & totum finitum esse necesse est: impossibile namque est non comparari locum, & corpus neque enim locus omnis maior est, quā quantum contingit corpus esse: similiter autem neque infinitum erit corpus, neque corpus maius est quam locus: aut enim vacuum est aliquod, aut corpus nusquam aptum natum est esse.

C Et, si totum infinitū fuerit non consimile, loca eius ēt erunt non cōsimilia, et sic corpus totius non erit vnum, nisi secundum contactū: et postea ista corpora, aut erunt finita, aut infinita in se: sed impossibile est vt sint finita: quoddam enim erit finitum, et quoddam non, cum totum fuerit infinitum: et impossibile est vt vnum elementorū sit infinitum, vt ignis, aut aqua, et quod est tale corrumpitur per cōtraria: et ideo nullus posuit vnum infinitum ignem, neque terram, sed aquam, aut aerem, aut medium: quoniā locus vtriusque est terminatus. et hæc duo declinant ad vtranque partē, in superiori, et in inferiori, si igitur simplicia etiam fuerint infinita, loca eorum etiam erunt infinita, et sic elementa erunt infinita. si igitur hoc sit impossibile, quia loca sunt infinita, totum erit finitum: impossibile est enim vt locus non sit nisi corporis: impossibile est enim vt locus tota

lis fit maior quantitate corporis : ex quo ſequitur vt corpus etia
ſit infinitum : & impoſsibile eſt etiam vt corpus ſit maius loco, c
tingeret enim ex hoc, aut vacuū eſſe, aut aliquod corpus ſine loco

49 Cum deſtruxit corpus compoſitum infinitum eſſe, ita quod vnum corporu
ex quibus cōponitur, aut plura vno, ſunt infinita, & remanet ſecundum di
ſionē vt ſit infinitum, ita quod ſit compoſitum ex corporibus infinitis in ſpeci
licet ſint finita in magnitudine, reuerſus eſt ad deſtruendum hanc partem, l
dixit ſi igitur totum, &c. i. ſi igitur totum congregatum ſecundum contactum ex
corporibus ſimplicibus fuerit infinitum, quia illa corpora, ex quibus congreg
tur ſunt diſsimilia. ſ. ſunt diuerſarum definitionum, vt ignis, & aqua, tunc lo
totius erunt diſsimilia: & iſta propoſitio apparet ex hoc, quia omne corpus ſi
plex habet locum naturalem. D. & ſi corpus totius, &c. id eſt ſi continga
tibus hoc, vt totus mundus non ſit vnus, quia continetur ab vno corpore, ſed
vnum ſecundum contactum tantum; Et cum induxit hoc improbabile, inde
impoſsibile, quod ſequitur ex hac propoſitione, & incœpit diuiſionem a pri
cipio, & dixit Deinde hæc corpora, &c. & dixit hoc ad rememorationem
illo, quod prædixit : declaratum eſt enim, ꝗ impoſsibile eſt corpus infinitu
eſſe compoſitum ex corporibus finitis in forma, niſi vnum eorum, aut plura
rint infinita in magnitudine, & ſi non, totum erit finitum : & hoc intendeba
cum dixit quoddam enim erit finitum, & quoddam non, i. continget enim
tibus corpus infinitum cōgregatum ex corporibus infinitis in forma eſſe, vt q
dam ſint finita in magnitudine, & quedam non, cum totum ſit congregatum
D. d. vt ignis, & aqua, i. & illud infinitum in ſua magnitudine neceſſe eſt v
contrarium, vt ignis, & aqua, ex quo ſequitur vt ipſum corrumpatur. Et
ponit in hoc ſermone quod ſimplicia debent eſſe contraria : & hoc non eſt ve
niſi de corporibus, quæ mouentur motu recto : & hoc ſignificat quod perſc
tatio eius hic eſt de hac natura, quoniam non apparuit hic aliam naturam e
Et cum dixit, quod ſi corpus infinitum magnitudine fuerit, neceſſe eſt vt
rumpat reliqua, quia eſt contrarium, narrauit quod propter hoc ſugierunt a
qui huiuſmodi corpus poni alterum extremorum elementorum, inter quæ a
paret contrarietas magis ſecundum vnum mediorum, media enim videntur q
ſi materia extremorum, & dixit & ideo nullus, &c. & intendit per hoc, ꝗ
dixit, quia locus vtriuſque, &c. id eſt quia ignis non habet niſi leuitatem t
tum, quæ eſt cauſa motus ad ſuperius, & locus eius eſt terminatus, & ſi
ter terra non habet niſi grauitatem tantum, quæ eſt cauſa motus ad inferius,
locus eius etiam eſt terminatus : ſunt igitur valde contraria. aqua autem, & a
habent vtrunque, ſcilicet grauitatem, & leuitatem. aer enim eſt grauis in lo
ignis, & leuis in loco terræ in grauitate aſsimilatur aquæ, in leuitate autem
ſimilatur igni : & ſimiliter eſt diſpoſitio de aqua : eſt enim grauis in loco ig
& leuis in loco terræ. & hoc intendebat, cum dixit declinant ad vtranque p
tem, id eſt aqua, & aer. & intendebat per vtranque partem ſuperius ſimp
ter, & inferius ſimpliciter. Et induxit hoc, ad declarandum ꝗ iſta propo
dicens, ꝗ contrarium corrumpit contrarium, cum fuerit fortius illo, eſt pro
ſitio conceſſa ab antiquis: immo declaratum eſt in principio iſtius libri, ꝗ ge
tio eſt ex contrariis, & quod inter aquam, & aerem non eſt corpus in actu
dium denudatum a differentiis, ſcilicet aeris, & aquæ contrariis ſcilicet ca
& frigore. Et forte dixit quod antiqui dicebant aquam, & aerem eſſe infin
quia loca eorum non ſunt terminata : illud enim, cuius locus eſt terminatus,
nifeſtum eſt quod eſt finitum : & quia loca illorum duorum corporum non
terminata, dixerunt ea eſſe infinita : & adiuuat hanc expoſitionem hoc, quod
xit poſt, quia locus vtriuſque eſt terminatus : cum igitur extrema ſint termi
ta, quanto magis media. D. reuerſus eſt ad id, quod intendebat declarare
ſcilicet quoniam impoſsibile eſt corpus infinitum eſſe compoſitum ex corp
bus infinitis in ſpecie : &, quia iucœpit hanc declarationem a duabus propo
tionibus dicentibus, ꝗ ſi ſimplicia fuerint diuerſa in ſpecie, loca erunt di

Simplicia ſunt contraria, habet veritatē de corporibus, quę mouētur motu recto.

Primo phyſi. tex. com. 24. et, infra.

A in specie, & quod species locorum debent esse secundum numerũ specierum corporum simplicium, dixit si igitur simplicia, &c. Et hæc est quasi ratiocinatio per se. elementa enim, si fuerint infinita, necesse est vt composita ex eis sint infinita: aut intenditur quod ex hoc sequitur, vt motus compositi sint infiniti in specie. D. reuersus est ad id, quod intendebat declarare, & est, quod si simplicia fuerint infinita in specie, loca erunt infinita in specie. D. destruxit consequens, & conclusit oppositum antecedentis, & dixit si igitur hoc est impossibile, &c.i. sed loca sunt infinita in specie, ergo simplicia sunt finita: & hoc, quod destruxit, manifestum est, vt post dicet, omnis enim locus, aut est superius, aut inferius, aut dextra, aut sinistra, aut anterius, aut posterius. & apparebit in cœlo, & mundo, quod loca naturalia sunt superius, & inferius, & illa, quæ sunt inter ista: & apparebit etiam illic quod loca sunt finita in magnitudine: & ideo sermo de infinito perfectior est illic. D. induxit modum, ex quo certificatur, quod corpora sunt secundum numerum locorum, & ęqualia eis, & quod ex hoc sequitur, quod omne corpus simplex sit finitum, & dixit impossibile enim est, &c. idest impossibile enim est vt aliquis locus careat corpore sibi proprio, & impossibile est etiam vt aliquis locus excedat suum corpus naturale, aut quod corpus excedat suum locum, vnde necessario locus est æqualis corpori, ergo omne corpus est finitum necessario. Et hæc est declaratio, quod omnis locus
B est finitus in sua magnitudine: & declaratur ex eo etiam quod omne corpus simplex est finitum. & ideo dixit ex quo sequitur, vt non sit corpus infinitum: & quasi interposuit hanc aliam declarationem in suo sermone, quia sua intentio fuit hæc ad declarandum, quod impossibile est corpora esse finita in magnitudine, infinita in specie: & cum declarauit hoc ex locis, & iam declarauit ex eis etiã quod impossibile est etiam corpus simplex esse infinitum in magnitudine, induxit hoc. Et syllogismus sic componitur. Omne corpus simplex est in loco sibi ęquali. Omne, quod est æquale alicui, est finitum. Ergo omne corpus simplex est finitum. Infinitum enim non dicitur æquale, neque maius, neque minus: & hoc, quod dixit, ꝙ impossibile est vt locus sit extra corpus, declaratum erit, cum declarabitur vacuum non esse, & similiter declarabitur ex hoc, ꝙ impossibile est vt vbi excedat locum: &, cum sit declaratum ꝙ loca sunt finita in specie & magnitudine, ergo corpora sunt finita necessario.

*Sermo de infinito pfectior est in lib. de cœ. Idem. I. cœ. cõ. 33.*

*Infinitũ nõ dicitur ęquale, neq; maius, neq; minus.*

Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti mansione: fulcire enim ipsum seipsum dicit infinitum. hoc autem, quia in seipso est (aliud enim nihil continet) tãquam vbi vtique aliquod sit aptum na-
C tum esse, ibi est: hoc aut non verum est: erit enim vtique aliquid alicubi, & non vbi aptum natum est esse.

*Anaxagorę ĩprobatio.*

Anaxagoras autem dicit sermonem inopinabilem in quiete infiniti, dicit enim quod sustentatur, & retinet se: quoniam hoc in eo dixit (non enim continetur ab alio) & quasi sit innatum vt sit aliquod vbi, & est hic: sed sermo eius non est verus: est enim alicuius vbi violente, non secundum ꝙ est innatum vt sit, cum fuerit in remotiori loco, quam vt moueatur ad illud secundum totum.

Cum destruxit, vt in aliquo vbi sit corpus infinitum, & ꝙ impossibile est vt in eo sit quiescens, aut motum, reuersus est ad illud, quod dixit Anaxa. ꝙ causa quietis totius, quod est mixtum, est ipsum esse infinitum. & Ana. dicit, ꝙ si causa quietis alicuius corporis est, quia continetur ab alio quiescente, & illud aliud continetur etiam ab alio quiescente necessario, tunc causa quietis totius nihil aliud est, nisi ipsum esse infinitum: & ideo dixit ꝙ sustentatur super se, & retinet se: &, cum voluit destruere sermonem eius in hoc, Dixit Ana. vero, &c. id est Ana. vero dat in quiete infiniti, quod est mixtum apud ipsum, causam inopinabilem, dicit enim ꝙ causa quietis eius est, quia sustentatur super se, 50

& retinetur non ab alio : quoniam, quia quiescens, quod continetur ab alio, sustentatur super illud aliud, & retinetur ab illo, necesse est quod in finitum, secundum quod non continetur ab alio, retineat se, & sustetatur super se, & dixit & quasi innatum est, & c.i. & infinitum, quia est quiescens per se, & continens totum, ideo est quasi aliquod vbi eorum, quæ sunt hic per se : aut intendit per hoc, quod dicit : & est in entibus tale, s. locus per se, & alia loca sunt quiescentia per illud. D.d, & non est verum, ideit & sermo eius non est verus : quia quandoque quiescit aliquid in aliquo loco violente, s. quando quieuerit in loco, qui est remotissimus locorum ab illo, ad quem mouentur res naturaliter secundum totum, & secundum partes, & est, locus naturalis: & quasi intendebat quod non sequitur, si ponatur quiescens, vt sit quiescens naturaliter, immo rectius est, vt sit quiescens violente : ponit quod causa quietis eius est infinitum, quia non habet locum, ad quem mouetur. q. igitur caret motu violente, non naturaliter. D A

Si igitur, quia maxime non mouetur totum. In seipso namque fulcitum, & in seipso est, immobile esse necesse est : sed quare non aptum natum sit moueri, dicendum est. non enim sufficiens est sic dicentem liberari. sic enim vtique & quodlibet aliud non esse motum: sed aptum natum esse nihil prohibet: quoniam & terra non fertur, neque si in finita esset ferretur, coercita tamen à medio: sed quia non est aliud vbi feratur, manebit in medio, sed non mouetur, quia non apta nata est aliter sic: sed tamen licebit vtique dicere quod fulcit seipsam. si igitur neque in terra hæc causa est, cum sit infinita, sed quia grauitatem habet (quia graue manet in medio) similiter & infinitum manet vtique in seipso propter aliam causam. E B

Graue manet in medio

Si igitur est retentum, hoc modo retentionis, & hæc est intentio retentionis in ipso: necessario est immobile : sed oportet dicere: quare non est innatum moueri. videmus enim quod terra non transfertur, neque si esset infinita, quia est impedita à motu ex medio : & nō, quia non habet locum alium, ad quem vadat, est quiescens, sed quia innata est hic : & potest quis dicere, si igitur in quiete terræ, si esset infinita, non est ista causa, sed quia est grauis, & graue figitur in medio, & terra est in medio secundum hunc modum, oporteret quod infinitum esset fixum per se propter causam. F C

51 Id est, si igitur infinitum est retentum naturaliter, & hæc est intentio eius, quod dixit, quod retinet se, necesse est vt sit immobile naturaliter, siue sit finitum, siue infinitum. D.d. sed oportet dicere, & c.i. sed cum ponatur quod infinitum est quiescens naturaliter, Verbi gratia, oportet dare aliam causam præter hoc, quod est infinita in hac quiete, quam habet naturaliter, non enim est differentia in terra inter hoc, quod sit finita, aut infinita, in dando quod medium est causa quietis eius: finitas enim, & infinitas accidunt quiescenti naturaliter : quapropter impossibile est vt ex altero eorum reddatur causa quietis eius, quod quiescit naturaliter. infinitum enim dignius est vt sit causa quietis violentę, nō naturalis. D.d. & nō quia non habet, & c.i. si terra esset infinita, adeo quod non haberet locum, ad quē transferretur, hoc non esset causa quietis terræ in medio naturaliter, sed causa quietis est hoc, quod natura eius exigit hoc, & possibile est dicere in ea per hanc naturam ipsam retinere se. D.d. si igitur causa, & c.i. si igitur nullus potest dicere quod causa quietis terræ naturalis, si esset infinita, est ipsam esse infinitam sed oporteret dicere aliam causam, Verbi gratia, ipsam esse grauem, & quod graue innatum est figi in medio, manifestum est quod nullus potest dicere quod causa in quiete infinita

Finitas, & infinitas accidūt qescēti naturalr. Terra quiescit ī medio, quia nā eius exigit hoc. idē, 8, ph, 32.

A niti naturaliter est ipsum esse infinitum, sed oportet dare aliam causam: quoniã si hoc esset, tunc omne, quod poneretur quiescens naturaliter, necesse esset dicere quod causa quietis eius naturalis est ipsum esse infinitum.

Sed non quia infinitum est, & non quia fulcit ipsum seipsum: similiter aũt manifestum est, quia & si sit, & quælibet pars indigeat manere. sicut enim infinitum in seipso manet se fulciens, sic, & si quælibet accipiatur pars, in seipsa manebit. totius enim, & partis similes sunt loci, sicut terræ totius, & glebæ deorsum, & ignis omnis, & scintillæ sursum: quare si infiniti locus in seipso est, & partis idem est, manet igitur in seipso. Idem est locus totius & partis.

Et non, quia est infinitum, & ꝙ sustentat se, est necesse vt figatur per suam sustentationem: & similiter vt aliqua pars eius figatur, quęcunq; pars sit: quemadmodum igitur infinitum figitur, quia sustentet se, similiter quælibet pars eius figitur per se. locus enim totius, B & partis est consimilis in specie, Verbi gratia, quoniam locus totius terræ, & glebę est inferius, & locus totius ignis, & scintillæ est superius. si igitũ infinitum habet locum, ergo pars habet illum eundem, ergo figitur per se.

Id est, & hoc, quod dicunt, ꝙ sustinet se, & ꝙ ipsum est suus locus, quia est infinitum, non pp hoc necesse est dicere ipsum figi naturaliter, & secundum totũ: & similiter, cum posuerit ꝙ aliqua pars eius figitur naturaliter, non poterit dare causam, quam dedit in toto: & dixit hoc, quia notũ est per se quod locus rei est aliud a re, & quod res nõ potest sustentari super se. Et cum narrauit ꝙ hoc, quod dicunt de infinito, quod ipsum est suus locus, non est verum, neq; de toto, neq; de parte naturaliter, incœpit declarare ꝙ illud, quod dixerũt de toto, illud idem contingit eis in parte, & dixit & quemadmodum infinitum, &c. i. & si fuerit dictum de infinito ipsum figi, quia ipsum est suus locus, necesse est dicere in parte ipsam figi, quia est suus locus: locus enim totius, & partis est idem. Et intendebat quod si dictum fuerit de toto ipsum figi, quia est suus locus, quia est infinitum, oportet ẽt dicere hoc de parte; & sic locus partiũ erunt partes: quod C est impossibile. locus enim totius, & partis est consimilis in specie. Et intẽdebat: quod locus partis terræ, qñ est separata per se, est idem in specie cum loco totius: & similiter est dispositio in alijs elementis. locus enim, quem quærit gleba, est idem in specie cum loco, quem quærit tota terra, si esset extra centrum: medium enim mundi non diuersatur, scdm quod est mediũ in respectu totius, & partis, sed diuersatur in magnitudine, & paruitate, s. ꝙ locus, in quo est totum, est maior loco, in quo est pars, & similiter locus, quem quærit totus ignis, & est vt maxime distet a medio, est idem cũ eo, quem quærit scintilla: & silr oportet intelligere de aere, & eius partibus, & aqua, & suis partibus. Sic igitur intelligẽda est ista propositio dicens, quod locus totius, & partis est idem, & sæpe vtitur illa, & maxime in cœlo, & mundo. Deinde dicit si igitur infinitum, &c. id est, & si ponatur quod locus infiniti est ipsum, & iam positum est quod ita est de toto, sicut de parte, sequitur quod pars sit locus suiipsius: sed hoc non est verum, ergo locus totius non est ipsum. Et iste sermo est hypotheticus, & destruitur consequens, & concluditur oppositum antecedentis. 52

Notum est per se quod locus rei est aliud a re.

Locus totius, & partis est silis in spẽ. vide 1. cœl. te. cõ. 19. 58. 73. & 80.

Quomodo debet intelligi ꝓpositio famosa, q̃ dicit quod idẽ est locus totius, & partis.

Omnino autem manifestum est quod impossibile est sic infinitum dicere corpus, & locum quendam corporibus inesse, si omne corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem, & si graue quidẽ est,

ad medium habet natura ferri, si vero leue, sursum: necesse est enim & infinitum corpus: impossibile autem est, aut omne vtrolibet, aut medium, vtrunque sustinere: quomodo enim diuidens, aut quomodo infiniti erit, hoc quidem sursum; illud autem deorsum, aut vltimum, aut medium?

Et manifestum est vniuersaliter, quòd impossibile est dicere corpus infinitum esse: & dicere cum hoc, quòd corpora habent aliquem locum, cum omne corpus sensibile habet grauitatem, aut leuitatem: si igitur fuerit graue, grauitas eius naturaliter erit ad medium, & si leue superius: ex quo sequitur necessario vt infinitum sit secundum hoc: & impossibile est vt totum sit secundũ alterum istorum, neque vt vtraque medietas sit secundum vtrumque istorum: impossibile est enim ipsum diuidi in duo æqualia, neque potest dicere quomodo quoddam erit superius, & quoddã inferius, aut quoddam in altissimo, & quoddam in medio.

53 Ista est alia ratiocinatio, ex qua declarat quod impossibile est corpus tangibile simplex esse infinitum, Et dixit & manifestum est vniuersaliter, &c. id est, & opinari hoc inducit ad contradictoria, scilicet concedere quod omne corpus est in loco, & corpus tangibile infinitũ esse. Deinde dixit cũ omne corpus, &c. id est cum omne corpus tangibile est, aut graue, aut leue; si igitur graue, locus eius erit medium, si leue, superius. Deinde dixit ex quo sequitur vt infinitum sit secundum hoc, id est, ex quo sequitur, si corpus tangibile fuerit infinitum, ut habeat alteram istarum duarum dispositionum. Deinde dixit & impossibile est, &c. id est, & impossibile est vt infinitum sit in altera istarum duarum dispositionum; nam si esset graue, nõ esset tunc corpus leue, cum infinitum nihil sit extra ipsum: & similiter, si esset leue, non esset hoc corpus graue: & impossibile est etiam dicere ꝙ medietas eius est grauis, & in loco inferiori, & alia medietas leuis, & in loco superiori. hoc enim est impossibile, quoniam impossibile est diuidere infinitum in duo æqualia: nam vtraq; pars esset infinita, & sic pars esset æqualis toti: & etiam corpus infinitum esset extra corpus infinitum, & corpus infinitum debet esse infinitum in omnibus dimensionibus. Deinde dicit neque potest dicere, &c. id est, & superius, & inferius, quia sunt finita, impossibile est vt per illa diuidatur corpus infinitum, adeo quòd dicatur quòd quiddã est superius, & quiddam inferius. Et q. ponit hoc notum esse per se, quia superius, & inferius sunt loca naturalia, & finita, quia sunt fines motuum naturaliũ: & hoc declarabitur in cœlo, & mundo ad confirmandum si sit manifestum per se, aut ad probandum si sit ignotum: & quomodocunque sit, hoc fere manifestũ est per se, quia hoc nomen medium magis notat finitatẽ, quam hoc nomen inferius, dixit & quoddam in altissimo, & quoddam in medio.

Impos'e est diuidere infinitũ ĩ duo æqualia. Corpus infinitũ dicitur esse infinitũ in oibus dimẽsionibus. Idem supra tex. cõ. 43. Quę sunt differẽtię loci.

Amplius omne corpus sensibile in loco est: loci autem species, & differentiæ sunt sursum, & deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum: & hoc non solum ad nos, & positiones sunt, sed in ipso toto determinata sunt: impossibile autem & in infinito hoc esse.

Et etiã omne corpus sensibile est in loco: differentiæ eius sunt superius, & inferius, & dextrum, & sinistrum, & ante, & retro. & istę differentiæ non sunt in respectu ad nos tantum, & secundum positionem, sed sunt distinctæ etiã in ipso toto: & impossibile est vt istę differentiæ sint in corpore infinito.

Loci dñæ.

A Dicit & omne corpus sensibile, id est tangibile est in loco, &c. & intendit differentias loci, non differentias corporis. Sed si intellexerimus differentias specificas loci, tunc loca naturalia erunt ista sex: sed vt dictum est in cœlo & mundo, loca naturalia sunt duo tantum, scilicet superius, & inferius: & ipse expressit hic q̃ istæ differentiæ sunt naturaliter, non positione: hæc igitur quæstio contingit, si intellexerimus per superius locum ignis, & aeris, & per inferius locum terræ, & aquæ, vt dicit Themistius, & alij expositores, vt mihi videtur, scilicet quod dextrum, & sinistrum sunt loca naturalia in mundo, & similiter ante, & retro: & si intellexerimus per superius, & inferius partes loci sequentes istas sex partes corporum naturalium, tunc istud nõ erit verum de corporibus, nisi in animatis, vt dictum est in cœlo, & mundo. Ad hoc autem dicamus quoniam q̃ istæ partes inueniuntur per se in omni corpore, non in respectu istorum manifestum est per se. Quod autem superius, & inferius, & dextrũ, & sinistrum, & ante, & retro, sunt distincta naturaliter, hoc non inuenitur nisi in animatis: & secundum hoc omne corpus habet sex partes, & sex loca, sunt sex partes loci, quæ superponuntur partibus corporis, & si oppositæ ex istis partibus secundum loca non sunt distinctæ naturaliter: & cum ita sit, & infinitum non habet istas differentias partium, neque locorum, ergo nullum infinitum est
B corpus: & secundum hanc expositionem, cum dixit & istæ differentiæ, &c. intendit q̃ sex partes, & sex vbi superposita partibus corporis inueniuntur in toto mundo, secundum quod est corpus per se, non in respectu ad aliud, sed non ita, quod opposita earum sint distincta naturaliter, cum hoc non inueniatur nisi in animatis. Sed quæret aliquis, si cum dixit distincta in ipso toto, intendebat in toto mundo, tunc mundus apud ipsum erit in loco, sed in quarto istius libri declarabit mundum non esse in loco, nisi per accidens. Ad hoc autem dicamus, quòd cum dixit distincta in toto, intendebat in partibus totius: & est modus, secundum quem est verum dicere mundum esse in loco, scilicet secundum hoc, quod partes eius sunt in loco: & cum ita sit, manifestum est quod infinitum non est in loco, neque secundum partem, neque secundum totum, ergo non est.

54 **Obiectio.**

**Solutio.** **Quod sex drię loci sũt naturaliter distinctæ non est, nisi in aĩatis, Idẽ 2. cœ. te. cõ. 9. Idẽ 4. ph. com. 5.**

Obiectio 4. phy. 43.

Solutio. **In hac solutione dicit mũdum esse in loco secũdum partes: & tñ oppositum tenet 4. ph. c. 43. contra Themistium.**

Simpliciter autem, si impossibile est locum esse infinitum, in loco autem omne corpus est, & impossibile est infinitum esse corpus aliquod. at vero quod alicubi, & in loco est, & quod in loco, alicubi: si igitur neq; quantitatem possibile est infinitam esse (quantum enim aliquid erit, aut bicubitum, aut tricubitum. hæc quidem
C significant quantum) sic, & in loco, quod alicubi est: hoc est autem sursum, aut deorsum, aut in aliqua distantia, quæ sunt sex: horum autem vnumquodq; terminus aliquis est.

Dicamus simpliciter quòd impossibile est vt locus sit infinitus, & omne corpus est in loco: & etiam omne, quod est vbi, est in loco, & omne, quod est in loco, est vbi: si igitur impossibile est vt infinitum sit quantum, quia non erit quantum, nisi fuerit, Verbi gratia, bicubitum, aut tricubitum, quoniam hæc, & similia notant quantum: & similiter erit dispositio eius in loco, quia vbi est superius, & inferius, aut alia pars sex partium, & vnaquæque istarum est aliquis finis.

**Iste sermo componitur sic in prima figura: omne corpus est in loco: & nullus locus est infinitus: ergo nullum corpus est in loco infinito: & omne infinitũ est in loco infinito: ergo in secunda figura, nullũ corpus est infinitũ. Et proposi-** 55

tio, dicens ꝙ impossibile est vt aliquis locus sit infinitus, declarabitur ex hoc, quod dixit, ꝙ partes loci sunt superius, & inferius, ante, & retro, dextrum, & sinistrum, & omnia ista sunt finita. Deinde induxit aliam declarationem, & dixit etiam. &c. & intendit per vbi speciem, & per locum genus: &. q. d. & omne habens aliquam specierum vbi, V. g. est in loco simpliciter, & econuerso etiam. D. d. si igitur impossibile est, &c. i. si igitur impossibile est vt infinitum dicatur quantum simpliciter, nisi secundum ꝙ habet aliquam specierum quanti, verbi gratia, secundum ꝙ est bicubitum, aut tricubitum. quantum enim non inuenitur, nisi in suis speciebus: necesse est igitur, vt quod dicitur esse in loco simpliciter, non dicatur nisi secundum ꝙ est in aliquo loco, aut superius, aut inferius, aut in alia specierum loci: & omnis species loci est finita. ergo omnis locus est finitus: & omne, quod est in finito est finitum. Et debes intelligere hic de vbitatibus vbitates partium eiusdem corporis, de quo dicitur ꝙ quoddam eius superius, & quoddam inferius & quoddam ante, & quoddam retro, & non vbitates, quæ sunt totius corporis: in illis enim nō inuenitur vbi naturale, qđ dicatur dextrū, & sinistrum. Et sic syllogismus componitur: omne corpus nō est in loco nisi quia partes eius sex sunt in sex partibus loci finiti: & omne, ꝙ est tale, est in loco finito ergo omne corpus est in loco finito. Et significat hoc, quod intendebat per superius, & inferius, partem hoc, quod dixit aut alia pars sex partium. D. d. & vnaqueq;, &c & intendebat quod sunt terminatę, quia sunt superficies extraneæ; & sunt partes corporis continentis locatum, & hoc dicetur in loco.

Documētū.

*Capitulum, in quo incipit determinare veritatem de infinito, & ostendit an sit infinitum, & quid sit.* *Cap. VI.*

QVOD igitur actu corpus non sit infinitum simpliciter manifestum est ex his. Quod autem si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidant, manifestum est: temporis enim erit quoddam principium, & finis, & magnitudines non diuisibiles in magnitudines, & numerus non erit infinitus: quoniam autem si determinatur sic, neutro modo videtur contingere, arbitro indiget: & manifestum est, ꝙ sic quidem est, sic vero nō est. Dicitur igitur esse aliquid quidem potentia, aliud vero actu. & infinitum quidem est appositione, est autē & ablatione: & magnitudo autem quod quidem secundum actum nō sit infinita, dictum est, diuisione autem est: non enim difficile est partiri athomos lineas.

Magnitudo non est actu infinita sed potentia.

Manifestum est igitur quod corpus infinitum non est in actu: & manifestum etiam est quod si infinitum non fuerit omnino, contingent plura impossibilia. contingit enim tempus habere vnum principium, & mensuram aliquam non diuidi in mensuras, & numeros non esse infinitos: & cum determinatum sit hac determinatione, adeo quod non est possibile secundum alterum istorum duorū modorum, videbitur indigere consideratione: declarabitur igitur quod quodammodo est, & quodammodo non. ens enim dicitur potentia, & dicitur in actu: & infinitum est in additione, & est in diuisione: & mensura in actu eius non est infinita, in diuisione vero est infinita. nō enim est difficile destruere lineas indiuisiblies.

A Cum declarauit corpus infinitum sensibile non esse simpliciter, scilicet actu, fecit rememorationem de hoc, & dicit manifestum est igitur,&c.id est ex prædictis. D.d.& manifestum est, &c.id est, & manifestum est quod si infinitum non fuerit omnino simpliciter, multa accident impossibilia : accidet enim tempus esse finitum;& primum notum est tempus esse infinitum. nullus enim generat tempus, cum sit generatum illud, postquam non fuit: & hæc præpositio post, notat tempus prædictum. Et accidit etiam magnitudinem esse indiuisibilem, sicut est opinio dicentium partes esse indiuisibiles : & secundum hoc non omnis linea diuiditur in duo æqualia:& hoc est vnum fundamentorum,quę ponit geometra:& similiter cõtinget vt numerus non crescat in infinitum: & hoc est vnum fundamentorum,quæ ponit arithmeticus. Et cum induxit impossibilia contingentia, si infinitum non fuerit simpliciter,& iam etiam dixerat impossibilia contingentia si fuerit simpliciter, dixit & cum iam determinauimus,&c. id est, & cum iam determinauerimus sermonem de infinito secundum disputationem sub istis duobus, scilicet quoniam impossibile est vt sit simpliciter, & impossibile est vt non sit simpliciter, oportet nos considerare, & demonstrare partem veram in vtroque istorum duorum sermonum oppositorum: tales enim sermones sunt falsi secundum partem, non secundum totum. D.d. declaratum est B igitur,&c.id est,& declarandum est ex prædictis,& ex eis, quæ dicam, ipsum esse potentia,& non esse actu; quod autem non est actu, demonstratum est superius: quod autem est potentia, declarabitur, si concesserimus additionem numerorum in infinitum,& diuisionem mensuræ in infinitum, & ideo dixit & infinitum est in additione,&c.id est & infinitum potẽtia inuenitur in additione numerorum,& in diuisione mensurarum. D. & mensura in actu eius non est infinita, id est vt declarauimus. In diuisione vero est infinita in potentia : & hoc manifestum est etiam, cum declarabitur quod nulla mẽsura est indiuisibilis,& hoc notũm est etiam per se in additione numerorum: sed in diuisione mensurarũ indiget declaratione. tempus autem esse infinitum latet, propter hoc, quod substãtia temporis latet, non quia infinitum non est manifestum per se in tempore:& forte tacuit hoc, quia est manifestum,& post declarabitur in motu, si declarabitur motum esse æternum.

56

Nullus generat tẽpus. pro hoc vide supra cõ. 31.& 8.phy. tex. cõ.10. quõ sit intelligendum. Vide supra com.31.

Tempus esse infinitum latet pp hoc ꝙ substãtia tpis latet. vide cõsimile. supra cõ. 15. & q̃ ibi.

Relinquitur igitur potentia esse infinitum : non oportet autem potentia accipere esse infinitum, sicut possibile sit hoc statuam esse, vt quod hoc erit statua, sic aliquod quoque infinitum, quod erit actu: sed quoniam multipliciter est esse, quemadmodum dies, & C agon quia in eo semper est aliud,& aliud fieri, sic & infinitũ. & nanque in his est & potentia,& actu esse. olympia enim sunt, & in eo ꝙ possunt agones fieri, & in eo quod sunt. aliter enim & in tẽpore manifestum est infinitum,& in hominibus, et in diuisione magnitudinum. omnino enim sic est infinitum, in semper aliud et aliud accipiendo,& acceptum quidem semper finitum esse, sed semper alterum & alterum.

Habemus igitur quod infinitum est in potentia:& non debet aliquis intelligere hic per potentiam illud, quod intelligit, cum dicimus aliquid esse in potentia idolum : tunc enim intendimus quod fiet idolum, adeo quod intelligere quod infinitum exibit, sed quia ens dicitur multis modis: quemadmodum igitur dicitur quod dies est, secundum quod semper generatur successiue, similiter etiam infinitum : & alio modo declarabitur hoc in tempore, & in hominibus,& in diuisione mensurarum: vniuersaliter enim hæc est disposi-

Quæ est dispositio infiniti. — tio infiniti. potes enim accipere ex eo semper aliquid post aliud, & omne, quod accipis ex eo, est finitum, sed semper est aliquid ab eo, quod iam accepisti.

57 Quia iam determinauit quod infinitum inuenitur in potentia non in actu, & potentia dicitur hic alio modo ab eo, quo dicitur in respectu ad actum, Dixit habemus igitur, &c. id est determinatum est igitur quod infinitum est in potentia, non in actu; sed ista potentia non dicitur in respectu ad actum, vt dicimus quod cuprum in potentia est idolum, quia ista potentia innata est exire in actũ, sed oportet intelligere hic, cum dicimus quod infinitum est in actu, hoc quod infinitum esse in re, non est, nisi secundum potentiam existentem in ea: quemadmodum differentiæ substantiales plurium rerum, quæ conseruant suum esse in coniunctione potentiæ cum eis, vt in rebus, quarum esse in motu est: rerum enim, quædam sunt in actu, vt homo demonstratus, & quædam sunt, secundum quod potentia admiscetur cum actu: & si potentia non fuerit, non erit actus vt dies: hoc nomen dicitur de parte temporis, & tempus est cum motu. D. d. sed quia ens, &c. sed quia ens dicitur de illo, quod est in actu puro, & de illo, quod in actu mixto cum potentia, vt de illis, quorum esse est in motu, similiter infinitũ est de hoc genere, aut secundum quod est species eius, aut accidens: infinitum enim est in continuatione huius coniunctionis, non in corruptione eius. infinitum enim est quasi accidens huius entis, & perfectio eius est in potentia coniuncta cum actu, & non est accidens entis, cuius esse est in actu puro. D. d. & alio modo, &c. potest intelligi quod infinitum esse in tempore, & in hominibus est alio modo ab eo, quod est in mensuris: ex tempore enim, & hominibus recedit pars, & fit pars: in diuisione autem mensurarum illud, quod fit ex diuisione, nõ recedit, sed remanet mensura diuisa, & fit ex diuisione alia mensura, & sic in infinitum: & non est ita de motu. Et forte intendit ꝙ infinitum ex hoc modo declarabitur ex tempore, & hominibus, & mensuris, alio modo ab eo, quo declaratur hic ex modo, in quo admiscetur potentia: quoniam ex hoc modo apparet infinitum esse possibile. Deinde dixit vniuersaliter enim, &c. id est apparet enim quod id, quod est commune omnibus speciebus infiniti, est quoniam potest quis accipere ex eo aliquid post aliud in intellectu, & indifferenter: siue illud, quod imaginatur ex hoc fuerit actio mentis, vt est dispositio in diuisione mẽsurarum, aut fuerit extra animam, sicut est dispositio in motu: & illud, quod mens accipit semper ex finito, est finitum, sed est aliud ab eo, quod accepit in præterito: quando igitur ista actio mentis fuerit in aliquo entium, dicitur ipsum esse infinitum.

*Rerũ, quædam sunt in actu, & q̃dã habent potẽtiã admixtã cum actu.*

*Prima expositio.*

*Secunda.*

Amplius ipsum esse multipliciter dicitur, quare infinitum non oportet accipere sicut hoc aliquid, vt hominem, aut domum, sed vt dies dicitur, & agon, quibus esse, non sicut substantia quædam facta est, sed semper in generatione, aut corruptione finitum est, sed semper alterum, & alterum: sed in magnitudinibus quidem, permanente accepto, hot accidit: in hominibus autem, & tempore, corruptis sic, non est deficere.

Et ens dicitur multis modis: oportet igitur vt intelligamus infinitum, non sicut intelligimus hoc demonstratum, Verbi gratia, homo, & domus, sed sicut dicitur dies, & lux, cuius esse non est, secundum quod est aliqua substantia iam generata, sed ita quod semper generatur, & semper corrumpitur, si sit finitum, sed tamen semper generatur vnum post aliud: sed in mensuris erit hoc remanente illo, quod accipitur: in tempore autem, & hominibus corrrumpitur vnũ post aliud, & non habent remanentiam.

A Cum declarauit modum, secundum quem infinitum est, & voluit declarare quomodo inuenitur additio, & diminutio in infinitum, reuersus est a principio, & rememorat essentiam infiniti, & distinguit actum, qui est in eo, ab alijs actibus entium sicut distinxit potentiam eius ab alijs potentijs, Et dixit, & ens dicitur, id est, & quia ens dicitur tribus modis, scilicet actu, & potentia, & secundum compositionem ex potentia & actu, non oportet intelligere de essentia infiniti actum demonstratum, vt hominem, & domum, sed actum compositum cũ potentia: quemadmodum non oportet intelligere ex ea puram potentiam: & dedit exemplum de die & luce. ista enim sicut dixit, non habenti esse, secundũ quod sunt substantia aliqua perfecta, sed secundum quod semper generantur & corrumpuntur. Deinde dixit & si sit infinitum, &c. id est, & infinitum semper inuenitur in re, quæ semper generatur: & ista actio est in se infinita, licet sit in finito, sed non est finiti, nisi secundum quod fit successiue. Et cum determinauit modum essendi, secundum quod dicitur infinitum, incœpit dare differentiam inter hoc, quod est in mensuris, & inter hoc, quod est in generatione, & iam innuit hoc superius secundum alteram expositionem, & dixit sed in mensuris, &c. id est sed differentia inter infinitum, quod est in diuisione mensurarum est, quoniam secunda mensura in diuisione quarumlibet duarum fit, prima B remanente, in tempore vero, prima corrumpitur per generationem secundi. 58

Ens dr̃ tribus modis, scilicet actu, & potentia, & scd̃m cõpositionem ex actu, & potẽtia: quõo sit intelligẽdum hoc tertium membrum, vide supra cõ. 9.

Quod autem est secundum appositionem, idem quodammodo est ei, quod est secundũ diuisionem: infinitum enim, secundum appositionem fit econtrario, inquantum enim diuisum consideratur in infinitũ, sic appositum videtur ad determinatum: in magnitudine. n. finita, si accipiens aliquis determinatum, accipiet eandem rationẽ, non eandem aliquam magnitudinem totius rationem accipiens, nõ transibit finitum: si vero augmentet rationem, ꝙ semper eandem aliquam sit accipere magnitudinem, transibit finitum: propter id, ꝙ omne finitum remouetur quolibet finito: aliter quidem igitur non est, sic autem est infinitum, potentia & in diuisione: & actu autẽ est, sicut diem esse dicimus, & agonem; & potentia est sicut materia, & non per se, sicut finitum.

Quod autem est secundum additionem, est quodammodo, sicut C illud, quod est secundum diuisionẽ: in infinitum enim est secundum additionem econuerso: ex modo enim, ex quo, quando terminatum diuiditur, videtur procedere in infinitum, apparet additio, & est infinitum: cum enim intenderis aliquam mensuram finitam, & ex ea acceperis aliquod terminatum, deinde acceperis ex ea secundum illam proportionem etiam ad totum, non secundum illam mẽsuram, non peruenies ad finitum, si autem addideris in diuisione, ita vt quod acceperis ex eo semper sit in eadem mensura, peruenies: omne enim finitum consumitur per mensuram terminatam: esse enim infiniti in potentia in diuisione, & in perfectione, est sicut dicitur inesse diei, & esse belli: & est in potentia quasi materia, non sicut ipsum finitum.

Cum declarauit illud, in quo differunt infinitum in mensura, & generatione, & tempore, incœpit declarare in quo conueniunt infinitum in additione mensurarum, & infinitum in diminutione, in quo differunt; & declarare modum, 59

quo infinitum in diuisione est impossibile,& quo possibile, & similiter in additione, Et dixit quod autem est secundum additionem,&c.id est,& infinitum, quod est in additione mensurarum,est quodammodo sicut infinitum, quod est in diuisione:& quia dixit quodammodo,dedit modum,quo additio est sicut diminutio & dixit infinitum enim,&c.id est,& causa in hoc est,quia infinitum in additione mensuræ non inuenitur, nisi quando additio vsitatur econtrario de infinito,quod est in diminutione,id est, quando additio in mensura ponitur ex parte diminuta;quemadmodum enim diuisio tunc non finitur,similiter additio per diuisionem: & ideo potest quis intelligere ex hoc,quod dixit infinito enim est secundum additionem, vtrumque,scilicet modum quo assimilatur,& modū quo differt. Et cum declarauit hoc, incœpit declarare modum possibilem in esse infiniti in diuisione, & impossibilem, & quod quando intellexit aliquis hunc modum,poterit intelligere modo possibilem in additione, & non in additione in infinitum:& dixit & modo enim &c. id est, & cum sit determinatus modus,secundum quem possibile est vt diminutio mensurę sit in infinitum,apparebit ex hoc modus,secundū quem additio est possibilis in infinitum,quando additio fuerit ex parte diminuta. Deinde dixit si enim intenderis,&c.id est, & modus,quo possibile est infinitum esse in diuisione mensuræ, est quoniam, cum aliquis intendit aliquam mensuram terminatam, & diuiserit illam in aliquam proportionem,deinde diuisit alteram partem in illa proportione,videbit diuisionem procedere in infinitum,& nunquam venire ad finem: & non accidit ita,si diuiserit secundum vnam mensuram: & ideo dixit non per illam mensuram,id est,quoniam si diuiserit mensuram in eandem proportionem, nō secundum eandem mensuram,nunquam peruenies ad finem mensuræ. Deinde incœpit narrare modum, quo diuisio consumit mensuram, & dixit si autem addideris,&c.id est si autem diuiseris mensuram ita,quod accipias ex ea aliquam partem æqualem primæ,& similiter ex remanente tertiam æqualem primæ, tunc consumes mensuram.& cum dixit si addideris in diuisione: intendebat si posueris diuisionem crescere per eandem partem, tunc consumes mensuram, & non procedet diuisio in infinitum. Deinde induxit rationem super hoc,& dixit omne enim finitum,&c.id est. Omnis enim mensura est finita. Et omne finitū consumitur per eandem mensuram:ergo omnis mensura consumitur per eandē mensuram:& maior est manifesta per se,& minor ex prædictis:quoniam impossibile est mensuram infinitam esse in actu. Et cum declarauit quod diminutio mensuræ in infinitum est similis additioni, declarauit quod modus essendi in eis est vnus,& dixit esse ergo infiniti in potentia, &c.id est, infinitum igitur in additione,& diminutione est consimile in hoc,quod est in eis in potentia, sicut dicitur in die,& prælio:quoniam non sunt bellum,aut prælium,nisi secundum quod admiscentur cum potentia. Et cum declarauit conuenientiam eorum in esse, dedit causam in infinito,& dixit & est in potentia,&c.id est,& esse eius,secundum quod est in potentia,est simile ad esse materiæ, non simile formæ: essentia enim materiæ,& infiniti est in potentia,forma autem,& finis sunt in actu: finitas igitur est similis formæ,& infinitas materiæ: vnde post declarauit quod infinitas est in re secundum materiam,& finitas secundum formam.

*Quomodo continnū sit diuisibile in infinitū, & quō non, vide. Idē 8.q. phy.c.68.*

*Omnis mensura est finita, consimile 10.me.tex. con.32.4.*

*Essentia materiæ, & infiniti est in potentia, forma autem, et finis sunt in actu. uide cō simile 1.cap. de sub. orb.*

Et secundum appositionem sic igitur infinitum potētia est, quod idem dicimus esse quodammodo ei, quod est secundum diuisionem: semper quidem enim aliquid ipsius est extra accipere, non tamen excellit omnem determinatam magnitudinem; sicut in diuisione excellit omnem determinatam, & erit semper minor: quare autem neque est omne excellere secundum appositionem, neque potentiam possibile est esse, si vere non est secundum accidens actu infinitum, sicut dicunt physiologi, extra corpus mundi, cuius substantia aer, aut aliud aliquid huiusmodi infinitū est; sed si non possi-

A bile est esse infinitũ actu corpus sensibile, sic manifestũ quod nec potentia vtique erit secundum appositionem, sed, aut sicut dictum est econtrario, aut nullo modo.

Et secundum additionem etiam est aliquid in potentia infinitum, secundum illud quodammodo eorum, quibus dicimus infinitũ esse in diuisione: possumus enim semper inuenire aliquod excedens, sed non pertransit per diuisionem omnem diuisionẽ terminatam: quemadmodum in diuisione pertransit in diminutione omnem mensurã terminatam, & semper sit minor: & impossibile est vt aliquid in potẽtia pertranseat per additionẽ omnem mẽsuram, nisi corpus sit infinitum in actu, vt dicunt dicentes quod extra mundum est corpus infinitum in actu: sed quia hoc est impossibile, manifestũ est quod impossibile est etiam vt sit in potentia secundum additionem, nisi secundum modum, quẽ diximus, scilicet econuerso diuisioni.

**Cum declarauit modum possibilem in diuisione in infinitũ, & posuit opinionem, quoniam hoc non declarabitur, donec declaretur quod omnis mensura semper diuidetur in mensuram diuisibilẽ, incœpit declarare modũ, quo additio est possibilis in mensura. Et dixit & secundũ additionẽ, &c. i. & infinitum inuenitur etiam in potentia in additione mensurę quodãmmodo, scilicet secũdũ quod dicimus, quod diuisio est in infinitũ, non omnibus modis; potest enim quis imaginari quod possibile est accipere vnicuique mensuræ mensurã maiorẽ illa, sicut est possibile accipere omni mẽsuræ mensurã minorẽ ipsa: & hoc est possibile apud ipsum: sed additio non est possibilis apud ipsum in mensura, nisi quãdo additum fuerit diminutum ex mensura: & hoc intendebat, cum dixit, scilicet vt sit econuerso diminutionis; ista enim additio, quia est ex diminutione infinita absque eo, quod mensura consumetur, continget vt additio sit semper absque eo, quod magnitudo mensuræ crescat, Verbi gratia, vt diuidamus mensuram. a.b. c.d. in duo equalia. Deinde dixit addamus. a.d. ad c.b. Deinde diuidamus. a.d. in duo æqualia, & addamus ipsum illi: quoniam sic semper diuidemus. a.d. & addemus ipsum. c.b. & sicut. a.d. non consumitur per diminutionem, similiter. c.b.** 60

C non peruenit per additionem ad totum. a.b. nedum vt excedat illud; & hoc intendebat, cum dixit possumus enim, &c. id est, possumus enim in additione, quę est per mensuram diminutam semper inuenire mensuram excedentem, nõ quod pertranseat per additionẽ omnem mensuram terminatam, ita quod ad omnẽ mensuram inueniamus mensuram maiorem illa, sicut in diuisione possumus pertransire omnem mensuram terminatam, & accipere minorem illa. Et cum induxit modum possibilẽ in additione, & impossibilẽ, incœpit declarare quare est impossibile, & dixit & impossibile est, &c. id est, & iste sermo est hypotheticus sic. Si magnitudo in potentia potest esse maior omni mensura, possibile erit magnitudinẽ in actu esse infinitã: deinde destruxit cõsequens, & conclusit oppositum antecedentis. Destructiũ aũt in hoc syllogismo manifestum est ex prædictis; cõsecutio vero est manifesta, quoniã si aliqua magnitudo haberet potentiam vt esset maior omni mensura, tunc inueniretur in actu maior omni mensura; & si hoc esset, tunc esset hic magnitudo infinita in actu: quoniam, si magnitudo haberet naturam crescendi in infinitum, tunc esset possibile vt inueniretur in actu infinita, quod non est ita in diminutione: quoniam possibile est diminui in infinitum, & non accidet impossibile: sed impossibile accidit, si diminutio cessat: quoniam tunc aut perueniet ad magnitudinem indiuisibilem, aut ad nihil. & vtrũq; est impossibile. D. d. manifestum est igitur &c. id est, & causa in hoc esse impossibile est, quoniam, si posuerimus quod magnitudo potest crescere ĩ infinitũ, tunc infinitum exibit in actum, & tunc potentia intelligeretur, sicut intelligi-

Materia est cã nihil, & infinitatis. Forma vero ẽ cã esse, & finitatis. Idẽ supra cõ, p̃ce.

Digressio, qua querit. vtrũ magnitudo diuidatur in infinitũ. Et per cõsequẽs vtrũ geometra mẽtiatur in suppositionibus suis.

Magnitudo siue cõsiderẽt vt in materia, siue secũdũ quod est in imaginatione, semper diuidit in infinitũ. Sed oppositũ vide cõ. 72. 4. phys.

Propositiones mathematicæ fere oẽs sunt ad imaginationem. Idẽ. 3. cœ, cõ, 72.

tur, cum dicimus quod hoc est homo in potentia: & cũ posuerimus quod diminutio est in infinitum, nõ accidit impossibile: & causa in hoc est, quoniam diminutio est ire ad nihil, cuius causa est materia. & additio est ire ad esse, cuius causa est forma. & infinitas inuenitur per materiam, sicut finitas per formam. D.J. & est illud, quod est secundum conuersionem diuisionis, & hoc potest intelligi duobus modis sibi propinquis, quorum vnus est, vt illud, quod diminuimus ab altera duarum mensurarum, addamus reliquæ, aut vt illud, quod diminuimus extremo duarum mensurarum, addamus secundo extremo: sic igitur oportet intelligere verba Arist. in hoc loco. Sed est hic quæstio non modica: quemadmodum enim vnum principiorum, quæ ponit geometer, est, quoniam possibile est accipere ad omnem lineam, lineã minorẽ illa. Similiter ẽt ponit, quoniã possibile est accipere ad omnem lineam, lineam maiorẽ illa: additio igitur mensuræ procedet in infinitũ, sicut eius diminutio: & hoc esse possibile apparet ex verbis Alpharabij super hunc librum, & ex verbis Auẽpace. Sed siquis considerauerit verba Arist. videbit ipsum dicere verum: consideratio enim naturalis de mensura est, secundum quod est finis, & existens in materia, consideratio enim geometræ, secundum quod est abstracta a materia: & cum mensura consideratur his duobus modis, inuenitur secundum dispositiones oppositas, & conuenientes: conuenientia enim est in hoc, quoniam semper diminuitur, siue consideretur secundum quod est in materia, siue secundum quod est in imaginatione: propositio igitur geometræ est, quoniam possibile est imaginari ad omnem lineam, lineam minorem illa, & propositio naturalis conueniens isti est, quod linea potest diminui in infinitũ: & propositio geometrica, dicens quod possibile est imaginari ad omnem lineam, lineam maiorem illa est vera: naturalis vero, dicẽs. qđ omnis linea potest crescere in infinitũ, est falsa; quia contingit ex ea magnitudinem esse infinitã in actu: quia tunc esset possibile inueniri magnitudinem maiorem omni magnitudine, ergo est infinita necessario, Infinitum enim est maius omni magnitudine: & cum dicimus quod possibile est inueniri magnitudinem maiorem omni magnitudine, intendimus inuenire magnitudinem maiorem magnitudinibus infinitis. Et vniuersaliter additio mensuræ, qua vtitur geometer, est de capitulo propositionũ opinabilium, quæ sunt quasi fundamenta geometrię, absque eo quod sunt extra animam: sicut vt cum imaginatur quod figuræ habẽt positiones, & quod cum punctus mouetur, facit lineam, & quod cũ linea mouetur, facit superficiem, & superficies corpora: & similiter videtur ponere diminutionem esse semper, non quod extra animam est sic. et sicut geometer potest accipere magnitudinẽ cuiuslibet quãtitatis, quod non potest naturalis, ita geometer, cum posuerit magnitudinem cuiuscunque quantitatis, potest accipere maiorem illa.

D E F

Quoniam & Plato propter hæc duo infinita fecit, quod & in augmentum videtur excellere, & in infinitum abire etiam in decrementũ: faciens tantum duo, non vtitur duobus: neque. n. numerus secundum diuisionem in finitus est (vnitas. n. minima est) neque in augmẽtum: vsque enim ad decem Plato facit numerum.

Vsq; ad decẽ plato facit numerũ.

Et videmus Platonem propter hoc ponere infinitum duo, quia existimabat quod res potest pertransire secundum augmentum, & procedere in infinitum, & secundum diminutionem: sed posuit illa duo, & non vtitur eis: in numeris enim non est infinitum, neq; secundum diminutionem, cum vnitas sit minima: neq; secundũ augmentũ numerus enim peruenit ad decem.

61 Cum declarauit quod infinitum inuenitur in diminutione simpliciter. & in additione non simpliciter, sed in illa, quæ est econuerso diminutioni, incœpit ac-

A cusare platonem, quia æquauit infinitum in vtraque, scilicet in additione, & diminutione, Et dixit & videmus platonem,&c.id est,& plato ꝑpter hoc, quod existimauit quod infinitum procedit in augmento in infinitum, & diminutione in infinitum,posuit infiniti duas species,in additione, & diminutione : & induxit hoc nomen augmentum loco huius nominis additio, ad distinguendū inter propositionem naturalē,& geometricā.deinde incœpit declarare quod cum hoc,quod errauit in hoc,non seruauit sua fundamenta , Et dixit sed posuit, &c. id est sed non conseruauit sua fundamenta in hoc,scilicet quia ponit illa duo, & non dixit illa esse in numeris,cum diminutio peruenit ad vnitatem, quæ est indiuisibilis,& non procedit in infinitum,in additione vero non concedit infinitū: dicit enim quod species numerorum perueniunt ad decem , deinde post decem iterantur, id est & oportet ipsum, cum opinetur quod additio in mensura potest esse in infinitum,& additio numerorum est in specie, opinari quod numeri crescunt in specie in infinitum.

## CAPVT VII.

Cap.7. Quid est infinitum.

B ACCIDIT autem contrarium esse infinitum, quam ut dicunt : non enim cuius est nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum est. Signum autem est; & nāq; annulos infinitos dicunt, vt habentes circulationem,quorū semper aliquod est extra accipere, secundū similitudinē quidē quandam dicētes,non tamen proprie: oportet.n.& hoc esse,& non aliquando idem recipi:in circulo autem non fit sic, sed semper quod est consequenter solum alterum.

Et infinitum debet esse econtrario ei,quod dicunt infinitum: infinitum.n.non est illud,extra quod nihil est,sed illud, extra quod semper est aliquid. Et signum eius est:quoniam homines assueti sunt dicere in annulo,qui nō habet locum gemmę ipsum esse infinitū, quia semper est extra illud,quod accipis ex eo: & in hoc, quod dicunt, est quędam similitudo,sed non vera : infinito enim necesse est vt hoc sit in eo,& quod etiam illud,quod accipitur ex eo, non erat omnino: & C hoc non est in circulo,sed aliud in eo semper est in successione.

CVM declarauit naturam infiniti secundum exemplum , incœpit declarare definitionem eius, & primo narrare errorem antiquorum in hoc, Et dixit & infinitum,&c. id est & secundum quod diximus de natura infiniti, & quod est secundum potentiam, sequitur quod definitio eius sit econtrario ei, quod dicunt definitio enim infiniti non est, vt antiqui descripserunt, scilicet illud, extra quod nihil est, sed illud, extra quod semper est aliquid. Et signum eius est hoc, quod omnes homines sunt assueti vocare annulos, quorum gemmæ sunt rotundæ infinitos : quia si acceperis ex eis aliquam gemmam, poteris accipere aliam extra illam : tale exemplum recessit in isto tempore: quia non est notum, nedum vt sit famosum: sed in tempore eius erat famosum. Deinde induxit differentiam inter infinitum,secundum hoc exemplum, & verum infinitum, & dixit & in hoc, quod dicunt, &c. id est & hoc, quod dicunt de huiusmodi annulis, scilicet eos esse infinitos , habet aliquam similitudinem ad infinitum, sed non est verum infinitum : in infinito enim vero duo exiguntur, scilicet vt hoc, quod semper inuenitur ex eo aliquid extra illud , sit ei naturaliter, non positione. & quod illud , quod inuenitur extra illud, sit aliquid , quod nunquam fuit prius ; & hoc non est in circulo, sicut est dispo- 62

In vero infinito duo exiguntur.

ſitio in gemma annuli: ſed infinitum in circulo eſt ſecundum iterationem, & re- D
uolutionem, non ſecundum nouitatem: & hoc intendebat, cum dixit & hoc non erit in circulo, &c. id eſt, & in circulo non inuenitur aliquid extra illud, quod acceptum eſt ex eo, quod ſit aliud ab eo, quod accipitur ſemper: ſed inuenitur in eo aliquid extra illud, quod accipitur ſecundum iterationem, & conſecutionem, ſcilicet ſecundũ iteratione eiuſdem rei infinities.

Infinitũ igitur hoc eſt, cuius, ſecundũ quantitatem accipientibus, ſemper aliquid eſt accipere extra. cuius autem nihil eſt extra, hoc eſt perfectum, & totum. Sic enim definimus totum, cui nihil abeſt: vt hominem totum, aut arcam: ſicut autem ſingulare, ſic & quod eſt proprie, vt totum cuius nihil eſt extra: cuius autem abſentia eſt extra, nõ omne eſt, cum abſit.

Infinitũ qd. Totũ quid.

Infinitum igitur eſt illud, ex quo, cum aliquid accipitur, poſsibile eſt ſemper accipere aliquid extra illud in quantitate. Et illud, extra quod nihil eſt, illud eſt perfectum totale. Sic enim definimus totum, ſcilicet quia eſt illud, ex quo nihil eſt ſeparatum ab eo: vt dicimus totus homo, & tota arca: & ſicut eſt de particularibus, ita eſt in rei veritate, ſcilicet ꝙ totum eſt illud, extra quod nihil eſt: & illud, extra qđ aliquid eſt ſeparatum, non eſt totum: quodcunque ſit illud ſeparatũ, ſiue extraneum, ſiue non extraneum. E

63 Ideſt. definitio igitur infiniti eſt illud, extra quod, cum aliquid accipitur: in actu, poſsibile eſt inuenire extra illud aliquid in quantitate, & hoc ſemper: & dixit in quantitate, quia impoſsibile eſt inuenire aliquid extra illud in qualitate ſemper: & iſta definitio infiniti eſt manifeſta ex eo, quod declaratum eſt, ꝙ infinitum eſt ſecundum potentiam, non ſecundum actum. Et cum declarauit ꝙ iſta eſt definitio infiniti, incœpit declarare ꝙ definitio, quam antiqui definiebãt ipſum, magis eſt definitio finiti perfecti, quam infiniti, & dixit & illud extra qđ eſt aliquid, &c. & intendit per hoc, quod dixit illud, ex quo nihil eſt ſeparatum ab eo, hoc, ſcilicet illud a quo nihil eſt ſeparatum, ex quibus eſt illud, quod eſt ſcilicet quando ex eo nihil diminuitur ex eis, quibus eſt illud, quod eſt, vt cum dicimus totus homo, quando ex eo non diminuitur membrum, & tota arca, qñ ex ea non diminuitur aliqua pars. Et cum declarauit ꝙ iſta eſt definitio totius, & perfecti in rebus particularibus, declarauit etiam quod ita debet eſſe in definitione totius. ſ. mundi, & dixit & ſicut eſt de particularibus, &c. ideſt eſt in definitione totius in particularibus, quæ non ſunt totum in rei veritate, cum extra illa inueniatur aliquid, licet non ſit pars eorum, ita eſt in definitione totius in rei veritate, & eſt illud, extra quod nihil eſt omnino, quoniam, ſi extra omne totum inuenitur aliquid, ſequitur neceſſario corpus inueniri in actu infinitũ, ſed hoc eſt impoſsibile ex prędictis. ergo totum in rei veritate eſt illud, extra quod nihil eſt, neque de ſua ſubſtantia, neque de alia ſubſtantia, & hoc intendebat cũ dixit ſiue extraneum, &c. & dixit hoc, quoniam ſi ſeparatum fuerit extraneum, tunc totum erit particulare, & non erit totum in rei veritate, & ſi fuerit nõ extraneum, non erit totum, neque particulare, neque totale. F

Totũ, & ꝑfectum aut penitus idẽ ſunt, aut ſũt ſibiinuicem proxima. vide pro hoc primo. cœ. tex. cõ. 3.

Totũ autem, & perfectum, aut idem penitus omne, aut proximum ſecundum naturam eſt: perfectum autem nullum, non habens finem: finis autem terminus eſt. vnde melius opinandum eſt Parmenidem Meliſſo dicere: hic. n. infinitum totum dicit, ille vero totum finiri, a medio æque pugnans: non enim, ſicut linum lino, eſt continuare omni, & toti infinitum.

Et totum, & perfectum, aut ſunt in ſimul idẽ ęquale, aut naturali-

A ter sunt propinqua: & perfectum non est, nisi illud, quod habet complemẽtum: & complemẽtum est finis: vnde opinandum est ꝙ sermo Parmenidis est rectior, quam Melissi. iste.n. dixit ꝙ infinitũ est totũ: ille aũt quod totũ est finitũ, equiualens ex medio: non.n. oportet coniungere infinitum toti, & vniuerso, quasi applicare filum cum filo.

Et totum, & completum, quod est oppositum infiniti, aut nomina sunt synonima, aut consequentia: & cum declarauit ꝙ ad totum sequitur completum, declarauit ꝙ ad completum sequitur finis, & dixit & completum, &c. & completũ non est, nisi in eo, quod habet complementum, & quod complementum est finis, ergo cõpletũ est illud, ꝙ habet finẽ: & quia totum est cõpletũ, & cõpletũ est illud, ꝙ habet complementum: & complemẽtum est finis: sequitur necessario vt totum habet finem. D.d. & ideo opinandum est, &c.i. & quia finis sequitur totum, opinandum est ꝙ sermo Parmenidis rectior est sermone Melissi: Melissus enim dicit totum esse infinitum, Parmenides autem dixit totum esse finitum: Deinde dicit non enim oportet, &c.i & non enim oportet ponere infinitum de consequentibus vniuersum, & totum, sicut dicitur in prouerbio applicare filũ cum filo.i. inducere rem, & suum consimile. & ideo dixit non enim oportet, id 64
B est quasi applicare aliquid ad illud, cum quo continuatur: & dixit æquiualens ex medio.i. habens medium æquale inter extrema, id est quia æqualiter distat ab extremis: & quasi intendit in hoc ipsum esse sphæricum.

Quoniam hic accipiunt dignitatẽ de infinito, quod est omnia cõtinẽs, & omnia in se ipso habẽs, propter id, quod habet quandam similitudinẽ cum toto. Est enim infinitum magnitudinis perfectionis materia, & potẽtia totũ est, actu vero non: diuisibile aũt in diuisionẽ, & in oppositam ei appositionẽ: totum autẽ, & infinitum, non secundũ se, sed secundum aliud, & non continet, sed continetur, inquantum infinitum est vnde ignotum est, inquantum est infinitum: speciẽ autẽ non habet materia.

Infinitũ, secundũ ꝙ infinitũ, ignotum est.

Et videmus eos distinguere, id est nobilificare infinitum ex hoc loco, scilicet quia continet omne, quia inter illud, & totum est similitudo aliqua. Infinitum enim est materia complementi mensuræ, in potentia vero est totum, in actu autem non: & est diuisibi-
C le secundum diuisionem, & additionem, quæ est econtrario illi: & non est totum & infinitum per se, sed per aliud: & non continet, sed continetur, secundum quod est infinitum: & ideo est delatum, secundum quod est infinitũ, in materia enim non in forma.

Et videmus eos magnificare infinitum, quia opinantur ipsum esse totum continens omne; & causa in hoc est, quia inter illud, & totum est similitudo, vnde existimauerunt ipsum esse totum: & similitudo inter illa est, quia illud, quod dicitur infinitum, est prima materia, quæ subiecta complementi mensuræ, quæ est totum: vnde existimauerunt illud, quod est in potentia totum, & completum esse in actu totum, & completum. Deinde incœpit declarare modum, quo oportet, quod esse eius est in potentia, & dicit, & est diuisibile, &c.i. & est in potentia, quia infinitas non inuenitur in mensura, nisi secundum diminutionem existẽtem in ea, & additionem, quæ est econuerso diminutioni, vt declaratum est in sermone prædicto. Deinde dicit, & non est totum, &c.i. & subiectum recipiens infinitatem, quod est materia, [a] non est totum, neque finitum per se, sed per aliud, scilicet per formam, & est contentum in composito ex materia, & forma, & forma continet illud: & quia infinitum accidit materiæ, secundum ꝙ est materia, dixit sed continetur, secundum ꝙ est infinitum, id est, subiectum infiniti 65

a Materia nõ est totũ, neq; finitũ p se, sed per aliud.s. p formã: ex quo patet formã esse causam finitatis, & materiam infinitatis.

est contentum, secundum quod est infinitum, id est, secundum quod est materia. Deinde dicit & ideo est delatum, &c. i. & quia subiectum recipiens infinitū est conclusum in toto, ideo existit in alio, id est, in cōposito, & non est existens per se, sed secundum quod recipit infinitum: & hoc est secundum q̄ est materia. & causa in hoc est, quia materia non habet formam; nam si haberet formam, esset per se non delata in alio: & quia non habet formam, ideo est delata in alio. & debes intelligere hic per delatum non illud, quod dicitur in subiecto, aut de subiecto: materia.n. non dicitur in subiecto, neq; de subiecto: sed delatū accipitur hic loco eius, quod non inuenitur, nisi in alio: & hæc est dispositio materiæ, & dispositio accidentium, & formarū: sed accidentia, & formę differunt a materia in hoc, quod sunt in subiecto, aut de subiecto: materia aūt est ipsum subiectū. Intendebat igit' per delatū illud, in quo materia conuenit cū accidentibus, & formis: & q̄ non inuenitur per se, sed in aliquo. s. in composito, & cum aliquo, scilicet cum forma, sed materia inuenitur per formam, secundum quod forma est perfectio eius, forma autem inuenitur per materiam, secundum hoc, quod materia est subiectum eius, & similiter accidentia.

*Idem supra 59. & 60. idem. 1. ca. de subor. idē 5. cœ. c. 72. Idem hic infra. c. 67. & 68. 71. con simile. 4. ph. t. com. 38. & 49. idem. 1. cœ. cō. 61. & 2. cœ. c. 6. Et 4. cœ. 40.*

*Infinitū accidit materiæ, secundū q̄ ē materia. Quare materia non est existēs p se. Esse in alio cōpetit materiæ, & formæ, & accidētibus, differenter tñ: tamen vide cōsimile. 2. de aia. c. 4.*

Ergo manifestum est quod magis in partis ratione infinitum sit, quam in totius: pars enim materia totius est, sicut es statuæ: quoniam si cōtinet in sensibilibus, & intelligibilibus magnū, & paruum, oportuit continere & intelligibilia. Inconueniēs autem, & impossibile est ignotū, & indeterminatum continere, & determinare.

Apparet ergo ex hoc, q̄ infinitum magis est quasi pars, quā quasi totum: materia enim est pars totius, quemadmodum cuprum est pars statuæ cupreæ: & si illud, quod continet sensibilia, & intelligibilia, esset magnum, & paruum, tunc illud contineret intelligibilia; sed improbabile est, & impossibile vt ignotum non terminatum contineat terminatum.

66 Et si illud infinitū, quod continet sensibilia, & intelligibilia, esset magnū, & paruū secundū sentētiam Plato. quorum natura non est terminata neq; nota, tūc illud, quod terminat terminatū, & notū. s. intelligibilia, esset non terminatū, neq; notum. & inopinabile est vt non terminatum, neque notum terminet terminatū, & notum. Et hoc contingit Platoni: q̄a ipse ponit magnū, & paruū esse infinitū, & ponit ea terminantia res sensibiles, & intelligibiles: & facit bene in hoc, q̄ ponit infinitū in magno, & paruo, quia magnum, & paruum sunt secundum materiam, sed infinitum non inuenitur in magno, nisi secundum additionem mensuræ quæ est conuersum diminutionis, & peccat in hoc, quod ponit ipsum determinaret totum.

SECVNDVM rationem autē accidit, & quod est secundum appositionem non esse videri infinitum, sic vt quod omnem excellat magnitudinem, in diuisione autem esse, continetur enim sicut materia intus, & infinitum, continet autem species.

*Formæ est continere.*

Et recte etiam contingit q̄ infinitū secundum additionē videtur esse impossibile pertransire omnem mensuram, secundum autem diuisionem possibile: materia enim continetur intra, & est res infinita, continens autem est forma.

67 CVM declarauit q̄ mensura non crescit in infinitum, & diminuitur in infinitū, & causa in hoc, q̄ infinitū non est in actu, est forma, & in hoc, q̄ infinitū est in potentia, est materia, incœpit declarare continentiam eius, quod decla-

A rauit cum ista causa, Et dixit & recte etiam,&c.i.& cum finitas acciderit rei ex forma,& infinitas ex materia, recte contingit quod magnitudo non possit pertransire omnem mensuram in additione: quoniam si hoc esset, tunc esset possibile formam inuenire infinitam: & intelligo per hoc, quod dico: quoniã forma est causa terminationis, & cõtinẽtiæ, impossibile est vt ex ea accidat nõ terminatio, & non continentia rei habenti formã: & similiter ẽt contingit recte vt diminutio sit in infinitũ: causa enim diminutionis est materia, quæ est terminata, non terminans. & hoc intendebat, cum dixit materia enim, &c. & quia materia est terminata ab alio, non terminata in se, ideo non est impossibile vt infinitas, quæ est in potentia, accidat ex illa non ex forma, quia est terminans: ex illa enim, si esset infinitum tunc possibile esset corpus in actu esse infinitum. & vniuersaliter apparet ꝙ infinitum est contrarium terminato.

Forma ẽ causa terminationis, & cõtinẽtię. vide supra cõ. 65. idẽ. 1. de anima. cõ. 90.

Numerus est augmentabilis, non diminuibilis ĩ infinitũ: ecõtrario est de magnitudine.

Rationabiliter aũt est, & vnũ quidem numero esse minimum terminũ, ad plus aũt semper omnẽ excellere multitudinẽ. In magnitudinibus autem econtrario: in minus quidẽ omnem excellit multitudinem, sed in maius non esse magnitudinẽ infinitã. Causa aũt, quod vnũ est indiuisibile, cum vere vnũ sit: vt homo vnus homo, & nõ multi: numerus autẽ est vno plura, & quanta quædam. Quare necesse est B stare ad indiuisibile: duo nãque, & tria denominatiua sunt nomina: similiter autem & aliorum numerorum vnusquisque. In plus autem semper est intelligere: infinitæ enim sunt decisiones magnitudinis: quare potentia quidem est, actu autem non est: sed semper excellit acceptum omnem determinatam multitudinem: sed non separatus est hic numerus a decisione, neq; manet infinitas, sed fit, sicut & tẽpus, & numerus temporis.

Et recte etiam numerus in processu ad paucitatem habet finem & in processu ad multitudinem semper addit omni numero: & mensura est econtrario, scilicet quoniam in paruitate pertransit omnem mensuram, in magnitudine autem impossibile est mẽsuram esse infinitam: & causa in hoc est, quia vnum est indiuisibile, quodcunque vnum sit, Verbi gratia, homo, qui est vnus homo, non plures: & numerus est plures vnitates, & quantitates: oportet igitur ipsum cessare apud indiuisibile: duo enim, & tria sunt res, & similiter vnusquisque aliorum numerorum: processus autem ad multitudinem possibile est semper imaginari, quoniam diuisio mensurę in duas medietates, & medietatis in duas medietates procedit in infinitum, & sic erit in potentia, in actu aũt non: sed inuenitur in eo aliquid, quod semper addit omni numero terminato: sed iste numerus non separatur ab hac diuisione, neque infinitũ est aliquid permanens, sed semper generatur, & similiter tempus, & numerus temporis.

Vnũ est indiuisibile, cũ vere vnũ sit.

C

Cum declarauit ꝙ recte mensura diuiditur in infinitũ, & non crescit, & dedit causam in hoc, incœpit declarare etiam ꝙ ex illa causa accidit in numero contrariũ, scilicet crescere in infinitum, & non diminui: causa.n. additionis in numero est materia, & diminutio in ea induxit ad formã vnitatis, quæ est indiuisibilis. Et dixit & recte etiam.i. & propter illud, qđ diximus etiam diuisio numeri ad paucitatem vadit ad finẽ, sed versus partẽ multitudinis nõ habet finẽ, sed semper potes addere omni numero posito in infinitũ: in mensura autem est econuerso. D. d. in paruitate autem, &c. i. diuisio autem magnitudinis, & diminutio 68

eius ad paruitatem pertransit omnem mensuram, id est potest quis accipere ad omnem mensuram minorem illa: quoniam si hoc non esset, tunc mensura non diminueretur semper. D.d. in magnitudine autem, &c. i. additio autem eius semper, secundum quod est vna mensura, impossibilis est: quoniam impossibile est mensuram infinitam esse in actu, vt declaratum est. Et cum declarauit quod dispositio in numero est econtrario ei, quod est in mensura, exponit causam in hoc, & dixit & causa in hoc est, &c. i. & causa in hoc, quod numerus diuiditur in indiuisibile est, quia omne vnum est indiuisibile, vt vnus homo & vnus equus: est enim indiuisibilis in illa specie: ideo vnum simpliciter, scilicet vniuersale est indiuisibile etiam: & quia numerus est coaceruus vnitatum, numerus erit compositus ex indiuisibilibus: & diuiditur in indiuisibile: ergo numerus diuiditur in indiuisibile: & omne, quod diuiditur in indiuisibile, diuisio finitur in eo: ergo diuisio finitur, & cessat in numero. D.d. duo enim, & tria sunt res indiuisibiles, & non sunt quantitas continua: & similiter alij numeri, & causa in hoc quod vnum est indiuisibile, est, quia omnis res est vna per suam formam, & forma est indiuisibilis per se. D.d. processus autem eius, &c. i. processus autem numeri ad multitudinem numerorum semper est possibilis: dispositio enim in additione numerorum est sicut dispositio in diminutione mensurae. Quemadmodum enim causa in diuisione mensurae in infinitũ est materia, similiter est causa in additione vnitatum in infinitum, & additio numeri in infinitum est in potentia: non quod additio infinita exeat in actum, ita quod inueniatur numerus in actu infinitus, sed quod additio nunquam cesset. D.d. sed iste numerus, &c. i. sed numerus non est separatus ad hanc additionem, quae est in infinitum, neque existens in eo est res fixa; sed infinitas in eo est in actu, & in transmutatione, sicut est dispositio in tempore, & numero temporis Et intendit per numerum temporis, numerum qui est genus temporis, vt post declarabitur: & differentias inter has duas additiones, vt diximus est, quoniam additio in continuo est ex forma, & in quantitate discreta est ex materia: & diuisio in eis est econuerso, scilicet quoniam diuisio in numero est ex forma, & in magnitudine ex materia.

Ois res, est vna per suã formã, et forma est idiuisibilis p se. Idẽ primo de aĩa. com. 90. & 53. Idẽ, 2. de anima, 2.7. 8.9. 60. idem. 8. me. t. c. 3. & com. 7. Idẽ, 5. me. cõ. 15. 1. cœ. 72, idẽ 8. me. cõ. vl, & 7. met. 5. & 60. 37. 1. phys. 63.

In magnitudinibus autẽ contrarium est: diuiditur quidẽ.n. in infinitũ continuum: in maius aũt non est infinitum: quantũ.n. contingit potẽtia esse, & actu contingit tantũdẽ esse: quare qm̃ infinita nulla est magnitudo sensibilis, non contingit omnis excellẽtia esse determinatę magnitudinis: esset.n. vtiq; cœlo maius aliquid.

Quantũ cõtingit aliqd potẽtia esse, tãtũdẽ contingit actu esse &c.

In mẽsuris aũt est econtrario: continuum enim diuiditur in infinitum: sed in magnitudine non est infinitum: quoniam inquacunque mensura potest esse in potentia, in illa mensura potest esse in actu: & cum nulla mensura sensibilis est infinita, impossibile est vt excedat omnem mensuram terminatam: quoniam si hoc esset possibile, tunc aliquid esset maius cœlo.

69 Dicit sed in magnitudine, &c. i. sed mensura impossibile est vt crescat in magnitudine in infinitũ: quoniã mensura demõstrata in quacunque quantitate fuerit in potẽtia, in illa quãtitate põt poni in actu. Et intẽdit quod si mẽsura demõstrata posset augeri, & crescere ĩ infinitũ, ẽt possibile erit inueniri mẽsurã infinitã in actu. Deinde destruxit antecedẽs, & cõ clusit oppositũ cõsequẽtis, & dixit & cũ nulla mẽsura, &c. i. & cũ posuerimus quod in quacũque quantitate fuerit possibile vt mensura sit in potentia in illa quantitate, erit possibile vt sit in actu, & cũ posuerimus quod aliqua mensura sit in potentia infinita, sequitur quod illa erit mensura infinita in actu: sed nulla mensura est infinita in actu, vt declaratũ est; ergo nulla mensura potest crescere in infinitum. D. confirmauit istud destructum per aliud, praeter illud, quod superius declarauit, & dixit quoniam si hoc esset possibile, &c. i. quoniã si esset possibile mẽsurã crescere in infinitũ, tũc mẽsura nõ esset

terminata

A terminata naturaliter: & sic esset possibile, vt aliqua esset maior mensura continente totum, & est cœli. Sed quaeret aliquis in hac propositione dicente, quod in quacunque quantitate ponatur magnitudo in potentia, in illa quantitate potest poni in actu, in quo differt ab hac positione, s. quod in quacunque quantitate ponatur aliquis numerus demonstratus in potentia, in illa quantitate potest in actu. vnde existimatur quod non est differentia in hoc, quod sit possibile infinitum esse in potentia in numero, & in magnitudine, vt dictum est. Sed cum aliquis consideraucrit hoc, videbit quod additio, in qua non cessat infinitum esse, & non sequitur, si ponatur ipsam exire in actũ, quod est impossibile, est additio cuiuslibet partis quantitatis cuius possibilitas est alia a possibilitate alterius partis, & non sunt omnes partes vnius possibilitatis demonstratae: & hoc est sicut est dispositio in motu, & tempore: in additione autem cuiuslibet partis possibilitas est pars vnius possibilitatis demonstratae: ista possibilitas quomodocunque ponatur in potentia sequitur ex ea vt inueniatur in actu in illa dispositione. Et si non, contingeret vt potentia esset frustra: & additio, quae est in magnitudine demonstrata est de genere istius additionis: & additio, quae est in numero, est de genere primae additionis. & causa in hoc, quod potentiae, quae sunt in additione vniuscuiusque partis partium mensurae, omnes sunt partes vnius potentiae; & non est ita in numero, quoniam, sicut mensura est vna, & continua, & numerus non: secundum hoc igitur intelligendus est B iste locus.

Digressio, qua quaerit, vtrum sit differentia inter numerũ, & magnitudinẽ, s. quo ad posse in infinitũ augeri.

Infinitum autem non est idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam una quaedam natura: sed posterius dicitur, & prius: vt motus quidem, quia prius est magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tempus autem propter motum. Nunc quidem igitur utimur his, posterius autem tẽtabimus dicere & quid est vnumquodq;, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

Ratio infiniti non est eadẽ in motu, magnitudine, & tpe.

Et intentio infiniti non est eadem in mensura, & in motu, & in tempore. q. vna natura, sed dicitur in postremo, quia est in priori, V. g. quoniam dicitur in motu, & in tempore, quia est in mensura, in qua fit motus, aut alteratio, aut augmentum: & dicitur in tempore propter motum: quoniam in istis locis accepimus istam acceptionem, & post dicemus de vnoquoque eorum, & de causa in hoc, quod omnis C mensura diuiditur in mensuras.

Dicit & intentio in mensura, & in motu, & in tempore non est dicta vniuoce, ita quod significet vnam naturam, sed illud, quod dicitur, de posteriori, dicitur propter prius, sed quoniam est dictum in eis secundum prius, & posterius secundum hoc, quod mensura est prior motu, & motus tempore. V. g. quoniam infinitum nõ dr de motu, nisi quia dicitur de mensura mẽsura enim, quia est subiectũ motus, & mensura est causa infiniti existentis in ipsa, secundum quod mensura est subiectum ipsius, & motus etiam causa est infiniti existentis in ipso, secundum quod motus est subiectum, necesse est ut infinitum, existens in mensura, ita se habeat ad infinitum existens in motu, sicut mensura ad motum. si igitur quantitas dicitur de mensura, & motu secundum prius, & posterius, necesse est vt infinitum dicatur de eis secundum prius, & posterius. & similiter de motu cum tempore, quẽadmodum. s. motus est prior tpe, similiter infinitum existens in motu, est, prius infinito existẽte in tempore. D. d. quoniam in mensura, in qua fit motus, i. translatio. & intendit per mensuram subiectum motus translationis, aut alterationis, aut augmenti, & est corporis. D. d. & dicitur in tpe, & c. i. & dicitur in tpe, quia dicitur in translatione. D. d. & post dicemus, & c. i. & hoc qd' diximus, qd' quaedã istorũ praecedunt quędam, est positũ sic, & post declarabitur, cũ dicemus vtrũq; eorum quid sit, s. mo- 70

Documentũ vide supra com. 31.

tum, & tempus, & quomodo se habent adinuicem: qm̄ motus iam declaratus est. D.d. & causa in hoc quod omnis mẽsura, &c.id est, & declarabimus causam, propter quam semper mensura diuiditur in diuisibile. Et hoc significat quod diuisio mensuræ semper est nota per se, & quod causa eius indiget demonstratione, non sicut quidam existimauit quod geometer accipit hoc esse a Naturali.

Non remouet autem ratio neq; mathematicos a consideratione, auferens sic esse aliquid in finitum, quod in actu sit, & in augmentū intransibile: neque enim nunc sic indigēt infinito, neq; vtuntur, sed solum esse, quantumcunq; velint finitam. Maxime autem magnitudini secundum eandem inest secari rōnem, quantumcunq; magnitudo sit altera: quare ad demonstrandum quidem illo modo nihil differt, esse autem in existentibus erit magnitudinibus.

Et iste sermo non destruit scientiam mathematicorum, s.hoc, quod dicimus q; infinitum non est, secundum quod nunquam finitur in augmento in actu: quoniam non indigent in sua scientia: hoc enim infinito: semper enim indigent in ea, vt finitū sit quomodo voluerint. Et possibile est diuidere secundum diuisionem mensuræ quãcunque aliam mensuram: ex quo declaratum est quod neque illis accidit nocumentum in demonstratione, neque est hic aliquid cogens, vt hic sit in mensuris existentibus.

71 Et hoc, quod dicimus, quod magnitudo non pōt crescere in infinitum, nullum fundamentum destruit mathematicorum, sicut qui dicit quod impossibile est magnitudinem diuidi in infinitum, destruit fundamentum mathematicorum: nō enim indigent in sua scientia ponere quod mensura crescit in infinitum, sed indigent in sua scientia ponere mensuram in quacunq; quantitate voluerint. possunt enim ponere mensuram maiorem cœlo: & cum dicunt, extrahamus lineam in infinitū, intendunt vt accipiant ex ea quantum voluerint. Et hoc accidit eis, quia non cōsiderant de mensura, sed'm quod est finis corporis naturalis, sed sed'm quod est non in corpore oīno. D.d. & possibile est diuidere, &c.i. vt mihi videt', & signũ eius, quod geometer non indiget ponere lineam infinitam in additione est, qm̄ illud, quod potest declarari in linea maiori, & si esset maxima, potest declarari in minori linea, quæcunq; sit vt diuidere lineam in aliqua proportione, & alia multa, quæ accidunt lineis: & cum non est differentia inter magnum, & paruum in hoc, quo indigent, quid igitur coget eos ad ponendum lineam infinitã in actu?

Vide pro illo 2. ph. cō. 20. & quæ ibi.

Quoniam autem causę diuisæ sunt quadrifariam, manifestum est, quoniam sicut materia, causa infinitum est: & q; esse quidem ipsius priuatio est, per se autem subiectum, continuum, & sensibile est: uidentur aũt omnes alii sicut materia, vtentes infinito: vnde & inconueniens, continens facere ipsum, & non contentum.

Et cum causæ sunt quatuor, manifestum quod infinitum est causa quasi meteria, & quod quiditas eius est priuatio, & quod subiectum per se est continuum sensibile: & videmus omnes loquentes de infinito, vti ipso quasi materia: & ideo non est rectum vt sit continẽs, non contentum.

72 Et, cum genera causarum sunt quatuor, manifestum est q; cã infiniti est materia, & q; si infinitũ ponat cã, erit cã secundum materiã. [a] qm̄ quiditas infiniti est priuatio finis, & cã priuationis est materia, sed subiectũ istius priuationis nō est

Manifestum est q; cã infi-

A materia abstracta a forma, sed subiectũ per se istius priuationis est corpus continuum sensibile, compositum ex materia, & forma, secundum q̃ est materiatum, non secundum q̃ est formatũ. D.d.& videmus omnes loquentes de infinito, &c. i.vt Platonem, qui ponit ipsum magnum, & paruum, & illos, qui ponunt ipsum numeros, & ponunt ipsum quasi materiam, ideo necesse est vt sit contentũ, non continens.

niti est materia. Idẽ sup. 59. 60. 65. 67. 69.

a Quiditas infiniti ẽ priuatio finis, & cã priuationis est materia.

## CAPVT VIII.

Reliquum autem aggredi est secundum quas rationes infinitum esse videtur, non solum potentia, sed sicut determinatum est: alia quidem enim ipsorum non necessaria sunt, alia autem habent quasdam veras contrarietates: neque enim, ut generatio non deficiat, necessarium est infinitum esse corpus sensibile actu: contingit enim alterius corruptionem alterius generationem esse, cum omne finitum sit.

B Et oportet nunc narrare sermones, ex quibus existimatur, non solum materiã esse in potentia, sed est existens per se: quidam enim eorum sermonum non est necessarius, & in quibusdam sunt obiectiones veræ: quoniam vt non generatio deficiat, est in actu corpus infinitũ sensibile: quoniam possibile est, vt corruptio alterius sit generatio reliqui, totum, & vtrunque finitum.

CVm numerauit quinq; rationes in probando infinitum esse, incœpit demonstrare deceptiones in eis. Et dixit, & oportet nunc, i. & postq̃ diximus de modo infiniti possibili, & impossibili, oportet nos narrare sermones, ex quibus existimatur quod infinitum non est solummodo in potentia, sed in actu. quidam enim illorum sermonum sunt veri, sed non sequitur ex eis illud, quod reputant sequi, & quidam sunt falsi, & habent contradictiones veras. D. incœpit a ratiocinatione, quæ est ex rebus veris, sed non conclusit illud, quod existimant, & dixit q̃m vt generatio non deficiat, &c. i. q̃m, non quia generatio non deficit, est necesse corpus in actu esse infinitum sensibile: generatum enim, q̃a occupat locum corrupti, nõ necesse ex hoc, quod generatio est in infinitum, locum esse infinitum, q̃m si locus præcessit generatum, & generatum est factum successiue in infinitum, & generatio generati non sit corruptio alterius, tunc necesse est locum esse infinitum, & vt totum addatur in potentia in infinitum, & sic poterit exire in actum: sed quia hoc non est, immo generatio alicuius est corruptio eius, ex quo generatur: ideo non sequitur ex hoc illud, quod existimabant sequi. 73

C

Amplius tangi, & includere alterum est: hoc quidem enim ad aliquid est, & cuiusdam, tangit enim omne aliquid, & finitorum alicui, accidit. finitum autem non ad aliquid est: neq; tangere quodlibet contingentis est.

Et etiam intentio contactns est alia ab intentione infiniti: cõtactus enim est in respectu alicuius: si enim aliquid tangit aliquid, & hoc accidit quibusdam finitis: finita autem non in respectu dicuntur: neque quodlibet tangit quodlibet.

Hæc est ratiocinatio, in qua dictũ est quod corpus finitũ finitur per suam continuationem cum alio corpore, & istud aliud cum alio; si igitur corpora necesse est, 74

Cõtact' dr̃ i respectu alterius, sed finitas dr̃ in respectu suipsius.

vt finiantur in aliquid, necesse est vt totum sit infinitum: & incœpit declarare deceptionem in hac ratiocinatione, accipitur enim in ea loco contactus finitas. Et dixit: & etiam &c. id est, & istud, quod sequitur in contactu, nõ sequit' in finitate: cõtactus enim aliud est a finitate: contactus enim dicitur in respectu alterius, finitas autem rei dicitur in respectu suipsius. vnde dicitur quod corpus finitum est illud, quod continetur ab vno termino, aut terminis, quæ sunt suæ superficies, non superficies corporum extraneorum. Et, cum declarauit quod finitas non est contactus, declarauit etiam quod non est necesse, vt omne finitum tangat: & si siue per se, siue per accidens alterum istorum esset verum, ratiocinatio esset vera, & dixit & hoc accidit quibusdam finitis: & hoc, scilicet contactus accipit quibusdam rebus finitis. omne enim tangens est finitum, sed non omne finitum est tangens. D. d. finita autem, &c. id est, sed omne corpus dicitur in respectu alicuius: quod enim dicitur in respectu est pars totius: & si omne corpus diceretur in respectu eius, a quo continetur, & ꝙ tangit, tunc non esset illic totum omnino: & cum totum non fuerit, non erit pars. Et ista ratiocinatio, vt mihi videtur, communis, cum non sit manifestum per se hoc, sed est hoc declarabitur proprie, cum fuerit declaratum, quod extra mundum non est vacuum, neque plenum, id est & non omne tangens habet naturam tangendi quodlibet res: enim non tangit nisi illud, quod est suum totum naturaliter: non, ni quodlibet tangens tangit quodlibet, nedum vt quodlibet sit tangens. Et apparet ꝙ corpus circulare non est innatum tangere, cum sit completum per se, & quod corpus rectum est natum tangere, cum sit finitum, & completum per aliud: & hoc inuenit' in corpore circulari, & in elemẽtis, vt post declarabit.

Oẽ tangens est finitũ, & non oẽ finitũ est tãgẽs.

Documẽtũ.

Corpus circulare nõ ẽ innatũ tãgere, cũ sit cõpletum p se, sed corp' rectũ est innatum tãgere, cũ sit cõpletũ, & finitũ p alterũ idẽ 4. ph. c. 43.

Intelligentiæ [a] autem credere inconueniens est: non enim in re abundantia, & defectus est, sed in intelligentia: vnumquemque enim nostrum vtique intelliget aliquis multiplicatũ seipse, augmetans in infinitum: sed non pp hoc extra Vrbẽ est, aut aliquantulã magnitudinem habens, quoniã intelligit aliquis, sed quoniam est hoc: hoc aut accidit: tempus aũt, & motus infinita sunt, & intelligentia nõ permanente accepto: magnitudo aũt, neq; diuisione, neq; intelligibili augmentatione est infinita: sed de infinito quidem quõ est, & quõ non est, & quid est, dictum est.

a Intelligẽtiæ credere incõueniens est.

Et non est rectum ẽt credere illud, quod imaginatur imaginatiõe, additio. n. & diminutio non erit tunc in re, sed in imaginatione: põt n. quis imaginari ꝙ vnusquisq; nostrum creuit multoties in infinitum super quantitatem, in qua sumus, sed nõ sequitur, si aliquis imaginarur hoc in nobis, vt nos simus extra ciuitatem, sed cum erimus sic, accidet hoc nobis: tempus autem, & motus sunt infinita, & similiter imaginatio absq; eo, ꝙ id, ꝙ inuenitur ex eis, sit fixum: mensura autem neq; secundum diminutionem, neq; scd̃m additionem per imaginationem erit infinita: iam igitur diximus de infinito qũo est, & quomodo non est, & quid est.

75 Imaginatio facit credere infinitum, in actu esse, & in potentia, in vero, s. & in falso. in vero autem, quia possibile est imaginari infinitum in additione numerorum, & in diminutione mensuræ: in falso vero, quia possibile est imaginari mẽsuram crescere, sicut diminuti: in eo autem, quod est in actu facit credere, vt dictum est superius. nõ. n. possumus imaginari extra mundũ, nisi corpus, aut vacuũ: & illud vacuum, aut corpus, si ponitur finitum, tunc non possumus imaginari extra ipsum, nisi aut vacuũ, aut corpus, ex quo existimatur sequi ꝙ extra mũdum

A est orpus infinitum, aut vacuum, aut corpora infinita: & vbi imaginatur vacuũ, possibile est vt in eo sit corpus: ergo, si vacuum fuerit infinitum, corpus erit infinitum, immo necessarium hoc est, posbibile.n. vt di. Ari. in ęternis est necessariũ. Et, cũ imaginatio facit hoc, incœpit declarare q̃ multa sunt, quæ nõ possunt imaginari, & multa imaginantur, quæ non sunt: & dixit, & non est rectum ẽt, &c.i. & non est rectum credere, quod esse sequitur imaginationem, augmentum enim & diminutio, quæ possunt imaginari in rebus existentibus, in quibus impossibile est additionem esse, aut diminutionem, non sequitur imaginationem; immo illud, quod est in imaginatione, non est nisi in anima tantum, V. g. quoniam possibile est vt aliquis imaginet, quod vnusquisque nostrum crescat plus sua quantitate naturali, sed non sequitur ex illa imaginatione vt simus in hac dispositione magnitudinis. Et dixit, sed non sequitur, &c forte intendit, sed, si aliquis imaginetur hoc in nobis, s. vt ita simus magni, adeo, quod sumus extra ciuitatem, non sequitur ex hoc vt simus extra ciuitatem. Et forte est defectus in libro & sic debet legi: & similiter potest quis imaginari nos esse extra ciuitatem, sed nõ sequitur ex sua imaginatione non esse extra ciuitatem: sed, cum fuerimus extra ciuitatem, tunc imaginatio illius erit vera, & erit accidens enti, & hoc intendebat, cum dixit sed cum fuerimus sic, accidet hoc nobis, i. sed cum fuerimus extra ciuitatem, accidet vt imaginatio sit talis, imaginatio enim sequitur ens, sed
B non ens imaginationem. Deinde dixit tempus autem, &c.i. tempori autẽ, & motui accidit, quod sunt in se infinita, & similiter imaginatio eorum: sed illud, qđ inuenitur de infinito in eis, non est fixum, id est, existens in actu, hoc enim est impossibile, sed est successiuum. Deinde dixit mensura vero, &c. i. mensura vero non est infinita in additione, & diminutione propter hoc, quod imaginatur diminui, & crescere in infinitum, sed in hoc, quod est infinita in diminutione, conueniunt esse, & imaginatio per accidens: & in hoc, quod est infinita in additione, non conueniunt vt declaratum est superius: ex imaginatione igitur nõ potest quis iudicare vero iudicio essentialiter ipsum diminui in infinitum, aut crescere, sed si iudicauerit ipsam diminui, erit verum iudicium per accidens, & si iudicauerit ipsam crescere, erit falsum simpliciter. Et cum compleuerit sermonem de infinito dixit iam igitur diximus, &c.id est, iam igitur diximus quomodo est infinitum, id est, in potentia, & quomodo non est, id est, in actu, & quid est, id est, & iam diffiniuimus ipsum sic, scilicet quoniam est illud, extra quod semper est aliquid.

Possibile, vt dicit Ari. in æternis est, necessariũ, idem.3.phy. 32. & quæ ibi.

Pria expõ.

Secunda.

Imaginatio sequit̃ ens, & non ens imaginationem.

Epilogus.

## C Incipit liber Quartus physicorum Aristotelis.

*Summa.4. lib.physi.secundum Auer.*

A tex. primo vsq; ad 50. loquitur de loco.
A. 50. vsq; ad. 87. disputat de vacuo.
Ab. 87. vsq; in finem differit de tempore.

*Inquirit disputatiue an locus sit.* *Cap. I.*

SImiliter autem necesse est Naturalem, & de loco, sicut & de infinito, cognoscere si est, aut non est, & q̃uo est, & quid est: ea nãq;, quæ sunt, oẽs opinantur alicuibi esse, quæ vero non sunt, nusquam esse: vbi enim esset tragelaphus, aut sphinx? Et de motu, qui communis maxime est, & magis proprius secundum locum est, quem vocamus loci mutationem.

Et oportet naturalem considerare de loco, sicut de infinito, donec

sciat vtrum sit, an non, & q̃uo, & quid sit: homines.n.opinantur entia esse in vbi: quod enim non est ens, non est apud eos in loco: hircoceruus enim, & chimera non habent vbi: Et quia cõior motuum, & manifestior est ille, qui est in loco, qui dicitur translatio.

1 INtendit in hoc tractatu perscrutari de loco, & tempore, quid sit substantia vtriusque. illa enim esse manifestum est per se: sed apud perscrutationem de natura eorum accidunt in hoc quæstiones & post perscrutationem de loco perscrutabitur de vacuo vtrum sit, aut non: quia quia assimilatur loco: & quia existimatur esse locus, in quo non existit corpus. & primo incœpit perscrutari de loco, & incœpit in hoc notificando quæ sunt consideranda de loco. Et dixit, oportet naturalem considerare, &c. & intendit quod naturalis debet considerare de vtroque. vtrunq; enim est consequens corporis naturalis. Deinde dixit, vtrum sit aut non. Et non intendit perscrutari de suo esse secundum demõstrationem, sed secundum dialecticam: locum enim esse notum est se. sed cum perscrutatur secundum dialecticam de quiditate eius, occurrunt hic quæstiones, quæ faciunt dubitare in suo esse. Deinde dixit, & quo, i. utrum sit de genere entium per se, aut de genere entium per aliud: & quid sit, intendit definitionem, & substantiam. Et, cum narrauit quod oportet naturalem perscrutari de loco, incœpit dare causam famosam cogentem ad perscrutationem de hoc, & dixit q̃m hoĩes, &c. i. & oportet perscrutari de loco, q̃m antiqui opinabantur ipsum esse necessarium in esse cuiuslibet entis: & cã illius opinionis est, quia, cum viderunt quod illud, quod non est ens, vt chimera, & hircoceruus non est in loco, existimauerunt quod sequitur secundum conuersionem quod omne, quod est ens, est in loco. Sed declaratum est in logica, ꝙ non tenet ista conuersio: sunt enim entia, quæ non sunt in loco. Et cũ dedit cãm famosam inest cogentẽ ad perscrutandũ de loco, dedit in hoc cãm naturalẽ, & dixit, & quia cõior motuũ ꝓprie, &c. i. & causarum cogentium ad perscrutandum de loco est, quod in motus localis qui est cõior motuum, s. extra quem nullum ens est naturale, & prior eorum. s. secundum tempus, & cãm: et post declarabit ꝙ necessarius est locus: & cũ naturalis habent perscrutari de motu, oportet ipsum etiam perscrutari de loco.

Documentũ primum.

Arist. nõ intendit pscrutari de esse loci secundũ demõstrationem, sed secundũ dialecticã, quia locũ esse ẽ notũ p se, &c. Quõ motus localis ẽ cõior oĩ motu, & prior secũdum tps, & scdm causam vide. 8. ph. a t. cõ. 55 vsq; ad tex. cõ, 61.

Habet autem multas dubitationes quid forte sit locus, non enim ut detur idem consideranti bus ex omnibus, quæ insunt: amplius autem neque habemus quicquã ex aliis, neque ante quæsitum, neque bene exquisitum de hoc.

Et in intentione loci, quid sit, sunt multæ quæstiones: non enim in quacunque parte inspexerimus ipsum, inueniemus ipsum vnum: & non habemus ab aliis prædecessoribus aliquid dubitatum, neque aliquid inuentum de ipso.

2 Cum narrauit quod oportet naturalem perscrutari de loco, & dedit causam in hoc, incępit narrare difficultatem cognitionis loci, & declarare causam in hoc, Et dixit & intentione, quid sit locus, sunt multę quæstiones, id est, in scire definitionem & quiditatem loci sunt multę quæstiones, & maxima difficultas. Deinde dedit causam in hoc, & dixit non enim in quacunq; parte, &c. id est, & causa difficultatis quiditatis eius est, quia cum considerabimus de illo, non inueniemus ipsum vnũ dictum vniuoce in omnibus corporibus naturalibus, sed quasi dictũ mõ dubitatiuo, id est, multipliciter, & scire [a] quiditatem huiusmodi entium est difficile, quia appropinquat ei, quod non habet communem naturam: & iõ latet: & definitio communis declarat hanc naturam communem, & huiusmodi definitiones difficile inueniuntur per regulas dantes definitionem, q̃ sunt diuisio, & compositio, & demonstratio. Aut intendit quod considerare de loco inducit considerationem ad res diuersas de dispositione eius: sunt enim aliqua, quæ faciunt existimare in ipso res diuersas, vt post declarabitur, Et cum dedit causam ex ipsa re,

Prĩa expõ.

a Scire quiditatẽ hmõi entiũ, q̃ multipliciter dñr, est difficile, & definitiones taliũ dif

A dedit aliam causam extrinsecam facientem etiam scire quiditatem loci esse difficilem: C & dixit & etiam non habemus ab alijs precedentibus, &c. id est, & etiam considerare de loco erit difficile, quia nihil inuenimus in ipso dictum a praecedentibus, neq; aliquid, quod faciat dubitare de eius esse, neq; aliquid inuentum de cognitione substantiæ eius.

Quod igitur locus sit, videtur manifestum esse ex transmutatione, vbi nanque nunc est aqua, hinc exeunte, sicut ex vase, iterum aer in est: aliquando autem eundem locum aliud aliquod corporeum obtinet: hoc autem ab his, quæ fiunt, & cõmutantur, alterum videtur omnibus esse: in quo enim aer nunc est, aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est quod erat locus aliquid, & receptaculum alterum ab vtrisq;, in quod, & ex quo mutatum est.

Et existimatur ꝙ manifestum est locum esse aliquid ex mutatione, & translatione, vbi enim nunc est aqua, illic, quando exit aqua, est aer, Verbi gratia, quando aqua exit à vase erit etiam ibi aer, & forte B secundum hunc modum erit ibi aliquod corpus aliud: & existimatur hoc aliud ab omnibus rebus, quæ sunt, & transferuntur in ipsum: illud enim, in quo modo est aer, prius erat in ipso aqua Declaratum est igitur ex hoc locum esse aliquid aliud à duobus, scilicet illud ad quod, & à quo succedunt.

Cum declarauit causam, propter quam oportet naturalem cõsiderare de loco, & declarauit causam difficultatis, quæ est in cognitione substantiæ eius, incœpit numerare res famosas facientes locum esse, deinde post hoc numerauit res famosas etiam, quæ faciunt dubitare in esse eius, vt est eius mos, s. in præordinãdo sermones logicos sermonibus demonstratiuis, quæ habent cum cognitione rei dissolutionem illorum sermonum contrariorum. Et dixit & existimatur quod manifestum est, &c. id est, & apparet locum esse ex mutatione secundum translationem, scilicet permutationem corporum succedentium in ipso, apparet enim quod illud vbi est aqua, qñ recedi ab eo: succedit, illi in illo vbi aer, aut aliud corpus: vt accidit in vase, quod cum ab eo exit aqua, succedit ei aer, aut aliud corpus: & hoc intendebat, cum dixit vbi enim est modo aqua, &c. id est, apparet enim ꝙ C vbi inuenitur aqua, illic, qñ exit aqua ab eo, sicut exit a vase, inuenitur aer. D. d. & forte hoc mõ erit illic aliqd' corpus aliud, i. & forte scdm successionẽ veniet in hũc locũ, in quo fuit aqua, aliqd' corpus aliud ab aere. D. d. existima͏̃t igitur. &c. i. scit igit͏̃ ex successione, cuius cã ẽ trãslatio, ꝙ locus ẽ aliud a rebus succedẽtibus in ipsum. Manifestũ est. n. qđ illud, in quo mõ est aer, iã in eo erat prius aqua: & ipsum est fixũ, & recipiẽs successionẽ istorũ duorũ corporũ: & hęc duo corpa non sunt fixa, sed successiua: ergo est aliud necessario a corpibus accidẽtibus: & hoc ꝙ dixit cũ hoc, qđ est famosum, est notũ p se ẽt. D. dixit declaratũ est igitur ex hoc, &c. i. declaratũ est igitur ex hac consideratione locum esse aliquid aliud ab illis duobus, quæ succedunt sibi in illo, & est, illud, ad quod transferuntur, & in quo succedunt sibi.

Amplius autem loci mutationes physicorum corporum, & simplicium, vt ignis terræ, & talium, non solum ostendunt, quod aliquid est locus, sed quia & habet quandam potentiam locus. fertur enim vnum quodq; in suum locum, non prohibitum, hoc quidem sursum illud vero deorsum. Hæ autem sunt loci partes, & species sursum, & deorsum, & reliquæ sex distantię.

ficile inueniuntur p regulas dãtes definitionẽ, q̃ sunt cõpositio, diuisio, & demõstratio, vide. 6. met. cõ. pri. de aĩa. cõ. 5. de regulis d finitionis.

3

Consuetudo fuit Ari. dialecticos sermones dmõstratiuis pręponere. vide cõsimile. 2. de aĩa. c. 13 6 & in 3. met. cõ. pri. vide hic infra. cõ. 51. Sed vide oppositũ pr. cœli. cõ. 2. ul de sofonem. cõ. 85. primi de cœlo

Sex sunt loci dñię. Idẽ. 3. ph. tex. c. cõ. 54. Et 2. cœ. te. co. 5.

Etiam modi translationis corporum naturalium simplicium, Verbi gratia, translationis ignis, & terræ, & similium significant cum hoc, quod significant locum esse aliquid, & ipsum habere etiam aliquam potentiam quodlibet enim eorum transfertur ad suum locũ, quem habet, nisi impediatur ab aliquo: hoc igitur transfertur superius, & hoc inferius. Et istæ sunt partes loci, & species illius, superius, & inferius, & aliæ partes.

4 Ex hoc apparet quod locus est aliquod ens aliud a corporibus locatis: & apparet ex eo ẽt ipsum habere potentiam naturalem conuenientem ei, quod mouetur ad ipsum: & si non, tunc corpora non mouentur ad ipsum: & apparet ex eo etiam tertium, quoniam diuiditur in species contrarias: & hoc apparet, sicut dixit, ex consideratione modorum translationis corporum simplicium translatione naturali, vt ignis superius: & terra inferius, & aer super aquam, & aer sub igne. apparet enim intuentibus hoc, quod illud, quod terra quærit per ipsum motum ad inferius, est locus illi conueniens, & similiter illud, quod ignis quærit per suum motum ad superius. Et apparet ex hoc, quod locus est perfectio moti ad ipsum: & hoc intendebat, cum dixit ipsum habere potentiam, id est quoniã apparet ex motu terrę ad inferius, & ignis ad superius, quod quærit per istum motum, vbi conueniens sibi, quæ conuenientia non est, nisi per potentiam naturalem existentem in illo vbi. Deinde dixit & hoc transfertur ad superius, &c. id est, & apparet etiam ex hoc, quod vnum corpus simplex transfertur ad superius, & aliud ad inferius, quod superius, & inferius sunt partes loci, in quas diuiditur, secundum quod genus diuiditur in suas differentias specificas: & q.d. sunt partes loci, quæ sunt species illius: & addit hoc, ne aliquis intelligat per partes, partes secundum quantitatem, non secundũ formam: & intendit per sex partes, sursum, & alia.

Sunt autem hæc huiusmodi non solum ad nos: dextrum, & sinistrum, & sursum, & deorsum: nobis enim non semper idem, sed secundum positionem, quocunque uertamur, fit: unde idem multoties dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante retro, in natura autem determinatum est seorsum vnumquodq; non enim quodcunque contingit sursum est, sed quo fertur ignis, & leuę, aliquod similiter deorsum, non quodcunque contingit, sed vbi habentia grauitatem, & terrena sunt tanquam non positione differentia solum, sed & potentia. Ostendunt autem & mathematica: cum enim non sint in loco, tamen secundum positionem ad nos habent dextrum & sinistrum: (quare solum est intelligere ipsorum positionem) non habentia horum natura vnumquodque.

Et ista, & eis similia non sunt in respectu ad nos, scilicet superius & inferius, & dextrum, & sinistrum, non enim vnum eorum est unum semper in respectu ad nos: pars enim non est apud nos semper vna, sed est secundum situm secundum motum nostrum: & ideo forte idem in nobis erit dextrum & sinistrum, & superius & inferius, & ante & retro: sed vnumquodque istorum distinguitur per naturam: superius enim non est quilibet locus, sed locus ad quẽ transfertur ignis, & leuę, & similiter etiam inferius, non qui-

A libet locus ; sed ille, ad quem transfertur graue, & corpora terrestria. Manifestum est igitur ex hoc, quod diuersitas eorum non est solum modo ĩ situ, sed in loco, & in potẽtia: & hoc significat dispositio mathematicorũ, Verbi gratia, triangulus : qm̃, & si non sunt in loco, tamen secundum suum situm, quando comparantur ad nos, inuenitur in eis dextrum, & sinistrũ : sed situs eorum est opinabilis tãtum, non quia habent in sua natura quodlibet istorum.

Cum declarauit quod ex hoc, quod superius, & inferius apparent, apparebit natura specierũ loci, & superius, & inferius, sunt duobus modis. alia enim sunt, quæ sunt in respectu ad nos, absque eo, quod habent esse extra animam in se, & alia sunt, quæ sunt habentia esse naturaliter : incœpit declarare quod superius, & inferius, quæ sunt species loci naturalis, non sunt illa, quæ sunt in respectu ad nos. Et dixit, & ista, & eis similia, &c. id est & istę partes non sunt partes, quæ dicuntur in respectu ad nos. D. d. pars enim, &c. idest pars enim, quæ est in respectu, non est vnum existens naturaliter, sed est secundum nostrum situm, idest secundum illud, quod est in nobis, in respectu ad nos, est secundum locum rei ad nos : quoniam, si fuerit versus caput, erit superius, &, si B versus pedes, dicetur esse inferius. Deinde dixit & ideo forte, &c. i. quia istæ partes non sunt in se res existentes, sed sunt dispositiones collatæ ad nos, forte accidit eidem vt sit dextrum, deinde erit sinistrum per mutationem nostri situs in respectu ad ipsum, aut per mutationem sui in respectu ad nos: silr accidit ei qđ q̃nque sit superius in respectu ad nos, & q̃nq; inferius, & quandoq; ante, & quãdoque retro: istę enim partes non sunt existenets in se, sed sunt collationes dictæ in respectu ad nos : & collatio distinguitur per transmutationem vtriusque collatorum. D. dixit, & quodlibet istorum est distinctum per naturam. id est & istę partes naturales non sunt collatæ ad nos, sed quælibet earum est distincta naturaliter, superius enim naturale non est quælibet pars, sed pars, ad quam trãsfertur ignis, & vniuersaliter corpus leue : & similiter inferius non est quælibet pars, sed pars, ad quam transfertur terra, & vniuersaliter corpora grauia. D. d. declaratum est igitur ex hoc, &c. id est & declaratum est igitur ex hoc, quod corpora contraria secundum naturam mouentur ad ista loca contraria in loco : quoniam, quod ista loca situs non sunt contraria in hoc loco tantum, scilicet quia sunt in duobus extremis vnius lineæ rectæ longissimę, sed & cum hoc sunt contraria secundum potentiam. res enim, quarum substantiæ sunt similes contrariis, habent substantias contrarias aliquo modo. D. d. & significat hoc dispositio mathematicorum, id est & differentia, quæ videtur inter partes, quæ C sunt in rebus naturalibus, & in rebus mathematicis : quoniam mathematica non habent potentiam ad partem, & naturalia habent hoc, scilicet significat quod partes rerum naturalium non sunt secundum positionem, nec loca eorum sunt per existimationem, sicut est dispositio in rebus mathematicis : & sic non esset differentia inter corpora naturalia, & mathematica. Deinde dixit, sed situs eorum, &c. id est sed & partes existentes in corporibus mathematicis non sunt partes existentes in eis extra intellectum, secundum quod sunt mathematica, sicut est dispositio in corporibus naturalibus, scilicet quoniam in eis inueniuntur partes sex distinctę secundum naturam : & hoc in animato, in inanimato vero non inueniuntur hæc, sed sunt res, quæ existimantur in eis estimatione tantum, ita quod extra animam non sunt sicut sunt in anima. Et est intelligendum de hoc, quod dixit in eis, quæ sunt præter superius, & inferius, quoniam sunt distincta naturaliter. quod intendebat per hoc, secundum quod sunt partes, non secundum quod sunt vbi, quod non est ita de superiori, & inferiori : inuenitur enim in eis aliquod distinctum, secundum quod est vbi, & secundum quod est pars : & iam exposuimus hoc in capitulo de infinito, vbi numerauit differentias loci naturales, & quasi intendit quod istę partes sex non sunt distinctę in mundo, sed in cœlo, secundum quod est animatum.

Res, quarũ substantiæ sunt similes cõtrariis, habent substãtias contrarias aliquo modo.

Differentiæ loci naturaliter sunt distĩctæ ĩ ãĩatis: sed ĩ aĩatis non inueniunť extra aĩam, sed in imaginatione tãtũ. Idẽ 3. ph. c. 54. & 7. cœ. 9.

Vacuum est locus priuatus corpe.

Amplius vacuum affirmantes esse, locum esse dicunt: vacuū enim D vtique locus erit priuatus corpore: quod quidem igitur aliquid sit locus preter corpora; & quod omne corpus sensibile in loco, per hoc aliquis accipiat. Videtur autem vtique, & Hesiodus recte dicere, faciens primum chaos: dicit igitur primum omnium chaos factum, sed postea terram latam: tanquam indigeret primum, esse receptaculum his, quæ sunt, propter hoc quod opinati sunt, quemadmodum multi esse omnia vbique, & in loco.

Et etiam dicentes vacuum esse, dicunt locum: vacuum enim est locus sine corpore: ex his igitur existimatur locus esse aliud a corporibus, & ꝙ omne corpus sensibile est in loco. Et existimatur ꝙ Home. etiam bene dixit in suis versibus, quod inane fuit primo; & sermo eius est talis: in principio fuit inane, & postea terra ampla, & spaciosa: & dixit hoc, quia intendebat quod primo necesse est locum esse entibus, quia existimabat illud, quod vulgus existimat, scilicet quod omnia entia sunt in aliquo vbi, & loco.

6 Ista est tertia, famosa ratio etiam: & accidit ei ꝙ fuit non vera, sicut accidit duabus præcedentibus quod fuerunt, cum hoc, quod fuerunt famosę, verę etiam. dicere enim vacuum esse, & ꝙ est locus sine corpore, est famosum propter existimationem, & est necessarium in existimatione eius, qui generant mundum secundum totum. s. existimare vacuum pręcedere: necesse est enim vt locus præcedat corpus: &, cum totum est generatum, sequitur vt vacuum præcedat generationem totius. Et ideo loquentes nostrę legis dicunt vacuum esse, quia generant mundum, & quia existimatio est communis omnibus generantibus mundū secundum totum, ideo dixit Homerus ꝙ inane, idest vacuum fuit primo, &c. D. d. & dixit hoc, quia intendebat, &c. id est & iste versificator dixit hoc, quia existimabant illud, quod vulgus existimat, s. ꝙ entia omnia indigent loco, quia existimāt, quoniam, cum id, quod non est ens, non est in loco, sequitur quod illud, quod est ens, est in loco. Et ista est quasi quarta ratio famosa: & acidit ei quod fuit falsa: & hoc est vnum eorū, quæ mouent Homerum ad dicendum hoc: tamen maxime inducit ipsum ad hoc existimatio communis omnibus, scilicet quod vacuum debet præcedere generationem mundi. & hoc est vnum eorum, quibus Aristo. destruit corpus generari simpliciter: quoniam sequeretur vacuum præcedere ipsum, & vacuum esse apud ipsum est famosum, F

Vacuū esse est famosum propter existimationē, & necessariū eis, qui generāt mūdū secūm totum.

Si autem huiusmodi est, mirabilis quidem potentia loci, & prima omnibus: sine quo nanque nullum aliorum est. Illud autem sine aliis, necesse est primum esse. non enim perditur locus his, quæ sunt in eo corruptis.

Si igitur ista est dispositio loci, mirabilem habet potentiam, quoniam pręcedit omnia entia. Illud enim, extra quod imposibile est vt alia sint, & potest esse sine illis, necesse est vt sit primum: locus enim non corrumpitur cum corruptione eius, quod est in eo.

7 Si igitur dispositio loci est talis. s. quia est necessarius in esse omnium entium, vt antiqui dicebant, mirabilem haber potentiam: est enim prior naturaliter omnibus entibus. alia enim entia secundū hoc non possunt esse sine ipso, ille vero potest esse sine illis: & quod est tale est prius naturaliter. Et sic debet legi: & potest esse sine illis, quoniam locus non corrumpitur per corruptionem eius,

Illud est prius naturaliter, qď pōt ēe sine aliis,

A quod est in eo: ergo necesse est vt sit primum, id est prior naturaliter, non secundum naturam, sed secundum tempus.

At vero habet dubitationem, si est, quid est, vtrum enim moles quædam corporis, aut quædam altera natura. Quærendū est enim genus ipsius primum: distantias quidem habet tres, longitudinis, profunditatis, & latitudinis, quibus determinatur corpus omne. Impossibile autem est corpus esse locum: in eodem enim vtique essent duo corpora.

& alia nō [illegible] 5. me. ca. de [illegible] locū [illegible].

Sed in ipsum esse sunt loca dubitabilia. quęritur enim vtrum sit corpus, aut alia natura. Perscrutandum est enim de suo genere, primo quid sit. dicamus igitur quod locus habet tres dimēsiones longitudinis, scilicet & latitudinis, & profunditatis, & ista terminant quodlibet corpus. Et est impossibile locum esse corpus: sequitur enim duo corpora esse in eodem loco.

Cum induxit rationes famosas in esse loci, incœpit numerare etiam res famosas negantes ipsum esse. Et dixit, sed in ipsum esse sunt loca dubitationis. B Deinde incœpit numerare illa, & dixit, quæritur enim, &c. id est quæritur enim vtrum corpus sit, adeo, ꝙ corpus sit locus corporis, scilicet adeo, ꝙ sit aliquod corpus, quod dicitur in respectu alterius corporis. locus enim est locus locati, aut est alia natura a corpore: quoniam primo oportet perscrutari de genere, sub quo collocatur locus, quid sit. res enim, quæ sunt ignoratæ definitionis, perscrutandum est primo de genere earum, & post de differentia, quando vtraq; pars definitionis fuerit ignorati esse, scilicet genus, & differentia: sicut est dispositio in loco. Deinde incœpit perscrutari de hoc, & di. dicamus, &c. id est, dicamus igitur, quoniam existimatur locus esse corpus non aliud, quoniam existimatur ꝙ locus habet tres dimensiones, longitudinem, scilicet & latitudinem, & profundum: & omne quod habet tres dimensiones, est corpus: ergo locus est corpus. Deinde induxit impossibile, quod sequitur ex hac positione, & dixit sed est impossibile vt sit corpus, &c. id est sed est impossibile locū esse corpus. contingit enim duo corpora esse in eodem loco secundum penetrationem: quoniam continget vt dimensiones corporis locati penetrent dimensiones loci: quod est impossibile.

Res, q̄ sunt ignoratę diffinitionis p̄scrutandum est primo de gn̄e earū, & post de dr̄ia, qn̄ vtraque pars definitionis ignota fuerit, scilicet genus, & differentia.

a Om̄e, qd̄ habet tres dīmensiones, ē corpus Idē primo cœ. t. cō. 2.

Amplius, si locus vere est corporis receptaculum, manifestum quoniam & superficiei, & reliquorum terminorum: eadem enim consonat C ratio: vbi nāque erant prius aquæ planities, erunt iterum quæ sunt aeris: at vero differentiam neque vnam habemus puncti, & loci puncti: quare, si neque ab hoc est locus alterū, neque aliorum nullius, neque est aliquid præter vnumquodque horum locus.

Et etiam, si corpus habet locum, manifestum est quod planum etiā habet locum, & alia vltima, & quod illa eadem ratio sequitur in istis. Vbi enim primo fuerunt superficies aquę, illic etiam sunt superficies aeris: sed nulla differentia est apud nos inter punctum, & locum puncti. si igitur locus puncti non est aliud quam punctus, ergo neque locus alicuius aliorum est aliud ab eis, & locus nihil aliud est, quā quodlibet istorum.

Ista est quasi ratiocinatio per se destruens locum esse: & incœpit sermonem a syllogismo hypothetico continuo, dicente si corpus sit locus, &c. & intendit per planum superficiem, & per alia vltima lineam, & punctum, superficies, n.

est vltimum corporis. Deinde incœpit declarare continuationem istius syllogismi, & dixit vbi enim primo fuerunt, &c. i. illud enim, quod sequitur ex translatione in hoc, ꝙ corpus habet locum, idem sequitur in hoc qđ superficies habeat locum, & linea, & punctus. Syllogismus sic componitur: superficies, & vniuersaliter vltima corporum ita succedunt super idem, sicut corpus: & omne, qđ est tale, est in loco: ergo superficies, & vltima sunt in loco: deinde induxit conclusionem, & dixit sed non est differentia, &c. Et ista conclusio sequitur ex duabus ꝓpositionibus hypotheticis, & duabus cathegoricis. prima enim hypothetica est, quoniam, si vltima sunt in loco, punctus est in loco. Secunda vero, si punctus est in loco, locus puncti idem est cum puncto: & ista continuatio declarabitur per duos syllogismos cathegoricos. s. locus puncti est punctus: & punctus superponitur puncto: ergo punctus superponitur suo loco. Deinde coniungitur huic conclusioni, ꝙ superposita sunt vnum, & sequitur vt punctus, & locus eius est idem. Deinde induxit alium syllogismus hypotheticum, & est: si locus puncti non fuerit aliud a puncto, non est locus alicuius aliorum, superficiei. s. & lineæ aliud ab eo: deinde tacuit inconueniens, quod est, ꝙ, cum locus rei sit res, erit res in se: quod est impossibile. Et deceptio est in hoc sermone famoso, quia accipit illud, quod est per se, in loco eius, quod est per accidens. translatio enim superficierum, & vniuersaliter vltimorum, & vniuersaliter successio eorum super vbi, est per accidens: quod non est ita in corporibus: & ideo non sequitur, si corpus debet habere locum per suam translationem, vt etiam superficies habeat, nisi in primo aspectu, & secundum famam.

Documentum. Translatio supfícierũ, & vlr vltimorũ, & vlr successio eorum super vbi, est per accñs, Idem 5. ph. cõ. 22.

Quid enim forte & nos ponemus esse locum? neque elementum est, neque ex elementis possunt esse huiusmodi habentia naturam, neque corporeorum, neque incorporeorum: magnitudinem habet locus, corpus autem nullum. sunt autem sensibilium corporum elementa corpora: sed ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

Quid igitur ponetur locus esse? impossibile enim est vt locus sit elementum, aut aliquod ex elementis: & ista natura non est de corporeis, neque de incorporeis: de corporeis autem prædictum est, de incorporeis vero non, quia habent mensuram, corpus vero non: & elementa corporum sensibilium sunt corpora: & ex intelligibilibus non est mensura omnino.

Hæc est tertia ratiocinatio apparens, quæ facit dubitare inesse locum. habet
10 enim aliquis dicere quod, si locus sit, aut elementum, aut compositum ex elemento, & vtrunque est corpus: & locus vniuersaliter non est de natura corporea, neque de incorporea. de corporea vero non est, quoniam aut erit corpus, aut elementum corporis. sed non est corpus, quia tunc essent duo corpora in eodem loco: neque elementum corporis, nam elementum corporis est corpus: neque est etiam de natura incorporea, Verbi, gratia, intelligibilium. locus enim videtur habere quantitatem, & mensuram: & nihil, quod est de natura incorporea habet quantitatem: ergo, si locus est aliquid, non est de natura corporea, aut incorporea: quod est impossibile: & per hoc, quod dixit quod habet mensuram, declarat quod non est de incorporeis. Et in hoc sermone est ordo præposterus, & diminutio, & sic debet legi, neque de incorporeis. locus enim habet mensuram, & incorporea, quæ sunt intelligibilia, non habent mensuram. corporeus vero non est etiam: quoniam aut est corpus, aut elementum corporis: & non est corpus, neque elementum corporis: quia elementum corporis est corpus.

Nihil, quod est de natura incorporea, habet quantitatẽ.

Amplius autem, & cuiusnam aliquis ponet in his, quæ sunt, causam esse locum? neque enim causa ipsi vna inest de quatuor: neque

A enim eſt, ſicut materia eorum, quæ ſunt: neque ex ipſa conſtitutum eſt: neque ſicut ſpecies, & ratio eorum erit, neque ſicut finis neque mouet, quæ ſunt.

Et etiam propter quid oportet ponere locum entibus? Non enim eſt cauſa aliquo modo quatuor, Quoniam non eſt quaſi materia entibus (nihil enim videmus conſtitui per illum) neque eſt etiam quaſi forma, & ratio rerum, neque eſt complementum, neque etiam motor, qui mouet entia.

Hæc etiam eſt quarta ratio, quæ facit dubitare in loco. Et dicit etiam, ſi lo- 11
cus ſit, exiſtimatur eſſe aliqua cauſarum entium: quæ igitur cauſa poteſt poni de quatuor cauſis? materia vero non: quoniam ex materia eſt conſtitutio entium, ex loco vero nihil conſtituitur: & hoc intendebat, cum dixit, nihil enim videmus conſtitui per ipſum, ſcilicet per locum: neque etiam eſt in entibus quaſi forma. quoniam, ſi ita eſſet, tunc, quando corpus mutatur de loco in locum, corrumperetur: & ipſe poſt perfecte perſcrutabitur de hoc, ſcilicet ipſum eſſe materiam, aut formam. hoc enim exiſtimatum eſt, & maxime materia: deinde
B autem quod locus non eſt agens manifeſtum eſt per ſe: & poſt declarabitur quod eſt tanquam finis extrinſeca in corporibus ſimplicibus, non in compoſitis. Et intendit per hoc, quod dixit neque etiam eſt complementum, finis, quæ eſt forma, ſcilicet in re. formæ enim in rebus generalibus quodammodo ſunt formæ, & quodãmodo fines, vt prædictum eſt: & locus apparentiæ in hac ratione eſt, quoniam locus non eſt de genere cauſarum, ſed de genere ſequentium.

Formæ ĩ rebus gñabilibus quodam modo ſunt formæ, & q̃dammõ ſunt fines. idẽ.2. phy.te.c.70

Amplius autem & ipſe, ſi eſt aliquid eorum, quæ ſunt, alicubi eſt. Zenonis enim opinio quærit quandam rationem: ſi enim omne, quod eſt, in loco eſt, manifeſtum, quoniam & loci locus erit: & hoc in infinitum procedet.

Et etiam ſi eſt de entibus, vbi eſt? quæſtio enim Zenonis dat aliquã rationem, ſcilicet quod ſi omne ens eſt in loco, manifeſtum eſt, quoniam locus habebit locum: & ſic in infinitum.

Iſta eſt quinta: & eſt quæſtio Zenonis, & deceptio eſt in ea in duobus locis, 12
in maiori, ſcilicet propoſitione, dicente quod omne exiſtens in aliquo, eſt in loco,
C aut quod omne ens eſt in loco. ſecunda autem eſt dicens, quod locus eſt in aliquo. iſta enim eſt propoſitio æquiuoca & dicitur multiplex: vt poſt declarabit Ariſto. locus enim eſt in aliquo ſecundum quod accidens eſt in ſubiecto: & res eſt in loco, ſicut aqua in vaſe: & ideo antequam perſcrutetur de loco, perſcrutandum eſt ſecundũ quot modos dicitur aliquid eſſe in aliquo, ſicut facit Ariſt. poſt.

Amplius, ſi, ſicut omne corpus eſt in loco, ſic & in omni loco corpus, quomodo ergo dicemus de his, quæ augmentantur? neceſſe enim ſimul ex his augmentari locum cum ipſis, ſi neque maior, neque minor locus eſt vnicuique: Propter hoc quidem, ergo non ſolum quid eſt, ſed etiam ſi eſt, dubitare neceſſe eſt.

Et etiam, quemadmodum omne corpus eſt in loco, ita in omni loco eſt corpus, quid igitur dicemus in rebus, quæ creſcunt? ſequitur enim vt locus augmentaretur per ſuum augmentum, ſi locus cuius libet non eſt minus, nec maius ipſo. ex iſtis igitur oportet dubitare in ſuo eſſe, nedum in ſua quiditate.

13 Ista est etiam alia dubitatio. quoniam sicut existimatur, ꝙ omne corpus est in loco, & ꝙ nullum corpus est extra locum, ita existimatur etiam ꝙ locus non est extra corpus, & maxime vacuo negato: &, cum in omni loco est corpus, oẽs loca sunt plena corporibus sibi ęqualibus: cum sit notum de loco ꝙ non est minus, aut maius locato: &, quia multa corpora, quæ sunt in loco, crescunt, necesse est vt locus crescat cum cremento eorum. ex quo sequitur locum esse corpus: Et sequitur etiam vt totum augmentetur per augmentum vnius corporis: & sic contingit vt corpora penetrentur: &, cum numerauit illa, ex quibus accidit quæstio de loco, dixit ex istis igitur &c.

*In quo afferuntur ea, quæ faciunt dubitare de essentia loci. Cap. II.*

Locus alius cõis, alius proprius.

QVoniam autem aliud quidem secundum se, aliud vero secundum aliud dicitur; similiter & locus quidem alius communis, in quo omnia corpora sunt, alius vero proprius, in quo primo. (Dico autem communis, quoniam tu nunc es in cœlo, quia in aere: hic autem in cœlo & in aere, quia es in terra. Similiter autem & in hac, quia in hoc loco, qui continet nihil plusquam te) Si igitur est locus primum continens vnumquodque corpus, terminus quidam vtique erit: quare videtur forma, & species vniuscuiusque locus esse, quo determinatur magnitudo, & materia magnitudinis: hæc enim est vniuscuiusque terminus.

Et, quia quædam dicuntur per se, & quædam alio modo: & locus etiam alius est communis, & est ille, in quo sunt omnia corpora: & alius proprius, & est ille, in quo primitus est res, Verbi gratia quoniam te esse in cœlo, est, quia es in aere, & es in cœlo & aere, quia es in terra, & secundum hunc modum es in terra, quia es in tali loco eius, qui continet te, & circundat te solum, non maius. Si igitur locus est primum continens omne corpus, secundum quod est vltimum, existimatur propter hoc quod locus est forma, & creatio existens in qualibet re, per quam determinatur sua mensura, & materia suæ mensuræ: ista enim est finis vtriusque eorum.

Forma est vltimũ rei, quam continet, & terminat materiam eius. idem. 2. de

14 INtendit adiuuare opinionem dicentem locum esse formam, & creationem, & firmare ipsam, & similiter opinionem dicentem ipsum esse materiam: & fecit hoc, quia intendit cõtradicere iis, duabus opinionibus perfecte, & maxime dicenti ꝙ materia est locus. existimatur enim Platonem intendere hoc. Et dixit, &, quia quædam dicuntur per se, &c. id est, quia quædam dicuntur primo, & quædam secundo, id est quia quædam attribuuntur rei primitus, & quædam secundo, s. propter primum & hoc intendebat, cum dixit per se, & alio modo: & ista est dispositio loci: quoniam alius est communis, & alius proprius. non enim corpus attribuitur loco communi, nisi propter hoc, quod attribuitur proprio, Verbi gratia, quoniam dicere sor. esse in mundo, est, quia est in aere, qui est pars mundi: & dicitur ipsum esse in aere, quia est in suo continente ipsum, absque eo, ꝙ sit maius, aut minus ipso: &, cum hoc fundamentum fuerit positum, scilicet ꝙ locus est vltimum rei sibi æquale, existima

A tur quod locus est forma: quoniam forma est vltimum rei, quam continet, & terminat materiam eius etiam. Et deceptio in hoc sermone est duplex: quoniam finis dicitur de loco, & forma æquiuoce: & etiã argumentatio est de duabus affirmatiuis in secunda figura.

generatione te. com. 50. idẽ. hic. cõ. sequenti. & c.35. idem.3 phy. 56. & quę ibi.

Sic ergo considerantibus, locus vniuscuiusque species est: secundũ autem quod videtur locus esse distantia, magnitudinis materia: hæc nãque altera est a magnitudine. hæc autẽ contenta est sub specie, & diffinita, sicut sub plano & termino: est aũt huiusmodi materia, & in finitũ: cum aũt remoueãtur terminus, & passiones a sphera, derelinquitnr nihil præter materiam: vnde & Plato locum, & materiam idem dicit esse in Timęo: receptiuum enim, & locum, vnum, & idem. alio vero modo ibidem dicens receptiuum, in non scriptis dogmatibus locum, & receptaculum idem retulit

Cum igitur inspexerimus hoc modo, erit locus forma cuiuslibet rei: secundum vero quod existimatur quod locus est dimensio, quæ est mensuræ est materia. dimensio enim est aliud a magnitudine: & di-
B mensio est illud, quod continet formam, & determinat illud. V.g. illud, quod continet planum, & vltimum: & ista est dispositio materiæ, & eius, quod non est terminatum: cum enim auferes a materia vltimũ, & dispositiones, nihil remanebit, nisi materia. Et ideo dixit Plato in Timęo, quod materia, & locus sunt idem: illud enim, quod recipit mutationem, & locus sunt idem: sed illic disposuit illud, quod recipit mutationem alio modo ab eo, quo disposuit ipsum in suis opinionibus, quæ dicuntur sine titulo, sed iudicauit quod locus, & subiectũ sunt idem.

Vult declarare quod locus est valde similis materiæ, & ꝙ hoc induxit Platonem ad existimandum locum esse materiam: Et dixit secundum in vero quod existimatur, &c.i.qui autem existimat quod locus est tres primæ dimensiones, quæ primo existunt in materia, nihil habet pro loco, nisi materiam, quæ defert dimensiones. D.d.dimensio enim, &c.i.& causa in hoc: quoniam qui existimat dimensiones esse locum, debet existimare ꝙ materia est locus: & est causa quoniam dimensiones in se non sunt corpus determinatum: & forma est determinãs
C dimensiones, & materiam.s.quæ dat eis terminum, & vltimum. V.g.superficies continentes corpus: & sic existimatur ꝙ dimensiones sunt materia, quia conueniunt in hoc, quod determinantur a forma, & in se nõ sunt determinatæ. D.d.quoniam, cum tu aufers a materia, &c.i.& est necesse vt materia sit dimensio in potentia: quoniam cum abstuleris a materia vltimum, & figuram, nihil remanebit in ea, nisi dimensio non determinata, scilicet quæ est corpus in potentia: & cum saltem determinatur per vltima, scilicet per superficies, fit corpus in actu. Et debes scire ꝙ vidit Arist. ꝙ dimensio non separatur a materia in imaginatione, nedum in esse: qm̃ quando a materia auferũtur superficies, nihil remanet in ea, nisi dimensio: sed ista dimẽsio in ea est in potentia: &, cũ determinatur per superficies, fit dimensio in actu, s. corpus: &, cum auferuntur superficies, fit dimẽso in potẽtia: ergo proprium est materię vt habeat dimensionẽ in potentia: & locus antequã in eo existat locatum, secundũ Arist. & in veritate est dimensio in potentia. & propter hanc similitudinem existimauit Plato locũ esse materiã. Et, cum numerauit similitudines, quæ faciunt opinari locum esse materiam, dixit & ideo dixit Plato, &c. id est, &, propter hanc similitudinẽ inter locum, & materiã

15

Forma est determinãs dimensiões, & materiã. idem primo c.i.e.c substãtia orbis Documentum.

Nota hic ꝙ sint termini dimensionũ interminatarum.

existimauit Plato locum esse materiam, vt inuenitur in Timęo. dicit enim illud, quod recipit mutationem, & successionem formarum, quod est materia idem est cum loco, &c. in hoc non differt in suis libris a se, sed sermo eius diuersatur in definitione recipientis. Et narrauit hoc, ne aliquis existimet quod diuersitas sermonis eius in definitione recipientis est opinio diuersa in hoc.s. quod recipiens est locus apud ipsum: & dixit sed disposuit, &c.i. sermo eius nō diuersus est in hoc, ꝙ illud, quod recipit mutationem, & successionem formarum est locus, sed diuersatur in hoc, quia in Timęo definit recipiens alio modo ab eo, quo definit ipsum in suo libro, qui dicitur sine titulo. Et similitudo inter locum, & materiam est, quoniam materia est subiectum successionis formarum, & locus subiectum successionum corporum: & ideo existimatur ꝙ locus est materia.

Dicunt enim omnes aliquid esse locum, quid autem est, hic solus conatus est dicere. Merito autem ex his intendentibus, vtique videtur difficile esse cognoscere quid sit locus, siquidem horum quodcunque est, siue materia, siue species: hæc enim altissimam habent speculationem, & seorsum ab aliis non facile est ipsa cognoscere.

Omnes enim dicunt locum esse aliquid, quid autem sit, iste solus vir voluit narrare: & rectum est, vt recte qui considerat ex istis, existimat difficile, vt sciat locus quid sit, si fuerit alterum istorum, aut forma, aut materia: quoniam considerare de ipso inducit ad considerationem vltimorum, & quia cognitio istorum duorum, alterum absolutū a reliquo non est facilis.

16 Cum declarauit similitudinem inter locum, & formam, & materiam, & ꝙ hæc fuit causa in hoc, ꝙ Plato posuit materiam, & locum esse idem, incœpit declarare quantum habebant antiqui de hoc, & difficultatem accidentem apud cōsiderationem de substantia loci existimantibus locum esse materiam, aut formā. Et dixit omnes enim dicunt locum esse aliquid, &c.i. & omnes Antiqui nihil dixerunt de loco, nisi ipsum esse. Plato autem post illos solus quæsiuit narrare, quid sit locus, & diffinire ipsum. Et, cum notificauit illa, quæ inducunt ad opinandum ꝙ quiditas loci est materia, aut forma, narrauit difficultatem cōsiderationis de loco accidentem in hoc quærentibus scire quiditatem eius hoc modo: & quasi in hoc excusat Platonem, & dixit, & rectum est, &c.i. qui opinatur locum esse alterum istorum, scilicet materiam, aut formam, rectum est, vt sit difficile ei scire, quid sit locus. Deinde dedit causam in hoc, & dixit: quoniam considerare, &c.i. quoniam considerare de quiditate loci hoc modo inducit ad sciendum, quæ sunt vltimæ causæ entium. materia enim, & forma sunt prima principia simplicia entium: & scire quiditates principiorum vltimorum est difficile: & scire formam absque materia, & materiam absque forma, impossibile est. Et intendit ꝙ scire alterum non potest esse sine scientia alterius: & innuit non sciri ea: &, cum narrauit difficultatem accidentem considerantibus de quiditate loci hoc modo, incœpit narrare, ꝙ leuiter posset sciri ꝙ locus nō est alterum istorum: vt declaret ꝙ ista difficultas, quæ accidit istis in loco est accidens.

Plato posuit materiā, & locū idē esse. Idem infra cōmē. 59.

Scire quiditates principiorum vltimorum est difficile, & scire formā absq; materia, & materiam absq; forma, impossibile ē. cōsimile primo phy. 69 & ibi.

At vero quod impossibile sit quodlibet horum esse locum non difficile est videre: species enim, & materia non separantur a re, locum autem contingit: in quo nā que aer erat, & in hoc iterum aqua, sicut diximus, fit, trasmutatis adinuicem aere, & terra, & aliis corporibus similiter: quare neque pars, neque habitus, sed separabilis est locus ab vnoquoque: & videtur huiusmodi aliquid esse locus, vt vas: est

enim

A enim vas locus transmutabilis, vas autem nihil est rei.

Scire vero quod locus impossibile est vt sit alterum istorum non est difficile: forma enim, & materia non separantur a re ab intentione, locus vero potest separari. locus enim, in quo fuit aqua, sicut diximus, erit in eo aer secũdum successionem, & similiter de aliis corporibus: necesse est igitur vt locus non sit pars, neque forma, sed est separatum a quolibet eorum, quæ sunt in eo. existimatur enim quod locus est.q.vas: vas enim est locus translatus, & vas non est aliquid ex re.

Dicit forma enim, & materia, &c. id est materia enim, & forma non separantur in actu, sed ratione. vnum enim eorum, quæ ponit naturalis est quod forma non separatur per se, scilicet nõ mutatur de materia in materiam, secundum qđ corpora mutantur de loco in locum, sed separatio eius a materia est corruptio, &, cum forma non separantur a materia in actu, neq; materia separatur a formis: & locus separatur a materia: ergo in secunda figura, locus non est forma. 17
B Et etiam qñ forma non separatur a materia: ergo vtraq; est pars corporis: & locus, non est pars corporis, cum sit separabilis: ergo locus non est alterum istorũ. Et dixit existimatur enim quod locus est.q. vas, &c. ad notificãdum quod manifesta est differentia per se inter collocationem rei ad locum, & collocationem formæ ad materiam: licet vtraq; collocatio demonstretur per hanc propositionem. In dicere enim aliquid esse in loco, est sicut dicere esse aquam in vase: & in nullo differunt, nisi sicut dixit vas est locus translatus, & locus est fixus: dicere vero quod figura est in scamno. & rationalitas in homine, est sicut forma ĩ subiecto. Et, cum induxit propositiones, ex quibus sequitur quod locus non est materia, neq; forma generaliter, incœpit terminare modum, ex quo sequitur quod locus non est forma, neq; materia.

Secundum igitur quod separabilis est a re, sic quidem non est species: secundum autem quod continet sic vtique alterum a materia: videtur aũt semper id, qđ alicubi est, & ipsum esse aliquid, & alterũ esse vnusquisq; ab ipso. Platoni igitur dicẽdum est, si oportet transgredientes dicere, quare non in loco & species, & numeri sunt: si vere
C participatiuum sit locus, siue magnitudinis, & paruitatis participatiuum, siue materiei, sicut in Timeo scripsit.

Secundum igitur quod est separatus a re, secundum hoc non est forma: & secundum quòd continet, secundum hoc non est materia: & semper existimatur in illo, quod existit in loco, quod est aliquid, & quod aliud est extra ipsum. Sed oportet dicere Platoni, si est rectũ pertransire modicum in sermone, quare formæ, & numeri non sunt in loco, si locus est commune, siue commune fuerit magnum, & paruum, siue materia, vt vocauit ipsum in Timeo.

Secundum igitur quod locus separatur a re, quæ est in eo, & forma non est separata, locus non est forma: & secundum quod locus continet illud, quod est in eo, materia autem non, non est materia: & potest aliquis quærere, cum locus non potest dici separari, nisi secundum opinionem dicentium vacuum esse, secũdum autem opinionem Arist, non separatur a locato, sed corrumpitur per corruptionem eius. vltimum enim aeris, in quo est aqua, qñ aqua transfertur ab eo, & intrat ipsum aliud corpus, corrumpitur illud vltimum, & fit illud: &, cum ita 18

Locus, secũdum opinionem Aristo. non separatũ a locato, sed corrumpitũ

per corruptionem. Separatio loci, & separatio formæ differunt.

sit, ista propositio est famosa, non vera. Et forte est differentia inter separationem loci, & separationem formæ, si vtraq; corrumpitur: qm̃ corruptio formæ est corruptio locati, & non sequitur, si locatum separatur a loco absq; eo, quod corrumpatur, vt locus separetur a locato absq; eo, quod corrumpatur. Et, cum declarauit modũ, ex quo apparet quod locus non est forma, & modum, ex quo apparet quod locus non est materia, dixit & existimatur semper, &c. i. & notũ est ꝙ illud, ꝙ existit in loco aliud est a loco, & quod locus est aliud extra illud: sed forma, & materia non sunt aliud extra rem, quæ est in loco, sed sunt partes ipsius. Et cum contradixit huic opinioni ex ipsa re, incœpit contradicere ei secundum vocem, dicentem, &, quia talis contradictio, scilicet quæ est secundũ sermonem nõ est necessaria, dixit: sed oportet dicere, &c. id est, sed oportet Platonem dicere, si est rectum pertransire in contradictione rem necessariam, quare formæ, & numeri non sunt in loco: contingit enim Platonem ponere quod formæ, & numeri sunt in loco. formæ enim, & numeri, & omnia apud ipsum habẽt rem communem: & ipse vocauit locum, rem communem, & siue commune fuerit apud ipsum magnum, & paruum, vt existimatur quod ipse dixit in quibusdam libris, scilicet quod hæc duo sunt quasi materia, & quod subiectum eorum est quasi forma, siue commune apud ipsum fuerit materia, id est, subiectum, vt existimatur in Timæo intelligere per commune. & hoc intendebat, cum dixit siue commune, &c. id est, siue res communis apud ipsum omnibus entibus fuerit magnum, & paruum: aut, siue subiectum fuerit magnum, & paruum, contingit enim concedere quod formæ sunt in loco: cum iam definiuit locũ, quod est commune, & concessit quod commune est omnibus entibus. & hoc contingit Platoni, nisi vocauerit locum, commune secundum transumptionem, quia assimilatur materiæ. & sic erit definitio rhetorica non demonstratiua: quocũq; modo igitur fuerit, non potest Plato vitare vitium.

Amplius quomodo ferretur in suum locum, si locus esset materia, aut species? impossibile enim est, cuius non est motus, neque sursum, neque deorsum, locum esse: quare quærendus in huiusmodi est locus.

Et etiam quomodo transfertur res ad suum locum, si locus sit materia, aut forma. impossibile enim est vt illud, cui nõ attribuitur motus, neq; superius, aut inferius, sit locus: locus igitur nõ debet quæri, nisi in eis, quibus attribuitur hoc.

19 Notũ est de loco, qđ est illud, ad qđ motus est naturalis, cum motum fuerit extra ipsum.

Per istam rationem declaratur quod locus non est materia neq; forma: notũ est enim de loco quod est illud, ad quod est motus naturalis, cum fuerit motum extra ipsum, vt motus lapidis ad medium, & ignis ad superius. Similiter est notum de loco quod differentiæ eius sunt superius, & inferius: &, quia manifestum est etiam quod materiæ, & formæ non attribuitur motus, cum res non mouetur ad illud, quod est pars ipsius: neque etiam attribuitur eis superius, aut inferius: ergo neque forma, neque materia est locus secundum secundam figuram. Deinde dixit locus igitur non debet quæri, &c. id est locus igitur non debet quæri, nisi in genere entium, cui attribuitur motus, & pars, s. superius, & inferius.

Si autem in seipso est locus (oportet enim si vere, aut forma, aut materia est:) erit locus in loco: transmutatur enim simul cum re, & mouetur & infinitum, & species non semper in eodem, sed vbi vtiq; est res: quare loci erit locus.

Et, si locus est in re: & hoc necesse est, si locus est forma, aut materia: necesse est vt locus sit in loco: transmutatur enim cum transmutatione rei, & mouetur per suum motum forma, & interminatum,

A & non sunt semper in eodem loco, sed vbi est res: ergo necesse est vt locus habeat locum.

Ista est tertia ratio, & dixit, & si locus est in re, id est, & si est pars locati, aut corporis. Deinde dixit, & hoc est necesse, &c. id est, & hoc est necesse secūdum ponentes locum esse formam, aut materiam. vtraq; enim istarum est pars rei locate; & hoc secundum qualitatem, non secundum quantitatem. Deinde dixit necesse est ex hoc vt locus sit in loco, id est sequitur ex hac positione impossibile, scilicet ꝙ locus indigeat loco: qm̄ contingit in isto loco illud, quod cōtingit in primo, & ita procederetur in infinitum. quod est impossibile: aut dicamus ꝙ manifestum est per se, ꝙ locus non habet locum. Et, cum narrauit impossibile sequens ex hac positione, incœpit declarare modum, ex quo contingit impossibile, & dixit, transmutatur enim, &c. i. sequitur, enim ex hac positione, vt locus transferatur per translationem locati. & d. quoniam, secundum ꝙ locus est pars rei, siue materiæ, siue formæ necesse est vt moueatur per motum rei, qm̄ materia, & forma mouentur per motum rei. D. d. interminatum, s. materia. D. d. & non sunt in eodem loco, s. materia, & forma, sed vbi est res, id est, corpus cōpositum ex materia, & forma. Sed potest aliquis quærere, & dicere ꝙ iste sermo componitur ex propositionibus, quarum prima est, ꝙ forma, & materia mouentur per motum corporis compositi ex ambobus. Secunda aūt est, qm̄ secundum quod mouētur, indigent loco. Tertia vero est, ꝙ, si altera earum est locus, necesse est vt locus habeat locum. Secunda aūt, & tertia sunt vere. Prima vero non. sequitur enim ex ea ꝙ forma, & materia sint in loco: ꝙ non dicit Aristo. declarabit enim in sexto, ꝙ omne transmutabile est corpus: & cum ita sit, materia igitur, & forma non mouentur nisi per accidēs: ergo, si indigent loco, est per accidens: & est non impossibile vt locus habeat locum per accidēs: ex hoc igitur apparet ꝙ ista contradictio non est vera, neq; essentialis. Sed quia illud, qđ est per accidēs, est duobus modis, scilicet semper, & raro, videtur ꝙ illud, quod est semper, intret quoquo modo in numero demonstrationum verarum, non essentialium, quæ dicuntur demonstrationes dialecticæ: & ista cōtradictio est huius generis sermonum: materia enim, & forma, licet moueantur per accidens, s. secundum ꝙ sunt pars moti, tamen motus accidentalis inuenitur in eis semper cum motu corporis: ex quo sequitur vt inueniatur ī eis semper locus, licet per accidens. sequitur igitur, si fuerit locus, ꝙ locus habeat locum semper, & necessario, scilicet formam, & materiam, licet per accidens: sed est manifestum ꝙ locus non habet semper locum, neque per se, neque per accidens, nisi sit de genere accidentis, quod accidit raro, &, qm̄ acciderit vltimo continenti rem, moueri per motum corporis, cuius est vltimum, tunc igitur potest attribui loco motus per accidēs, sed illud accidens est raro: ex hoc igitur modo iste sermo potest esse de numero sermonum contradicentium demonstratiuorum. Et Alexan. respondet, qm̄, cum fuerit positum ꝙ forma, aut materia est locus: & locus est de quantitate, quia est æquale ei, quod est in eo: sequitur quod, cū transfertur, vt sit ęquale loco, in quem transfertur: & sic forma erit in loco per se. locus enim, qui est forma, aut materia, est æqualis corpori translato, s. habenti formam, & materiā: & corpus est æquale loco, in quem transfertur: & sic forma, aut materia, vtra earum sit locus, erit æqualis loco, in quem corpus transfertur, quia est æquale æquali ei, & omne, quod est æquale loco, est in loco essentialiter. Et hoc, quod dixit Alex. non est sine dubitatione: qm̄ locus, secundum quod est quantitas, non mouetur, sed locus, secundum quod est locus, per se est non mobilis naturaliter, & essentialiter.

Materia, & forma sunt partes rei secundū qualitatē, non secundū quantitatem.

Materia, & forma mouētur per motum rei.

B Digressio.

Solutio.

Illud, qđ est per accidēs, est duobus modis, semper, & raro. Sed vide oppositum. 8. phys. cō. 36. ubi habet ꝙ illud, qđ est per accidēs, non est necessarium, neque semper &c.

C Cōtra Alexan.

Amplius, cum ex aere aqua fiat, perditus est locus, non enim in eodem loco fit corpus: quid igitur corruptio?

Et ēt, cum ab aere fit aqua, destruetur locus: nō enim est possibile vt corpus fiens sit in illo eodem loco: quid igitur corrūpit ipsum?

21 Iste sermo videtur esse contradictio propria dicentibus locum esse formam, & intentio huius sermonis est talis:& etiam, cum dixerimus locum esse formã, & posuerimus aquam fieri ab aere, contingit vt locus corrumpatur, qui est forma aeris, non est possibile vt aqua facta sit in loco aeris, qm̃ forma eius est alia a forma aeris:& iam diximus quod forma est locus. Contingit igitur dicẽtibus hoc cum alijs impossibilibus dare causam, propter quam debet locus corrumpi in motu locali, sicut forma corrumpitur in generatione, s. cum aqua succedit aeri, & non generatur ex eo, & maxime, si locus fuerit æqualis, & accidit hoc, vt translatio sit corruptio, & propria. Et potest esse contradictio dicentibus locum esse materiam, & sic intentio erit talis, & etiam notum est, qm̃, quando ex aere demonstrato fiet aqua, quod locus aeris primus corrũpitur per suam transmutationem ad locum aquæ, factum primum, scilicet per suam diuersitatem in quantitate. impossibile enim est vt corpus factum sit in illo eodem loco, in quo fuit corpus, ex quo fit: nisi aliquis dicat quod locus est ei secundum speciem, non secundum numerum:& cũ ita sit, & locus est materia, continget dicentibus hoc, vt materia corrumpatur apud corruptionem formę aeris, & generationem formæ aquæ: quid igitur corrumpit ipsum? & materia, declaratum est quod neq; est generabilis, neq; corruptibilis.

Primo physico. tex. cõ. 82.

Ex quibus igitur necessarium est aliquid esse locum, & iterum ex quibus, dubitabit vtiq; aliquis de substantia ipsius, dictum est: post hoc autem accipiendum quot modis aliquid in aliquo dicitur.

Iam igitur numerauimus illa, ex quibus apparet ꝙ locus debet esse aliquid, & illa, ex quibus dubitatur in substantia, & esse eius: & oportet post narrare aliquid esse in alio, secundum quot modos dr̃.

22 Cum compleuit sermones famosos, ex quibus apparet locum esse aliquid, & sermones, qui faciunt dubitare in suo esse, fecit rememorationem de hoc, & narrauit illud, a quo debet incipere de loco, & est secundum quot modos dicit̃ aliquid esse in alio: quoniam istis modis determinatis apparebit modus, secundũ quem dicitur aliquid esse in loco, & dissoluentur plures quæstiones accidentes in hoc. Et dixit: in substãtia, & esse eius: qm̃ dubitare in esse eius accidit apud considerationem, & de substantia, & quiditate eius: per illa enim, quæ existimatur primo aspectu esse substantia loci, quia, qñ perscrutatur de eis, videntur non esse substantia eius, existimatur locus non esse aliquid.

*Quot modis dicitur aliquid esse in aliquo, & vtrum aliquid possit esse in seipso.* Cap. III.

VNO quidem igitur modo, sicut digitus in manu, & omnino pars in toto est: alio autem, sicut totum in partibus: non est enim præter partes totum: alio modo, sicut homo in animali, & omnino vt species in genere: alio vero, sicut genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione: adhuc sicut sanitas in calidis, & frigidis, & omnino species in materia: adhuc, sicut in regem res, quæ sunt gręcorum, & omnino motum in primo motore: amplius, sicut in optimo, & omnino sicut in fine: hoc est autem, cuius causa fit: omnium autem maxime proprium est, sicut in vase, & omnino in loco.

Quot modis aliqd dicit̃ esse in alio.

Vnus igitur illorum modorum est, sicut digitus in manu, & vniuersaliter pars in toto: & alio modo, sicut dicitur totum in partibus

A non enim est totum nisi partes eius, & alio modo, sicut homo in animali; & vniuersaliter sicut species in genere; & alio modo, sicut genus in specie, & vniuersaliter pars speciei in sua definitione. & etiam sicut sanitas in rebus calidis, & frigidis, & vniuersaliter forma in materia, & etiam sicut dicis q̧ constitutio dispositionum græcorum est in rege, & vniuersaliter in primo motore: & etiam secūdum quòd est in bono, & vniuersaliter in fine intento, & hoc est illud, propter quid: & dignior omnium istorum, & magis principalis est aliquid esse in vase, & vniuersaliter in loco.

ISTI modi, quos hic numerauit, sunt vniuersaliter octo, quatuor secundum totum, & partem, & vniuersale & particulare, & quatuor secundum quatuor causas: sed dimisit materiam, quia est propinqua parti in toto, & speciei in genere: quatuor igitur primi sunt, pars in toto, & econuerso, & in particulare in vniuersali, & econuerso: quatuor autem secundi sunt forma in materia, & materia in composito ex materia, & forma, & res in agente, & in fine; & omnia ista 25
B dicuntur transumptiue: sed illud, quod dicitur vere, & principaliter est res in vase, & in loco, & alia dicuntur secundum similitudinem istius. & propinquior illorum huic est forma in materia, deinde pars in toto, deinde particulare in vniuersali. ista enim assimulantur ad aliquid esse in vase: totum vero in suis partibus assimilatur formæ in materia, est igitur simili, & similiter vniuersale in particularibus, & remotius est res in suo agente, & suo fine, vt diximus bonum in rege, & bonum in fortuna. Et numerauit istas intentiones ad distinguendum naturam, de qua perscrutatur, & est aliquid esse in loco, & aliquid esse in vase. videtur enim quod dicere aliquid esse in loco, & aliquid esse in vase sit in eodē ordine, sic primæ positiones idiomatis. & ideo numerauit hęc duo, quasi vnum, & accepit alterum, scilicet aliqua esse in vase, in expositione alterius, scilicet aliquid esse in loco, vt notius accipiatur in expositione latentioris, secundum famositatem.

Dubitabit autem aliquis, vtrum vnum, & idem aliquid in seipso cō tingit esse, aut nihil, sed omnia aut nusquam, aut alio esse dupliciter autem hoc est, aut secundum se, aut secundum alterum. Cum enim sint quidem partes totius, & hoc in illo, & illa in hoc dicetur totum
C in seipso: dicetur enim & per partes, vt albus, quia superficies alba, & sciens, quia ratiocinatiuum: amphora quidem igitur non erit in seipsa, neq; vinum, vini autem amphora erit: quod nāq; est, & in quo est, vtraq; eiusdem partes sunt.

*Idem in seipso esse dupliciter potest contingere, aut scd̄m se, aut secundū alterum.*

Et dubitatur etiam, vtrum est possibile etiam aliquid esse in se, aut nihil est in se, sed res aliqua aut oē, nō est in vbi oīno, aut est in alio: & hoc duobus modis, aut per se, aut per aliud. Cum igit̄ illud, in quo est aliquid, & illud, quod est in eo, fuerit partes totius, dicetur quod totum est in se: dicitur enim in eo illud, quod dicitur in suis partibus, Verbi gratia, quoniam dicitur album, quia superficies eius est alba, & dicitur sciens propter rationalitatem: & vas non est in se, neque vinum: scyphus autem vini est in se, quando homo vtitur nominibus transsumptiue: ipsum enim & illud, quod est in eo insimul, sunt partes eiusdem.

Cum numerauit modos famosos, secundum quos dicitur esse aliquid in ali- 24

**Artifex demõstratiuus distinguit oĩa ęquiuoca: qđ quõ sit intelligẽdũ vide cõ. pri. tertij & etiam quintimet.**

quo, secundum quod artifex demonstratiuus distinguit nomina ęquiuoca, incœpit perscrutari etiam de quodã modo significationis, qui vsitabatur apud eos: dicebant enim aliquid esse in se, Verbi gratia, hominem esse in se, & dolium in se: & quia iste modus erat famosus apud eos, & est alius a numeratis, & facit existimare aliquid esse in se, & sic locus rei non esset aliud ab ipsa re. Dixit & dubitatur, &c. id est quoniam, si aliquid non fuerit in se, contingit alterum duorum necessario, aut vt nihil sit in loco omnino, aut vt sit in alio. Deinde dixit & hoc duobus modis, aut per se, aut per aliud: & hoc est principium perscrutationis de aliquid esse in se, id est aliquid esse in se intelligitur duobus modis, quorum vnus est, vt aliquid sit in se primo, alius autem est, vt dicatur ipsum esse propter suam partem. Et, cum narrauit quod illud, quod intelligitur ex hoc, est duplex, incœpit declarare modum possibilẽ, ex istis duobus, & est aliquid esse in se, non principaliter, sed secundario, scilicet propter suam partem, & dixit cum igitur illud, in quo est, &c. id est cum igitur fuerint duo, quorum vnum existit in altero, quæ duo sunt partes alicuius vnius, quod est totum eorum, & hoc totum fuerit nominatum a nomine partis, dicitur tunc illud esse in se. Et, cum narrauit hoc, declarauit modum famosum secundum vsum, qui est possibilis in talibus rebus, in dicendo aliquid esse in se, & dixit. dicitur enim in eo illud, quod dicitur in suis partibus, &c. id est & est possibile in talibus dicere aliquid esse in se transumptiue. quando enim totum disponitur per illud, per quod disponitur pars, Verbi gratia, quoniam dicitur corpus album, quia superficies est alba: &, si ipsum totum non est album: & similiter dicitur homo sciens, si non secundum totum est sciens, sed secundum partem rationalem tantum, & dicitur infirmus gratia alicuius membri: &, cum ita sint, duæ partes, quarum altera est in reliqua, fuerint partes alicuius vnius, quod est totum, possibile est vt illud totũ disponatur per illud, per quod disponuntur illæ partes: &, quia disponuntur illæ partes per hoc, quod altera est in altera, possibile est vt totum disponatur per illam dispositionem, qñ totum nominatur nomine partis. V. g. quoniã, cum rationalitas inuenitur in corpore hominis, & rationalitas, & corpus sunt partes hominis, & homo disponitur per rationalitatem, possibile est dicere rationale esse in se. Et intendit, quoniam, cum pars dicitur esse in toto, & totum dicitur esse illud, quod dicitur esse pars, possibile est totum dici esse in se, id est, in suo toto, vt dicitur homo esse infirmus ratione partis, V. g. oculi. Deinde dixit scyphus igitur, &c. id est, dicere autem aliquid esse in se principaliter nõ, sed dicitur propter partem, Verbi gratia, quoniam, vas in quo est vinum, non dicitur esse in se, neq; vinum, quod est in vase, dicitur esse in se, quia non accidit ei, vt in eo sint duæ partes, quarũ altera est in reliqua, congregatum autem ex eis ecõuerso, V. g. dolium, aut scyphus dicitur esse in se, quoniam pars ex eis est in toto, & est in toto, quia est in secunda parte: & hoc non accidit, nisi vbi totũ nominatur a nomine partis. Et iste modus transumptiuus vsitatur in omnibus idiomatibus, s. vt aliquis dicat gratia suæ partis: sed ista transumptio non est vsitata apud arabes, scilicet dicere rationale esse in se, & si secũdum suum idioma deberet esse, quoniam totum apud eos disponitur per dispositionem partis.

Quando sunt duę partes, quarum altera est in altera, & fuerint partes alicuius vnius, quod est totũ, possibile est vt illud totũ disponatur p illud, per qđ disponuntur illæ partes: & hoc non accidit, nisi qñ totũ nominatur a noĩe partis: vt infra dicitur. Idem cõmen. seq.

Sic igitur contingit idem aliquid in seipso esse: primum autẽ non contingit, vt album in corpore: superficies enim in corpore, scientia autem in anima: secundum autem hoc sunt appellationes, cum partes sint sicut in homine: amphora autem, & vinum, cũ seorsum sint, non partes sunt. Simul autem cum sint partes, erit idem in seipso: vt album in homine, quoniam in corpore: & in hoc, quoniam in superficie: in hac autem non amplius secundum aliud est: & altera specie hæc sunt: & alteram naturam habet vnumquodque, & potentiam, vt superficies, & album.

A Secundum igitur hunc modum potest esse aliquid in se, principaliter vero non: superficies enim est in corpore, & scientia in anima: & secundum ista, quæ sunt partes, Verbi gratia, in homine erunt nomina: scyphus autem, & vinum, cum fuerint separata, nõ erunt partes, sed cum fuerint insimul. Et ideo, cum fuerint partes, erit ipsum in se: vt album ĩ homine, quia est in corpore eius: & est in corpore eius, quia est in superficie: ipsum autem esse in hoc, non est propter aliud: & hæc duo diuersantur in forma, & vtrumq; habet naturam, & potentiam aliam a natura reliqui, & a potentia eius, scilicet superficies, & album.

Dicit secundum igitur hunc modum, &c. id est propter hoc, quod aliquid disponitur per illud, per quod disponitur aliud, propter hoc quod disponitur aliquid per illud, quod inuenit̃ in illo primo. Deinde dixit, principaliter vero, &c. id est qm̃, albedo in corpore non est principaliter, neq; scientia in hoĩe, sed albedo principaliter est in superficie, & superficies in corpore, & scĩa in anima. Deinde dixit & scd̃m ista, &c. i. & in oĩbus inueniuntur duę significationes prima, s. & secunda, sicut in rebus. Deinde dixit, scyphus vero, & vinũ, i. vas aũt, in quo est vinum, & vinũ, cum fuerint separata, s. qñ vinum non fuerit in vase, non erunt partes alicuius vnius, sed erunt partes alicuius vnius, cũ fuerint insimul: & ideo, cum fuerint partes alicuius vnius, erit possibile vt illud vnũ, qđ est compositum, dicatur esse in se non principaliter, sed quia aliqua pars eius est in alia parte, vt dicitur quod homo est albus, & homo non est albus, nisi ꝓpter suam partem: albedo enim est in homine, & quia est in corpore, & in corpore, quia est in superficie. Deinde dixit ipsum aũt esse in hoc, &c. i. superficiem aũt esse in corpore nõ est propter aliud, sed est ei principaliter: sed impossibile est, vt superficies, & corpus, in quo est, sint idem, ita quod res inueniatur per se in se. sed res inuenitur per se in alio. superficies enim, v. g. & corpus, in quo est superficies, sunt duo in forma, & vtraq; habet naturam aliam a natura reliqui, & potentiam aliam a potentia eius. & similiter est dispositio albedinis cum superficie. albedo enim existit in superficie per se. Et, cum narrauit quod impossibile est aliquid esse in se, & aliquid esse in alio dicitur multis modis propter hunc modum vt prius numerauit, incœpit narrare quod impossibile est aliquid esse in se, aliquo modo eorum, quibus dicitur esse aliquid in aliquo. 25

C Neq; igitur inductiue considerantibus, nihil in seipso videmus secundum nullum determinatorum & ratione manifestum est quod ĩpossibile est: oportet enim vtraq; vtrumq; esse, vt amphorã & vas, & vinum esse, ẽt vinum vinum, & amphoram, si contingit quidem ipsum in seipso esse: quare, siquidem maxime in alterutris esset, amphora quidem acciperet vinum, non secundum quod ipsa vinũ est, sed inquantum illud vinum est: & vinum inerit in amphora, non inquantum amphora ipsum est, sed scd̃m quod illa amphora est; Igit̃ secundum quid esse quod alterum sit, manifestum est: alia nanq; ratio est eius, quod est in quo, & alia, illius quod est in hoc.

Ex isto tex. & seq. sumit̃ quod nihil est in seipso.

Et non inuenimus aliquid esse in se aliquo modo eorũ, quos determinauimus, cũ processerimus via inductionis: & declarabitur ẽt ex definitione, quod hoc est impossibile: scd̃m enim istum sermonẽ erunt ambo vtrũq;, V. g. qm̃ dolium erit vas, & vinum, & vinũ erit doliũ, & vinũ, sed si possibile aliquid per se esse in se: si igitur est pos-

ſibile aliquo mo do vt alterum eorum ſit in reliquo, dolium erit recipiens vinum, non ſecundum quod dolium eſt vinum, ſed ſecundum quod vinum eſt vinum, & vinum erit in dolio, non ſecundum quod dolium eſt vinum, ſed ſecundum quod dolium eſt dolium Declaratū eſt igitur quod hæ due intentiones ſunt diuerſæ in eſſe: definitio enim eius, in quo eſt res, eſt alia a definitione illius, in quo eſt.

26 Cum declarauit ꝙ impoſsibile eſt dicere aliquid eſſe in ſe, ſecundum hoc, qđ ſignificat aquā eſſe in vaſe, incœpit declarare ꝙ impoſsibile eſt aliquid eſſe in ſe aliquo modo eorū, Et dixit nō inuenimus aliquid eſſe in ſe, &c.i. &, cum nos induximus oēs modos, ſcđm quos dicitur aliquid eſſe in alio, erimus certi, ꝙ nihil eſt, quod dicitur eſſe in ſe. D. narrauit. & hoc etiam apparet alio modo ab inductione magis certe, ſ. ſecundum definitionem, Et dixit. & declarabitur et ſecundum definitionem, &c. id eſt, & declarabitur etiam ſecundum definitionē rei, quæ inuenitur in aliquo, & definitionem rei, in qua inuenitur, quod eſt impoſsibile vt aliquid ſit in ſe: ſecundum enim hoc aliquid, ſ. eſſe in ſe illud, quod eſt in aliquo, & illud, in quo eſt aliquid, vtrumq; eſt reliquum, adeo, ꝙ definitio vtriuſq; eſt definitio reliqui, & eſt manifeſtū neceſſario quod definitiones eorum diuerſantur. D. d. v. g. vt dolium ſit vas, & vinum, &c. i. v. g. qm̄ contingit dicere quod aliquid ſit in ſe, vt vas, in quo eſt vinum, ſit vas, & vinum inſimul, & vinum ſit vas, & vinū inſimul: quod eſt impoſsibile. D. d. ſi igitur eſt impoſsibile alio modo, &c. i. qm̄, ſi aliquid per ſe, oportet vt non recipiat illud, niſi ſecundum ꝙ definitiones eorū ſunt diuerſe, V. g. qm̄ dolium non recipit vinū, niſi ſcđm ꝙ vinum eſt vinum, non ſcđm quod eſt dolium, & vinum eſt in dolio, non ſecundum quod dolium eſt vinum, ſed ſecundum ꝙ dolium eſt dolium.

At vero neque ſecundum accidens contingit: ſimul autem duo corpora in eodem erunt: ipſa quoq; amphora in ſeipſa erit, ſi cuius natura receptiua eſt, hoc contingit in ſeipſo eſſe: & adhuc illud, cuius receptiuum eſt, vt ſi vinum vini, quod igitur impoſsibile ſit aliquid eſſe in ſeipſo primo manifeſtum eſt.

Neque etiam eſt poſsibile vt ſit per accidēs: contingit enim ex hoc vt duo inſimul ſint in eodem: dolium enim erit in ſe, ſi illud, cuius natura eſt recipiens fuerit in ſe: poſsibile eſt igitur vt aliquid ſit in ſe, & etiam illud, quod recipit, verbi gratia, quoniam illud, quod recipit vinum, eſt vinum. Manifeſtum eſt igitur ꝙ impoſsibile eſt, vt aliquid in ſe ſit principaliter.

27 Dicit. & impoſsibile eſt vt aliquid recipiat ſe per ſe aliquod accidēs ſibi, niſi ponatur ipſum recipere ſe eſſentialiter, vt declaratum eſt prius. contingit enim ex hoc vt recipiat in ſe duo inſimul, qm̄, ſi fuerit aliquid, quod habeat naturā, vt recipiat ſe per accidens in ſe, poſsibile eſt vt recipiat per accidēs illud, quod eſt in eo: quemadmodum, ſi recipit ſe eſſentialiter, recipiet aliud in ſe: & ſic dolium recipiet vinum, & ſe inſimul aliqua hora. ergo dolium erit dolium, & vinum inſimul, & adunabuntur: qm̄, quando aliquid receperit in ſe eſſentiam alicuius, adunabuntur duæ eſſentiæ neceſſario: & ſic res recipiet ſe: quod eſt impoſſibile, ſiue hoc fuerit poſitum eſſentialiter, aut accidentaliter, id eſt in aliqua diſpoſitione. Hæc eſt intentio iſtius capituli: & debet legi ſic. qm̄ dolium, & illud, ꝙ recipitur, eſt vinum: quoniam, ſit inueniatur aliquid, cuius natura recipit accidens per ſe, & poſsibile eſt vt aliquid ſit in ſe, & etiam illud, quod recipit & ſic contingit primum impoſsibile, quod eſt aliquid recipere ſe, Verbi gratia, quoniam recipiens erit vinum: quod eſt impoſsibile.

Hic vr̄ Cō. dicere quod impoſsibile eſt rem recipere ſe, ſiue per ſe, ſiue p

A Quod autem zeno opposuit, ꝙ si locus est aliquid, in aliquo erit, soluere non difficile erit: nihil autem prohibet quidem, in aliquo primo esse locum, non tamen in illo, sicut in loco, sed sicut sanitas quidē in calidis, vt habitus, calor autem in corpore est, sicut passio: quare non est necesse est in infinitum abire.

accidēs. Sed vide opposi tū de intellectu. 1. c. 8. 3, de anima.

Zeno autem ponebat quæstionē hoc modo, & dixit si locus est aliquid, necesse est, vt sit in aliquo, ergo locus non est. Et dissolutio illius non est difficilis, quoniam nihil prohibet, vt locus, qui dicitur primo, sit in alio, sed non secundum locum sed secundum quod sanitas est in rebus calidis secundum formam, & calidum in corpore secundum passionem, & corpus in loco secundum vas: & non sequitur ex hoc processus in infinitum.

Cum declarauit secundū quot modos dicitur aliquid esse in aliquo essentialiter, potuit dissoluere ex hoc, & opinione eius in loco, quæstionem zenonis, & similiter sermonē dicentiū locū esse materiā, aut formā. Et dixit, zeno vero, &c. id est, zeno vero negabat locum esse hoc modo: dicebat. n. quoniā, si locus est, necesse est, vt sit in aliquo: & omne, quod est in aliquo, est in loco: ergo locus est in loco. Deinde reuertetur interrogatio de hoc loco secundo, & sequitur, vt sit in loco tertio, sic in infinitum, & sic inuenientur loca in actu infinita: & cum hoc est impossibile, sequitur quod locus non sit. Deinde incœpit dissoluere hanc quæstionē, & dixit, & dissolutio illius nō est difficilis, &c. i. quoniā propositio, dicēs, qđ locus est in aliquo, est vera de primo loco. s. de primo corpore contento, & hoc intendebat cū dixit principaliter: sed dicere locū esse in aliquo, non est idē quod dicere corpus esse in loco, & aquam in vase, vt post declarabitur de loco. Deinde dicit sed sicut sanitas est in rebus calidis, &c. i. sed locum esse in aliquo est, sicut forma in subiecto, Verbi gratia, sicut sanitas in tēperantia calidi cum frigido, & sicut calidum, & frigidū in corpore: corpus vero in loco est sicut aqua in vase: terminus igitur medius, quo zeno vtebatur in syllogismo non est vnus: ergo non sequitur ex eo illud, quod existimauit sequi, scilicet loca esse infinita: & hoc intendebat, cum dixit: & non sequitur ex hoc procedit in infinitum. Et ista solutio est possibilis secundum Aristotelem, dicentem quod locus est superficies corporis continentis. Superficies. n. est forma in corpore: qui vero ponit locū esse dimēsiones existentes in quibus disponitur locatum, non potest euadere a quęstione zenonis: & ideo hoc est vnū eorum, quibus vtitur in destructione istius opinionis, s. dicentis locum esse inane, & vacuū, qđ est inter superficies vasis & nō ipse superficies vasis: sed qui ponit locum esse in corpore, & omne corpus est in loco, contingit ei necessario corpora esse infinita in actu, aut ponere quod corpus continens totum non est in loco essentialiter, & hæc est opinio Aristotelis. 28

Locum esse in aliquo est sicut forma in subiecto.

Documētū.

B

C

Illud autem manifestum est, quoniam nihil est vas eius, quod est in ipso (alterum enim primo, & quod est, & in quo est) nō erit vtique materia, neque species locus, sed alterum: illius enim aliquid hoc vtrunque est, & materia, & forma.

Et manifestum est ꝙ, cum vas non est illud, quod est in eo, cū illud, quod dicitur principaliter, est aliud ab eo, quod est in eo, locus non est materia, neque forma, sed aliud. Hæc enim duo sunt ex re existente in eis, scilicet materia, & forma.

Cum etiam declarauit ꝙ impossibile est, vt aliquid sit in se principaliter. i. primo & essentialiter, & aliquid esse in loco dicitur, sicut aqua dicitur esse in 29

vaſe, incœpit declarare quoniã contingit ex hoc, vt non ſit forma, aut materia. Et dixit & eſt manifeſtum, &c.i. & eſt manifeſtũ per ſe: quoniam cum dicitur aliquid eſſe in loco eſt ſicut dicere aquã eſt in vaſe: & vas non eſt aliquid ex eo, quod eſt in eo, ſed aliud: manifeſtum eſt quod locus non eſt aliquid ex illo, quod eſt in eo, ſed aliud: cum ſit declaratum quod illud, quod dicitur eſſe in loco eſſentialiter, & primo, eſt aliud ab illo, quod dicitur eſſe in eo: ergo locus nõ eſt materia, neque forma: materia enim, & forma vtraque eſt pars rei, quæ dicitur eſſe in eis, ſcilicet corpus compoſitum ex forma, & materia. Et compoſitio iſtius ſermonis eſt in ſecunda figura ſic: locus non eſt pars locati: & forma, & materia ſunt pars locati: ergo locus non eſt forma, neque materia. B

*In quo accedit ad determinandum veritatem de loco. Cap. IIII.*

HAE C igitur ſunt oppoſita: quid autem forte ſit locus, hinc vtique fiet manifeſtum: accipiamus autem de illo quæcunque videntur vere ſecundum ipſum ineſſe ipſi. Dignum igitur eſt locum eſſe primum quidem continens illud, cuius locus eſt, & nihil rei eſſe: amplius, primum locum neque minorem, neque maiorem eſſe: adhuc, neque deficere vnicuique, & ſeparabilem eſſe: adhuc autem, omnem locum habere ſurſum, & deorſum, & ferri natura, & manere in propriis locis vnumquodque corporum: hoc autem facere, aut ſurſum, aut deorſum. B

Tãtum igitur accidit in hoc de quęſtione: locus vero quid ſit hoc modo apparebit · & accipiamus de illo ab eis, quæ exiſtimantur re vera eſſe ei eſſentialiter. Dicamus igitur quod omnes conueniunt in hoc, quod locus primo continet illud, cuius eſt locus, & non eſt aliquid illius: & poſt, quod primus locus non eſt maius, aut minus illo: & etiam non eſt extra aliquod ſingularium, & ſeparatur ab eo: & cum hoc, eſt omne, de quo dicitur ſuperius, & inferius, & vnũquodque corporum transfertur naturaliter ad illud, & figitur in ſuo loco proprio. & facit hoc, aut ſuperius, aut inferius. F

50 CVM compleuit ſermones famoſos, ex quibus apparet locum eſſe, & ſermones, qui faciunt dubitare in ſuo eſſe, & diſſoluit quaſdam alias dubitationes, incœpit conſiderare de natura eius, ex rebus eſſentialibus ei, quæ ſunt manifeſtę per ſe: ex talibus poteſt aliquis ſcire ſubſtantiam eius, & ſoluere omnes quæſtiones accidentes in eo: illa vero, quæ inueniuntur in loco eſſentialiter, & primo, ſunt ſicut dixit quinque. Primum vero eſt, ꝙ locus continet locatum ita, ꝙ non eſt aliquid de locato: & in hoc differt a forma: forma. n. & ſi continet, tamen non eſt aliud a locato: & in hoc differt a vacuo: vacuum enim non continet. Secundum autem eſt, quoniam locus eſt æqualis locato. Tertium vero eſt, quoniam locus ſeparatur a locato: & in hoc etiam differt a materia, & forma: & hoc intendebat cum dixit & etiam eſt extra quodcũque ſingularium, & ſeparatur ab eis. Et in lib. Alex. habetur loco iſtius, & etiã nõ eſt extra aliquod ſingularium, & eſt ſeparatum: & hoc eſt magis verum, ſed nõ eſt notum per ſe de loco: illi enim, qui dicunt locum eſſe vacuum, ſeparant locũ a locato, & remanet locus in actu. & Alex. exponit hunc locum: quia Ariſto. intendebat ꝙ locus non excedit locatum: & exponit ipſum etiam ſecundum ſuum modum, & dicit ꝙ non accidit ei hoc, quod diximus, ſcilicet ꝙ non eſt notum per ſe de loco. Quartum vero eſt, quoniam differentiæ loci ſunt ſupe-

Illa, q̃ cõpetũt loco eſſentialiter, ſunt quinq;.

A rius, & inferius: & in hoc differt a vacuo: in vacuo enim non est superius, neq; inferius naturaliter. Quintum vero est, quoniam locus est illud, ad quod trãsfertur locatum naturaliter, & ꝙ ista translatio est quorundnm corporum superius, & quorundam inferius: & hoc etiam demonstrat ꝙ non est vacuum: & hoc intendebat, cum dixit: & facit hoc, i. facit translationem ita, ꝙ est causa finalis ei.

Suppositis autem his reliqua consideranda sunt: oportet autem tentare intentionem sic fieri, vt quicquid sit reddatur, & quæcunque opponuntur soluantur, & quæ videntur loco inesse, inerunt. & amplius, discholiæ causa, & oppositorum ipsorum erit manifesta. sic enim vtique pulcherrime demonstratur vnumquodque.

Oportet igitur nos ponere considerationem de cæteris, ita, quod ista sint posita nobis: & oportet nos quærere, vt perscrutatio nostra sit talis, vt per illam compleatur locus quid sit, ita, quod omnes quæstiones dissoluantur, & illa, quæ existimantur esse ei,
B sint, & appareat cum hoc causa difficultatis eius, & in quæstionibus accidentibus in eo: hoc igitur modo declarabitur sua definitio melius.

Cum declarauit quod oportet ponere principium perscrutationis de loco, a principijs notis naturaliter, deinde cum numerauit illa, incœpit declarare, cuiusmodi oportet esse definitionem, quam nititur dare de loco ex istis rebus: cũ hoc enim quod definitio dat quiditatem loco, debet habere tria propria, Quorũ vnum est, vt per illam dissoluãtur quæstiones accidentes in eo. Secundũ vero, vt per illam appareat causa esse rerum existentium in loco per sensum, scilicet causa omniũ accidentium sensibilium in eo: definitiones enim completę innatæ sunt reddere causam omnium accidentium existentium in re, sed non cõuertitur, scilicet quoniam non omne, ex quo redduntur causæ accidentium, est vera definitio: & ideo existimatur quod hæc est regula destruens definitiones, non verificans. Et hoc intendebat, cum dixit, & illa, quæ existimantur esse in eo sunt, scilicet de causis apparentium. Tertium vero proprium est vt ex definitione data appareat difficultas accidens in hoc. Et hoc est proprium definitionibus rerũ difficiliũ definiri: & ista tria necessaria sunt in definitione
C quęrẽda ĩ hoc loco: qm̃, si vnũ eorũ diminuit, aut omnino nõ erit definitio, aut si erit, nõ erit pfecta: & ideo dixit hoc ergo modo, &c. i. qm̃, perscrutando de tali definitione, & sciendo illa declarabitur quid sit locus bene, & perfecte.

31 Definitiones, q̃ dant qdditatem, debẽt habere tria propria. vide primo, de aïa. 11, 2. de aïa. 12, 26. 4. cœ. 2. Et primo de aïa. cõ. 31.

Primum igitur oportet intelligere, quod non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secundum locum: propter hoc enim, & cœlum maxime in loco opinamur, quia semper est in motu. huius aũt aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmentum, & decrementum: & nanque in augmento, & decremento transmutatur, & quod prius erat hic, iterum transmutatum est in maius, aut minus. Est autem quod mouetur, aliud quidem per seipsum actu, aliud vero secũdum accidens ipsius: eius vero, quod secundum accidens est, alia quidem sunt contingentia moueri per se, vt partes corporis, & in naui clauus, alia vero non contingentia, sed semper secundum accidens, vt albedo, & scientia: hæc enim sic transmutant locum, quia id, in quo sunt, transmutatur.

Nõ quęreretur locus nisi motus aliquis eẽt secundũ locũ.

Borũ, quę ꝑ accñs mouẽtur, alia per se moueri possunt, alia vero minime &c.

Dicamus igitur, quoniam sciẽdum est primo quod locus nõ esset perscrutandus de illo, si motus non esset in loco: propter hoc.n. existimamus cœlum proprie esse in loco, quia est semper in motu: & iste motus alius est translatio, & alius augmentum, & diminutio: res enim transmutatur secundum augmentum, & diminutionem. Illud igitur, quod hic erat translatum, attribuitur ad vbi minus, aut maius: motum autem aliud mouetur per se, & aliud mouetur per accidens: & illud, quod mouetur per accidens, aliud est, quod potest moueri per se, verbi gratia, membra hominis, & clauus in naui, & aliud non potest, sed semper mouetur per accidens, Verbi gratia, albedo & cognitio: ista enim non mutant sua loca, nisi quia illa, in quibus sunt, transferuntur.

31 Cum incœpit perscrutari de definitione loci, incœpit dicere primo illud, qđ mouit homines ad credendum locum esse, & est motus localis. Et dixit. proprie motum, & non quietem, licet vtrunq; significet locum esse: quia motus est notior quiete: quies enim est priuatio, & motus habitus: & dixit dicamus igitur, &c. i. sciendũ est ergo ꝙ causa in hoc, ꝙ homines credunt ꝙ locus est vnũ entium, de quibus perscrutandum est, est motus rei in loco: si hoc non esset, non perciperent ipsum esse. D.d. propter hoc enim, &c. i. quoniam, propter hoc, ꝙ cœlum mouetur, existimatur quod sequitur ex hoc, vt sit in loco: & dixit hoc, quia cœlum habere locum latet: existimatur enim ꝙ, illud quod mouetur in loco, debet mutare locum secundum totum, & cœlum mutat locum secundũ totũ: & ideo opinatus est Auic. ꝙ non habet motum in loco: & ponere ꝙ mouetur secundum partes, & modo mouetur secundum totum est inopinabile: & ideo zeno negauit ipsum moueri, vt post dicemus. Et, cum declarauit quod trãslatio fecit homines percipere locum esse, declarauit modos translationis facientis hoc, & dixit. & iste modus alius est, &c. i. illud quod erat translatum, &c. i. attribuitur ad vbi magnum, & paruum: & in quibusdam libris in loco attribuitur (legitur) transfertur. Et induxit hoc, quia hoc etiam debet præponi cognitioni de loco, scilicet quoniam locus alius est maior, & alius æqualis, & quod ipsum existere in maiori est propter suam existentiam in minori, scilicet in æquali, vt dictum est: & secundum hoc vocauit æqualem minorem locus enim impossibile est vt sit minor locato. Aut intendebat augmentum, & diminutionem in exemplari animalis: augmentabile enim mouetur ad maiorem locum, & diminutum ad minorem locum. Et, cum declarauit ꝙ motum, & motus fecerunt homines percipere locum esse, declarauit modos mobilium, vt distinguat ex eis illum modum, qui fecit homines percipere locum esse essentialiter, & dixit & motum aliud mouetur per se, &c. & intendebat per hoc innuere, ꝙ motum, quod de necessitate habet locum, est motum essentialiter, & ꝙ hoc fecit homines percipere locum esse. D.d. illud, quod mouetur per accidens, &c. i. quoniam membrum, quando diuiditur a corpore, potest moueri per se quiesciente corpore: quando autẽ mouetur per motum totius corporis, mouetur per accidens: & similiter, quando clauus in naui mouetur per motum nauis, mouetur per accidens, & quando mouetur diuisim a naui, mouetur per se: & iste modus moti per accidens est pars, cui attribuitur motus, propter hoc, quod attribuitur toti, quoniam id, quod mouetur per accidens, est duobus modis, sicut dixit. Vnus vero est, vt motus attribuatur parti propter hoc, ꝙ attribuitur toti: & istud motũ quidẽ per accidens potest moueri essentialiter, qñ pars diuiditur a toto, & fit totum per se. Secundus vero est, vt motus attribuatur accidẽti rei mote, vt cum attribuitur albedini, & nigredini, & tale motum per accidens impossibile est, vt moueatur in aliqua hora per se, cum accidentia, & vniuersaliter omnia, quæ sunt in substantia, non possint separari; & ista dispositio

Motus est notior quiete, nam motus est habitus, & quies est priuatio: ex quo videtur habitum notiorẽ esse priuatione. Sed vide instantiam. 8. phys. c. 27. Com. 43.

Translatio fecit cognoscere hoies locum esse. idem supra cõ. 3. & infra. 38. 61.

Pars, qñ diuiditur a toto, & fit totum, põt per

A est omnium formarum, quæ existunt in subiecto: & fuit dictũ de hoc modo moueri per accidens, sicut dixit: quoniam ista nõ dicũt mutare locũ, & moueri, nisi quia illud, in quo sunt, mutat locũ per se, & transfertur, sicut pars transfertur per translationem totius, & albedo per translationem corporis.

Quoniam autem dicimus esse in loco sicut in cœlo, quia in aere, hoc autem in cœlo est, in aere autem non omni, sed propter vltimum ipsius, & continens, in aere esse dicimus: si enim omnis aer locus, nõ æqualis erit vniuscuiusque locus, & vnumquodque locatum: videtur autem huiusmodi primum, in quo est.

Et dicimus aliquid esse in cœlo, intendendo ipsum esse in loco, quia est in aere, & aer est in cœlo, & dicimus ipsum esse in aere, non quia est in toto aere, sed quia vltimum eius, & illud, quod continet ipsum, est in aere: &, si totus aer esset locus eius, tunc locus cuiuslibet, & quodlibet non essent ęqualia: & hoc existimatur: & hæc est dispositio primi loci, in quo est res.

se moueri. Idem. 5. ph. c. primo. Accidentia, & vniuersaliter oĩa, quę sunt in substãtia, sicut forma ĩ subiecto, ĩpossibile est vt p se moueri possint. Idẽ 5. ph. cõ. 1. et 6. ph. co. 86.

B Vult declarare quid sit locus, ex illis principijs manifestis per se, & incœpit in hoc etiam a principio manifesto per se, & est, quoniam locus alius est primus, & alius secundus, & res est in secundo, quia est in primo. Et dixit: & quandoque dicimus, &c. i. & est manifestum per se de loco: quoniam quandoque dicimus aliquid esse in cœlo. i. in mundo, quia est in aere mundi, & est in aere, quia est in vltimo fine continente ipsum. Et, cum posuit ꝙ finis aeris, alia est propria rei, quæ dicitur esse in aere, & alia est communis, quæ continet ipsum, & aliud, V. g. finis totius aeris, incœpit declarare ꝙ ex quibusdã alijs propositionibus sequitur, vt locus non sit finis communis, scilicet ex propositione, dicente ꝙ locus debet esse æqualis, & dixit: &, si totus aer, &c. id est &, si totus aer esset primus locus rei, quæ dicitur esse in aere, tunc locus rei, & res, quæ est in eo, non essent æquales: sed existimatur hoc esse necesse, scilicet locum, & locatũ esse æqualia: & hoc intendebat, cum dixit, & existimat, id est, & scitur necessario. Et forte vocauit existimationẽ hæc, quia est de genere propositionum, quæ declarãtur per modicam persuasionẽ. Et forte fecit hoc, quia istis propositionibus accidit quod sunt famosæ, cum hoc, ꝙ fuerunt necessariæ: & multoties fecit hoc. Ari. Et compositio istius sermonis est sic in secunda figura. Primus locus est æqualis: Et aer secundũ totum non est ęqualis: ergo aer non est primus locus. Deinde dixit, & ista est dispositio primi loci, in quo est res, idest & ęqualitas est dispositio primi loci, qui est vltimi finis aeris continentis locatum: ex quo sequitur vt ista vltima sint locus non vltima communia. Et compositio istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in figura secunda: & forte fecit hoc, quia locum esse æqualem locato est proprium loco: & quando conuersio in talibus propositionibus est manifesta per se, possibile est enim vti in demonstrationibus: quoniam tunc potest reuerti ad primam figuram: quoniã, cum tales propositiones componuntur in prima figura, tũc maior propositio erit prædicabilis non secundum naturam: & ideo componitur in secunda figura. Sed forte conuersio in hoc non est manifesta per se, existimatur enim ꝙ inane, quod est inter vltimos fines aeris, est etiam æquale: & ideo inducit post alia principia, ex quibus declarat ꝙ non est inane: & secundũ hoc, cum dixit, & ista est dispositio primi loci, non intendit declarare ꝙ primus locus, scilicet vltimus finis aeris est locus in rei veritate, sed intendebat declarare ꝙ qui ponunt locũ esse vltimũ finẽ, conceditur ei hæc propositio, scilicet dicens locum esse æqualem, & non negatur ei, sicut accidit dicentibus locũ esse totum aerem: & intendebat per hoc notificare quod illa omnia principia non conceduntur omnia, nisi ponentibus locum esse vltimum finem aeris, & continentem locatum. 33

C

Cum igitur non diuiſum eſt continens, ſed continuum, non vt in
loco dicitur eſſe in illo, ſed vt pars in toto: cum vero diuiſum eſt, &
tangens in primo quodam eſt vltimo cõtinentis, ꝙ neque pars eius
eſt, quod eſt in ipſo, neque maius ſpatio, ſed ęquale: in eodem enim
ſunt vltima ſe contangentia: &, cũ continuum ſit, non in illo moue-
tur, ſed cum illo: diuiſum autem in illo: &, ſiue moueatur continẽs,
39 ſiue non, nihil minus. Amplius, cum non diuiſum ſit, ſicut pars in to
to dicitur, ſicut in oculo viſus, & in corpore manus: cum autem di-
uiſum eſt, vt in cado aqua, & in ſcypho vinum: manus .n. cũ corpo-
re mouetur, aqua autem in cado.

Cum igitur continens non fuerit diuiſum, ſed continuum, non dicemus quod illud eſt in eo, ſicut aliquid eſt in loco, ſed ſicut pars in toto: &, cum fuerit diuiſum, ſed continens, tunc eſt in vltimo continentis, ſicut aliquid eſt in primo loco, & hoc non eſt pars illius, in quo eſt, quod eſt in eo, neque maius, ſed æquale: quoniam vltima contangentia ſunt in eadem diſpoſitione: &, cum fuerit continuum, tunc motus eius non erit in eo, ſed cum eo: & cum fuerit diuiſum, mouetur in eo, & non mouetur cum eo, niſi continẽs moueatur, quod non dicunt: &, ſi non mouetur, & etiam cum non fuerit diuiſum, dicetur ipſum eſſe quaſi pars in toto. V.g. quoniam viſus eſt in oculo, & manus in corpore: & cum fuerit diuiſum, erit ſicut aqua in ſcypho, & vinum in dolio; manus enim mouetur cũ corpore, & aqua in ſcypho.

34 Cum declarauit ꝙ locus impoſsibile eſt vt ſit finis cõmunis locato, & aliꝫ: quoniam locus eſt æqualis, & finis communis non eſt æqualis: incœpit declarare etiam ꝙ iſte finis, qui exiſtimatur eſſe locus, ſcilicet cõtinẽs, et ęqualis, nõ eſt forma, neque aliquod cõtinuũ cum illo, quod eſt in eo, ſicut eſt diſpoſitio in parte cũ toto: & intẽdebat diſtinguere per hoc inter locatũ eſſe in corpore, qđ eſt vbi eius, & inter partem eſſe in toto, ex hoc ꝙ prius poſuit: quoniã aliquid eſſe in loco eſt ſicut aquam eſſe in vaſe. Et dixit cum igitur continens, &c.i. &, cum poſuerimus ꝙ locus eſt continens, & continens eſt duobus modis, aut continuum cum locato, aut diuiſum ab eo, ſed continens, cum poſuerimus ꝙ locus eſt continens continuum, V.g. ſuperficies corporis, tunc illud corpus nõ erit in loco continenti, ſicut aqua in vaſe, & ſi ſit verum, tunc ipſum eſſe æquale, ſed eſt quaſi pars in toto: & iam diximus ꝙ locus non eſt talis: & cum continens fuerit diuiſum, & contangens, tunc dicetur ꝙ locatum eſt ſicut aqua in vaſe, & quod eſt æquale. Continens igitur dicitur de tribus, de fine contangenti, & de non contangenti, & de forma: & æqualitas fallitur in fine non contangenti, & eſt vera de contangenti: & dicere aliquid eſſe in loco, ſicut aqua in vaſe, eſt verũ de fine contangenti, & non contangenti, & fallitur in forma: & facit differentiam inter locatum eſſe in corpore, quod eſt ſuum vbi, & inter partem eſſe in toto: ergo id, de quo vere dicuntur iſta tria principia, eſt finis contangens: & continens fallitur de inani, ꝙ eſt inter ſuperficies vaſis continentes aquam, quod imaginatur eſſe locus apud dicentes vacuum eſſe: ergo hæc tria principia non vere dicuntur niſi de fine continenti, Et forte illud, ꝙ cõgregatur ex eis eſt proprium fini contangenti, & conuertitur de illo, ita, quod cõcluſio ſi talis: locus eſt continens, & æqualis, & res eſt in eo, ſicut aqua in ſcypho: & quod habet iſtas tres diſpoſitiones eſt finis contangens: ergo locus eſt finis contangens: & ideo dixit poſt.

Continens dicitur de tribus.

A *Ponit propositiones ad notificandum quid sit locus. Cap. V.*

IAM igitur manifestum ex his, quid est locus: fere autem quatuor sunt, quorum necesse est vnum locum aliqđ esse: aut enim materia est, aut forma, aut spatium aliquod medium extremorum, aut extrema, si non est vllum spatium extra facti corporis magnitudinem: horum autem, ꝙ non contingat tria esse, manifestum est: sed propter id, quod continet, videtur forma esse: in eodem enim sunt extrema continentis, & contenti: sunt quidem enim vtraq; termini, sed non eiusdem: sed species quidē rei, locus autem continentis corporis.

**In eodē sunt extrema cōtinentis, & contenti.**

Apparet igitur ex hoc: quid sit locus: sunt enim quatuor, quorum locus, dignior est, vt sit aliquis eorum: est enim aut forma, aut materia, aut aliqua dimensio inter fines, aut finis, si nulla est dimensio præter dimensiones corporis, quod est in re. & manifestum est quod impossibile est vt locus sit aliquod istorum trium: sed propter continentiam videtur esse forma: fines enim continentes, & contenti sunt in simul: dicamus igitur, quoniam sunt ambæ fines, sed non fines eiusdem, sed forma est finis eius, quod cōtinetur, locus vero est finis corporis continentis.

B

DICIT Apparet igitur ex prædictis, & ex hoc, quod dicā quid sit locus: locus enim si est necesse vt sit vnum quatuor. s. aut materia, aut forma, aut inane, aut dimensio, quæ est inter superficies vasis: & hoc intēdebat, cū dixit aut dimēsio inter fines. i. inter superficies cōtinentes locatū, aut vt locus sit ipse superficies cōtinētes. D. d. si nulla fuerit dimēsio, &c. i. si non fuerint hic dimēsiones tres separatę, id est existētes per se, præter dimensiones corporis locati: dicentes. n. locū esse vacuum dicunt tres dimensiones esse non in subiecto, in quibus subijciuntur dimensiones corporis. Deinde dixit & manifestum est, &c. &, intendit per tria, formam, & materiam, & dimensiones, quę dicuntur vacuū: & ipse intēdit declarare etiā cum destructione vniuscuiusque istorum trium similitudinē inter vnumquodque eorū, & locū, vnde vnūquodque existimatur locum esse: & incœpit dare causam, ex qua existimatur quod locus est forma, & dixit sed propter continentiam, &c. i. sed propter hoc, quod locus existimatur continere, & forma existimatur continere etiam. s. superficies corporis locati, quia dicitur in definitione corporis, quod est illud, quod cōtinetur ab vna superficie, aut superficiebus. Deinde incœpit dare differentiā inter hunc finem, & finem, qui est locus, & dixit dicamus igitur, &c. id est, quoniam superficies corporis continentis, & superficies corporis contenti, licet cōueniant quod sunt finis, & superficies & continens, tamen non sunt finis eiusdē: quoniam forma est finis corporis, & eius terminus, locus autē est finis corporis continentis corpus habens formam. 35

C

**Cōtinere loci, & formę differunt.**

Sed ex eo, ꝙ mutať multotiés, manente cōtinente, contentū & diuisum, vt ex vase aqua, ipsum mediū esse aliquod vŕ spatiū, tanq̄ aliquid sit præter corpus, quod distat: hoc aūt non est, sed contingens incidit corpus eorū, quæ distant, & q̄ se tangere apta nata sunt.

Et propter hoc, quòd contentum diuisum multotiens continente mutatur permanente, Verbi gratia, aqua in vase, existimatur ꝙ est aliqua dimensio inter fines, & quòd est aliquid præter corpus, quod transfertur: & nihil est hic tale, sed cadit in ipsum quodli-

bet corpus, quodcũque corpus ſit corporum, quæ transferũtur, & nihil eſt hic tale & innata ſunt tangi. D

36 Cũ declarauit quod locus nõ eſt forma, neq; materia, & dedit ſimilitudinẽ, ex qua apparet qđ locus eſt forma, & diſſoluit illã, incœpit dare ſimilitudinẽ, ex qua apparet ẽt ꝙ locus eſt dimẽſio, quę eſt inter ſuperficies corporis cõtinẽtis extranei, V.g. dimẽſio, quæ eſt inter ſuperficies vaſis; iſta.n. eſt opinio magis apparens: qm̃ primũ notũ eſt ꝙ aliquid eſſe in loco eſt ſicut aquã in ſcypho: ſed vtrũ locus ſit ſuperficies ſcyphi, aut inane, qđ intelligit̃ inter ſuperficies ſcyphi, habet perſcrutationẽ: vr̃ enim quod ſignificatio vulgaris huius prępoſitionis in, qñ dicũt aliud eſſe in loco, eſt circa vacuũ, quod vulgus intelligit in vaſe: &, ſi fuerit demõſtratũ qđ nihil eſt vacuũ, tunc locus neceſſario erit cõtinẽs extraneũ: ſed, quia vulgus nõ percepit hoc, nõ poſuit hãc ſignificationẽ huius prępoſitionis in: & ideo iſta opinio eſt valde apparens. Incœpit igit̃ declarare ſimilitudinẽ, ſicut diximus, quæ fecit hoĩes credere locũ eſſe vacuũ.ſ. tres dimẽſiones, quę intelligũtur in vaſe extra ſubiectum. Et dixit, & quia cõtentũ, &c.i. & quia corpus, qđ continet fines cõtinens, qui eſt locus in rei veritate, trãsfertur qñq;, ſine manẽte nõ tranſmutabili, in quibuſdã rebus per trãslationẽ corporis, vt accidit aquę qñ transfertur a ſcypho.ſ. quando ſuperficies ſcyphi permanet, ſicut erat, quãdo aqua erat in eo; & exiſtimat̃ quod locus eſt tale.ſ. quod non transfertur per translationem locati: ideo exiſtimatur quod locus eſt vacuũ, & dimẽſio, quæ eſt inter ſuperficies corporis cõtinẽtis locatũ; & adiuuat ẽt hanc exiſtimationẽ hoc, quod, quando aer exit a vaſe, nullũ corpus remanet inter ſuperficies vaſis, ſicut dicit Ariſt. poſt. Deinde incœpit cõtradicere huic opinioni, & dixit, & nihil eſt hic tale, &c.i. & non ſunt hic dimenſiones ſeparatæ in vaſe, quæ remanent vacue, poſtquã corpus ſeparatur ab eis: ſed cum aliquod corpus ſeparat̃ a vaſe, ſtatim cadit in ipſum aliquod corpus, quodcunque ſit, aut aer, aut aqua, & non eſt hic corpus quod ſeparatur a corpore, ita quod inter illa ſit nõ corpus, ſed omnia corpora tangunt ſe, & non diuiduntur abinuicẽ: & hoc apparet de cãtaplora, & de alijs ꝙ dixit. Et dicit ꝙ, ſi eſſent hic dimenſiones, in quas caderet corpus locatũ, cõtingeret vt quilibet locus eſſet locus cuiuslibet corporis: & ſic ignis non eſſet ꝓpriũ ſuperiori, & terra inferiori. Et cauſa in hoc eſt: qm̃, [a] in dimenſionibus abſtractis, & vacuo non ſunt differentiæ, quibus diuerſantur, ſed natura earũ eſt cõſimilis: fines [b] aũt corporum diuerſantur ſecundum diuerſitatẽ naturarũ corporũ; & in eis inuenitur ſuperius, & inferius: [c] & omnia corpora mouẽtur ad ſua vltima propria, vt perficiantur per illa, & vt tangant illa. B

a In dimẽſionibus abſtractis, & vacuo nõ ſunt differentię, q̃bus diuerſant̃, ſed natura earũ eſt conſimilis, idẽ infra cõ. 42.

b Fines corporũ diuerſantur ſecundũ diuerſitatẽ naturarũ corporum Idẽ. 1. ca. de ſubſtãtia or. 2. cœli. 72. 3. cœ. 6. & 72.

c Oĩa corpora mouentur ad ſua vltima propria vt perficiantur per illa,

Si aũt aliquod eſſet ſpaciũ aptũ natũ, & manẽs in ipſo, infiniti vtiq; eſſent loci: diſtante.n. aere, & aqua, idẽ facient partes oẽs in toto, qđ nunc omnis aqua in vaſe: ſimul aũt & locus erit mutatus · quare erit loci alius locus, & multi loci ſimul erunt non eſt aũt alius locus partis, in quo mouetur, cũ totũ vas tranſmutatur, ſed idem: in quo enim eſt, mutatur aer, & aqua, aut partes aquæ, ſed non, in quo ſunt loco, qui pars eſt loci, qui eſt locus totius cœli. F

Et ſi eſſet aliqua dimẽſio naturata permanens in eadẽ diſpoſitione, tunc loca eſſent infinita: aqua.n. & aer, quando transferuntur partes, faciũt in toto, ꝙ aqua tota facit in vaſe: & cũ hoc locus erit trãslatum: & ſic locus etiã habebit alium locum, & erunt multa loca inſimul; & locus partis, in quo mouetur, quãdo trãsfertur totum vas, non eſt alius locus, ſed idem: locus enim, in quo eſt aer, & aqua, & partes aquæ, eſt ille, qui transfertur, non quia veniunt in illum locum, qui eſt pars in loco, quia eſt locus ex toto cœlo.

Iſta

A Istæ sunt aliæ rationes, ex quibus declarat quod impossibile est dimensiones esse separatas per se extra materiam, & formam, & omnia accidentia, sicut existimant dicentes vacuum esse. Et dixit & si esset hic dimẽsio naturata, id est, existens per se extra subiectum, id est, si tres dimensiones, quibus corpus definitur, existunt per se sine subiecto. D. dixit permanens in eadem dispositione, id est, non transmutabilis, neque translatabilis, secundum quod existimant opinantes hoc. D. dixit tunc loca essent infinita, &c. i. quoniam, si locus esset dimensiones abstractæ a materia, in quibus dimensiones corporis subijcientur, contingeret loca esse infinita: continget enim vt totum corpus locatum, & partes eius sint in loco essentialiter: quoniam, si locus sit tres dimensiones, in quibus subijciuntur dimensiones corporis, & corpus, & quælibet pars eius habet tres dimensiones, necesse est vt subiectio totius in loco sit admodum subiectionis partis: adeo quod quando aer, aut aqua, intrat in vas, subijcientur secundum tres dimensiones in tribus dimensionibus vasis, s. quæ sunt inane: & similiter contingit vt medietas aquæ secundum tres suas dimensiones subijciatur in tribus dimensionibus, quæ sunt medietas dimensionum primi loci, & sic de medietate medietatis, & sic proceditur in infinitum, ex quo contingit loca esse infinita cum hoc, quod contingit quod dimensiones partis subijciuntur etiam in dimensionibus, in quibus totum subijcitur, & sic erunt dimensiones in dimensionibus B in infinitum: pars enim indiget dimensionibus per se, in quibus existat sicut totum existit: & differt a toto dimensiones partis, quæ sunt suũ vbi, & indigent existere in dimensionibus totius, quæ sunt suum vbi, & ita, quod sint diuersę a dimensionibus totius. Et hoc intendebat cum dixit partes enim, &c. id est, qm̃ quemadmodum secundum totum aqua, quæ est in vase, indiget dimensionibus, in quibus subijcitur, ita partes aquæ indigent dimensionibus, in quibus subijciantur, quæ differunt a dimensionibus totius: quoniam, si dimensiones partis, in quibus subijcitur essent partes dimensionum, in quibus totum subijcitur, tunc pars non esset in loco per se, neque totum etiam: totum enim etiam est pars totius corporis continentis, & illud, corpus alterius corporis continentis ita, ꝙ sit pars totius mundi: & continget in dimensionibus, in quibus subijcitur totum, vt indigeant dimensionibus, in quibus subijciantur, & illę dimensiones alijs dimẽsionibus, & sic in infinitum. D. induxit etiam aliud impossibile, & dixit & cum hoc erit translatum, &c. i. & cum posuerimus dimensiones esse separatas, in quibus subijciuntur dimensiones corporis, continget vt locus moueatur essentialiter, & indigeat loco: quoniam cum vas trãsfertur de loco in locum, & in eo fuerit aqua, aut aer, continget necessario sicut vas secundũ totum mutat locum, C vt dimensiones, in quibus est aqua in uase mutent locum: & sic locus indiget loco: & cum transfertur ad alium locum, fient in eo aliæ dimensiones permanẽtes in vase, quæ mouentur per motum eius: & sic contingit vt in vase sint loca infinita, quia crescunt in vase per motum, & totum remanet, quia aqua remanet & similiter contingit etiam in partibus aquæ. Et hoc intendebat, cum dixit & locus partis, in quo mouetur, quando transfertur totum vas, non est alius locus, & similiter partes loci: & continget vt cum eo transferantur dimensiones, in quibus subijciantur aqua, & partes aquæ in vase: & cum transfertur continget, vt dimensiones, quæ sunt in vase, subijciantur dimensionibus, ad quas transfe[...]r vas: & sic locus mouebitur per se, & erunt multa loca insimul. D. dixit locus enim in quo est aer, &c. i. dicimus. n. secundum nostram sñiam, ꝙ vas, in quo est aer, aut aqua, aut partes aquæ, est illud, quod transfertur per se, & aqua existit in vno loco, qui est vas: non quia aqua, aut partes eius transferunt per se, per translationem vasis ita, quod sint in loco, qui est pars loci, ad quẽ transfertur totum vas, qui est pars loci totius mundi. Et hic sunt multa impossibilia manifestiora istis, quæ sequuntur ex positione dimensionum separatarum, q̃ post dicet Aristote. qñ loquetur de vacuo: sed ista impossibilia, quæ hic dixit, sequuntur ex positione dimensionis separatæ, non secundum ꝙ est dimensio separata, sed secundum quod ponitur locus. Et Alex. dicit in hoc capitulo quod est valde difficile, & exponit ipsum duabus expõnibus: dixit. n. quod, cũ dixit Ari.

37 & vt tãgãt illa. Idẽ. 1. cœ. cõ. & t. 24. idẽ hic ĩfra cõ. 42. 43. & 48. & cõ. 69.

Prĩa expõ Alex.

aqua enim, & aer, quando transferuntur, &c. forte intendit: quoniam, si locus esset dimensio, contingeret vt partes aquæ, quando aqua transfertur, agerent illud, quod agit aqua, quæ est in vase, qn vas transfertur, id est, quoniam dimensiones, in quibus partes subijciuntur, debent transferri cum ipsis partibus, sicut contingit, si aqua esset in vase in dimensione, vt dimensio, in qua est, transfertur cum vase: & dixit quod similitudo inter hæc duo, quæ fecit consecutionem, est, quia vtrunq; est pars totius, & pars non mouetur per se, scilicet quia aqua, quæ est in vase, est pars congregati, sicut pars aquæ translatæ est pars totius aquæ: & cum illud, quod contingit in vtraq; parte est idem, & vas, qn transfertur, & aqua existit in eo, transfertur cum eo dimensio, in qua est aqua, & contingit vt sit modo in alia dimensione, ita est de omnibus partibus cuiuslibet moti: &, cum ita sit, quodcunque corpus transfertur, necesse est vt per translationem eius transferantur dimensiones partium eius, & subijciantur in dimensionibus loci, ad quem transferuntur: & sic in illo loco congregantur duæ dimensiones vni parti similiter de alijs partibus: & deinde, quando secunda transfertur, transferuntur cum vnaquaque parte duæ dimensiones, & subijcientur in tertia dimensione: & sic vna pars in secunda translatione, scilicet in secundo loco habebit dimensiones tres: & sic quanto magis corpus mouebitur in loco, tanto magis habebit dimensiones: & sic vna pars habebit dimensiones infinitas insimul. Secunda expositio

Secunda expositio eiusdem.

est, & est manifestior, vt dixit & est vt contradictio sit de partibus corporis, quod est in vase tantum: hoc enim manifestum, scilicet quod si locus sit dimensio, quod necesse est ut cum aqua, quæ est in vase, per translationem vasis transferatur dimensio, quæ est in ipso: ex quo sequitur, vt aqua, quæ est in uase, habeat loca infinita: & hoc, sicut dixit, est manifestius, scilicet aquam quiescere essentialiter in vase, & moueri per accidens, quam partes esse in toto hoc modo: & etiam prima ratiocinatio non sequitur, nisi postquam ponitur partes moueri per accidens: & forte hoc non concedetur, nisi post concessionem eius, quod est locum esse continens: qui vero ponit dimensionem, quæ est inter superficies continentis

Laudat expositionem propriam.

esse locum, opinatur partes esse in loco essentialiter. Et ideo videtur quod nostra expositio est rectior, quia est fundata super hoc, quod partes sunt in loco essentialiter: & hoc sequitur ex sermone eorum: & impossibile, ad quod inducitur, est etiam manifestum, scilicet quod vnum translatum transfertur in locis infinitis: & secundum hanc expositionem induxit aquam in vase, vt appareat quod contingit eis quod pars debet esse in loco essentialiter, sicut aqua in vase est in loco essentialiter.

Et materia etiam videtur vtiq; esse locus, si in quiescente aliquis consideret & non separato, sed continuo: sicut enim, si alteretur hoc vtiq; nunc album est, olim autem nigrum, & nunc quidem durum, olim autem molle: vnde dicimus aliquid esse materiam: & sic & locus per hanc quandam videtur esse phantasiam: propter id quidem, quoniam quod erat aer: nunc hic aqua est: locus autem, quia vbi erat aer, nunc hic est aqua. Sed materia quidem, sicut dictum est in prioribus, neq; diuisa est à re, neq; continet rem: locus autem vtrumq;.

Materia neque diuisa ē a re, neque continet rē.

Et existimatur quod materia etiam est locus, quando consideratio fuerit posita secundum hoc, quod in quiescente est aliquod transmutabile absque eo, quod separatur, sed remanet continuum: vt in vase sit aqua, & non mouetur vas, & transmutatur aqua, & non est separata à vase, sed continua cum eo, & fiet aer absq; eo, quod separatur, sed remanente continuo: & quemadmodum in alteratione est aliquid, quod nunc est album, & prius fuit nigrum, & etiam quod

A nunc est durum, & prius fuit molle, ex quo dicimus materiam esse aliquid, similiter existimamus locum esse hoc modo imaginationis: sed illam existimamus propter hoc, quod illud, quod fuit aer, est nũc aqua: locũ vero existimamus esse: quia vbi fuit aer, illic nunc est aqua et materia, sicut diximus superius, non est separata à re, neq; continens ipsam; in loco vero est vtrumq;.

Cum posuit quod locus videt͛ eẽ aliquod quatuor, & quod non est aliquod triũ,
scilicet forma, aut materia, aut dimensio inter vltima corporis continentis, & de- 38
dit similitudines, quæ faciunt existimare vnumquodque eorum, & primo dedit
similitudinem, quæ facit existimare locum esse formam, & quæ facit existima
re locum esse vacuum, incœpit etiam dare similitudinem, quæ facit existimare
ipsum esse materiam. Et dicit & existimatur materiam esse locum, i. & simili-
tudo, quæ est inter motum translationis, & motum transmutationis, quæ est ge-
neratio, & corruptio est: quoniam vtrũque indiget aliquo, in quo fit transmuta-
tio: & ideo existimatur quod illud, in quo est transmutatio secundum genera-
tionem, & corruptionem, quod est materia, sit subiectum translationis, i. locus:
B & hoc existimatur, qm̃ aliquod corpus transmutatur in aliud in vbi quiescente
absque eo, quod separatur ab eo, sed remanet continuum cum illo vbi: vt aqua,
quæ in cyhpo, quæ transmutatur in aerem absq; eo, quod vas moueat͛, & absq;
eo quod aqua diuidatur a vase: quoniam subiectum istius transmutationis est insi-
mul cum vase, facit existimare ipsum esse locum. D. d. & quemadmodum in
alteratione, & c. i. & illud, quod mouit nos ad credendum materiam esse, & locũ
esse, est consimile: illud enim, quod mouit ad nos credendum materiam esse, est su
biectum esse in alteratione: qm̃ quemadmodum in alteratione aliquod est, super
quod succedunt sibi duo contraria, v. g. albedo, & nigredo, & duricies, & mol
licies, ita q; in aliqua hora est album, & in alia nigrum, & similiter in trans-
mutatione, quæ est in substantia, & est aliquod subiectum vt in transmutatio-
ne aquæ in aerem, & aeris in ignem: & similiter existimauimus per motũ trãs-
lationis locum esse: locus enim ita se habet in motu translationis, sicut materia
in motu secundum substantiam, & subiectum in alteratione: & hoc intendebat;
cum dixit ita existimauimus locum esse, &c. Et, cum dedit similitudinem in-
ter causam facientem opinari locum esse materiam, dedit dr̃iam, & dixit sed
illam, &c. id est, & est dr̃ia inter has duas transmutationes: quoniam transmuta-
tio, quę induxit nos ad credendũ materiam esse, est transmutatio, a quæ est in
substantia: transmutatio autem, quæ induxit nos ad credendum locum esse, est
C transmutatio in loco. b & hoc intendebat, cum dixit qm̃ illud, quod fuit aer,
est materia aquæ, id est, quia transmutatur, & transfertur de forma aeris in
formã aquæ. D. dixit signum declarationis quod materia est aliud a loco, &
est, qm̃ materia c non separatur a re neque continet ipsam; locus vero separat͛,
& continet: ergo in secunda figura, locus non est materia.

Si igitur nihil horum trium est locus, neq; species, neq; materia, neq; spatium aliquod, sed semper est alterum præter id, quod, est rei distantia, necesse est locum esse reliquum de quatuor continentis, scilicet terminum corporis: dico autem contentum corpus, quod mouetur secundum loci mutationem.

Et cum locus non sit forma, neq; materia, neq; dimensio: quoniã, si fuerit dimensio, continget vt sit hæc alia dimensio à dimensione rei translatæ: sequitur vt locus sit residuũ quatuor, quod est vltimũ corporis continentis, scilicet quod continet corpus cõtentum, quod innatum est moueri motu translationis.

a Transmutatio ĩ substãtia fecit nos cognoscere materiã. Idẽ primo phy, 63. 1. ca. de sub. orb. 8. meta, 4. & 12. c. 14. met, 10. p̃rio. cœ. 20

b Trãsmutatio ĩ loco fecit cognoscere locũ, idẽ sup̃ ti. c. 3. &. 8. me. c. 12. Idẽ hic infra ti. cõ. 61. & supra t. cõ. 32.

c Materia nõ separat͛ a re, neque continet ipsam. Idẽ. 3. ph. 63. & q̃ ibi Idẽ primo de aĩa. c. 99.

Locus ẽ vltimũ cõtinẽtis corporis.

39 Cum posuit hic quatuor, quasi contradictoria naturaliter, & destruxit tria eorum dixit, Cum igitur locus, &c. i. quoniam, si locus fuerit dimensio, quæ est inter superficies vasis, necesse est vt sint hic dimensiones separatæ, altæ a dimensionibus corporis translati, quod subijcitur in loco: quod est impossibile contingit enim ex hoc vt sint dimensiones separatæ, & alia impossibilia, quæ dicentur apud sermonem in destructione vacui. Et iste sermo est hypotheticus diuisiuus: sed illa, quæ ponuntur in eo, non sunt contradictoria sibi naturaliter: & ideo existimatur esse probabile: & quod non vtitur ipso nisi ad confirmandum demonstrationem, super quam sustentatus est, quæ est congregatio illorum existentium in loco continente: &, quia conuertuntur adinuicem. D

Quō syllogismo hypothetico vti possumus ad confirmādū. vide, 2. phy. cō. 3, & pri. priorū in digressione ppria de syllogismo hypothetico.

Videtur autē aliquid magnum esse, & difficile accipi quidem locū, & propter id quod apparet esse materia, & forma, & propter id quod in quiescenti, & continenti sit transmutatio eius, quod fertur: contingere autem videtur esse spatium medium aliquod aliud à motis magnitudinibus: proijcit autem & aliquid aer apparens incorporeum esse: videtur autem non solum terminus vasis esse locus: sed & medium tanquam vacuum. E

Et existimatur quod comprehendere locum est maximum, & difficile, & hoc, qđ apparet in eo de materia, & forma, & quia translatio trāslati est in continente, & ipsum est quiescens: vnde & apparet hic esse dimensionem aliquam aliam à dimensione quantitatum mobilium: & adiuuat hoc aliquanculum aer, qui apparet esse non corpus: & ideo facit apparere quod locus non tantum est vltimum vasis, sed cum hoc illud, quod est in medio, ita, quod sit vacuum.

40 Cum promisit dare definitionem de loco, ex quo appareat natura loci, & per quam dissoluantur quæstiones accidentes in eo, & appareat causa difficultatis in cognitione substantiæ eius, & secundum quam conueniat omnibus existentibus in loco, & iam apparuit quod primum continens est illud, per quod conuenit omnibus existentibus in loco per se, & declarauit similitudinem, quæ est inter continens, & materiam, & formam, & similitudinem, ex qua existimatur locum esse materiam, incœpit declarare quod ista similituto, quæ est inter continens, & ista, est causa difficultatis, & cognitionis loci, et dixit & existimatur; & est propter similitudinem, quam diximus esse inter ipsum, & materiam, & formam, & propter hoc etiam, quod quædam corpora translata transferuntur in continente quiescente, vt aqua in cypho quiescente, & ideo existimatur hic esse dimensiones separatas inter superficies cyphi, & quod illę dimensiones sunt locus scilicet longitudo, & latitudo, & profundum, quæ imaginantur illic: quoniam si superficies vasis corrumperentur apud exitum aquæ, non facerent apparere quod inter superficies eius esset inane: & ideo non existimatur hoc in columna, quæ transfertur in aqua de loco in locum. D. dedit aliam cām, quam nūdum dixit, & est, quia aer, qui est in vase, est insensibilis: & est cā fortis: qm̄ ꝑp hoc, quando aqua extrahitur a vase, existimatur quod vas est vacuum: & dixit & adiuuat hoc, &c. & est sermo manifestus. F

Sup. 1, c. 31.

Et autem sicut vas, locus transmutabilis, sic locus vas immobile est: vnde quando in moto mouetur, & mutatur intus, vt in flumine nauis, tanquā in vase vertitur magis quam in loco continenti. vult autem immobilis esse locus: vnde totus magis fluuius locus est, quia totus immobilis est: quare continentis terminus immobilis, primus, locus est.

Vult aūt immobilis esse locus.

A Et quemadmodum vas est locus translatus, & similiter locus etiã est vas immobile: & ideo, cum fuerit aliquod continens, intra quod mouetur, & transfertur in aliquo moto, Verbi gratia, nauis, quæ mouet in flumine, tunc continẽs apud ipsam est, quasi vas, non quasi locus: vnde necesse est vt, locus sit, immobilis: & ideo, si omnino fuerit flumen secundum totum, est dignius vt sit locus, quia totum est immobile: vltimum igitur continentis immobile primum est locus.

Definitio perfecta loci.

4

In definitione loci aliam differentiam ponit inter ipsum, & vas: & est, quoniam vas est continens, & mobile essentialiter, locus vero est continens immobile, nisi per accidens. D.d. & ideo, cum fuerit aliquod continens intrinsecum, quod mouetur in aliquo mobili, vt nauis, tunc continens ita habebit se apud ipsum, sicut vas, non sicut locus. i. & quia locus est immobilis essentialiter, ideo quando locatum fuerit intra aliquod, & illud, intra quod est, s. in quo est, mouetur etiam, vt nauis, quę mouetur intra flumen per motum fluminis, tunc non dicemus quod istud continens habet se de contento, sicut locus, sed sicut vas. D.d. vnde necesse est vt locus sit immobilis, id est, & si hoc sit manifestum de loco, necesse est, vt locus sit immobilis essentialiter. B Et ideo melius est, si dixerimus ꝙ flumen est locus nauis, dicere quod totum flumen est dignius hoc, ꝙ̃ continens nauẽ: qm̃ flumen secundum totum est immobile: non enim est mobile, nisi secundum partes. Et significat quod locus non mouetur essentialiter, sed quod locus est illud, ad quod mouetur res, & quiescit in eo: &, si aliquid mouetur ad motam rem, tũc motus eius esset ociosius: & hoc apparebit in alijs locis. Et, cum dedit hanc differentiam, dedit definitionem, in qua perficiuntur omnes differentiæ determinantes naturam loci, &, dixit vltimum igitur continentis, & intendit per vltimum superficiem continentem, & per primum superpositam corpori. primũ igit est differentia, per quam differt continens æquale, ab inæquali, & per hoc qđ dixit immobilis essentialiter, distinguitur finis extraneus a fine naturali, s. qui est similis locato.

Documentũ

Si aliq̃d mouet ad motã rẽ, tũc mot eius esset ociosus.

Et propter hoc, medium cœli, & vltimum ad nos circularis loci mutationis videtur esse, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, maxime omnibus proprie: quia hoc semper quidem manet, circuli autem vltimum, similiter se habet, manẽs est. quare, quod leue est quidem, fertur sursum natura, quod vero graue est, deorsum, quod qui C dem est ad medium continens, deorsum est, & ipsum medium: quod vero ad vltimum, sursum est, & ipsum vltimum: & propter hoc videtur planum quoddam esse, sicut vas locus, & continens: amplius, simul cum re, quodammodo est locus, simul enim fines sunt, & locus.

Et propter hoc opinantur omnes homines quod mediũ cœli, & vltimum motus circularis est locus: hoc autem superius, hoc vero inferius principaliter, & hoc est, quoniam hoc est semper permanẽs, & vltimum circuli est permanens in eadem dispositione. Cum igitur leue est translatabile naturaliter ad superius, & graue inferius, tunc inferius est vltimum continens, quod est versus medium, & ipsum medium, & superius est vltimum continens, ꝙ est versus extremũ, & ipsum extremum: & ideo existimatur ꝙ locus est aliquod planũ, & quasi est vas continens: & etiam locus, & res sunt insimul: fines. n. & finitum apud ipsas sunt insimul.

43 Cum posuit quod locus nõ mouetur essentialr̃, dedit super hoc rõnẽ famosam, Et dixit & propter, &c. & intendit per medium cœli, medium mundi, & per vltimum motus circularis, concauum orbis lunę. D.d. hoc autem superius .i. vltimus motus circularis motuum orbiũ, qui est orbis lunę. D.d. hoc vero inferius, & intendit mediũ mundi, ꝙ est locus terrę. Et dixit principaliter, & vere, qm̃ hęc duo loca sunt superius, & inferius simpliciter: quod non est ita de loco aquæ & aeris. locus .n. aquę est inferius, sed non simpliciter, & similiter aeris locus est superius, sed non simpliciter. D. d. quia illud est permanens. & intendit medium verũ mundi. D.d. & vltimum circuli est permanens in eadẽ dispõne .i. qd' non potest transferri ad inferius, neq; ad superius, & si mouet' circulariter. Et iste syllogismus est ex duabus affirmatiuis in secunda figura, & cõponit' sic. Superius debet esse fixũ. Et vltimũ circulationis est fixũ: ergo superius est vltimum circulationis. Et põt dici ad hoc. qm̃, quia ratio est famosa, non curat vti in hoc duabus affirmatiuis in secunda figura. Et põt dicit ad hoc ẽt qd' ꝓpositio maior cõuertitur, qñ addit' ei hoc; s. vt fixũ sit in maximo supiori: qm̃ tunc syllogismus cõponit' sic. Superius simpliciter est fixũ, ꝙ est in vltimo superiori: & fixũ, qd' est in vltimo superiori, est vltimũ in circulatione: ergo quod superius est simpliciter, est vltimum in circulatione, & similiter dicitur de inferiori, s. ꝙ cũ addit' ei, qd' est in ultimo inferiori, tũc cõuersio erit uera. Et, quia verę definitiones debent conuenire oĩbus spẽbus rei definitę, incœpit declarare qũo ista definitio loci conuenit duabus spẽbus loci, s. supiori, & inferiori, & dixit cũ igit' leue, &c. i. cũ igit' leue trãsfert' naturaliter superius, & trãsfert' naturaliter ad finẽ continentem: ergo supius est finis continens. Et existimat' ꝙ ista cõclusio est vl'is, & in tertia figura, ꝙ non oportet. Sed ista conclusio est vl'is, quia minor conuertitur vniuersalis affirmatiua, vñ syll'is cõponitur sic in prima figura. Superius est id, ad ꝙ transfertur leue naturaliter: & illud, ad ꝙ transfert' leue naturaliter, est finis vltimæ circulationis: ergo superius est finis continẽs, qui uicinat' corpi vltimo. Et similiter concludit', ꝙ inferius est finis aquæ, s. cõcauũ aquæ: & dixit & mediũ: qm̃ graue non quærit hũc finẽ, s. finẽ aquæ, nisi scd'm ꝙ est mediũ totius, non scd'm ꝙ est finis aquæ: & si nõ, tũc terra moueret' ad aquã, vbi esset finis eius: sicut ferrũ mouet' ad magnetẽ, vbicunq; fuerit: & hoc nõ sentit' de aqua. & sermo de hoc erit perfecte in libro de cœlo, & mundo. hic .n. loquit' de loco cõmuni vl'i oĩbus corporibus naturalibus. D.d. & iõ existimatur ꝙ locus est, &c. & quia corpora transferunt' naturaliter ad vltima, s. ad superficies continentes ipsa, & quiescũt in eis s. d'm conuenientiã, & similitudinẽ, necesse est vt locus vltimus sit: & quasi est vas continens, non inane, quod est inter vltima. non .n. est conuenientia inter inane, & corpus, [a] neq; in eo sunt differentiæ, quibus diuidatur in superius, & inferius. Deinde dicit, & etiam locus, &c. & forte intendit, quoniam locus, & locatum sunt relatiua, & relatiua sunt insimul, & cum alterum aufertur & reliquum. & hoc non inuenitur, nisi in loco, qui est finis suus tantũ: finis [b] enim non inuenitur, nisi quando inuenitur illud, cuius est finis, & deficit per suum defectum: &, si locus esset inane, non esset necessarium in suo esse locatum esse: & tunc inueniretur locus sine locato. c Et forte induxit per hoc rationem, qua declarat quod locus debet esse permanens cum permanentia corporis in eo.

Loc' aq̃ est ĩferi', s; nõ simpl'r, & locus aeris est sup'ius, sed ñ simpl'r. idẽ. 4. cõ. 26.
Solutio. 1.
Solutio. 2.
Quãdo ꝓpõ maior cõuertit', possumus arguere ex ambabus affirmatiuis in scd'a figura. Idẽ sup̃ cõ. 33. Idẽ 2. ph. 23
a In vacuo non sunt differentiæ, q̃bus diuidat' in supius, & inferius.
Idem supra 36. & infra 64. & 65.
Pr'ia expõ.
b Finis non inuenit', nisi qñ iuenit' illud, cuius ẽ finis.
Cõsimile infra, t. c, 107.

*In quo ostendit qualiter aliquid sit in loco. Cap. VI.*

QVi quidem igitur corpori inest aliquod extra corpus, continens ipsum, hoc in loco est: cui vero non, minime: Vnde, & si aqua fiat huiusmodi, partes quidem mouebuntur ipsius: continentur enim a se inuicem: omne autem est, vt mouebit, est uero ut non: sicut enim totum simul lo-

A cum non mutat, circulariter autem mouebitur (partium enim hic locus est) & sursum quidem, & deorsum non circulo, aut quædam, alia vero & deorsum, & sursum, quæcunque habent densitatem, & raritatem.

Dicamus nunc igitur, quòd quodlibet corpus, extra quod est aliquod corpus, quod cõtinet ipsum, illud corpus est in loco, & quodlibet corpus, extra quod non est aliud corpus, non est in loco. Et ideo, si posuerimus aquam esse huiusmodi, tunc partes eius essent mobiles: quædam enim essent continentes quasdam: ipsa vero secundum totum quodammodo est mobilis, & quodammodo immobilis: quoniam, secundum quod est totum, non transmutat insimul locum, & alio modo mouetur circulariter: iste enim locus est locus partium; & quædam mouẽtur superius; & quędam inferius non circulariter, & quædam superius, & inferius & est omne, quod habet dẽ- B sitatem, & raritatem.

43 CVm declarauit quod locus est primum continens, & declarauit prius quod non omne corpus est contentum, quoniam, si ita esset, tunc infinitum esset in actu: sequitur ex istis duobus vt non sit omne corpus secundum totum in loco essentialiter, sed illud, extra quod est corpus: illud, autem, extra quod non est corpus, non est secundum totum in loco essentialiter: & ista est dispositio totius, scilicet quod non est in loco essentialiter, cum nihil sit extra ipsum: & ideo dixit dicamus nunc igitur, &c. Deinde incœpit declarare quid sequitur ex hac positione, scilicet quod omne, extra quod nihil est, nõ est in loco secdm totum, & ideo dixit & ideo si posuerimus totum, &c. id est, propter hoc, si posuerimus totum esse aquam, tunc aqua non esset in loco secundum totum, & esset immobilis secundum totum, & tunc partes eius necessario mouerentur in loco, cum essent contentæ. & ideo partes mundi possunt moueri modis tribus motuum, scilicet quoniam quædam partes mouentur circulariter, & quędam superius: & est omne, in quo est raritas, vt aer & ignis: & quædam inferius: & est omne, in quo densitas est, vt aqua, & terra. Ergo dispositio in toto manifesta est; & non accidit in ea quæstio: & similiter non accidit quæstio in sphæris contentis de numero sphærarum cœlestium: sphæra autem octaua non contenta, si non accidit ei motus C proprius, & totus orbis, qui mouetur motu diurno, accidit in eo magna quæstio: quoniam manifestum est ipsum moueri: &, cum omne motum sit in loco, necesse est vt totus orbis sit in loco. ergo sumus inter duo, aut ponere quod aliquod motum non est in loco, aut ponere quod locus est inane, & dimensio. Ioannes vero propter hoc obedit huic, scilicet locum esse, & dimensionem, & vacuum, non finem continentem, vt dicit Arist. licet apud ipsum non possit inane separari a corpore: quoniam dicentes vacuum esse sunt bipartiti, alij enim dicunt ipsum separari a corporibus, & alij non, quorum est Ioannes grammaticus. Et Aristoteles dicit, cum hoc post, quòd cœlum, & anima sunt in loco per accidens: & in hoc dubitauerunt oẽs expositores. Themistius vero dicit respondendo quod corpus cœleste non est in loco secundum totum, sed secundum partes, s. secundum orbes, quos continet maximus orbis, sicut est dispositio in toto mũdo. fingit enim quod causa in hoc est, quoniam corpus cœleste non est mobile secundum totum, sed secundum partes: & apud ipsum partes cœli sunt in loco, quia continẽt suas partes, sed quia corpus altissimũ, Verbi gratia, orbis stellarum fixarum non continetur ab aliquo, concessit quod hoc corpus est in loco propter suas partes intrinsecas tm̃, s. quæ sunt in concauo eius. Istę .n. partes mouentur circa conuexum, scilicet conuexum corporis, circa quod reuoluũtur, quasi circundet ipsas, licet et intra, Et hoc quidem contingit toti orbi, quando mouetur motu diurno, s. ilicet

Digressio, vtrũ octaua sphæra sit ĩ loco.

Op. Ioãnis grãmatici.

Improbatio prima.

Secũda rõ. infra. te. cõ. 45.

Op. Themistij, quam ẽt requiras. 6. ph. c. 85. & 8. ph. c. 67.

Pria rō cōtra Themistium.

quod est in loco secundū partes, quæ sunt in concauo eius: si dixerimus qđ motus stellati est alius a motu orbis: ergo melius est dicere quod totum corpus cœleste est in loco, sicut dicimus in corpore vltimo, scilicet secundum partes, quæ sunt in concauo: aut dicamus ipsum esse in loco vtroq; modo, scilicet quia partes eius sunt in loco præter vltimum, & quia partes concaui sunt in loco, si posuerimus quod motus diurnus est totius orbis essentialiter, & non stellati: & hoc est necesse secundum scientiam naturalem. Et in hoc, quod dixit Themistius, sunt

Secunda rō.

quæstiones non modicæ: quoniam quomodo dicitur sphæram moueri secundum omnes partes, & non mouetur secundum totum: & totum nihil aliud est q̄ partes.

Totū nihil aliud est q̄ partes. idē. 1. phy. c. 17. 6. ph. tex. c. 85

Et etiam videmus Aristot. in vltimo sexti, quando loquitur de quæstione zenonis de motu sphærico, ponere sphæram moueri secundum totum, & secundum partes, & ꝙ secundum totum mutat loca diuersa secundum formam tātum, secundum autem partes, secundum formam, & subiectum, vt in illo declarabitur: nihil est igitur hoc, qđ dicit Themistius, ꝙ causa in hoc, ꝙ sphæra non est in loco simpliciter, est, quia mouetur secundum partes, non secundū totum.

Obiectio ꝓ themistio.

Si igitur aliquis dixerit ꝙ hæc est intentio Aristote. cum dixit secundum enim quod est totum, &c.

Solutio.

Dicemus ad hoc ꝙ, cum dixit secundum enim ꝙ est totum, non transmutat locum, non intendit corpus, quod mouetur circulariter, sed intendit totum mundum: &, cum dixit & alio modo mouetur circulariter, intendit ꝙ toti attribuitur motus circularis propter quasdam partes, scilicet corpora cœlestia, sicut attribuitur ei rectus motus propter motum elementorum, quæ sunt etiam quędam partes eius. D. d. iste enim locus est locus partium, id est, locus eius, quod mouetur circulariter, cum illud, quod mouetur circulariter est pars totius: locus enim simpliciter corporis, quod mouetur circulariter, est locus eius partium: sicut videmus Themistium intelligere ex verbis Aristot. Et etiam secundum expositionem Themistij, cum Aristote. dicit ꝙ cœlum est in loco per accidens, intendit quia alterum cœlorum est in loco, scilicet orbium: & illud, quod apud Aristote. attribuitur alicui propter suam partem, est aliud ab eo, quod attribuitur alicui per accidens: & ideo omnibus expositoribus, vt dicit Themistius, displicet vt cœlum sit in loco per accidens, & dicunt ipsum esse in loco secundum partes.

Quarta rō ī Themistiū. Illud, ꝙ apud Aristo. attribuit᷑ alicui pp suam partē, est aliud ab eo, qđ attribuitur alicui p accidens. idē 5. ph. cō. primo.

Themistius vero dicit ꝙ Aristote. vtitur hic illo, quod est per accidens, large, de eo, quod est commune ad accidens, & ad partem: & hoc deberemus dicere, si non inueniremus aliquem modum verum: secundum quem diceremus cœlum esse in loco per accidens: omnes igitur homines, vt apparet de eis, non potuerunt intelligere verba Aristotel. recte.

Auēpace hispani opinio.

Auempace vero respondit in hoc loco sic: quoniam sphæra, secundum quod est sphæra, non est in loco, quia aliquid extrinsecum continet illam, & ꝙ hoc proprium est corpori recto: non corpori rotundo: & locus sphære, qui fingitur ab isto, secundum ꝙ est sphæra, est conuexum centri, circa quod reuoluitur: quasi igitur locus eius est superficies conuexi, quod continet sphæra, & est quodammodo continens sphæram. Et nititur dicere ꝙ definitio, quam induxit Aristot. in loco, quoniam est continens, diuisum a re, debet intelligi in corporibus rectis ab extrinseco, & in rotundis ex intrinseco. Et dicit quod causa in hoc est: quoniam corpus rotundum finitur per se, & corpus rectarum dimensionum finitur per aliud: & ideo corpora recta, s. elementa indigent in hoc, ꝙ finiantur corpore rotundo: rotundum vero non indiget corpore extrinseco: & causa in hoc est: quoniam linea rotunda est perfecta, & non potest recipere additionem, aut diminutionem: linea vero recta est diminuta.

Corpus rotūdū finit᷑ p se; & corpa recta finiunt᷑ p̄ aliud. idē 2. phy. c. 74.

Et secundum hoc sphæra erit in loco simpliciter, & essentialiter, sicut erunt corpora recta, & omnis sphæra sphærarum cœlestium, quam continet alia sphæra, habebit hoc per accidens: & secundum hoc omne corpus simpliciter erit in loco essentialiter.

Improbatio prima.

Et videtur mihi quod hoc, quod narrauit Auempace, est opinio Alpharabij. Alpharabius enim est, qui posuit se contradicentem quæstionibus Ioannis.

Secunda.

Et vna illarum quæstionum est ista, quæ inuenitur in libris nostris. Et, sicut inuenitur ex verbis Auempace, & non incidit in manus nostras. Et, si ita sit hoc, quod dicit Aristote, quod omne corpus, extra quod nihil est, non

A est in loco, & quod omne corpus, extra quod est aliquid, est in loco, est falsum. apparet enim ex sermone eius in hoc loco quod corpora naturalia apud ipsum sunt tribus modis: est enim modus, qui est in loco essentialiter, scilicet corpora recta, & modus, qui est in loco per accidens, & hoc est corpora rotunda, & modus, qui est in loco propter suas partes, et hoc est totus mundus, scilicet corpus compositum ex corporibus simplicibus quinque: & totum hoc manifestum est ex suis verbis. Nos autem reuertamur, & dicamus, quoniam, cum sit notū per se quod locus, secundum ꝙ est locus, est æqualis locato, manifestum est ꝙ superficies conuexi centri sphæræ non est locus simpliciter. non enim est æqualis, nisi superficiei concauę, nō omnibus superficiebus sphęræ: & locus est æqualis locato, quia omnes superficies eius sunt æquales omnibus superficiebus locati: æqualitas enim dicitur duobus modis: dicitur enim secundum continentiam, & secundum hoc dicitur ꝙ circulus est æqualis figuræ rectorum laterum: & dicitur etiam, quando duo æqualia habent mensuram communem, qua mensurētur: & secundum hoc dicitur corpus esse æquale corpori, & superficies superficiei: & ista æqualitas non est vera de loco, nisi inane esset. æqualitas igitur propria loco est æqualitas secundum continentiam. ex hoc igitur apparet manifeste ꝙ sphæra, secundum ꝙ est sphæra, non est in loco simpliciter, nisi accidat ei hoc, sicut accidit sphæris cœlestibus, quas continet alia sphæra extrinseca. Et hoc

Auer. solutio, & tertia īprobatio.

Aequalitas dicit̄ duob' modis.

Quarta.

B apparet ēt ex hoc: qm̄ primum notū est de loco, ꝙ collatio rei ad ipsum, est sicut collatio cōtēti ad cōtinēs: sicut dicimus ꝙ aqua ī cypho nō est sicut collatio totius ad partē, sed dicere sphærā esse in cētro est sicut dicere totū esse in parte, non sicut dicere aquam esse in vase: & ideo, si conuexū centri dicatur esse continens, s. sphæram, & ideo illud extrinsecum dicatur esse continens, erit secundum æquiuocationem quia in altero sunt veræ proprietates loci: est enim continens, & æquale, & res est in eo sicut aqua in cypho: hoc igitur totum demonstrat veritatem opinionis Arist. & falsitatem eius, quod intendit Auempace, & quod impossibile est exponere verba Arist. ita, ꝙ definitio quam induxit de loco, sit communis corpori simplici, & rotundo. Nos autem dicamus, quoniam, cum sit fixum secundum totum, necesse est, vt hoc modo sit quiescens. &, quia quies est ei propter quietem centri, quod est in terra, & quies est, quia est in loco essentialiter, ideo dicitur cœlum esse in eodem loco, & non transmutatur ab eo per accidens, idest quia centrum eius est in loco essentialiter: & hæc est intentio sermonis Arist. dicētis, ꝙ cœlum est in loco per accidens. vtrum vero dicatur moueri in eodem loco, in quo est per accidens, cum nihil sit extra ipsum secundum partes, aut secundum totū declarabitur, cum Arist. declarauerit ipsum moueri secundum totum, & mutare locum, in quo est per accidens in forma eius, non in materia. est igitur motum, & quiescens in suo loco per accidens, s. propter cen-

Opinio propria.

Oē, qđ inuenit̄ in aliquo per accidēs, inuenit̄ ī eo pp aliquod habēs illud per se. consimile infra c. 67. & primo cœli. t. cō. 14. & 62.

C trum, quod est in loco essentialiter. omne enim, quod inuenitur in aliquo per accidens, inuenitur in eo propter aliquod, habens illud per se. & hæc est intentio eius cum dixit de aqua, & de quolibet corpore continente: ipsum vero secūdum totum quodammodo est mobile, &c. & secundum hoc erit opinio Arist. ꝙ omne corpus est in loco, & ꝙ omne motum est in loco: sed istorum quoddam est in loco per accidens, & quoddam est in loco per se. & secundum hoc diuiditur motū. vnū aliud mouebitur in loco essentialiter, & aliud mouebitur in loco per accidēs. apparet igitur ex hoc, ꝙ omne corpus attribuitur loco in motu, & quiete, aut per se, aut per accidens, & ꝙ nullum corpus est, quod non est in loco, sicut Alex. intendebat in expositione loci huius, vt post videbitur. Et apparet ex hoc, quod corpora attribuuntur loco tribus modis, per se, & per accidens, & secundum partem vt intendebat Ari. & ꝙ omnes expositores non potuerūt attingere hanc expositionē, & ꝙ Auēpace dimisit sermonem Ari. & errauit multum. Sed quæritur super hoc, si corpus celeste in loco per accidens, ergo mouetur per accidens, declarabitur enim in hoc lib. ꝙ est primum mobilium simpliciter: & sic illud, qđ est per accidens, erit prius illo, qđ est per se. Ad hoc autem dicendum est, ꝙ illa, quę mouentur per se, indigent aliquo quiescēte, circa quod mouentur: vt declarat Ari. in libro de motibus animalium localibus: & hoc quiescens forte erit lo-

Obiectio.

Solutio.

cus per se, quando non fuerit continens rem motam, & forte erit locus per accidens, quando non fuerit continens rem motam in omnibus partibus, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus: ergo locum esse per se, non est de necessitate essendi rem motam per se, sed dignius est, vt sit de necessitate essendi rem quiescentem naturaliter: quiescens enim quiescit propter similitudinem continẽtis, & mouetur propter priuationem similitudinis inter ipsum, & continens: & hoc erit, quando mouetur in continente: & ideo causa motus eius, quod mouetur in continente, est extra naturam, & est rem motam esse extra suum vbi naturale: & hæc est dispositio corporum simplicium, quæ mouentur motu locali, s. quatuor elementorum: quod autem mouetur non in continente, sed circa quiescens aliquod tantum est illud, cuius motus non est per aliquod extrinsecum a natura: & hæc est dispositio corporis rotundi: & hoc, quod accidit quibusdam corporibus cœlestibus, scilicet quia sunt in loco, quia continentur ab aliis, est per accidens: secundum hoc igitur est intelligendus iste locus, vt mihi videtur. Alexan. vero opinatur ꝙ sphæra stellarum fixarum non est in loco, & dicit hãc esse opinionem Arist. dicit enim ꝙ non est in loco, nisi eo modo, quo mouetur, & non mouetur per se, neque per accidens, neque secundum partes, aut totum, ergo non est in loco: & verificat ipsum non moueri per se: quia impossibile est vt moueatur secundum totum, aut secundum partes: secundum vero totum, quoniam non mutat locum: secundum autem partes, quia non sunt diuisæ a toto: & quia totum etiam est quiescens: & similiter dicit ꝙ non mouetur per accidens, illud enim, quod mouetur per accidens, non mouetur secundum partes per accidens, nisi quia motus totius est per se, & similiter non est in actu, quia non sunt distinctæ, neque in potentia, quia nunquã distinguentur: & propter hoc dicit precise ꝙ motus circularis non est in loco, & ꝙ non est translatio, & dicit ꝙ non est impossibile corpus esse non in loco: locus enim non est corporis essentialiter, quoniam non accipitur in definitione corporis, neque corpus in definitione loci. Et, cum locus, qui est finis, est in continente, non contento, et nos dicimus, ponatur quod non est de necessitate corporis, vt sit in loco, non ne est de necessitate moti, vt sit in loco, aut per se, aut per accidens? quoniam, cum sphæra non fuerit in loco per se, neque per accidens, non erit in loco: & cum non fuerit in loco, quomodo igitur mouebitur? nisi dicatur quod locus non est de necessitate motus: & totum hoc est impossibile.

*Improbatio*

*Alia sũt in loco in potẽtia, alia vero in actu.*

Sicut autem dictum est, alia sunt in loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Vnde, cum continuum quidem sit, quod est similium partium secundum potentiam in loco partes sunt. cum vero separata sint quidem, tangunt autem se, sicut collectio, secundum actum sunt. F

Et res, sicut diximus, aliæ sunt in loco potentia, & aliæ sunt in loco actu. Cum igitur illud, quod est consimilium partium, fuerit cõtinuum, partes eius in potentia sunt in loco, donec cum separentur, sed erunt contangentes, vt aceruus in loco in actu.

44 Cum declarauit quod quædam corpora sunt in loco per se, & sunt illa, extra quæ est aliquod corpus contangens, & quædam sunt in loco, quia partes eorum sunt in loco, & hæc est dispositio corporis totius mundi, & quædam sunt in loco per accidens, vt illud, quod mouetur circulariter, incœpit declarare etiam quod quædam attribuuntur loco potentia, & quædam actu: & dixit Et res sicut diximus, &c. idest quoniam corporum aliud est in potentia in loco, quia potest esse in ipso in actu, & aliud est in loco in actu: D.d. cum igitur corpora, &c. id est & corpora, quæ sunt in loco in potentia, sunt partes corporis continui consimilium partium, dum fuerit continuum, V. g. aqua: & cum partes illius separantur, & diuiduntur abinuicem, erit in loco in actu. Et in isto sermone est ordo

A præposterus, & debet sic legi: donec cum separantur, erunt in loco in actu, sed erunt contangentes sicut aceruus: & intendit, sed accidit eis vt contangantur, & erit locus eorum vnum, vt aceruus tritici: corpus enim consimilium partium, dum non diuiditur, partes eius sunt in loco in potentia, & cum diuiditur, tunc partes eius sunt in loco in actu: si igitur separantur partes eorum, erunt in locis diuersis actu, &, si non separantur, sed erunt contangentes, erunt in vero loco in actu, & tunc erunt quasi medium inter illud, quod est in potentia pura, & actum purum: & intendebat declarare per hoc ꝙ totum non est in loco actu, aut potentia, & similiter cœlum.

Quę sunt in loco in potētia, & quę in actu.

Et alia quidem per se sunt, vt omne corpus, aut secundum loci mutationem, aut secundum augmētum mobile, alicubi per se existit: cœlum autem, sicut dictum est, non est alicubi totum, neque in quopiam loco, si quidem nullum ipsum continet corpus: secundum autē quod mouetur, sic & locus est partibus: altera enim alteri adherens partium est: alia vero secundum accidens, sicut anima, & cœlum: Partes enim in loco quodāmodo omnes sunt: in eo enim, ꝙ circulariter sunt, continet alia aliam: vnde mouetur circulariter solum quod sursum est. omne autem non alicubi est. Quod enim alicubi est, ipsum B aliquid est, & adhuc aliud quiddam oportet esse extra hoc, in quo quidem continetur: extra autem omne, & totum nihil est.

Aīa, & cœlum sunt in loco per accidens.

Et etiam quædam per se. V.g. quoniam omne corpus, quod mouetur secundum translationem, aut secundum augmentum, est per se in aliquo vbi: & cœlum, sicut diximus, non est in aliquo vbi secundū totum, neque in aliquo loco, cum non contineatur a corpore omnino: sed secundum ꝙ mouetur, secundum hoc partes eius habent locum etiam. partes enim eius sunt inseparabiles abinuicem: & quædā per accidens. V.g. anima, & cœlum. partes enim aliquo modo omnes sunt in loco: quædam enim continent quasdam circulariter: & ideo pars mouetur circulariter: totum vero nō est in aliquo vbi. hoc enim est in vbi, quod est in se aliquid, & indiget aliquo alio, quod extra illud est, & quod continet illud: & non est aliquid præter totum, & vniuersum extra totum.

Extra & omne & totū nihil est.

Cum diuisit illud, quod est in loco, in actum, & potentiam: incœpit etiam diuidere illud in per se, & per accidens, et dixit Et etiam quædam per se, &c. 45
C id est, etiam quædam corpora mobilia sunt in loco per se, & sunt illa, quæ mouentur secundum rectam translationem, aut secundum augmentum: illa enim, quæ mouentur his motibus, continentur ab aliquo alio extrinseco, cum sint naturaliter terminata, non terminantia. Et, cum declarauit etiam hanc propositionem, dicentem ꝙ omnia corpora, extra quæ est aliquid, sunt in loco per se, posuit aliam, & est ꝙ cœlum non continetur ab aliquo corpore omnino, & ista propositio declarabitur proprie in cœlo & mundo: & conclusit in secunda figura ꝙ cœlum non est in loco per se: & est, scilicet secundum totum, id est orbis, qui mouetur motu diurno secundum totum: & hoc intendebat cum dixit Et cœlum sicut diximus, &c. iste enim sermo continet conclusionem, & vnam propositionem. Et forte intendit per hoc, quod dixit non est in vbi neque est in loco idem, & erunt nomina synonima, & talis doctrina vtitur ad expositiones. Et, quia quædam partes eius continentur ab aliquo extrinseco, excœpit hoc, & dixit sed secundum ꝙ mouentur, &c. id est sed secundum ꝙ partes eius mouentur, & partes eius continent se adinuicem, dicitur ꝙ partes eius sunt in

loco simpliciter: & est intelligendum, quod licet sint simpliciter in loco, tamen hoc est eis per accidens: sphæra enim non est innata moueri in sphæra, & vniuersaliter in continente: & non est ita de illo, quod mouetur motu recto. Mobiliũ igitur quædam sunt in loco vero, quædam sunt in loco per accidens, vt colores, & accidentia, quæ sunt in loco, quia subiectum eorũ est in loco: & prope istũ modum dicimus, quod cœlum est in loco per accidens, s. quia aliqua pars eius est in loco, s. centrum: & illorum, quæ sunt in loco vero, quædam sunt per se, & sunt illa, quæ mouentur motu recto, & sunt per accidens quædam, & sunt sphęre cœlestes contentæ: si omnis sphęra cœlestis præter primam, quæ habet motum proprĩũ, est contenta: &, cum induxit modum corporum, quę sunt in loco per se, dixit Et quædam per accidens, verbi g. anima, & cœlum, i. quoniam anima est in loco, quia subiectum eius, quod est corpus, est in loco: & cœlum etiam secundum totum, est in loco, quia centrum eius est in loco. Et isti sunt duo modi eius, quod est per accidens, s. attribuere accidenti rei illud, quod attribuitur rei, aut attribuere toti illud quod attribuitur parti. Deinde dixit partes. n. &c. & innuit per hoc, quod cœlum est in loco per accidens secundum totum, partes vero eius, sunt in loco vero: quædã enim continent quasdam circulariter: Et dixit hoc, quia vltimus orbis, qui habet proprie motum diurnũ, siue fuerit stellatus, siue alius, nõ debet habere motum proprium, præter diurnum. Et dixit quodãmodo, qm̃ hoc est accidens ei: cum corpus cœleste, non est innatũ vt sit contentum, sed cõtinens. D. d. & ideo pars mouetur circulariter: & intendit per partes, partem mundi, quæ est totũ cœlum: & innuit quod ista pars est in loco per accidens: quod enim nõ est in loco per se, neque per accidens, non habet motum per se: Et ideo dixit: totum vero non est in aliquo vbi: & intendit per totum, totum mundum: & dixit in aliquo, vt concludat essentialiter, & accidentaliter: & q. d. totum verum non est omnino in vbi, i. neque per se, neque per accidens: D. d. quoniã hoc vbi &c. i. id enim, quod est in loco, est in se aliquid, & indiget alio aliquo continente ipsum: sed extra totum nihil est continens ipsum: qm̃ hoc nomen totum significat, quod extra ipsum non est corpus aliquod omnino: & hoc manifestum est. Et debes scire, quod Auicẽ. opinatur quod corpus cœleste non est in loco, neque per se, neque per accidens: dicit enim quod motus rotundi non est translatio, sed motus in situ, & non est necessarium in motu secundum situm, vt sit in loco. Et hoc est contra Arist. & contra verũ: primo quidem, qm̃ in situ non est motus, vt declaratum est in quinto. Et etiam, qm̃ locus est prior situ, & acceptus in definitione eius: quõ igitur habebit aliquem situm, & non habebit locum? Et etiam manifestum est per se, quod motus sphæræ est translatio, & translatio est in loco: & hoc manifestum est in suis partibus: qm̃ mutant locum: tota vero sphæra non mutat locum, vt existimatur. Et Aristo. declarat in vltimo sexti, quod sphæra mutat locũ secundum formam, non secundum subiectum, vt declarabitur in illo loco. Et existimauit, Auic. quod motus, qui mutat locum in forma, non in subiecto, est motus in situ: & hic est error manifestus: & intelligo per formam hoc, quod transfertur circa conuexum cẽtri, ex conuexo perfectæ rotunditatis ad conuexum perfectæ rotunditatis: cum conuexum diuidatur in multa cõuexa, quorum vnum quodque est perfectæ conuexitatis, & rotunditatis. Est igitur vnum secundum subiectum, non secundum formam: & ideo translatio corporis rotundi secundum totum circa totalitatem centri, est mutatio loci secũdum formam eius, non secundum subiectum: & quia isti translationi accidit diuersitas situs, s. situs totius sphære ad totum centrum, vocauit ipsum Auicẽ. situalem: & dicere motum esse situalem, quia mutatur de situ in situm, est aliud quã dicere motum esse situalem, quia est in ipso situ. Et hoc ignorauit Auicẽ. aut vitiose protulit. Et mouit ipsum ad dicendum hoc, quod dixit Alexã. quod orbis stellatus non est in loco per se, neque per accidens, & quod iste motus non est in loco, & quod non est translatio, & hoc totum nihil est.

Quod non est in loco neq; per se, neq; per accidens, non habet motũ per se.

Causa deceptionis Auicen.

Et propter hoc omnia in cœlo sunt: cœlum enim quidem fortassis est omne: est autem locus non cœlum, sed cœli quiddam, vltimum;

A & tangens mobile, corporis est terminus quiescens: & propter hoc quidem terra in aqua, hæc in aere, hic vero in ethere, & hic vero in cœlo, cœlum autem non amplius in alio est.

Et propter hoc omnia erunt in cœlo. videtur enim quod cœlum est totum: & cœlum non est locus, sed aliquid ex cælo, & est vltimum eius contingens corpus, quod habet moueri: & ideo terra est in aqua, & aqua in aere, & aer in ethere, & ether in cœlo, cœlum vero non est in aliquo alio.

Quoniam omnia sunt in toto: & totum est cœlum: ergo omnia erunt in cœlo: & ipse induxit conclusionem tantum, cum dixit. Et propter hoc omnia erunt in 46
cœlo, & conuersionem maioris propositionis, cum dixit, videtur enim quod cœlum est totum: & fecit hoc, quia conuersio eius est manifesta, & minor propositio, est manifesta, & dixit videtur, quia declarabitur, quando declarabitur q͂d esse cœlum non est aliquod corpus omnino. Deinde dixit & cœlum non est locus, &c. & intendit per vltimum continens concauum orbis lunæ, quod continet ignem: & intendit per corpus, quod habet moueri, ignem, & intendit, vt mi-
B hi videtur, quod habet moueri ad illud, scilicet ad concauum orbis lunæ: & dixit hoc, ne existimetur, quod locus sit corpus, & quod cœlum non est locus, nisi secundum quod continet. Et Intendebat etiam per hoc declarare, quod illud, q͂d est dictum in definitione loci inuenitur esse cõueniens in quatuor elementis. [a] terra enim sicut dixit, inuenitur in vltimo aquæ, & aqua in vltimo aeris, aer etiam, vt demonstratur in cœlo, & mundo, est in vltimo ignis, & ignis in vltimo orbis: sed posuit ista hic, positione, scilicet quod est ex istis, non manifestum per se, donec declaretur post: & similiter hoc quod dixit, cœlum vero non est in aliquo, declarabitur [b] in cœlo & mundo.

Documentum.
a Locus terræ est vltimũ aquæ, locus aque vltimũ aeris, loc' aeris vltimũ ignis, locus ignis vltimum orbis. Idẽ. 4. cœli cõ. 23.
b Prio cœ. 96. vsq; ad 100.

## CAP. VII.

MANIFESTVM autem ex his, quoniam dubitationes omnes soluuntur, sic vtique dicto loco: neque enim simul augmentari necesse est locum, neque punctum esse locũ, neque duo corpora in eodem loco, neque spatium aliquod esse
C corporeum: corpus autem medium loci contingens est, sed nõ spatium corporis; & est locus alicubi, non sicut in loco aũt, sed sicut terminus in finito: non.n.omne, q͂d est, in loco est, sed mobile corpus.

Declaratum est ex hoc, cum locus dicatur hoc modo, omnes quæstiones dissoluuntur: non enim est necesse, q̃ aliquid neque augeatur per augmentum eius, in quo est, neque vt punctus sit locus, neque vt duo corpora sint in eodem loco, neque vt locus sit dimensio aliqua corporalis, sicut est finis in finito: quoniam illud, quod est inter locũ, et corpus quodcunque corpus sit, non dimensio corporis: locus vero est in vbi, non ita, quod sit in loco, sed secundum q̃ est finis in finito; quoniam non omne ens est in loco, sed corpus, q̃ habet moueri.

CVM promisit dare definitionem loci conuenientẽ omnibus principiis in- 47
uentis in loco, & per quam dissoluantur omnes quæstiones accidentes in eo, incœpit declarare quomodo dissoluantur quæstiones predictæ ex hac definitione. Et dixit & declaratum est ex hoc, &c. id est, & declaratũ est ex predictis q̃ omnes quæstiones contingentes in loco dissoluuntur ex hac definitione.

Deinde incœpit dissoluere vnam illarum quæstionum, & dixit non enim est necesse, &c. id est, quoniam quæstio dicens ꝙ si omne corpus est in loco, & in omni loco est corpus, necesse est, quando corpus augetur, vt locus augeatur: ex quo sequitur locum esse corpus: ista enim questio dissoluitur hoc modo per hanc definitionem: quoniam locus, secundum ꝙ est finis, accidit ei augmentum per accidens, secundum ꝙ locus est finis corporum, quæ sunt facilis passionis, scilicet aquæ, & aeris: & quæstio contingit, quando ponitur augeri essentialiter, vt ex suo augmento, sequatur, vt sit corpus: quoniam hoc non sequitur, nisi augmentum eius esset per se. D. dedit aliam quæstionem, & dixit neque vt puncti habeat locū, & est questio dicens, quoniam si corpus habet locum, necesse est, vt superficies habeat locum, & si superficies habet locum, necesse est vt linea habeat locum, & si linea similiter, & punctus, ista enim sunt propositionalia, hoc enim non contingit, nisi ponentibus locum corporis esse corpus: ponentibus vero locum corporis esse vltimum continens, non contingit hæc quæstio. Deinde induxit tertiam quæstionem, & dixit neque duo corpora erunt in eodem loco: & ista quæstio non contingit etiam, nisi ponentibus locum esse tres dimensiones, & sermoni dicenti, quoniam quemadmodum locus puncti est punctus, & locus superficiei, est superficies, ita contingeret vt locus corporis sit corpus, ponentibus vero ipsum esse vltimum continens non contingit hæc quæstio. Deinde induxit quartam quæstionem, & dixit neque vt sit nobis aliqua dimensio in aere, illud enim, quod est inter locum. &c. id est, & non contingit nobis, vt locus sit dimensio, quæ est inter vltima, illud enim, quod est inter vltima apud nos semper in eo est aliquod corpus, non dimensio abstracta a corpore: & sic non contingit nobis secundum hanc expositionem vt locus indigeat loco: quoniam locus apud nos, secundum quod est finis, est in aliquo, nō secundum quod aliquid est in loco, sed secundum quod superficies est in corpore, & ideo non conceditur ꝙ omne ens est in loco: & hoc intendebat cum dixit locus est in vbi, non secundum quod est in loco, sed secundum quod est finis in finito: id est, &, cum dicitur locum esse in vbi, non est secundum quod est in loco, sed secundum quod dicitur in fine, qui est vna superficies, aut superficies plures esse in finito, cuius sunt superficies. Deinde dixit non enim omne ens est in loco, id est, sed quædam entia, eciā sunt in subiecto, scilicet accidentia, & quædam in loco, scilicet indiuidua substantiæ, & dixit sed corpus, quod habet moueri, ad excipiendum corpus mathematicum, quod non est in loco, nisi secundum imaginationem.

Locus est ĩ aliquo, non secundū qd' aliquid est ĩ loco, sed secundū ꝙ superficies est in corpore. Corpus mathematicum non est in loco, nisi secū dum imaginationē. Vide pro hoc, 44, ca. 1. de genera. & hic infr. tex. cō. 76.

Naturaliter vnūquodq; in ꝓprio loco ꝑmanet.

Et fertur igitur in suiipsius locum vnumquodque rationabiliter: cui enim consequenter, & ꝙ tangit nō vi, proximum est: & simul apta nata impassibilia sunt: quæ vero se tangunt, passiua, & actiua sunt adinuicem: & manet igitur natura omne in proprio loco, vnumquodque rationabiliter: & namque pars in toto loco, sicut diuisibilis pars est ad totum: vt cum aquæ aliquis moueat partem, aut aeris.

Et recte vnumquodque corporum transfertur ad eundem locum: omne enim, ꝙ est consequens aliquod, & contangens ipsum, non est violente vnigeneum cum eo: cum igitur ista fuerint ex eo, ꝙ esse continuum, non agunt in se adinuicem: &, cum fuerint contangentia, agent in se adinuicem, aut patientur in seinuicem: & quælibet rerum naturalium quiescit in loco sibi ptoprio: & hoc rectum est, cum pars etiā quiescit in toto: & illud, ꝙ est in loco, dispositio eius est, sicut dispositio partis diuisæ ad vniuersum, Verbi gratia, cum aliquis motor mouerit partem aquæ, & aeris.

43 Cum dixit quod ex hac definitione dissoluuntur quęstiones accidentes in loco, incœpit declarare etiam quod ex illis potest homo dare causam, ex qua vnum-

A quodque corporum habet proprie locum propriũ, ex locis naturalibus: & qđ, qui dicit locum esse inane, non potest dare causam eius, quod apparet ex diuersitate specierum loci propter diuersitatem specierum corporũ, & dixit Et recte, &c. id est, & cum locus sit vltimum corporis continens locatum, rectum est vt vnumquodq; corporum transferatur ad locum proprium, cum transfertur ad vltimum corporis sibi proprii: [a] omne enim corpus mouetur naturaliter ad vltimum alterius corporis, donec tangat ipsum, & illud corpus, ad quod mouetur, est vnigeneũ cum eo: [b] causa igitur in hoc, quod corpora mouentur ad loca propria, est, quia vltimum corporis continentis conuenit cum vltimo rei motæ, & hoc non inuenitur in vacuo: [c] in vacuo enim, non est natura, neque vnigenea, neque diuersa. Et hoc intendebat, cum dixit omne enim, quod est consequens, &c. idest, omne enim, quod mouetur ad aliquid naturaliter, non violente, donec occurrat illi, est vnigeneum cum eo: & quia mobilia videntur moueri ad vltimum continẽtis: & omne, quod mouetur ad aliquid naturaliter, est vnigeneum cum eo: vltimum igitur necesse est vnigeneum: & sic in quolibet vltimo concauo elementorum, scilicet quod aqua mouetur etiam ad vltimum aeris, quando aqua fuerit in suo loco proprio mundi, aut in aliquo loco violente. Deinde dixit cum igitur ista, &c. id est, cum igitur res [d] vnigeneæ fuerint continuæ, non agunt in se adinuicem: & cum fuerint contiguæ, agunt in se adinuicem. Deinde dixit & quolibet rerum, &c. & iste sermo nititur dare causam quietis corporum in suis vbi naturalibus ex definitione loci, sicut dedit ex illo causam motionis corporum ad sua vbi naturalia: & sermo sic cõponitur. Corpus in corpore continente ipsum, est sicut pars diuisa a toto continuo, Et omnis pars diuisa a toto continuo figitur, quando continuatur cũ toto, & quiescit apud ipsum, Verbi gratia, pars aquæ diuisa, quando mouetur ad vniuersum aquæ, & continuatur cum eo: Sequitur ex hoc vt corpus locatum figatur in loco, secundum quod est pars illius. Et nititur etiam per hunc sermonem dare causam quietis naturalis, & vniuersalis, cum causa in quiete est eadem cum causa, quæ in motu, & est similitudo, quæ est in continente: & dixit q̃ dispositio eius est sicut dispositio partis diuisæ, &c. quia locatum, quando tangit corpus continens ipsum, non copulatur cum eo: & similitudo inter illa est vnigeneitas.

Sicut autem aer habet sed aquam, vt materia, hic autem habet se vt species: aqua enim materia [e] aeris, aer actus quidam illius. Aqua enim potentia est aer, aer autem potentia aqua est alio modo: determinandum autem est posterius de his: sed propter tempus necesse est dicere quidem: incerte autem nunc dictum, tunc erit certius. Si igi-
C tur idem est materia, & actus (aqua enim vtrunque, sed hoc quidem potentia, id vero actu est) habet se vtique, sicut pars quodam modo ad totum: vnde & his tactus inest. tangentia autem, cum vera que actu vnum fiant. & de loco quidem & quoniam est, & quid est, dictum est.

Et videtur etiam q̃ collatio aeris apud aquam est quasi materia, & illud forma: aqua autem, est tanquam materia aeris, aer vero est tanquam aliquis actus illius. Aqua enim est in potentia aer, aer vero est in potentia aqua alio modo: & hoc determinandum est in posterioribus: sed necessitas cogit ad dicendum hoc in loco. Si igitur sermo non sit manifestus in hoc loco: illic erit manifestus. Cum igitur idem fuerit materia, & complementum (sunt enim ambo aqua, sed illud est in potẽtia, & hoc secũdũ pfectionẽ) & ita habet se, sicut pars in aliquo modo apud totũ: et ideo hæc duo sunt cõtãgẽtia, & fiũt cõtinua,

a Omne corpus naturaliter mouetur ad vltimum alterius corporis, donec tãgat illud, & illud corpus, ad q̃ mouet, vnigeneũ est cũ eo, idem supra cõ. 26. & ibi. Vide infra c. 69.

b De causa motus simpliciũ vide 4. cœ. cõ. 23

c In vacuo nõ est natura vnigenea neq; diuersa. consi. supra. 36. & 42. & 67.

d Cum res vnigeneæ fuerint cõtinuæ, nõ agũt in se adinuicem, & cum fuerint cõtiguæ agũt in se adinuicẽ. Idem primo de genera. tex. cõ. 78. Idẽ. 7. phy. tex. cõ. 2.

e Aqua est tanq̃ materia aeris, aer vero est tanquã actus illius.

quando fuerint ambo vnum in actu, hoc igitur sit dictum de loco si est, & quid est.

49 Nititur in hoc sermone dare causam in hoc, quod contentum est simile continenti: dicit enim quod contentum, [a] ita se habet ad continens, sicut materia ad formam, id est, & quemadmodum materia perficitur per formam, ita contentum perficitur per continens: & quia hoc est quasi non manifestum in hoc loco, dixit & videtur, &c. id est, & videtur quod aqua est similis materiae, & aer est similis formae: & propter hanc similitudinem alterum perficietur per alterum, sicut materia per formam. Et differunt, quia continens, & contentum sunt in actu: & forma, & materia, non sunt in actu, s. vtraque per se: continens igitur, [b] & contentum, assimilantur parti, & toti quodammodo, & materiae, & formae quodammodo. Et, quia vtrunque videtur quasi materia reliqui, (vtrunque enim elementorum vicinorum est in potentia reliquum) & fuerit positum quod alterum est quasi materia, scilicet contentum, & alterum quasi forma, scilicet continens, incoepit declarare quod potentia non dicitur in eis eodem modo, & dixit aqua enim est in potentia aer, &c. id est, & diximus quod aqua est quasi materia aeris, [c] quia aqua est causata in potentia primitus, & prima intentione vt sit aer: aer vero quasi est in potentia propter formam materiae, & quasi causa in hoc est, quia aer est quasi perfectio aquae, & ignis aeris, scilicet quia continens [d] est nobilius contento secundum hoc, & etiam alterum est quasi priuatio, & alterum quasi forma, & alterum quasi generatio, & alterum quasi corruptio: & quia omnia ista non sunt manifesta in hoc loco, dixit & determinandum est hoc in postremo, &c. id est, & hoc, quod diximus, quod continens est quasi forma, & contentum quasi materia, non est manifestum in hoc loco. sed accipiendum est hic pro constanti, quousque declaretur in aliis, s. in quarto coeli, & de gen. D. d. cum igitur idem fuerit materia, &c. vult declarare per istum sermonem quod alterum esse quasi materiã, & alterum quasi formã facit etiam credere, vt alterum sit sicut pars, & alterum quasi totum alio modo vt dictum est superius. & dixit cum igitur idem, &c. id est, cum igitur idem. V. g. aqua fuerit compositum ex materia, & forma: vtrunq; enim dicitur aqua, quoniam materia dicitur aqua in potentia, & forma dicitur aqua in actu: manifestũ est quod materia est [e] tanquam pars, & forma tãquam totum: quoniam hoc nomen res dicitur de parte in potentia, & de toto in actu: &, cum ista sit dispositio continentis de contento, manifestum est, quod continens ita se habet de contento, sicut pars de toto: & est cum quasi alia causa in similitudine, quae est inter illa. Deinde d. & ideo haec duo sunt contangentia, &c. &, quia ista habent se adinuicem sicut pars, & totum: ideo sunt contangentia, & sicut continua, scilicet continens, & contentum quando alterum transmutabitur in alterũ. Hoc igitur sit dictũ de esse loci, & eius quiditate.

a Contentũ ita se habet ad continẽs sicut materia ad formã & quẽadmodũ materia perficitur per formam, ita cõtentũ perficitur per continẽs, consimile primo de gen. tex. cõ. 50. idem. 4. coe. 34. & 35.

b Differentia inter continens & cõtentũ, & inter materiã & formã.

c Potentia, qua aqua ẽ aer, & qua aer est aqua, non dicitur in eis eodẽ modo: aqua enim creata est primitus prima intentione vt sit aer, aer vero est in potentia propter formã materiae, quae aũt sit forma materię. vide cõ. 60. 7. m. vide consimile. 1. de ge. 1. cõ. 18.

d Continens nobilius est contento, & alterum est quasi priuatio, & alterũ quasi forma, & alterum quasi generatio, & alterum quasi corruptio: pro hoc vi. c. 15. 2. phy. & quae ibi vi. 4. cę. 1. c. 34. & . infra.

e Materia est tanquam pars, & forma tanquam totum. consimiliter. 7. me. cõ. 35.

## Tractatus secundus de vacuo.

*In quo ostendit quod ad naturalem spectat determinare de vacuo, & quo ordine de vacuo determinandũ sit. Cap. VIII.*

EOdem modo accipiendum est esse physici considerare de vacuo, & si est, aut non, & quomodo est, sicut & de loco. Et nãque similem habet incredulitatem, & fidem per ea, quae opinantur. vt enim locum quendam, & vas vacuum esse

A eſſe ponunt dicentes. videtur autem eſſe plenum quidem, cum habet molem, cuius receptiuum eſt: cum vero priuatum eſt vacuum: tanquam idē ſit vacuum, & plenum, & locus: eſſe aūt ipſis non idem eſt.

Et ſciendum quod oportet naturalem etiam cōſiderare de vacuo hoc modo, quo de loco, & perſcrutari de ipſo quid ſit, & vtrum ſit, aut non, & quomodo inter illa eſt propinquitas in negando, & concedendo illa ex hoc, quod pertranſit mentem ex eis. Dicentes enim vacuum eſſe ponunt ipſum, quaſi aliquem locum. Et vas, quod exiſtimatur eſſe plenum, quando in eo eſt corpus receptum, & quando caret illo, eſt vacuum: ita quod plenum, & vacuum, & locus, ſunt idem: ſed eſſe eorum non eſt idem.

CVM compleuit ſermonem de loco, incœpit loqui de vacuo, Et dixit & ſciendum eſt, &c. i. ponere perſcrutationem in ipſo de tribus interrogationibus, de quibus perſcrutatus eſt in loco, ſ. vtrum ſit, & quid, & quale: & 50
B naturalis debet conſiderare de vacuo, quia conuenit ſecundum imaginationem loco, & motui, & alijs naturalibus: & hoc mouit dicentes ipſum ad hoc credendum: &, quia locus eſt ſimilis vacuo: vacuum enim, apud dicentes ipſum eſſe, eſt locus ſine corpore: dixit & inter illa eſt propinquitas, & ita inuenimus in libro Alex. in libro aūt noſtro inuenimus quod inter illa eſt diſtantia: in arabico aūt conueniunt propinquitas, & diſtantia: & forte eſt error ſcriptoris: & forte diſtātia eſt, quia alterum eſt verum, & alterū eſt falſum. D. d & perſcrutari quid ſit, & vtrum ſit, id eſt, & perſcrutari primo quid ſignificat hoc nomen vacuum, qm̄ quid eſt interrogatur ad ſciendum ſignificationem nominis: & iſta interrogatio præcedit interrogationem de vtrum ſit interrogationibus ſimplicibus: interrogatio aūt per quid ſit, quæ interrogatur de eius definitione, eſt poſt interrogationem per vtrū, & ideo incœpit ab interrogatione per quid ſit, & poſt induxit interrogationem per vtrum: & dixit & perſcrutari, &c. i. vtrum ſit aut non ſit, & ſi ſit, quō eſt. Et forte in hoc ſermone eſt ordo præpoſterus, ita quod legatur ſic, & oportet primo perſcrutari de vacuo, vtrum ſit, aut non, & ſi ſit, quid ſit, & quale ſit. D. d. dicentes enim vacuum, &c. hic dat cauſam, propter quam oportet naturalem conſiderare de vacuo: &, q. d. & cauſa in hoc, quod naturalis debet conſiderare de vacuo eſt, qm̄ dicentes vacuum eſſe credunt ipſum eſſe, ſicut locus, & vas: &, cum aliquod corpus eſt in eo, eſt plenum: &, cum ca-
C ret illo corpore, eſt vacuum: ita quod contingit iſtis, vt locus, & plenum, & vacuum ſint idem ſecundum ſubiectum, & diuerſa ſecundum definitionem, ſ. quod cum nihil fuerit in eo, dicatur vacuum, & ecōtrario, hæ enim duæ diſpoſitiones ſunt oppoſitæ, &, ſi fuerit conſideratum in reſpectu eius, quod ſubijcitur in eo, dicetur locus: cum igitur dixit idem intendit ſecundum ſubiectum. Deinde dixit: ſed eſſe eorum non eſt idem, id eſt ſecundum definitionem vacuum enim, & locus ſunt idem ſcdm̄ ſubiectum, & duo ſecundum definitionem.

Prima expoſitio.

Quæſtio qd nominis præcedit qōnē ſi. eſt in interrogationibus ſimplicibus idē infra cō. 54.

Secunda expoſitio.

Hinc ſumitř aliqua eſſe idem ſubiecto, & definitione diſtincta, idē infra 106. & 2. de aīa. 174. & q̄ ibi vide hic infra c. 61. & 99. & 104. & tex. com. 121.

Incipere autem oportet conſiderationem accipientes, & ea, quæ dicunt, affirmantes eſſe, & iterum, quæ dicunt, non affirmantes eſſe: & tertio cōes opiniones de ipſis. Alii quidem igitur monſtrare tentātes quia non eſt, non quod homines volunt dicere vacuum, hoc arguunt, ſed peccantes dicunt, ſicut Anax. & qui eodem modo argumentantes. Demonſtrant enim quod aliquid ſit aer, litigantes per tres, & demōſtrantes quod fortis ſit aer, & accipiētes in clepſydris. Alii autem homines volunt vacuum eſſe ſpatium, in quo nullum eſt corpus ſenſibile.

Et oportet nos ponere principium considerationis, & narremus, quid dicunt in hoc opinantes ipsum esse, & quid dicunt ēt opinantes ipsum non esse, & ēt res cognitas in eo. Dicamus igitur quod illi, qui nituntur probare ipsum non esse, non contradicunt ei, quod homines intendunt per hoc nomē vacuum, sed ei, quod ipsi intendunt per hoc nomen peccando, vt Anaxa. qui iuit sua via in contradictione. Probant enim aerem esse aliquid per compressionem vtris inflati, & vident per hoc, quod aer habet virtutem, & per inclusionem eius in instrumentis, quæ dicuntur cantaploræ. homines enim intendunt, cum dicunt vacuum, dimensionem, in qua non est corpus sensibile omnino. D

51 Quia principium perscrutationis naturalis est præponere sermones dialecticos sermonibus demonstratiuis, & sermones eorū qui ponunt vacuum, & qui destruunt ipsum sunt tales, & maxime sermones eorū, qui ponunt ipsum: Dixit & oportet nos ponere, &c. i. & ponemus primo perscrutationem de suo esse per prima cognita, quæ naturaliter habemus in ipso: deinde incœpit dicere rationes eorū, qui negant ipsum esse, & accusat eos, quia non cōtradixerunt ei, quod significat hoc nomen vacuum, ita quod contradictio eorum esset cōtradictio vl'is, sed contradixerunt contradictione particulari, s. quod quidam eorum estimauerunt vacuum esse, & est aer inuisibilis: & hoc intendebat cum dixit non contradixerunt, &c. i. qm̄ non cōtradixerunt ei, quod significat hoc nomē vacuum, vt oportet in contradictionibus demonstratiuis, sed contradixerunt intentioni particulari, quam ipsi intellexerunt per hoc nomen vacuum, aut opinabantur ipsum esse vacuum, s. aerē: & hoc sicut dixit, quia exprimebant vtres inflatos, donec sentiatur per tactū exitus aeris ab eis: & declarabant per hoc, quod aer non est vacuum, sed corpus: & sil'r faciebant de introitu aeris in cantaploris. hoc enim instr̄m, qn̄ superius clauditur, non fluit aqua ab inferiori, & cum superius aperiatur, fluit: & hoc accidit necessario ex introitu aeris in ipsum instr̄m. ergo, qn̄ aqua exit ab eo, non remanet vacuum, sed succedit aer: & hoc, quod dicunt, non destruit naturam vacui, sed destruit solūmodo vt aer sit vacuum: & dicēs vacuum esse, potest dicere quod est dispersum in corporibus, non separatum ab eis: & quod est etiam separatum extra mundum: & ideo ista contradictio fuit particularis. Deinde induxit descriptionē vacui apud dicentes ipsum esse, cui debet resisti. & dixit homines vero intendunt, &c. & intēdit homines dicentes vacuum esse, & dixit corpus sensibile ad excipiendū corpus mathematicum: non enim est differentia inter vacuum, & corpus mathematicum, cum vtrunq; sit tres dimensiones abstractæ a materia. E F

Principium perscrutationis naturalis est præponere sermones dialecticos sermonibus demonstratiuis idē supra cō. 3. & quæ ibi.

Nota cām quare, qn̄ orificiū superius clepsydræ clauditur, nō fluit aq̄.

Nō est dr̄ia inter vacuū, & corpus mathematicū, cū vtrūque sit tres dimensiones abstractæ a materia. consimile infra com. 76.

Opinantes autem omne, quod est, corpus esse dicunt, in quo omnino nihil est, illud esse vacuum: vnde plenum aere vacuum esse: igitur non oportet hoc demonstrare, quod aliquid sit aer, sed quod nō est spatium alterū a corporibus, neq; separabile, neq; quod sit actu, ita ꝙ recipiat omne corpus, & quod non sit continuum, sicut dicunt Democritus, & Leucippus, & alii multi physiologorum: aut, & si aliquid extra omne corpus est, cum sit continuum.

Et, quia opinabantur quod omne ens est corpus, dixerunt quod id, in quo nihil est omnino, illud est vacuum: & ideo videbant quod illud, quod est plenum aere, est vacuum: non igitur oportet declarare aerem esse aliquid, sed oportet declarare quod nulla est hic dimé

A sio præter dimensionem corporum, neq; separata, neq; existens in actu, i. quod miscentur cum toto corpore, & erit non continuum, sicut dicit Democritus, & Leucippus, & multi alii, qui loquuntur de natura: neque est aliquid extra corpus vniuersale, & istud corpus est continuum.

Cũ dixit quod significatũ huius noĩs vacuum, scd̃m quod ipsi intendunt, est dimensio, in qua non est corpus sensibile, & ista expositio noĩs, licet semper nõ sit dictã ab eis, tñ sequitur ex verbis eorũ, incœpit notificare hoc, Et dixit &, quia opinabantur ꝙ omne ens est corpus, &c. i. & quia isti opinabantur ꝙ oẽ ens est corpus sensibile, intendebant per vacuũ illud, in quo nihil est oĩno. i. illud, in quo non est corpus sensibile: & quia ponebant ipsum esse aliquid, & nõ priuationem simpl'r, sed inane, & vacuũ, contingit vt sit dimensio: ergo significatum huius noĩs vacuum, scd̃m quod ipsi intelligunt, est dimensio, in qua non est corpus sensibile: & intendit per dimensionẽ tres dimensiones. D. d. & ideo videbant, &c. i. &, quia opinabantur quod vacuum est illud, in quo non est aliquod sensibile, & aer est insensibilis, crediderũt quod illa, q̃ sunt plena aere sunt vacua. D. d. non igitur oportet, &c. i. &, cum sit declaratũ secundum opinionem eorũ, quod significatũ huius noĩs vacuum, apud eos est dimensio, in qua non est corpus sensibile: non oportet volentes contradicere huic opinioni vera cõtradictione declarare ꝙ aer est aliquod corpus, sed declarare quod nõ sunt hic dimensiones, pręter dimensiones corporum existentiũ in eis, neq; separatę, scd̃m opinionem dicentiũ ꝙ vacuum inuenitur extra omnia corpora, & p se: neq; existentes oẽs in actu in corporibus, & si non separẽtur a corporibus: sed inuenitur a corporibus ita, ꝙ nullum corpus sit continuum in rei veritate, nisi scd̃m sensum: sed in oĩbus corporibus sunt foramina plena vacuo, vt Democritus, & Leucippus intendunt, & multi alij loquentium de natura. D. d. neq; est aliquid extra corpus totale, &c. i. &, scd̃m hoc destruetur ẽt opinio dicentium ꝙ extra mundũ est vacuũ infinitum, & ꝙ in corpore totius nõ est vacuũ: & intendebat declarare ꝙ, cũ destruxerit significatũ huius noĩs vacuum, destruent oẽs opiniones dictæ de vacuo: qui aũt vult destruere vacuum per hoc quod aer est corpus: non destruet nisi vnam opinionem particularem de vacuo. 52

Antiqui ponentes vacuum, existimabant ꝙ omne ens est corpus. idẽ infra te. com. 57.

Hi quidem igitur nõ per portam ad problema contradicunt, sed affirmantes esse magis: dicunt aũt vnum quidem, quia motus scd̃m locum non erit: hic aũt est loci mutatio, & augmentum: non enim videbitur motus vtiq; esse, nisi sit vacuum: plenum enim impossibile est recipere: si vero recipiat, & sunt duo in eodem, continget vtique & quælibet simul esse corpora: differentiam enim, propter quam nõ vtique erit quod dictum est, non erit dicere. Si autem contingit hoc, & paruissimum accipiet maximum. Multa nãque parua magna sunt: quare, si æqualia multa contingit in eodẽ esse, & multa inæqualia.

Isti vero non contradixerunt significato, secundum quod oportet: dicentes vero vacuum esse, sermo eorum est conuenientior. Dicunt enim primo quòd motus localis impossibile est vt sit sine vacuo, & iste motus est translatio, & augmentum, & diminutio. Existimatur enim quod impossibile est vt sit motus, nisi sit vacuum. plenum enim ĩpossibile est recipere aliquid: quoniam, si recipit, erit possibile duo corpora esse in eodem loco, & plura quodlibet insimul. Non enim potest aliquis dicere quòd inter hoc, & illud est differentia, propter quam non potest esse, sicut est dictum: Et, cum ita

sit, possibile est vt minima rerum recipiat maximam. Magnum enim diuiditur in multa parua, ergo si est possibile vt multa æqualia sint in eodem loco, necesse est vt multa inæqualia ēt sint in eodem loco.

53 Cum dixit ꝙ contradictio eorum, qui dixerunt vacuum non esse, est debilis, incœpit inducere rationes eorum, quæ ponunt vacuum esse, & declarat ꝙ rationes eorum sunt valde apparentes: Et dixit ibi vero, &c. i. qui destruunt vacuum. D. d. dicentes aūt vacuum, sermo eorum est conuenientior, id est, & rationes eorum magis pertinent ad sufficientiam, & apparentiam. D. d. primo vero, quia motus localis non potest esse sine vacuo, i & prima ratiocinatio eorum est, quia dicunt quod, si vacuum non fuerit, non erit motus localis: sed motus localis est, ergo vacuum est: vel si motus est, vacuum est, sed motus est: ergo vacuum est. Et quia continuatio non est manifesta, incœpit inducere rationes eorum in cōtinuatione, & dixit existimatur enim ꝙ impossibile est, &c. i. & existimatur enim ꝙ vacuum sequitur ex motu, & vacuum non est, motus non est. D. d. plenum enim non potest recipere aliquid, id est, & existimatur ꝙ, si motus est, vacuum est: qm̄ motum mouetur in aliquo recipiente ipsum: & illud, aut est vacuum, aut corpus: si corpus, tunc corpus recipit corpus, & erunt duo corpora in eodem loco: quod est impossibile: &, cum impossibile est vt recipiens sit corpus, ergo est vacuum. Deinde addidit huic impossibili improbabilitatē statim, & dixit & multa corpora, &c. i. &, si sit possibile duo corpora esse in eodem loco, possibile est plura corpora esse in eodem loco: non enim potest aliqs dicere ꝙ est differentia inter hoc, quod vnum corpus recipiet duo corpora, aut plura corpora, & ꝙ propter illam differentiam non est, sicut fuit dictum, s. quod illud, quod continget in duobus corporibus, contingat in pluribus. Deinde dicit & cum ita sit possibile est, &c. id est, &, cum sit possibile vt multa corpora subijciantur in eodem loco, possibile est vt maximum corpus subijciatur in loco minimi corporis, vt quod mundus subijciatur in loco sinapis: possibile est corpus maximum diuidi in minima corpora æqualia corpori minimo, quæ omnia penetrantur in loco minimi corporis. Deinde induxit aliud impossibile ēt, quod sequitur ex hoc, & dixit ergo si possibile est, &c. i. quando inęqualia fiēt æqualia, s. maximum subijci in minimo, & sic deficiet excessus.

Prima ratio antiquorum probantium vacuū esse.

Si duo corpora essent i eodē loco, possibile esset vt maximū corpus subijciat' loco minimi corporis, vt ꝙ mundus subijciat' in loco sinapis.

Melissus quidem igitur demonstrat quod omne sit immobile ex his. si enim mouebitur aliquid, necesse est, dicit, esse vacuum: vacuū autem non est eorum, quæ sunt.

Mellissus igitur declarauit ex hoc, quod totum non mouetur: dixit, qm̄ si mouetur, necesse est vt sit vacuum: sed vacuum non est. F

54 Dicit & Mellissus cum obedit ad vacuum esse, si motus est, & vacuum apud ipsum non est: igitur dixit totum non moueri: & cecidit in peius vacuo: quia negat motum esse.

Melissus tēdit in peius vacuo, quia negat motū esse.

Quodam quidem igitur modo ex his demonstrat quod aliquid est vacuum: alio vero modo, quia videntur quædam coeuntia, & calcantia, vt & vinum dicunt cum vtribus recipere dolia, tāquam in ea, quæ sunt vacua, coeunte densato corpore. Amplius & augmentum videtur fieri omnibus per vacuum: alimentum quidem enim corpus esse, duo autem corpora impossibile simul esse.

Iste igitur est vnus modus, ex quo declarat vacuum esse aliquid: & alius modus est, quia nos videmus res, quæ congregantur adinuicem, & condensantur, dicunt, Verbi gratia, vinum: dolia enim occu

Duo corpora impos'e ē simul esse.

A pant ipsum cum vtribus, & fine. & hoc significat hic esse loca vacua, ad quæ corpus congregatur, quando densatur: & etiam augmentum omnes homines existimant ipsum esse mediante vacuo. Dicũt enim quòd nutrimentum est corpus, & impossibile est vt duo corpora sint insimul.

Cum declarauit ꝙ vnum eorum, ex quibus probant vacuum esse, est motus translationis, dicit etiam ꝙ ex densitate probant etiam vacuum: dicunt enim quod vnum corpus videtur constringi, & fieri minus quam erat: &, si vacuum non esset, contingeret vt partes eius inuicem penetrarentur, quod est impossibile. Deinde induxit tertiam rationem. & dixit &, etiam augmentum, &c. i. qm̃ nutrimentum, quia est corpus adueniens corpori nutribili, & penetrans ipsum, necesse est vt in corpore nutribili sint foramina vacua, in quibus intrat cibus: quoniam, si non essent illic foramina, contingeret corpus penetrari. Hæc igitur sunt tres rationes, quarum vna est ex motu translationis, & secunda ex densitate, & raritate, & tertia ex nutrimento: & impossibile quod sequitur ex eis secundum existimationem, est vnum, s. corpus penetrari: & ratiocinatio ex vtribus est particularis, & reducitur ad rationem ex densitate, & raritate. 55 Secunda rõ. Tertia rõ.

B Testimonium autem, & quod est de cinere, faciunt, qui tantum aquæ recipit, quantum vas vacuum esset. Esse autem & pythagorici affirmauerunt vacuum, & ingredi ipsum in cœlo ex infinito spiritu, tanquam respiranti. Et hoc esse vacuum, quod disterminat naturas rerum, tanquam sit vacuum separatio quædam eorum, quæ sunt consequenter, & determinatio: & hoc in numeris esse primum. Vacuum enim disterminare naturam ipsorum.

Et testatur apud eos hoc, quod accidit cineri, recipit enim ex aqua tantum, quantum vas, in quo erat cinis. Et pythagorici dicebant vacuum esse, & quod per anhelitum intrat cœlum. cælum enim attrahit ipsum cum hoc, quod attrahit, quando anhelat ex spiritu infinito. Et vacuum etiam est illud, quod distinguit inter naturas: quoniam vacuum est distinctio, & determinatio inter consequentia: dicunt, & hoc primo inuenitur in numeris. vacuum enim, apud eos, distinxit C naturam eorum.

Et hæc est alia ratio particularis, & inducunt ipsam pro testimonio dicentiũ vacuum esse: dicunt enim ꝙ idem vas tantum capit de aqua, qñ est plenum cinere, quantum capit de aqua, quando est vacuum: & hoc non sum expertus, & si est, sicut dicunt, non habet aliam causam, nisi quia aqua corrumpitur a cinere, aut secundum totum, si dixerimus quod inter partes cineris non est aer diuisus ita, ꝙ ex eo non remaneat in eo, nisi qualitas tantum, aut corrumpantur ex eo partes aliquę, & aeri, qui est mixtus cum cinere, succedunt ex eo partes aliquę, dissoluuntur a cinere aliæ partes: & hoc est verius. Et signum eius est: quoniam, quando cinis exprimitur, exit quædam pars aquæ ab eo, & non tota, & qñ cinis desiccatur, reuertitur minor quã erat: Et pythagorici inducebãt quartam rationem vniuersalem, dicebant enim ꝙ causa diuisionis entium consequẽtium, id est non contingentium est vacuum, & dicebant quoniam, si diuisio est, vacuum est: sed diuisio est. ergo vacuum est. Deinde dicit & pythagorici dixerunt vacuum esse, id est, & pythagorici opinabãtur vacuum esse penetrans totum mundum per anhelitum, & non separatum, cum mundus anhelet a spiritu infinito, scilicet vacuo. Deinde induxit aliam rationem ex distinctione, quæ inuenitur in rebus consequentibus, & dixit, & est illud, quod distinguit inter 56 Quarta rõ particulari. Propter qd est, quod vas plenũ cineris tm̃ recipit de aqua, quantũ reciperet si vacuum esset. Quarta rõ vl'is pythagoricorum. Quinta rõ.

**naturas,&c.id est,& vacuum est illud, quod distinguit inter naturas distinctas apud eos: est enim apud eos causa distinctionis, & determinationis consequentium:& hoc primo inuenitur in numeris,id est,& quia consequens primo inuenitur in numeris,& mediante numero inuenitur in alijs entibus,dixerunt ꝙ vacuum est illud, quod distinxit naturam numerorum,& post distinxit naturas rerum per distinctionem naturæ numerorum.** D

*In quo ostendit communes opiniones hominum de vacuo. Cap. IX.*

Definitio vacui.

EX quibus quidem igitur alii dicunt esse, alii vero non dicunt,fere tot,& huiusmodi sunt.At qualiter autem se habet, oportet accipere quid nomen significat: videtur autẽ vacuũ locus esse,in quo nihil est:huius aũt causa est,quia quod est corpus esse opinatur:omne aũt corpus in loco esse: vacuum autem,in quo loco nullum corpus est:quare sicubi nõ est corpus ibi nihil esse: corpus autem,opinatur esse,quod tangitur: huiusmodi autem est,quod habet grauitatem,& leuitatem.accidet ergo ex syllogismo hoc esse vacuum,in quo nullum graue, aut leue. hæc quidem igitur,sicut diximus etiam prius, ex syllogismo accidunt : inconueniens autem est,si punctum vacuum sit · oportet enim locum esse, in quo loco corporis sit spatium, quod tangitur. B

Ista igitur,& similia fere sunt,per quæ ratiocinantur dicentes vacuum esse,& negantes ipsum. Et est necesse declarare, ꝙ istorum est verum,scire significatum huius nominis: & existimatur ꝙ vacuũ est locus,in quo nihil est: & causa in hoc est, quia existimant ꝙ ens est corpus,& ꝙ omne corpus est in loco,aliquod vbi fuerit,in quo non est corpus,sequitur igitur,ꝙ si aliquod vbi fuerit,in quo non est corpus,quod nihil sit illic omnino: & existimant ẽt quod omne corpus est tangibile:& illud,quod est tale,est illud,quod habet grauitatẽ,& leuitatem.ergo sequitur ex hoc,quod vacuũ sit illud, in quo non est grauitas, aut leuitas.Ista igiť,sicut diximus superius, sequunť scdm rationem:sed est inopinabile vt punctus sit vacuum : qm̃ sequitur vt sit locus,& illud est, in quo est dimensio corporis tangibilis. F

57 DIcit hoc igitur,quod narrauimus,est fere totus sermo probantium vacuũ esse,& improbantium,& necesse est illi, qui intendit declarare ꝙ istorum est necessarium, scire quid significat hoc nomen vacuum. Et dixit hoc, quia principium perscrutationis per vtrum simpl'r,s. vtrum aliquid sit, aut nõ, est exponere nomen per sermonem compositum ex aliquo,quod est tanquã genus, & alio quod est tanꝙ differentia. Deinde quæretur, si illud genus cũ illa differentia,si fuerit,verificabitur illud quæsitum:&,si non,non, vt declaratum est in posterioribus. D.d.Et existimatum est ꝙ vacuum est locus,in quo nihil est,i.existimatur scdm opinionem eorum, ꝙ hoc nomen vacuũ significat apud eos locum,in quo nihil est. D d.& causa in hoc est, &c.i.qm̃ opinabantur,ꝙ omne ens est corpus,& ꝙ omne corpus est in loco:& ꝙ vacuum est locus, in quo non est corpus:ex quo sequitur ꝙ vacuum,est illud,in quo nihil est. D.d. & existimant,ꝙ omne corpus est tangibile,&c.i.&,quia ponunt, ꝙ vacuũ est illud,in quo non est corpus: & ponunt ẽt ꝙ omne corpus est tangibile:&,ꝙ tangibile habet grauitatem,aut leuitatem:sequitur ꝙ vacuum sit illud,in quo non

Principium perscrutationis p vtrum simplex.s. vtrũ aliquid sit, aut non, est exponere nomẽ per sermonẽ cõpositum ex aliquo quod est tanꝙ genus, & alio,

A est grauitas, aut leuitas. D.d. ista igitur, &c. i. ista igitur inopinabilia sequunt eis, qui exponunt hoc nomen vacuum tali expositione, s. quia contingit eis, quod vacuum sit aliquid, in quo non est grauitas, aut leuitas. Deinde induxit vnum inopinabilium contingentium huic positioni, & dixit sed est inopinabile, vt punctus sit vacuum, &c. i. qm̃, cum contingit eis quod vacuum sit illud, in quo nõ est graue, aut leue: & hæc est descriptio vacui, & descriptio conuertitur super descriptum, erit verum quod illud, in quo non est graue, aut leue, est vacuum: sed in puncto non est graue, aut leue, ergo punctus est vacuum. si igitur punctus est vacuum, & vacuum est locus: ergo punctus est locus: sed locus est diuisibilis cum in eo est dimensio corporis tangibilis: & punctus est indiuisibilis, quod est inconueniens: & hoc intendebat cum dixit qm̃ necesse est vt sit locus, &c. id est, qm̃ sequitur ex hoc, quod punctus est vacuum, & vacuũ est locus apud eos, vt punctus sit locus: & locus apud eos est illud, in quo est dimensio corporis tãgibilis: ex quo sequitur, vt dimensiones subijciantur in puncto, s. diuisibile indiuisibili, & hoc contingit eis, quia negatio, per quam disposuerunt vacuum, est negatio vniuersalis, per quam non intelligitur natura terminata, s. cum dicunt, quod est locus, in quo non est corpus, hoc enim est verum de colore, & de puncto: & ideo illi, qui dicunt ipsum esse dimensionem, in quo non est corpus, non con-
B tingit eis hoc inopinabile, qm̃ dicere ipsum esse locum, in quo non est corpus, non significat naturam terminatam, sicut significat apud dicentes ipsum esse dimensionem, in qua non est corpus.

quod est tantum quam differentia. consimile supra com. 50.

Siquidem igitur videtur dici vacuum, vno quidem modo nõ plenum sensibili corpore secundum tactum: sensibile aũt secundum tactum est, grauitatem habens, vel leuitatẽ. Vnde dubitauerit aliquis, quod vtiq; dicat, si habeat hoc spatium colorem, aut sonum, vtrum vacuum, an nõ? aut manifestum est, siquidem corpus accipiat quod tangitur, vacuum esse, si vero non, minime.

Et etiam videmus quod vacuum dicitur vno modo illud, qđ non est plenum corpore sensibili secundum tactum: & sensibile secundũ tactum est illud, quod habet grauitatem, aut leuitatem. Quid igitur dicunt, si aliquis interrogauerit eos, & dixerit, si dimensio recipit colorem, aut sonum, quando percutitur, vtrum sit vacuum, aut nõ: sed est manifestum, quod si recipit corpus tangibile, est vacuum, &, si
C non recipit, non.

Cum destruxit descriptionẽ dicentem vacuũ esse locum, in quo non est corpus, reuersus est ad alias descriptiones. Et dixit ẽt videmus, quod vacuum dicit vno modo, &c. i. & videmus, quod vacuũ describitur multis modis; Quorum vnus est, quod est dimensio non plena corpore sensibili sedm tactum, D. d. & sensibile secundum tactum, &c. i. & contingit istis ex hoc, quod vacuum sit dimensio in qua non est grauitas, aut leuitas tm̃. & ideo dixit; quid igitur dicũt, &c. i. & dicendum est dicentibus hoc, qñ ista dimensio recipit colorem, & sonũ vtrũ sit vacuum, aut non. si vacuum, tunc vacuum erit vnũ entium sensibilium non intelligibilium, quod non dicunt: si aũt non vacuum, tunc vacuum nõ est illud, in quo non est corpus tangibile tm̃, sed in quo non est qualitas tangibilis, neq; color, neq; sonus. D. d. sed est manifestum, &c. i. d est sed deberent addere in definitione, quod est illud, in quo: non est corpus tangibile, & recipit illud. non enim sequitur vt illud, in quo non est corpus tangibile, sit vacuum, cum cœlum sit huiusmodi, quia est illud, in quo non est qualitas tangibilis. Dixit Alexan. & in alio lib. loco eius, in quo dicit, quod non est plenum corpore tangibili, est quod est plenum corpore tangibili: & secundum hoc intendunt per illud, aerem: aer enim apud illos, est tangibilis per tactum tantum, & apud eos 58

In cœlo nõ est qualitas tangibilis. idẽ 1. et 2. capite de substãtia orbis. Idem 1. cœ. te. com. 20.

est vacuum:& ideo crediderunt ipsum esse tangibile per tactū tm̄, & scd̄m hoc contradixit eis post,cum dixit qm̄,cum recipit alias qualitates a tangibilibus, vtrum remanet vacuum,aut non:si igitur remanet,destruetur descriptio,si non remanet,tunc vacuum recipiet qualitates in loco corporum.

Alio autem modo,in quo non hoc aliquid est,neq; substantia corporea aliqua.vnde dicunt quidam vacuum esse corporis materiam: qui quidem locum idem dicentes,non bene:materia quidem non separabilis est a rebus:vacuum autem,quærunt,sicut separabile.

Lr̄a Argy. Qui quidē, & locū hic idem asserūt esse,nō recte dicentes, vt patet.

Et alio modo dicitur illud,in quo non est aliquid demonstratum, neque substantia corporalis:& ideo dixerunt quidam quod vacuum est materia corporum:& isti sunt,qui dixerunt etiam quod locus est ista:& non bene dixerunt:materia enim non est separata a rebus:vacuum enim non perscrutatur de illo, nisi scd̄m est quod separatum.

59 Et alij describunt ipsum, ꝙ est illud,in quo nihil est demonstratū, neq; accidens,neq; substantia corporalis:&,quia ista descriptio conuenit materiæ,putauerunt quidā, ꝙ materia, & vacuum sunt idē, sicut existimauerunt quod locus, & materia sunt idem,& innuit(vt mihi vr̄) Platonem.D.d.& non bene dixerunt,&c.i.& non bene existimauerunt:qm̄,cum dicimus ꝙ in materia nihil est demonstratum in actu, non intelligimus ꝙ possit denudari a rebus demōstratis in actu,sed intendimus quidē, ꝙ in sua essentia non est aliquid demonstratum, neq; est in se aliquod demonstratū:qm̄,si ita esset,nō reciperet res demōstratas: vacuum vero est illud,in quo non est aliquid demonstratum ita,ꝙ uacuum inuenitur separatum a rebus demonstratis, qn̄ dicitur vacuum.

Plato existimauit, ꝙ locus, & materia sunt idē. consimile supra cō.16. Quomodo intelligit̄ dictum cōe, videlicet, ꝙ in materia nihil est demō stratum in actu.

Quoniam autem de loco terminatum est, & vacuum locum necesse est esse,si sit priuatum corpore. Quomodo autem locus est,& quomodo non est, dictum est: manifestum est quoniam sic vacuum quidem non est,neq; separatum,neq; inseparabile.Vacuū enim non corpus,sed corporis spatium esse volunt.

Quia iam determinauimus de loco,& est necesse in vacuo etiam, si est possibile,vt sit locus, qui caret corpore, & iam narrauimus locum quomodo est,& quomodo non: manifestum est quod vacuum, quod dicitur hoc modo,non est separatum,neq; non separatum.Vacuum enim non est apud eos corpus, sed dimensio sine corpore.

60 Cum destruxit descriptiones dictas de vacuo,incœpit declarare etiā ꝙ illud, quod dicit in perscrutatione de loco,destruit descriptionē veram vacui,quę est ipsum esse dimensionem, in qua non est corpus,Et dixit quia iam determinauimus.&c.i.&,quia iam declarauimus locum quid sit,& qūo est:quia declarauimus ꝙ est primū continens extraneū:& ꝙ non est hoc,dimēsio existens per se separata a corporibus,neq; non separata,sed mixta,cum eis: & vacuum, si sit, nihil aliud est,ꝙ̄ dimensio separata,manifestū est quod vacuū non est.Et cū dixit separata,neq; inseparata,intendit scd̄m opinionem dicentiū ꝙ vacuum est separatum a corporibus,& scd̄m opinionem dicentium ꝙ est mixtū cum corporibus,& non separatū ab eis:&, cū dixit vacuum enim apud eos,&c. innuit etiā modū,ex quo contingit,vt non inueniat̄ dimensio per se:illud enim,qđ inuenit̄ per se,est corpus,dimensiones vero inueniuntur in corporibus:&,quia vacuum est dimensio existens per se,sequit̄ vt non sit:qm̄,si esset,tunc prædicamentum quantitatis esset separatum,& tunc quantitas esset separata a substantia.

A Vnde, & vacuũ videtur esse aliquid, quia & locus, & propter hoc acceptũ est: conuenit enim motus, qui secũdum locum est, & locum dicentibus esse aliquid præter incidentia corpora, & his, qui quidẽ dicunt quod vacuum est: causam autem motus opinantur vacuum esse, sic, sicut in quo mouetur: hoc autem tale erit, quale locum dicunt quidam esse.

Et ideo dicunt quod vacuum est aliquid, quia locus etiam est aliquid, & eisdem causis dicũt hoc, quod vacuum est: motus enim in loco coegit dicentes locũ esse aliquid aliud a corporibus, quæ subiiciuntur in eo ad dicendum hoc, & coegit dicentes vacuum esse ad dicendum hoc. Qui enim existimauit vacuum esse causam motus, existimauit ipsum esse illud, in quo mouetur res mota: & ideo dixerunt quidam ꝙ hoc est tanquam locus.

Motus ĩ loco coegit dicẽtes locum esse aliquid aliud a corporibus, q̃ sub iiciuntur in eo.

Id est, & quia existimant ꝙ locus, & vacuum sunt idem, & locus apud eos est aliquid, existimant etiam hoc modo vacuum esse aliquid, id est ens. D. d. per eisdem causas, id est, & per easdem causas crediderunt locum esse, & vacuũ esse, & existimauerunt ea esse vnum secundum subiectum, & duo secundum modum. D. dedit causam, ex qua existimauerunt hoc, & dixit motus enim in loco coegit, &c. id est, quoniam motus est illud, quod induxit homines ad credendum locum esse, & vacuum esse: sed opinari locum esse propter motum est vera opinio, opinari vero vacuum esse propter motum est falsum, & similiter hoc, ꝙ opinantur ex hoc, ꝙ vacuum est locus, est falsum. D. d. quia enim existimauit, &c. id est, qui enim existimauit vacuum esse causam motus, existimauit hoc: quia reputauit ipsum esse illud, in quo res mota mouetur, sicut reputatur de loco: & ideo dixerunt ꝙ vacuum. & locus sunt idem. Et, cum dixit ꝙ motus induxit eos ad dicendum vacuum esse, incœpit contradicere eis. 61

B Crediderũt antiqui locum, & vacuum idem esse secundũ subiectum. Idem supra cõ. 50. & infra. 65.

Motus est illud, quod induxit hominẽ ad credendum locum esse, & vacuũ esse. Sed opinari locũ esse propter motum est vera opinio, opinari vero vacuũ esse propter motũ est falsum. Idẽ. supra. com. 3. et 30. & ibi.

Neque autem vna necessitas est, si motus est, esse vacuũ: omnino igitur omnis motio nequaquam: vnde & Melissum latuit: alterari nanq; contingit plenum: sed neq; secundũ locum motum: simul enim subingredi adinuicem contingit, licet nullum spatium extra sit, præter corpora mota, & hoc manifestum est & in continuorũ reuolutionibus, sicut his, quæ sunt humidorum. C

Et non est hic necessitas cogens, si fuerit motus, vt vacuũ sit: quoniam vniuersaliter non est hoc necessariũ de omni motu: & hoc ignorauit Melissus: possibile enim est vt plenum alteretur: & postea, quoniam neque est necessarium in motu locali: possibile enim est vt ambo congregentur: & sic corpora mobilia cedunt sibi in locis adinuicem absque eo, ꝙ hic sit dimensio separata, præter dimensionem eorum: & hoc est manifestum in cursu corporum continuorum, & similiter etiam in cursu corporum humidorum.

Dixit & non est hic necessitas cogens, si motus fuerit vt sit vacuum, Primo vero, quoniam, si vtamur motu vniuersaliter, & communi, hoc manifestum est, scilicet quod vacuum non est necessarium in omni motu: motus enim alteratiuus, aut indiget pleno de necessitate, aut nullus existimauit ipsum indigere vacuo: & hoc est manifestum per se: & hoc ignorauit Melissus, cum dixit qđ totum est immobile quolibet genere motus: quia non est vacuum. Et, cum de- 62

clarauit q; manifestum est per se, q; non omnis motus facit existimari vacuũ esse, incœpit declarare etiam q;, neque ex motu in loco sequitur vacuũ esse, & dixit & postea, &c. i. & postea, si concesserimus q; ipsi non probant vacuum ex omni motu, sed ex motu locali, apparebit etiam quod hoc nõ sequitur etiam in motu locali, quoniam possibile est motum localẽ esse sine vacuo: & hoc intendit, cum dixit possibile enim est, vt duo cõgregentur. s. motũ esse: & vacuum non esse. D. d. quomodo, & dixit scilicet corpora mobilia cedant sibi, &c. i. & hoc erit ita, q; omnia corpora mobilia, quando aliquod corpus eorum mouetur, cedat ei in loco aliud corpus, ad quem transfertur, & illi aliud, absq; eo, q; ibi sit dimensio separata, in qua motum moueatur præter dimensionem corporum mobilium. Deinde narrauit quod iste modus qualitatis trãslationis mobilium manifestius est de causis sensibilibus, Et dixit & hoc manifestum est in cursu, &c. & intendit per corpora continua contangentia: ista enim quando mouentur, cedunt sibi adinuicem: &, si non, impediretur motus: & intẽdit per corpora humida motum partium aquæ, & aeris: partes enim istorũ mouentur, quando cedunt sibi in loco adinuicem: & similiter ista corpora cedunt in loco naturaliter rebus, quæ mouentur in eis, scilicet mobilibus in aqua, & aere. Et forte intendit per hoc, quod dixit in cursu corporũ continuorũ, corpora mobilia secundũ partes, sicut aqua, & aer, & per hoc, quod dixit: & similiter in cursu corporũ humidorũ, intẽdit q; hoc manifestũ est ẽt in cursu corporũ humidorũ, scilicet qm̃ motus eorũ est per motus rerũ, in quibus mouentur. D

**Prima expositio.**

**Secũda expositio.**

Contingit autem & densari non in vacuum, sed propterea quod ea, quæ insunt, illabuntur: vt, aqua collisa aere, cui inest: & augmentari non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aer: omnino autem, & quæ est de augmento ratio, & in cinerem diffusæ aquæ ipsa seipsam impedit: aut enim nõ augetur quodlibet, aut non in corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse: dubitationem igitur communem volunt soluere, sed non vacuum demonstratur sicut est, aut omne esse corpus necessarium vacuum, si penitus augetur, & augetur per vacuum: eadem enim ratio, & in cinere est. E

**Augmẽtari cõtingit nõ solũ ingrediente aliq. sed ex alteratione.**

Et possibile est etiam corpus condensari non ad vacuũ, sed quia illud, quod est in eo, dissoluitur, & exit ab eo, Verbi gratia, quoniam quando aqua dissoluitur, exit ab ea aer, qui est in ea: & possibile est corpus augeri, quia aliquid intrat ipsum tantum: sed augetur per alterationem etiam, Verbi gratia, quando aer generat ex aqua: & vniuersaliter sermo de augmento, & sermo de aqua, quæ funditur in cinerem, destruunt se adinuicem: quoniam aut nihil augetur, aut augmentum eius non fiet per corpus, aut duo corpora congregentur in loco. Ipsi igitur per hoc, quod dicunt, non declarant vacuum esse, sed quærunt dissoluere quæstionem communem nobis, & illis: & ideo oportet etiam vt corpus sit vacuum, cum totum augetur, & augmentũ sit mediante vacuo: & hoc idem dicimus de cinere. F

63 Cum declarauit quod non sequitur, si motus sit, vt vacuũ sit, vt probantes vacuum esse existimauerunt: incœpit etiam declarare quod neque etiam sequitur ex densitate, & raritate, neque ex augmento, & diminutione, Et dixit & possibile est corpus condensari non ad vacuum, id est, & possibile est existimari quod corpora condensentur sine eo, quod vacuum sit impositum in ipso: & hoc intelligitur vt a corpore condensato dissoluantur quædam partes, & exeunt ab eo: & sic constringuntur partes residuæ ad loca illarum partium: & sic corpus fiet minoris quantitatis absque eo, quod imaginetur quod inter par

A tes eius sunt foramina vacua, ad quæ constringuntur partes eius apud densitatem, Verbi gratia quod, quando aqua exprimitur, reuertitur in minorē quantitatem: quia partes aereæ mixtæ cū ea dissoluuntur ab ea: & similiter in lana, & filtro: & est possibile quod densitas accidat non propter exitum partium, sed ex alteratione tantum, quando corpus maioris quantitatis transfertur in minorē quantitatē, & similiter possibile etiam est, vt magnitudo eius crescat absq; eo, quod admisceatur ei aliquid extrinsecū: vt aqua quæ transmutatur in aerē; & hoc intendebat cum dixit, & possibile est corpus augeri; & quia hoc dicitur augmentum transumptiue: augmentum.n.in rei veritate nō est nisi in animato, & per aliquod extrinsecū: & declarare quomodo sit augmētum verū manifestū impertinens est hic, incœpit declarare ꝙ quæstio de augmento non dissoluitur ex positione vacui: sed remanet super illos, sicut remanet in hoc loco super nos, & dixit & vniuersaliter, &c.i. &, vniuersaliter quæstio de augmento, & de aqua, quæ funditur in cinere, remanet, licet ponatur vacuum. Cōtinget enim si corpus augetur per introitū alterius corporis in ipsum, & augmentum est in omnibus partibus augmentabilis per introitum alicuius extrinseci, quod non possumus dicere quod omnes partes corporis sunt vacuū: quoniam si ita esset, illic corporeitas omnino: ergo quæstio remanet supra illos, sicut super nos: sumus igitur inter tria: qm̄ augmētum aut negabimus esse, aut negabimus ipsum
B fieri per additamentum corporis extrinseci: aut, si concesserimus habebimus ꝓ possibili corpus penetrare corpus. D.d. ipsi igitur, per hoc quod dicūt, &c. & maximum, quod faciunt, est quęrere a nobis dare causam augmenti nō aliud: quoniā cum declarauimus quod vacuum non sufficit in dando causam augmēti, oportet nos dare causam illius: deinde notificauit quomodo remanet super eos, & dixit, & oportet etiam, vt totū corpus, &c. id est, &, necesse est vt totū corpus sit vacuū si posuerimus ipsum augeri per oēs partes; & augmētū fit per introitū partiū corporis, quod est ex extrinseco in locis vacuis augmētati, qm̄ corpus ipsum nō augmētatur in omnibus partibus, sed in quibsdā: qm̄ addūtur in eo partes, quę ante non erant: & hoc est additio, nō augmētum. D.d. & hoc idē dicimus de cinere, id est, per positionē vacui etiam non dissoluitur quæstio de cinere, nisi totū vas esset vacuū: qm̄ cū fuerit positū quod tantum capit de aqua cum cinere, sicut sine aqua, & vacuum, quod est in cinere, est minus necessario quā inane totius vasis, remanebit quæstio.

Augmentū in rebus inanimatis dicitur trāsumptiue: augmentū enim in rei veritate nō est nisi in animato corpore Vide pro hoc prima cœli. cō.23.

*Ostendit vacuum non esse ex parte motus. Cap. X.*

C QVOD igitur ea, ex quibus demonstrant vacuū esse soluere facile sit manifestū est. Quoniā autē nō est vacuū sic diuisum, sicut quidā dicūt, dicemus iterū. Si.n. vniuscuiusq; loci mutatio aliqua simpliciū corporū quædā natura est, vt ignis quidē sursum, terræ autem deorsum, & ad mediū; manifestū est ꝙ non vacuū erit causa loci mutationis: cuius igitur causa erit vacuum? videtur enim causa esse motus secundum locum: huius autem non est.

Manifestū est igitur ꝙ sermo eorū de vacuo destrui facilis est ex illis rebus, quibus probant ipsum esse: & nos narrauimus prius ꝙ nō est hoc vacuū separatum, vt quidā dicunt; dicamus igitur quoniā, cū vnū quodq; corporū simpliciū habeat aliquā translationem, V.g. ignis superius, & terra inferius, & ad mediū, manifestū est ꝙ nō est rectū, vt vacuum sit causa translationis Quis igitur motus potest aliquis dicere ꝙ vacuū est eius causa? cum non existimetur ꝙ sit causa alicuius, nisi motus in loco, & non est causa nisi istius motus.

64 IDEST, manifestum est igitur, quod sermo eorum in probando vacuum per motum, destruetur ex ipso motu: apparet enim, quod ex motu non sequit vacuum esse, immo ex illo destruitur vacuum. Et dixit dicamus igitur, &c. id est, apparet ex isto sermone quod non intendit in eo destruere vacuum, vt promisit in principio sermonis. s. destruere rationem: de vacuo eorum destructio, enim aduenicas super rationem eorum fuit destructio consecutionis, quam existimabant esse inter motum, & vacuũ: iste vero sermo est destructio eius, quod vacuum sit causa motus secundum finem: quæstio igitur in primis sermonibus declarauit, quod vacuum non est causa formalis motus: & in hoc sermone declarauit quod non est causa finalis. Et sermo syllogisticus componitur sic. Si vacuum fuerit causa motus, secundum quod locus est nobis causa eius, quod translatio alia est ad superius, & alia ad inferius; & si fuerit causa diuisionis tsanslationis, erunt diuersæ naturæ non consimilis: sed est consimilis [a] naturę; ergo non est causa translationis: &, cum non fuerit causa translationis, non erit causa motus secundum finem. Sed causa, quam ipsi dicunt de vacuo, nõ est ista, quoniam causa, quam ipsi fingebant de vacuo, q. est causa naturalis, scilicet causa, per quam aptatur motus: & ideo incœpit post declarare qđ impossibile est motum fieri in vacuo, & etiam fingunt ipsum esse causam leuitatis, & plenum causam grauitatis. Et apparet ex hoc sermone bene quod vacuum non est locus: quoniam, si vacuum esset locus, in quo non est corpus, & transfertur ad ipsum corpus, essent in eo superius, & inferius: sed in eo non sunt superius, & inferius: ergo in eo non est locus, &, cum non fuerit locus, non erit ens: quoniam in definione eius dicitur ꝙ est locus: &, hoc intendebat per hunc sermonem; & sermo eius erit talis: manifestum est quod vacuum, cum nõ fuerit locus, ad quẽ transferuntur corpora naturaliter, non erit ens, & forte, quia sermo continet duas conclusiones insimul, promisit in principio sermonis primam conclusionem, & propalauit in ipso sermone secundam conclusionem, & demonstrauit per hoc, quod sermo continet duas conclusiones insimul, & hoc secundũ suum morẽ in abbreuiatione. Deinde dixit quis igitur motus, &c. id est, &, cum sit declaratum ꝙ non est causa motus, qui existimatur quod est dignius vt vacuũ sit causa eius, scilicet motus translatio, nisi sequitur vt nõ sit causa alicuius motus omnino. &, cum non fuerit causa illius, non sequitur ex positione motus vacuum esse, sed econtrario, scilicet vacuum non esse. Et Alex. exposuit hũc sermonem ita, quod si natura sit causa translationis corporũ naturalium, vacuum non est causa translationis: & cum non fuerit causa translationis, non erit causa alicuius: &, cũ non fuerit causa alicuius, non erit ens omnino, & ista contradictio est propria ponentibus vacuũ, quia est causa agens translationis ad superius non ponentibus ipsum causam materialem translationis.

a Vacuũ est cõsimilis naturę. idẽ supra. c. 36. & 42. sed vide oppositũ supra cõ. 48. vbi habet ꝙ in vacuo nõ est natura vnigenea, neque diuersa.

Documentum.

Expositio. Alex.

Amplius, si vacuum est aliquid, vt locus priuatus corpore, cũ sit vacuum, quomodo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim iam in omne: eadem autem ratio & ad locum esse aliquid opinantes separatum, in quem fertur ꝙ fertur: quomodo nanq; mouebitur positum, aut manebit sursum, & deorsum? & de vacuo conuenit eadem ratio merito: vacuum enim locũ faciunt esse dicentes; & quomodo iam inerit, aut in loco, aut in vacuo; non enim accidit, cum totum sit positum, sicut in separato loco, & sufferente corpore, pars enim, nisi seorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto: amplius autem, si non locus, neque vacuum erit.

Pars nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto.

Et etiam, si vacuum sit, sicut locus commune corpori: cum fuerit positum in vacuo aliquod corpus, quo igitur attrahitur? impossibile enim est vt attrahatur ad ipsum totũ: & per hũc eundem sermonem contradicetur illis, qui existimant locum esse aliquid separatum, ad

A quod fiet & translatio: quæreretur igitur ab eis quomodo sit attractio corporis positi in eo, aut quies eius: & queritur de superiori, & inferiori, sicut fuit quæsitũ in vacuo: necesse est enim vt sermo de illo sit, sicut sermo de vacuo: dicentes enim vacuũ esse ponũt ipsum locũ: & queritur etiam qualiter erit aliquid in loco, aut in vacuo: hoc enim non adaptatur, quando totũ illius rei fuerit positũ in loco separato, & illud corpus totale fuerit permanens, pars enim, si nõ ponatur per se, non erit in loco, sed in suo toto: & etiam si locus non fuerit, non erit vacuum.

65

Expositio Auerro.

Hæc est secunda declaratio, quod vacuum separatum non est; & differt a prima, quoniam in prima posuit vacuum esse non consimilium partium, & quod in eo non est potentia similis moto, ita quod motum attrahatur ad ipsum ex illa potentia, sicut attrahitur ad continens sibi proprium, in hac vero. q. concedit ꝙ in vacuo est potentia similis moto, & ꝙ motum attrahitur ad illã, sed cũ hoc fuerit positum: & fuerit manifestum ꝙ, si in vacuo sit potentia consimilis, B necesse est, cum idem corpus fuerit positũ in vacuo, vt aut non moueatur omnino propter æqualitatẽ attractionis ex qualibet parte æqualiter, aut vt moueatur secundum totum ad loca contraria, aut diuidatur: sed ipsum secundum totũ moueri ad loca contraria est impossibile; & ipsum etiam quiescere in omni loco est impossibile; & diuisio eius etiam non sentitur. Et ipse expressit in hoc sermone primam istarũ diuisionum, & tacuit duas, quia intelliguntur ex dictis. Et forte contentus est in hac diuisione; & erit argumentum per se, scilicet quãdo motus naturalis fuerit consideratus in eo tantum, q. d. & etiam argumentum secundum est: quoniam, cum posuerimus quod hoc nomen vacuum significat locum corporis; & posuerimus ipsum, secundum, ꝙ est locus, habere potentiã per quam attrahuntur ad ipsum corpora, quæ quiescunt in eo naturaliter cum fuerit in eo, & mouentur ad illud cum fuerit extra, ad modum eius quod sentitur de loco, & posuerimus in hoc vacuo aliquod corpus, non poterimus dicere ipsum moueri naturaliter per attractionẽ eius a continente, sicut dicimus hoc de loco: sequitur enim ex hoc vt idem corpus secundum totum moueatur ad loca contraria. Et Alex. exponit hunc sermonem ita, ꝙ illud, quod sequitur in eo, non sequitur nisi quia vacuum ponitur infinitum, sicut sequitur in tertio vt motus non sit in corpore infinito: & cogit ipsum ad hoc, ꝙ expositio nostra C existimatur, ꝙ Ari. diceret eam post pro ratione alia ab ista. D.d. &, per hunc eundem sermonem, &c. id est, & illud, quod contingit dicentibus vacuũ esse ex hoc, scilicet quoniam in eo non erit superius, & inferius naturaliter: neque aliquid propter quod eadẽ res quiescit in alio loco, & moueatur in alio, contingit idẽ ponẽtibus locum esse dimensiones separatas a materia. Deinde dixit quæritur igitur ab eis, idest, quoniam, cum interrogantur de causa, quare quædam corpora mouentur in aliquo loco, & quiescunt in alio loco, non possunt dare causam: dimensiones enim, quando abstrahuntur a materia, non habebunt potẽtiam, nedum vt habeant potentiam non consimilẽ, ita, ꝙ faciat quietem in vno loco, & motum in alio: & similiter etiam, quando interrogantur de differentiis, quibus locus diuiditur in superius, & inferius, non possent dare aliquid ex dimensionibus, & totum hoc est contrarium ei, quod accidit dicentibus locũ esse vltimum continens. Et, cum declarauit quod idẽ impossibile contingit dicentibus locum esse dimensiones, & dicentibus vacuum esse, dedit causam in hoc, & dixit necesse est enim, &c. id est, & hoc impossibile contingit vtrisque, quoniam ambo ponunt vacuum, & locum esse dimensiones, quoniam non differunt apud eos, nisi secundum modum, scilicet, quia cum accipitur secundũ, quod in eo existit corpus, dicitur locus, &, cum accipitur, secundum quod in eo non est corpus, dicitur vacuum. Deinde induxit aliud inopinabile commune eis, & dixit & queritur quomodo, &c. id est, & dicentes quod dimensiones sunt lo.

Expositio Alexã.

Dimẽsiones qñ abstrahũtur, nõ habẽt potentiã, nedum vt habeant potentiam nõ cõsimilẽ Vide cõsimile supra. cõ. 48.

Vacuum, & locus apud antiquos nõ

differūt, nisi secundū modū. Idem supra, 50. & 61.

cus, & vacuū, non possunt dare causam, ex qua corpus secundū totū est in loco per se, & secundū partes in loco per accidens. Manifestum est enim quod, cum pars non fuerit separata a toto, quod non erit in loco per se, sed in toto: & hoc intendebat cum dixit hoc enim non aptatur. &c. id est, & interrogātur et quō aliquid secundū totū est in loco per se, & secundū partes in loco per accidēs, cū posuerint dimēsiones separatas esse locū, & vacuū; hoc.n. nō adaptat, cū res secūdū totū fuerit posita in loco, qui est dimēsiones separatæ, & illud corpus totale fuerit permanēs in sua dispositione, nō corruptū, diuidēdo se in suas partes; pars enim cū non ponitur separata a toto, nō est in loco per se, sed in toto; & secūdū hoc sequitur vt dispositio de toto, & parte sit eadē. s. quod vtraq; sit in loco per se; & hoc prędictū est in cap. de loco. Deinde dixit neque ēt, si locus nō fuerit, nō erit vacuū. i. neque ēt si locus nō fuerit, cū est dimēsio separata, erit vacuū: vacuū enim, aut est priuatio omniū rerū demonstratarū. s. decē prædicamentorū, aut est dimēsio separata. Dixit Alex. &, in quibusdā libris nō inueniuntur ex hoc cap. scilicet ex postremo nisi hoc qd dixit interrogat quō aliquid erit in vacuo; & secūdū hoc iste sermo nō erit ratio per se, sed cōiunctus sermoni prædicto.

Pars, cū non ponitur separata a toto, nō est in loco per se, sed in toto.

Accidit autem dicentibus vacuum esse tanquam necessariū, si vere sit motus, contrarium magis, si aliquis intendat non contingere moueri quicquā, si sit vacuū: sicut enim propter simile dicentes terram quiescere, sic & in vacuo necesse est quiescere: nō enim est, quo magis, aut minus mouebitur: secundum enim quod vacuum est, non habet differentiam.

Et contingit dicentibus vacuū esse necessario, si fuerit motus cōtrariū ei, ꝙ dicūt, si aliquis perscrutatus fuerit perfecte de hoc, scilicet quoniam impossibile est aliquid moueri, si vacuū fuerit: quemadmodū igitur dixerunt illi, qui fecerunt terram quiescere propter similitudinē, ita necesse est etiam quiescere in vacuo, quoniam non erit vbi, ad quod motus sit dignior, & remotior: quoniam secundum quod est vacuum, non est in eo differentia.

65 Cū narrauit quod ex ipsa ratione eorū improbatur sua ratio, incœpit narrare ēt quod ex illo eodē improbat cōclusio eorū. s. illud, ex quo nixi sunt probare ipsum. s. motū. Et dixit & contingit dicētibus, &c. i. & illis, qui existimāt vacuū esse ex motu necessario, contingit contrariū ei, qd dicunt. s. quod si fuerit vacuū non erit motus. D. incœpit numerare argumēta, ex quibus appareret, qd si fuerit vacuū, nō erit motus: & dixit quēadmodū igit, &c. i. primū igitur eorū, quę cōtingunt istis, est, qd, quia vacuū est cōsimile, necesse est vt in eo sit quies, non motus: qm̄, si posuerimus ipsum habere potentiā attractiuā, sequitur vt sit secūdū æqualitatē, ex quo sequitur, vt motū quiescat vbicūq; ponatur, sicut dixerūt fingentes quod causa in quiete terræ est, quia circūferentia orbis attrahit eā ex oibus partibus ęqualiter: & nō intendebat verificare sermonem istorū de terra, sed intēdebat ꝙ, cū fuerit positū in continēte potētia attractiua, cōtinget vt res posita quiescat in medio. Et forte intendit quod contingit illis de inopinabili simile ei, quod contingit illis: qm̄, quemadmodū contingit illis quod omne corpus positū in medio debet quiescere in eo, adeo qd ignis etiam, ita contingit istis, vt corpora, vbicunq; ponantur in vacuo, quiescant. Deinde dixit quoniam non est vbi, &c. id est quoniam, quia est consimilis, nō erit vbi, quod est motus, dignius attractione, & remotius simpliciter, quā illud, ex quo est motus, cum in vacuo non sint differentiæ, quibus diuidatur in superius, & inferius, & duo extrema distantia simpliciter non inueniuntur, nisi in superiori, & inferiori: ex quo sequitur, vt omne motum positum in eo quiescat, vbicunque ponatur.

Prima expositio.

Secūda expositio.

In vacuo nō sunt differentiæ quibus diuidat in superius, & inferius. Idem supra

A Primum igitur, quoniam omnis motus, aut violētus, aut secūdū naturam est, necesse aūt est, si quidē est violentus, esse & eū, qui est secūdum naturam: violentus.n.extra naturā est, qui vero preter naturam est, posterior est eo, qui est secūdū naturā: quare, si non secundū naturā inest vnicuiq; physicorū motus corporū, neq; aliorū erit motus, neq; vnius. At vero motus secūdū naturā qūo erit in vacuo? cū nulla sit differētia secūdū vacuū, & infinitū: secūdum enim quod infinitū est, nihil erit sursum, aut deorsum, neq; mediū: secūdū autē quod vacuū est, nihil differēs est deorsum, a sursum: sicut.n.nullius nulla est differētia, sic & illius, quod nō est: vacuum aūt cum non sit aliquid, priuatio videtur esse: loci autem natura mutatio differens est: quare erunt, quæ sunt natura, differētia: aut igit non inest natura vllo modo, & nulla loci mutatio est, aut si hoc est, non est vacuum. com. 42. & ibi. Idē īfra. c. & te. seq.

Et postea omnis motus, aut est violentus, aut naturalis: & sequit necessario, si motus violētus sit, vt ēt naturalis sit: motus enim violentus est extra naturalē, & motus, qui est extra naturalē, est post naturalē motū. ergo sequitur, si vnūquodq; corporū naturaliū non habuerit naturalē motū, vt nō habeat aliquē aliorū motuū. Qūo igitur esset possibile, vt motus sit naturalis, & in vacuo nō est superius, neq; inferius differētia, & est infinitū: secundū.n. quod est infinitum, nō est in eo superius, neq; inferius, neq; mediū omnino: & secūdum quod est vacuū, non differt in eo superius ab inferiori: quemadmodū igitur in nihilo nō est omnino diuersitas, similiter ēt in illo, quod nō est ens: & vacuum est aliquod non ens, & priuatio: hoc enim existimatur de illo. sed translatio naturalis est diuersa: ergo hæc est diuersitas naturalis: est igitur alterum duorum, aut nulla translatio naturaliter est omnino alicuius rei ad aliquā partem, aut si est hic translatio naturalis, non est vacuum.

Oīs motus, aut violētus aut naturalis.

B Sí motus violētus est, naturalis est. Motus violētus est posterior naturali.

Hęc est alia declaratio: & prima suarū propositionū est, quod omnis motus, C aut est naturalis, aut violētus. i. extra naturā: & est manifesta per se: secunda autem est, q omne habēs motū extra naturā habet motū naturalē: & ista est etiā manifesta per se: quod enim est extra naturam, intelligitur in respectu eius, qđ non est extra naturā: & existimatur quod Aristo. declarauit hanc propositionē per hoc quod dixit motus enim violētus, &c. scilicet, quoniā dispositio in hoc, est sicut dispositio in habitu, & priuatione: quoniam habitus [a] est prior priuatione in re, quæ caret habitu: & hæc propositio (vt mihi videtur) non conceditur ab Auicen. & est fatuitas in illo. Et, cum posuit has duas propositiones, conclusit quod illud, quod mouetur in vacuo, necessario mouetur motu naturali: & si non, non mouetur: quoniam, cum coniungit propositioni dicenti quod corpus mouetur, aut naturaliter, aut violenter, quod motum in vacuo est corpus, conclusit in prima figura quod motum in vacuo, aut mouetur naturaliter, aut violenter: & cū coniungit huic quod illud, quod mouetur violenter, mouetur naturaliter, cōclusit etiam quod corpus, quod mouetur in vacuo mouetur naturaliter etiam cum fuerit verum q omne, quod mouetur violenter, mouetur naturaliter, sequitur vt illud quod non mouetur naturaliter, non moueatur omnino. Et hic etiam est. q. syllogismus inducens ad inconueniens: & per formam illius induxit suum sermonem, cum dixit ergo cum vnumquodque corporum, &c. & cum verificauit quod corpus, quod mouetur

67 Oīs motus aut est naturalis aut violētus, & ista ꝓpositio est manifesta ꝑ se. Sed vide instantiā de motu ignis ꝗ propria sphera. 3. c. cō. 20 & in 2. meteororum. cō 2.

a Habitus ē prior priuatione in re, ꝗ caret habitu.

in vacuo debet moueri motu naturali, incœpit destruere vt aliquod corpus in vacuo moueatur motu naturali: & in vacuo non est superius omnino: & iste sermo est in secunda figura sic. Omne, quod mouetur naturali motu, mouetur in aliquo, in quo est superius, & inferius: Et in vacuo non est superius omnino: Ergo illud, quod mouetur motu naturali, nō mouetur in vacuo. Deinde incœpit declarare quod in vacuo non est superius, neque inferius, & dixit & est infinitum, id est quoniam vacuum est infinitum: & infinitum nō habet superius, & inferius: ergo vacuum non habet superius, & inferius, quod est medium totius. Et, cum declarauit ꝙ in vacuo non est superius, & inferius, quia est infinitum, incœpit declarare et hoc alio modo, & dixit & secundum quod est vacuum, &c. i. quoniam in vacuo non est diuersitas naturaliter, sed superius, & inferius differunt naturaliter: ergo in secunda figura, in vacuo non est superius, & inferius. D. verificauit propositionem dicentem quod in vacuo non est diuersitas, & dixit quemadmodum igitur, &c. Et iste sermo componitur sic vacuum est non ens, & quod est non ens, est priuatio, ergo vacuum est priuatio: & in priuatione non est diuersitas: ergo in vacuo non est diuersitas: &, cum dixit ita illud, quod non est ens: intendit ita illud, quod non est ens, cuius potentia est potentia nihil, quod est priuatio, non negatio simpliciter: vacuum enim non est negatio simpliciter, id est priuatio perfecta, sed priuatio corporum naturalium, & illa quorum potentiæ diuersantur, sunt corpora naturalia. Deinde dixit & vacuum est aliquod non ens, id est non simpliciter, sed priuatio corporis naturalis. Et, cum verificauit ꝙ in vacuo non est diuersitas, & cum in eo non fuerit diuersitas, non est in eo motus naturalis: declarata est continuatio inter præcedens, & consequens, scilicet ꝙ, si vacuum est, motus non est naturalis. D. destruxit consequens, & conclusit vacuum non esse: &, quia oppositum consequentis est manifestum per se, induxit hoc in forma redargutionis, & dixit est igitur alterum duorum, id est aduersarius igitur non potest fugere alterum istorum, aut concedere vacuum esse, ex quo sequitur motum naturalē non esse, ex quo sequitur necessario vacuum non esse. Deinde dixit sed translatio naturalis, &c. per hoc verificat propositionem dicentem quod superius, & inferius sunt diuersa naturaliter: &, quasi dicat, & signum eius, quod hic sunt vbi diuersa naturaliter, est, quoniam hic sunt motus diuersi naturaliter, causa enim in diuersitate motuum est diuersitas naturarum locorum, & naturarum rerum motarum.

In priuatione nō est diuersitas. cōsimile supra. cō. 48.

Causa in diuersitas naturarū locorū. & naturarū rerū motarū consimile supra cō. 36.

a Ex hoc videtur Auer. velle aerem mouere proiecta de quo etiā vide. 7. phy. c. 10.

Amplius, nunc quidem mouētur proiecta, proiectore non tangente, aut propter repercussionem, sicut quidam dicūt, aut ex eo, quod pellit pulsus aer velociori motu illius, quod pellitur motu, secundū quem fertur in proprium locum: in vacuo autem nihil horum contingit esse: neque enim ferri erit, sed sicut quod vehitur.

Et etiam videmus quod illud, quod mouetur per expulsionem, mouetur expellente separato: & hoc est aut secundum successionē, & motionem, vt quidam dicunt, aut, quia motus aeris expulsi est velocior translatione rei expulsæ in motu eius ad suum locum, quem habet, & nihil est ex hoc vacuo: & translatio non potest esse in eo alio modo, Verbi gratia, secūdum modum equitantis, aut natantis.

Cum declarauit prius quod, si motus naturalis est, vacuum non est, incœpit
68 etiam declarare hoc ex motu violento, Et dixit & videmus, &c. i. & videmus quod illud, quod mouetur per expulsionem, violenter moueri, postquam motor separatur: videmus in lapide proiecto, qui mouetur, postquam manus separatur ab eo: & similiter sagitta directa, postquam separatur a chorda, & hoc non potest esse in vacuo, nisi esset possibile aliquid moueri sine motore: & ideo omnes conueniunt in hoc, quod causa istius motus est aer, secundum successionē

vt plato

A vt plato dicit, scilicet quod quando res expulsa vacuat locum, in quo est, per expellens succedit ei in loco alius aer, qui mouet illud expulsum post separationem expellentis, & ille aer, secundum quod vacuat locum suum, & succedit ei in eo alius aer, mouetur etiam ab aere succedente, & sic donec motus quiescat. Aut secundum hoc quod aer, qui defert rē expulsam mouetur ab expellente, postquā expellens separatur ab eo, propter hoc, quia in natura aeris est recipere moueri ab alio, & retinere ipsum diu, postquam separatur a motore, & hoc secundum [a] formam, s. quoniam postquam separatur ab expellente mouetur a sua forma naturali, & ante separationem mouetur ab vtroq;, scilicet ab expellente, & a sua forma: quapropter motus [b] eius est velocior necessario, quam motus expulsi ex pulsum enim non habet in se principium motus, cum motus eius sit violentus purus, aer vero habet in se principium motus, vt alibi declaratum est. Et hoc intendebat, cum dixit aut quia motus aeris expulsi, &c. i. per potentiam leuitatis, quæ est in aere, per quem innatus est cum aliquo motu aduenientе moueri ad superius, s. quod causa in motu [c] lapidis post separationem proiicientis, non est successio aeris, sed translatio ipsius aeris. & hæc est sententia Arist. vt declaratum est in lib. cęli, & mundi, & vltimo istius libri. Deinde dixit & nihil est ex hoc in vacuo. i. & non est in vacuo aliquid, de quo dicatur succedere, aut illud, quod defert rem expulsam, est velocioris motus, quam ipsa res, ita quod mo-

B tus violentus remaneat post separationem expellentis. Et iste sermo componitur sic. Motus violentus post separationem expellentis fit, aut ex successione aeris, aut ex velocitate motus eius: Sed in vacuo non est aliquid, ex quo sit possibile aliquod istorum: Ergo in secunda figura motus non potest esse in vacuo. D. d. & translatio non potest esse alio modo, &c. i. & impossibile est etiam vt translatio sit in vacuo, secundum quod equitans transfertur super aliquod. i. delatum super deferens, aut secundum quod animal natat. volatile enim transfertur in aere secundum alterum istorum duorum modorum, aut secundum vtrumq;.

a Aer ī motu ꝓiectorū, postq̄; separat' ab expellēte, mouet' a sua forma naturali, & ante separationē, mouet' ab vtroque, s. ab expellente, & a sua forma.

b Quarē motus aeris in motu ꝓiectorum est velocior, quā mot' expulsi.

c Cā in motu lapidis post separationem ꝓiicietis n̄ ē successio ipsius aeris, sed trāslatio ipsius aeris. & hęc est sñia Arist. idē. 8. ph. c. 82. 69

Amplius nullus itaq; habebit dicere propter quid: quod mouetur stabit alicubi. quid enim magis hic, quam ibi? quare aut quiescet, aut in infinitū necesse est ferri, nisi aliquid impediret magis potēs.

Et etiam non posset aliquis dare causam, ex qua, cum aliquid mouetur in eo, quiescit ex eo in aliquo vbi. quare igitur dignius quiescit, hic, quam hic? ex quo sequitur, aut quiescere, aut moueri in infinitum, cum non impeditur ab alio impediente fortiori.

C Cum destruxit vacuum esse ex motu, incępit etiam destruere ipsum ex quiete naturali. causa enim in motu naturali est causa in quiete naturali: & hæc est similitudo continentis ad contentum. Et dixit & etiam non posset aliquis dare cām, &c. i. non posset aliquis eorum, qui dicunt vacuum esse, dare causam, propter quam, quando aliquid mouetur in vacuo quiescit in aliquo loco magis quā in alio: quemadmodum non potest dare causam, propter quam corpus mouetur motu naturali de vbi in vbi. D. d. quare igitur, &c. i. quoniam non possunt dare in hoc causam ex vacuo, quæ conueniat huic, quod sentitur, scilicet de corporibus ipsa quiescere in aliquo loco, & non in alio: & intendit hic per quietem, quietē naturalem. D. d. ex quo sequitur, &c. i. & si concesserimus quod naturaliter inter vacuum, & rem motam est aliqua consimilitudo, necesse est vt illa comparatio sit vna, & simplex, propter hoc, quod vacuū est, vnum & simplex: ex quo sequitur quod naturaliter in vacuo sit alterum duorum tantum. s. aut quies, aut motus: ex quo sequitur vt corpora naturalia, aut semper quiescant in eo, vbicunque ponātur, aut semper moueantur: quoniam, si inter illud, & corpus naturale fuerit comparatio similis, quæ est inter corpus, & suum vbi proprium, tunc corpora quiescunt, vbicunq; ponantur: & si inter illud, & corpora naturalia fuerit comparatio, quę est inter corpus, & vbi non naturale, erit necesse vt corpora semper moueantur in eo.

Cā in motu naturali est cā ī qēte naturali, & hæc est similitudo continentis ad cōtentū. Idem supra cō. 36 et 43. et 48.

Amplius autem, nunc quidem in vacuo, ob id quod cedit, ferri videtur: in vacuo autem vbiq; similiter huiusmodi est: quare vbiq; fertur.

Et etiam motus existimatur fieri nunc in locis vacuis ex appositione in ipso vacuo: hoc est eodem modo in omnibus suis partibus: ergo sequitur vt illud, quod mouetur in eo expellatur ad omnes partes.

Ista est alia ratiocinatio, qua nititur destruere vacuum esse per motum violen-
70 tum. pluries enim motus apud expulsionem expellentis erunt in aliqua parte, & non in alia, propter diuersitatem partium in diuersa aptatione, s. quia mouetur ad partem, quæ est magis apta, adeo quod motũ naturale mouetur propter aptationem contra suum motum naturalem, vt accidit in assub, vt moueatur ad inferius, quando non inuenit exitum ad superius. Et dicit quod ponentes uacuum, ponunt ipsum, quia existimant ipsum adaptari motui, & si ita esset, non esset hic aliqua pars magis adaptata, quam alia. Et, totum hoc contingit dicentibus vacuum esse separatum, quibus intendit in hoc sermone contradicere. dicentibus vero ipsum esse non separatum non contingit hoc, sed impositum in corporibus. isti n. possunt ponere superius, & inferius, & vniuersaliter mediũ, per qđ fiăt motus corporum simplicium. D. d. ergo necesse est, &c. i. ergo necesse est vt illud, quod mouetur in eo, expellatur ad omnes partes æqualiter: & sic nullum motum mouebitur propter aptationem ad aliquam partem aliam ab ea, ad quam expellens expellit: quod non sentitur in pluribus mobilibus. Et in libro Alexan. hoc capitulum inuenit sic. & etiam existimatur quod translatio est nunc in vacuo propter aptationem: & hoc in vacuo est eodẽ mõ ex omnibus partibus: ergo illud, quod mouetur in eo, expellitur ad omnes partes. i. quod, si vacuum est causa translationis propter aptationem, sicut fingunt dicentes ipsum esse, necesse est vt illud, quod mouetur in eo, moueatur ad omnes partes: quoniam aptatio est in omnibus ęqualiter. & hoc in infinitum: qa vacuum est infinitum apud eos. Et maxima est differentia inter ponerę quod aptatio est necessaria in esse motus, & ponere ipsam esse causam agentem motum. si igitur posuerimus quod aptatio est de necessitate motus, expositio erit illa, quam diximus: &, si posuerimus quod aptatio est causa agens motus, expositio erit Alexan. sed erit destructio non secundũ rem in se, sed secundum sermonem eorum. aptatio enim est de necessitate motus, non causa agens.

Aptatio est de necessitate motus, & nõ cã agens motum.

Amplius autem, & ex his manifestum est quod dicitur: videmus enim idem graue, & leue, & corpus velocius ferri propter duas causas, aut in deferendo per quid vt per aquam, aut per terram, aut aerem, aut in deferendo quod fertur, si alia sint eadem, propter excellentiam grauitatis, aut leuitatis: hoc igitur, per quod fertur, causa est, quod impedit maximè quidem quod contra fertur, postea autem & manens: magis autem quod non facile diuiditur: huiusmodi autem pinguius est. Id autem, in quo est. a. mouebitur per. b. quod autem in quo est. c. tempus per ipsum autem. d. cum sit subtilius in quo. e. si equalis longitudo est ipsi. b. quæ est ipsius. d. secundum analogiã impedientis corporis. Sit enim. b. quidem aqua, d. vero aer, quanto ergo subtilior est aer aqua, & in corporalior, tanto citius. a. per. d. mouetur, quam per. b. habet ergo eandem rationem, secundum quam distat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem: quare, si dupliciter subtile est, in duplici tempore, quod est ipsum b. trãsibit. a. quam. d. & erit in quo est. c. tempus duplex eo, in quo est. e. & semper quãtocunque


Not. duplicẽ cãm velocitatis, & tarditatis in motu.

A sit in corporalius & minus impeditiuum, & bene diuisibilius per quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem, qua excellatur à corpore, sicut neq; nihil ad numerum: si enim quattuor excellunt tria uno, pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus quam duo, nihil autem habet non amplius rationem, qua excellant. necesse. n. est diuidi excellens in excellentiam, & in id, quod excellitur. quare erũt quatuor ꝗ excellunt, & nihil: vnde neque linea punctum excellit, nisi componatur ex punctis: similiter autem & vacuum ad plenum nihil possibile est habere rationem: ergo neque ad motum.

Necesse est diuidi excellẽs in excellẽtiã, & ĩ id, qđ excellitur.

Et apparet etiam hoc, quod diximus hoc mõ: videmus enim idem corpus velocitari in motu propter alterum duorum, aut propter hoc, quod illud, mediãte quo mouetur, diuersatur, V.g. vt motus eius sit in aqua, aut in terra, aut in aere, aut in igne, aut, quia motum diuersatur: si igitur alia fuerit eadem ex differentia grauitatis, & leuitatis, B illud, mediãte quo erit motus, erit causa: impedit enim motus, aut multum, quando motus illius fuerit contrarius motui eius, quod mouetur in eo: aut minus, quando etiam fuerit quiescens: & magis, quando non fuerit facilis diuisionis: & quod est tale, est illud, in quo est spissitudo. Expellatur igitur corpus. a. mediante. b. in tempore. c. mediante. d. & quod est subtilius, in tempore. h. in longitudine ex. a. æquali longitudini ex. c. f. corpus impediens: & intentio illius est, quoniam. b. sit aqua, &. d. sit aer. & quanto aer est subtilior aqua, & leuioris corporeitatis, tanto. a. expellitur mediante. d. velocius, quam mediante. b. & sit proportio velocitatis ad velocitatem: sicut proportio excessus aeris super aquam, ita quod si fuerit duplum in subtillitate, pertransibit spatium. b. in duplo temporis, in quo pertransit spatium. d. & erit tempus. c. duplum temporis. h. & quanto magis fuerit illud, mediante quo erit motus leuioris corporeitatis, & minoris resi-C stentiæ, sed facilioris diuisionis, tanto magis expulsio erit semper velocior. Vacuum vero nullam habet comparationem ad corpus, per quam corpus excedat ipsum, quemadmodum nullam habet cõparationem illud, quod non dicitur vnum omnino ad illud, quod dicitur numerus: quatuor enim, si excedunt tria per vnum, excedunt duo per magis, & excedunt vnum per magis ad non vnum: non vnum vero nullam habet proproportionem, qua excedat ipsum: excedens enim diuiditur necessario in id, quod exceditur, & augmentum: ergo quatuor diuidũtur in hæc duo, in excessum, & etiam in non vnum, & ideo linea etiam non excedit punctum, cum non componitur ex punctis: & similiter vacuum non habet ad plenum proportionem: ergo neq; etiam motus erit in eo.

*Demonstratio exẽplaris, ostendens quod talis est proportio motus ad motum in velocitate, qualis est proportio medii ad medium in subtilitate.*




Hæc est etiam alia demonstratio, in qua declarat quod impossibile est motum fieri mediante vacuo separato. Et dixit & apparet, &c. & hoc, quod diximus, s. ꝙ impossibile est, vt motus fiat in vacuo, apparet ex hoc, quoniã uidemus corpora grauia diuersari in motu scd'm velocitatem, & tarditatem per duo, quoniam, si corpus fuerit idem, aut fuerint duo æqualia in declinatione, diuersitas erit secundũ illud, in quo mouentur. Verbi gratia, quoniam idem corpus velocius mouetur in aere, ꝙ̃ in aqua, & similiter duo corpora æqualia in grauitate, & figura, & magnitudine: si autem corpora fuerint diuersa, & moueatur in vno medio, tunc diuersitas in motu, erit propter diuersitatem in grauitate, & leuitate, scilicet ꝙ grauius illorum erit velocius. Et, cum declarauit hanc propositionem, scilicet ꝙ causa velocitatis, & tarditatis in corporibus mobilibus est, aut diuersitas medij in spissitudine, & tenuitate, aut diuersitas corporum in grauitate, & leuitate, dixit si igitur alia feuerint eadẽ, id est, quoniam si alia existentia in corporibus facientia velocitatem, & tarditatem, vt diuersitas corporum in grauitate, & figura, & magnitudine fuerint eadẽ in duobus corporibus non diuersis, & videmus quod illud, quod mouetur in aere, mouetur velocius illo, quod est in aqua: manifestum est ꝙ causa diuersitatis motus est illud, mediante quo est motus: & similiter est etiam in eodem corpore, scilicet cum videmus ꝙ motus eius in corpore subtiliori est velocior, quam motus eius in corpore spissiori. Deinde dedit causam, propter quam accidit hoc medio, & dixit quia impedit multum, &c. i. & causa tarditatis est, quoniam illud, mediante quo erit motus, resistet rei motæ: & hoc resistens diuersatur secundum magis, & minus: resistet enim multum, quando medium mouetur motu contrario ei, quod mouetur in eo, & resistet minus, quando fuerit quiescens. Deinde dicit & magis, &c. id est, & medium, quod resistit per suum motum ad contrariam partem, resistit magis, quando fuerit difficilis diuisionis, & passionis. Diuersitas igitur, mediorum in istis duabus causis, s. in difficultate, & facilitate resistentiæ, aut motus, aut quietis eorum, est in causa in diuersitate motus eiusdem moti, aut mobilium consimilium. Deinde narrauit quid est difficilis diuisionis, & dixit & est illud, in quo est multa spissitudo. Et, cum proposuit hanc propositionem incœpit vti hac doctrina per literas: & dixit expellatur ergo, &c. id est, ponatur igitur. a. corpus, quod mouetur in medio: & medium, in quo mouetur ponatur. b. & tempus, in quo mouetur sit. c. ponatur etiam moueri. a in alio medio subtiliori primo, & sit. d. & tempus, in quo mouetur. a. in hoc medio, sit. h. & ponatur. a. moueri ex duobus mediis per duo spatia æqualia, s. ex b. crassiori, & ex. d. subtiliori: sequitur igitur vt tempus, in quo pertransit hæc duo spatia æqualia diuersetur: notum est enim, quod velocius pertransit idem spatium in minori tempore: quia causa velocitatis, & tarditatis his duobus motibus, est diuersitas mediorum in tenuitate, & spissitudine, sequitur vt proportio temporis ad tempus sit sicut proportio spissitudinis, quæ est in altero medio, ad illam, quæ est in alio, & similiter proportio motus ad motum. Et, cum dedit exemplum etiam de literis, dedit exemplum de materijs, vt demonstratio sit manifestior: & quod videtur diminutum in vno exemplo, apparebit in alio: & dixit & intentio illius est, &c. Verbi gratia, ponatur in loco. b. quod

Margin notes:

Diuersitas mediorũ est cã in diuersitate mot', &c.

Si post exẽplũ de literis adducat'

Section letters in right margin: D, E, F.

A est medium crassius aqua, & in loco.c.quod est medium subtilius, aer: quanto igitur magis aer est subtilius aqua, & minoris resistentiæ contra rem motam, tanto magis erit velocitas motus.a.in eo quam in aqua proportio igitur velocitatis ad velocitatem erit sicut proportio excessus subtilitatis aeris, super subtilitatem aquæ: & ideo dixit erit igitur proportio velocitatis ad velocitatem, &c.id est, sequitur igitur ex istis propositionibus, vt proportio velocitatis motus. a.in.b. ad motum eius in.d, sit sicut.proportio excessus subtilitatis aeris, super subtilitatem aquæ. Deinde dixit ita ꝙ si fuerit duplum, &c.i.ita, ꝙ sequitur, si posuerimus ꝙ aer est duplum ad aquã in subtilitate, ut res mota in. a.qua pertranseat spatiũ æquale spacio, quod pertransit in aere in tempore duplo ad tempus in quo pertrãsit ipsum in aere. Tempus igitur ꝙ est.c.& est illud, in quo pertransit spatium res mota in corpore spissiori, est duplum ad tempus. h. in quo mouetur per spatium æquale illi in corpore subtiliori quod est.d.tardius. n.semper pertransit idẽ spatium in longiori tempore: & licet non expressit hanc proportionem, intellecta tamen est ex ipso sermone. D.d.& quanto magis fuerit illud, mediante quo, &c.& hoc etiam manifestum est per se. Et, cum posuit has propositiones, cõiunxit etiam aliam propositionem, & dixit vacuum vero nullam habet comparationem in subtilitate ad subtilitatem corporis mediante quo fit motus: &, cum dixit nullam habet comparationem ad corpus, intendit.quod vacuum nullã habet comparationem, qua corpus medium excesit vacuum, Verbi gratia, in subtilitate: in vacuo non est subtilitas, & qua dicatur esse subtilius igne. V. g.aut aere. D. d. quemadmodum non habet comparationem, &c.id est, inter vacuũ, & corpus medium non est proportio, cum in vacuo non est subtilitas, & est illud, secundum quod comparantur media adinuicem in subtilitate, & spissitudine: quemadmodum non est comparatio, neque proportio, in eo, quod non est vnum, ad illud, quod est numerus: numeri, n.comparantur adinuicem, quia communicant in vno: & vniuersaliter omnia duo, quæ non communicant in eadem natura, non habent comparationem adinuicem: & hoc intendebat, cum dixit si igitur quatuor, excedunt tria, &c.i.& numeri excedunt se adinuicem per vnitates, in quibus communicant, illud autem, in quo non est vnum, nullam habet cõparationem ad numerum: & similiter illud, in quo non est vnum, nullam habet comparationem ad numerum, & similiter illud, in quo non est subtilitas, nullam habet comparationem ad corpora habentia subtilitatem: diuersa enim secundum magis, & minus, necessario communicant in eadem natura. D. d. non vnum vero, &c.id est, quod autem fuerit ex entibus in quo non inuenitur vnum, non habet proportionem ad illud, in quo est vnum, qua existat inter illa excessus. D. d.excedens.n.&c.i.illud enim, quod dicitur excedere aliquid, necessario diuiditur in illud, per quod excedit & in, id per quod exceditur. V. g. quia quatuor, excedunt duo, necesse est vt diuidantur in duo, quibus exceduntur, & in duo quæ excedunt. Cum igitur fuerit aliquod, quod non diuiditur in aliquod, & fuerit aliud, ꝙ diuiditur in ipsum, non dicetur ꝙ illud, quod diuiditur in illud, excedit illud, ꝙ non diuiditur. V. g.quoniam quatuor non dicitur excedere aliquid, in quo non est vnum: quoniam, si excederet, tunc quatuor diuiderẽtur in excessum, & in illud, in quo non est vnum: quod est impossibile: & hoc intendebat cum dixit, ergo necesse est, vt quatuor diuidantur, &c.id est, quoniam necesse est, vt quatuor diuidantur in illud, per quod excedunt illud, in quo est vnum, & in illud, in quo non est vnum. Et, quia proportio, quam intendit declarare, est cõmunis numeris, & alijs: & dedit exemplum de numeris: uult etiam dare exemplum de magnitudinibus, & dixit linea. n.non excedit punctum, i. & propter hoc non inuenitur proportio inter lineam, & punctum, qua proueniat excessus, quoniam, si ita esset: tunc excedens, & res excessa essent partes lineæ: & sic linea componeretur ex punctis: quod post declarabitur esse impossibile. Et cũ declarauit hanc propositionem dicentem, ꝙ omne excedens aliquid debet diuidi in excessum, & in rem excessam, & vacuum non diuiditur in illud, per quod excedit corpus, cum in eo non est subtilitas, dedit conclusionem, quæ sequitur

B

C

exẽplum de materijs, de mr̃o erit manifestior.

ex hoc, & est quod vacuum non habet proportionem ad plenum, qua dicatur excedere plenum in subtilitate. & dixit & similiter etiam vacuum. Et iste syllogismus est etiam in secunda figura: & quod subticuit est minor propositio. Et cum declarauit hanc conclusionem, dedit impossibile, quod sequitur ex ea si aliquid moueatur in vacuo, & dixit ergo neq; motus erit in eo. i. &, cum vacuum non habet proportionem ad plenum in subtilitate, & ponitur aliquid moueri in eo, sequitur ex hoc, quod motus in vacuo non habet proportionem ad motum in pleno, & sic erit motus indiuisibilis in tempore diuisibili. s. instanti: quod est impossibile, vt post declarabitur: & quasi hic accipit pro constanti, quod declaratur in sexto. s. quod omnis motus est in tempore, & quod motus diuisibilis est. Auempace autem bene mouit hic quæstionem: dicit. n. quod non sequitur vt proportio motus eiusdem lapidis in aqua ad motum eius in aere sit, sicut proportio spissitudinis aquæ ad spissitudinem aeris, nisi motus lapidis esset in tempore, propter hoc, quod mouetur in medio: & si hoc esset, contingeret vt nullus motus esset, in tempore, nisi propter impediens: medium enim videtur impedire rem motam: & si ita esset, tunc corpora cœlestia mouerentur in instanti, cum nullum medium impediens sit illic: & dicit quod proportio subtillitatis aquæ ad subtillitatem aeris, est sicut proportio tarditatis accidentis motui in aquam ad tarditatem accidentem ei in aere. Et hæc sunt verba eius in septimo sui libri, & dicit & ista resistentia, quæ est inter plenum, & corpus, quod mouetur in eo, est illa inter quam, & potentiam vacui fecit Aristote. proportionem in quarto: & non est sicut existimatur de eius opinione: proportio enim aquæ ad aerem in spissitudine non est sicut proportio motus lapidis in aqua ad motum eius in aere: sed proportio potentiæ continuitatis aquæ ad potentiam continuitatis aeris, est sicut proportio tarditatis accidētis rei motæ ex illo, in quo mouetur. V. g. aqua, ad tarditatē accidentē ei, qn̄ mouet͛ in aere: qm̄, si esset sicut estimauerunt aliqui, tūc motus naturalis esset uiolētus, ergo, si illic nō eēt resistētia qūo esset motus? necesse est. n. vt eēt in īstāti: qd ergo dicet͛? de motu circulari: & illic non est resistētia, qm̄ illic nō est diuisio omnino: nā locus circuli idē est semper non itaque euacuatur vnus locus, & alius implet͛: necesse est igitur vt motus circularis sit in instanti: sed nos videmus in eo maximam tarditatem, vt in motu stellarum fixarum, & maximam velocitatem, vt in motu diurno: & hoc non est, nisi propter distantiam motoris in nobilitate a moto: cum igitur fuerit nobilior, tunc illud, quod mouetur ab eo, erit uelocius: & cum motor fuerit minoris nobilitatis, erit propinquior moto: & tunc motus erit tardior: & hæc sunt verba eius. Et, si hoc, quod dixit concedatur: tunc demonstratio Aristo. erit falsa: quoniam, si proportio subtilitatis medij ad subtilitatem alterius medij est sicut proportio tarditatis accidentis in moto in altero eorum ad tarditatem accidentem ei in alio, non sicut proportio ipsius motus, non sequitur vt illud, quod mouetnr in vacuo, moueatur in instanti: quoniam tunc nō aufertur ab eo, nisi tarditas quæ accidit ei propter medium, & remanet ei motus naturalis: & omnis motus est in tempore: ergo illud, quod mouetur in vacuo mouetur in tempore necessario, & motu diuisibili: & nullum sequitur impossibile hæc igitur est quæstio Auempace. Nos autem dicamus quod manifestum est per se, quod, si causa æqualitatis rerum motarum conuenientium in declinatione, & figura, & magnitudine, quando mouentur in vno medio, aut in duobus medijs æqualibus in tenuitate, & grossitudine, est æqualitas medij manifestum est quod diuersitas eius in tenuitate secundum magis, & minus est causa diuersitatis motus in velocitate, & tarditate, &, quod ista diuersitas cuius causa est diuersitas medij, sequitur essentialiter subtilitatem, scilicet quod augmentum illius diuersitatis sequitur augmentum subtilitatis, & diminutio illius diminutionem illius: ergo manifestum est quod proportio motuum est secundum proportionem mediorum in spissitudine, & tenuitate: & istæ propositiones sunt manifestæ per se, scilicet quod cum fuerint duo mota æqualia in grauitate, & leuitate, & figura, magnitudine, & moueantur in vno medio, quod motus eorum erit æqualis in velocitate, & quod vtrunque pertransit æquale spatium in tempo

Improbatio opinionis Auempace.

Opinio Auer.

A rè æquali, & cum duo media fuerint diuersa in tenuitate, quod motus eorum diuersabitur diuersitate proportionali: & vniuersaliter manifestum est, quod causa diuersitatis, & æqualitatis motuum est diuersitas, & æqualitas proportionis motoris ad rem motam: cum igitur fuerint duo motores, & duo mota, & proportio alterius motoris ad alterum motum fuerit, sicut proportio reliqui motoris ad reliquum motum, tunc duo motus erunt æquales in velocitate, & cum proportio diuersabitur, diuersabitur motus secundum illam proportionem. Et hoc idem est in motibus violentis, & naturalibus: sed in violentis, cum duo motores fuerint æquales in potentia, diuersitas erit propter impediens, in naturalibus vero diuersitas, aut æqualitas est propter diuersitatem, aut æqualitatem proportionis motoris ad rem motam: & non sequitur vt in eis sit æqualitas apud æqualitatem mouentium in potentia, quando proportio diuersatur, sicut non sequitur hoc in violentis, quando impediens diuersatur: quoniam per diuersitatem impedientis diuersabitur proportio: istæ igitur sunt propositiones manifestæ per se.

Vr manifestũ est ꝙ cã diuersitatis, & æqualitatis motuũ ẽ diuersitas, & æqualitas ꝓportionis motoris ad rem motam.

Et, si hoc esset, sicut dicit Auempace, scilicet quod in talibus motibus non erit proportio motus ad motum, sicut proportio spissitudinis ad spissitudinem, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatem, contingeret hoc in omnibus motibus violentis, ita, ꝙ illud dictum in vltimo septimi, scilicet ꝙ, cum aliquod corpus mo-

No. drĩã inter mot' naturales, & violentos.

Tex. cõ. 35.

B uerit aliud corpus per aliquod spatium in aliquo tempore, quod mouebit medietatem illius corporis per illud spatium in medietate illius temporis esset falsum. contingeret enim secundum Auempace vt proportio temporis ad tempus, non esset, nisi sicut proportio tarditatis ad tarditatem. Et causa istius erroris fuit existimare quod tarditas, & velocitas sunt motus additi motui, & diminuti ab eo: sicut linea, quæ additur lineæ, aut diminuitur ab ea.

Cã erroris. Auẽpace.

Cum igitur existimatur quod velocitas est additio super motum naturalem, & tarditas diminutio: & causa istius additionis & diminutionis fuerit resistentia: sequitur ex hoc, vt proportio resistentis ad resistens sit sicut proportio tarditatis ad tarditatem, non sicut proportio motus ad motum: quoniam, quando quantitatibus proportionalibus additur eadem quantitas, aut diminuitur, non remanebunt proportionales: & Auempace existimauit quod motus sensibilis est illud, quod remanet ex motu naturali: & existimauit quod motus naturalis est quasi vna mensura, ex qua diminuuntur duæ mensuræ secundum proportionem aliarum duarum quantitatũ: & vidit quod cum hoc accidit in quantitatibus, non sequitur vt proportio diminuti ad diminutum sit, sicut proportio remanentis ad remanens: & existimauit quod accidit motui naturali propter impediens aliqua diminutio secundum proportionem impedientis ad impediens: & existimauit, sicut diximus, quod motus sensibilis est illud, quod remanet ex motu naturali post
C diminutionem, sicut remanet ex magnitudine post diminutionem: & ideo iudicauit, quod non sequitur, vt proportio motus sensibilis ad motum sensibilem sit, sicut ptoportio impedientis ad impediens, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatem: sicut non sequitur in quantitatibus, quæ diminuuntur secundum aliquam proportionem in aliqua proportione, vt residuum sit in illa proportione: sed differunt, quia, quando ex quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu, remanet residuum quantitatis in actu: &, quando motui naturali accidit diminutio, tunc motus naturalis non habebit esse nisi in potentia: ergo, tunc motus sensibilis non erit nisi motus non naturalis, qui est diminutio ex motu naturali, non motus naturalis, cui accidit diminutio: &, similiter, cum aliquod motum mouetur velocius motu naturali, tunc non erit illic motus naturalis, sed additio tantum: verumtamen dicimus ꝙ proportio tarditatis ad tarditatem, est sicut proportio impedientis ad impediens, vt dicit Auempace: sed non est illic aliquid nisi tarditas: & ista quæstio est sophystica: sed est difficilis, quia est secundum commutationem communicationẽ, q̃m, quia motus assimilatur lineæ, existimatur quod illud, quod contingit in linea, contingit in motu. Declaratum est igitur ex hoc sermone, ꝙ proportio impedientis ad impediens, est sicut proportio motus ad motum: & hoc est in mo-

tibus violentis, quando motor fuerit idem, & suum impedimentum fuerit ex medio, aut ex ipso moto, & quod hoc diuersatur in motibus naturalibus secundũ diuersitatem proportionum, quæ sunt inter motores, & res motas, cũ nullum sit hic ĩpediẽs, sed secundũ diuersitatẽ proportionis excessus potentiæ motoris primi sup rẽ motã ad excessũ potẽtiæ secũdi motoris sup rẽ motã. Sed quæret aliquis, cũ posuerimus qđ iste motus erit in medio, ĩpeditus a medio, non seqt, & si concesserimus qđ ꝓportio motuũ, qui fuerit in medio, adinuicẽ est sicut proportio ĩpedientis ad impediens, vt quando idem motum mouetur in vacuo, moueatur motu indiuisibili, & in instanti, sed sequetur necessario vt moueatur in tempore, cuius proportio ad tempus, in quo mouetur in medio, sit sicut proportio excessus potentiæ motoris super rem motam, secundum quod est mota tantum, scilicet absque eo, qđ illic sit impediens extrinsecum ad excessum potentiæ motoris super rem motam, secundum quod est impedita: vnde existimatur etiam quod licet concedantur illæ propositiones, quibus visus est, tamen non inducet ad impossibile, ad quod nititur inducere. Et ad hoc, est dicendum, quod isti motus qui sunt corporum simplicium mediantibus aqua, & aere, non sunt motus impediti a medio, vt apparet in primo aspectu: quoniam, si ita esset, tunc essent hic motus naturales qui nõdum inuenti sunt, neque inuenientur: nisi esset possibile hæc corpora moueri sine medio: quod est impossibile, nisi vacuum esset. Et, causa in hoc est, quia ista mota indigent medio: quoniam a res mota necessario debet habere cum motore aliquam resistentiam, qua potentia motoris excedat potentiam illius: & hoc est in motibus naturalibus: & si non, tunc quilibet motor moueret quodlibet corpus: & propter diuersitatem istius proportionis, quæ est ex resistentia inter motorem, & rem motam simpliciter diuersantur motus corporum cœlestium, vt quædam sint velociora quibusdã: & per hanc resistentiam motor non mouet rem motam, nisi quando potentia eius excedit potentiam rei motæ: res b enim mota vniuersaliter est similis quodammodo motori, & contraria alio modo. Et hoc intelligendum de nobilitate, quam dicit Auempace in corporibus cœlestibus: motor enim, cuius potentia est excedens, est nobilior motore, cuius potentia est minor in excessu, & manifestum est, quod c ista resistentia inuenitur inter motorẽ, & rem motam, qñ res mota fuerit distincta per se: sicut est dispositio in corporibus cœlestibus: in elemẽtis d vero res mota est in potẽtia, & motor in actu, cũ sint cõposita ex prima materia, & formis simplicibus, & motor est forma, & res mota est materia: &, quia hæc corpora non distinguuntur in rem motam, & motorem in actu: impossibile est ea moueri sine medio. Et Aristotel. declarauit, quod propter hoc fuit necesse illa non moueri ex se in octauo e istius libri. Si igitur hæc corpora simplicia mouerentur sine medio, non esset hic resistentia inter motorem, & rem motam: immo non esset hæc res mota omnino essentialiter: &, si hoc, contingeret ut non mouerentur in nõ tẽpore, & in quolibet moto: ex hoc igitur dixit Aristotel. quod, si hæc corpora mouerentur in vacuo, sequeretur vt mouerent motu indiuisibili, in tempore in diuisibili: & ponendo hæc corpora moueri in medio est naturale eis: & est causa in hoc, quod mouentur, f non sicut existimatur, quod sunt mota ex se non motu naturali, sicut existimauit Auempace. Auempace igitur fecit dubitare in hoc sermone in duobus locis. Vnus eorum est, in quo dicit, ꝙ proportio motus ad motum non est sicut proportio spissitudinis medij ad spissitudinem medij. Secundus autem est, qđ isti motus sunt impediti ex medio, & non naturales: & nullus peruenit ante ipsum ad istas quæstiones: & ideo profundus erat iste super alios. Et in exemplari, a quo scripsimus, inuenimus quoddam folium per se, & in scriptum erat hoc. Nos autem dicamus quod necesse est, quod inter motorem, & rem motam sit resistentia: motor enim mouet rem motam, secundum quod est contrarium, & res mota mouetur ab illo secundum quod est similis; & omnis motus erit secundum excessum potentiæ motoris super rem motã, & diuersitas motuum in velocitate, & tarditate est secundum hanc proportionem, quæ est inter duas potentias: & ista resistentia, aut erit ex ipso moto, quando illud, quod moue-

Marginal notes:

Epilogus.

a Res mota necessario debet hẽre cũ motore aliquã resistẽtiam, qua potẽtia motoris excedat potentiam illius.

b Res mota vniuersaliter est similis quodammodo motori, & contraria alio modo.

c Nota a qua elementa habeant resistentiã ĩ motu locali.

d In elemẽtis res mota est in potentia & motor est in actu cum sint cõposita ex prima materia, & formis simplicib', & motor est for-

D E F

A tur ex se voluntate, diuiditur in motorem in actu, & rem motam in actu, sicut est dispositio in animalibus, & in corporibus cœlestibus, aut erit ex ipso medio in quo mouetur: & hoc erit, quando res mota non diuiditur in moto rem, & rem motam in actu, sicut est dispositio etiam in corporibus simplicibus: aut resistentia erit ex vtroque, scilicet ex re mota, & ex medio, sicut est dispositio in animalibus, quæ mouentur in aqua: illa autem, in quibus res mota ex se diuiditur in motorem in actu, & rem motam in actu, non necessario indigent medio, sed si fuerit, erit per accidens: illa autem, quæ mouentur ex se, quæ non diuiduntur in motorem, & rem motam in actu, necessario indigent medio: & hæc sunt corpora grauia, & leuia: &, si non, mouerentur in non tempore: cum nihil sit actu illic, quod resistat potentiæ motiuæ: & est impossibile etiam vt habeant motus naturales, & sint semper impedita: &, ideo contingit, ꝙ, cum posuerimus ista moueri in vacuo, vt moueātur in non tempore, & ut motus grauis, & grauioris sit æqualis in velocitate: ꝙ est impossibile. Quod igitur existimauit Auempa. est, quod ista simplicia habent motus naturales sine medio.

Sed, si per subtilissimum in tanto tempore tanto motu fertur per vacuum, omnem exuperat rationem. sit enim. z. vacuū, æquale autem magnitudine his, quæ sunt. b. &. d: a ergo si transibit. z, & mouebitur B in quodam quidem tempore, in quo est. g. sed in minori quam in quo est. e, & hanc habebit rationem vacuum ad plenum: sed in tanto tempore, quantum est in quo est. g. ipsius, d: a. transibit. t. transibit autem, si sit subtilitate differens ab aere, in quo est. z. secundum hanc proportionem, quam habet tempus, in quo est. e. ad tempus in quo est. g. Si enim sit tanto subtilius corpus, in quo est. z: ipso. d. quantum exuperat. e. ipsum. g. econuerso transibit velocitate in tāto, quātum. g. ipsum exuperat. z, quod est in quo est a, si feratur: si ergo nullum sit corpus, in quo est. z. adhuc velocius: sed erat in quo est. g. quare in æquali tempore transibit & quod plenum est & vacuum: sed impossibile est.

Sed, si res mota mouetur mediante subtilissimo corporum in tanto tempore per tantum spatium, tunc mediante vacuo exit ab omni cōparatione: sit igitur. z. vacuum, & sit æquale. b: si igitur. a. pertransit vacuum, & mouetur in aliquo tempore, scilicet in tempore. k, si est bre C uius tempore. h, tunc ista proportio non erit proportio vacui ad plenum: pertranseat igitur a. in tempore æquali. k. per spacium. b, & pertranseat etiam secundum proportionalitatē, quæ est inter tempus. h, & tempus. k, aliquid addens in subtilitate super aerem, qui est. b. quoniam si. z. fuerit corpus subtilius, quā. b. secundum excessum h. super. k tunc pertransitus, z. in velocitate erit in tempore æquali. k. si. a. mouetur: si igitur in z. non fuerit corpus, tunc motus. a. in eo erit velocior: sed erat in. k. ergo sequitur vt pertrāsitus eius per ipsum sit in tempore æquali, siue fuerit plenum, siue vacuum. quod est impossibile.

*Demonstratio ducens ad impossibile, probans non esse possibile proportionem esse inter motum, qui fit per vacuum, & qui fit per plenum.*

ma, & res mota est materia. Sed vide oppositū. 4. cœli. cō. 22. Vbi habet ꝙ forma est mouens, & motum.


e Tex. cō. 28. 29. 30. 31 & 32.

f Si elementa mouerentur ī vacuo, mouerentur in instanti. Idē infra. c. 74. & 8. Phy. 82.


Laus magna de Auē pace hyspano.

Resistentia, in motu naturali quandoq; est ex ipso moto, & quādoq; est ex ipso medio, & quādoq; ex parte vtriusq; respectu diuersorum, &c.

I Tempus.




Z Tempus.




Iſta etiã eſt alia declaratio ad confirmandum: quoniam, ſi aduerſarius non conceſſerit nobis impoſsibile, quod ſequitur ex ſermone prædicto, quod eſt motũ eſſe indiuiſibile, & in tempore indiuiſibili, & dixerit in motus, qui eſt in vacuo eſt in tẽpore, demonſtrabimus ei, quod ex hoc ſequitur impoſsibile, ꝗ non poteſt concedi: & hoc erit ponendo quod idem motum mouetur per ſpatium æquale in vacuo, & pleno, Verbi gratia, in aere: cum igitur poſuerimus ipſum moueri per hæc duo ſpatia æqualia, quorum alterum eſt in vacuo, & reliquum in aere in duobus temporibus: manifeſtũ eſt quod tempus, in quo pertranſit ſpatium quod eſt in vacuo, erit breuius: quoniam in vacuo non eſt reſiſtentia: hoc igitur tempus minus habebit aliam proportionem terminatam ad hoc tempus maius: & manifeſtum eſt, quod ſi nos imaginati fuerimus corpus ſubtilius aere ſecundum additionem temporis maioris ſuper tempus minus, manifeſtum eſt ꝙ iſtud motum pertranſibit in corpore ſubtiliori ſpatium æquale tempori, in quo pertranſiuit ipſum in vacuo: cum poſuerimus, quod proportio temporis ad tempus eſt ſicut proportio ſubſtantialis alterius medii ad ſubtilitatem reliqui medii: &, ſic idem motum pertranſibit ſpatium æquale in tempore æquali, mediante vacuo, & mediante pleno: hæc igitur eſt demonſtratio eius in hoc loco.

**Expoſitio literæ.** Et dixit ſed, ſi res mota, &c. id eſt, quoniam, ſi poſuerimus quod res mota mouetur in aliquo corpore ſubtiliſsimo, & mouetur etiam in vacuo, neceſſario mouebitur in vacuo velocius, &, cum prepoſuit hanc propoſitionem incœpit inducere propoſitiones inducentes ad inconueniens & dixit ſit igitur, z. vacuum, &c. id eſt ſit igitur ſpatium in vacuo. z. & ſit æquale ſpatio. b. quod eſt in aere. Deinde dixit ſi igitur, a. pertranſit vacuum, &c. ideſt. a. igitur, quod eſt res mota, ſi pertranſit hoc ſpatium, quod eſt in vacuo, ſcilicet. z. i. &, cum conceſſerimus ipſum moueri in eo in aliquo tempore, ſit igitur illud tempus. k. & eſt manifeſtũ quod hoc tempus eſt breuius tempore. h. in quo. a. mouetur in ſpatio. b, quod eſt in aere, motum enim in vacuo, eſt velocius moto in aere: &, cum ita ſit, tunc proportio tẽporis. k. ad tp̃s. h eſt, ſicut proportio motus. a. in vacuo, ad motũ eius in aere: & hoc intendebat, cum dixit: tunc iſta proportio erit ſicut proportio vacui ad plenum: D. d. pertranſeat igitur. a. &c, id eſt, &, cum proportio temporis. h. ad tp̃s. k. eſt ſicut proportio motus, qui eſt in vacuo ad motũ, qui eſt in aere, ponatur igitur quod. a, quod eſt motum, moueatur in tempore æquali. k, & eſt illud, in quo mouetur in vacuo per ſpatium æquale ſpatio vacui, & aeris in corpore ſubtiliori, aere, & ſit illud ſpacium. z, eſt manifeſtum quod pertranſibit iſtud ſpatium ſecundum proportionem temporis. k. ad tempus. h. cum poſuerimus quod corpus, in quo eſt ſpatium. z, eſt ſubtilius aere ſecundum proportionem temporis. h. ad tempus. k. id eſt, quoniam pertranſiuit ſpatium. z. ad tempus. k, quod pertranſiuit in eo in vacuo: & hoc intendebat, cum dixit & pertranſibit etiam ſecundum proportionalitatem, &c. id eſt, & eſt poſsibile ipſum pertranſire hoc ſpatium, ſcilicet. z. ſecundum proportionem temporis motus in vacuo ad tempus motus in aere, cum poſuerimus hoc corpus, in quo eſt ſpatium, z, maius in ſubtilitate aere, ſcilicet quam tempus. h, eſt

A maius tempore. k, scilicet sicut proportio temporis motus in vacuo ad tempus motus in aere: & hoc intendebat cum dixit quoniam si. z, &c. id est si igitur corpus imaginatum, scilicet. z. sit subtilius. b, scilicet aere secundum excessum temporis. h. & est illud, in quo. a, mouetur in vacuo per illud spatium terminatum super tempus. k. & est illud; in quo. a. mouetur in vacuo per illud spatium, tunc. a. pertransibit spatium. z, in velocitate in tempore æquali ei, in quo pertransibit illud spatium in vacuo, quod est tempus. k. si posuerimus. a. moueri in vacuo. Deinde incœpit declarare impossibile, quod sequitur ex hoc, & dixit si igitur in. z. non fuerit corpus, id est, si posuerimus quod in vacuo non est corpus omnino, manifestum est quod motus. a. erit in eo velocior, quam motus eius in corpore, quod posuimus subtilius aere secundum proportionem temporis motus. a. in aere ad tempus motus eius in vacuo: sed iam declarauimus ꝙ motus eius mediante vacuo, & corpore subtiliori est æqualis, quia est in eodem tempore: quod est inconueniens: motus enim vacuo debet esse velocior. Et Aristo. induxit hanc demonstrationem secundam propter hoc, qd' sciuit de quæstione accidente primæ demonstrationi: quoniam in propositionibus huius demonstrationis non est dubitandum, nisi in propositione, dicente quod possibile est imaginari corpus, cuius proportio in subtilitate ad aerem sit sicut proportio temporis, in quo est motus, Verbi gratia in aere, aut in igne ad
B tempus motus in vacuo: dicitur enim qd' ista propositio est falsa impossibilis, nõ falsa possibilis: impossibile enim est inueniri extra animã corpus subtilius igne: ergo impossibile, qd' existimabatur sequi non sequitur: quoniã, tunc potest dici, qd' illud impossibile sequitur ex positione falsa, non ex posito. Et videtur qd' ita est de subtilitate, & spissitudine, sicut est de diuisione lineæ, & superficiei: quoniam, quemadmodum linea, secundum quod est linea, potest diuidi in infinitum, quod est impossibile secundum quod est linea terrestris, aut ignea: ita de subtilitate potest intelligi processus in infinitum ex sua natura, s. secundũ quod est subtilitas simpliciter, non scd'm quod est subtilitas corporis mobilis, & scd'm hoc hæc propositio posita est falsa possibilis, scd'm quod fuit posita: & ex falso possibili nõ sequitur falsum impossibile: & hoc modo declarationis, multoties vtitur Arist. & etiam Plato, & est vera declaratio: qm̃ non ponitur falsum in eo, scd'm ꝙ est falsum impossibile, sed secundum quod est falsum possibile.

*Quemadmodũ linea nõ põt diuidi in infinitũ scd'm quod ẽ terrestris, vel ignea: ita subtilitas potest diuidi in infinitum secundũ qd' subtilitas, non autẽ vt est corporis mobilis. Vide 3. phi. c. 60. et quæ ibi.*

Manifestum est igitur, quia si fuerit aliquod tẽpus, in quo per vacuum aliquod feretur, accidet hoc impossibile. in æquali enim accipietur aliquid, & quod plenum est transire, & vacuum: erit enim aliquod analogum corpus alterum ad alterum, vt tempus ad tempus: sicut in summa est dicere, ostensa accidentis causa: quia motus quidem
C ad motum omnis est proportio, in tempore enim est, temporis autem omnis est ad tempus, finitis vtrisque: vacui autem ad plenum non est.

*Motus ad motum oĩs est ꝓportio.*

Apparet igitur, quod si fuerit hoc aliquod tempus, in quo aliquid expellatur ex vacuo, erit impossibile: quoniã inuenitur aliquid, quod pertransit in tempore æquali, siue plenum, siue vacuum fuerit illud in comparatione corporis, sicut tempus habebit proportionem ad tempus: & dico hoc, quod causa eius, quod sequitur ex hoc, est manifesta: & est, quod quilibet motus habet ad quẽlibet motum aliquam proportionem: motus enim est in tempore: et omne tempus habet proportionem ad omne tempus, cum fuerint finita: sed vacuum, aut plenum non habent proportionem.

Hic inducit summam eius, quod prædixit in hac demonstratione. Et dixit manifestum est igitur ex hoc, quod si fuerit positum aliquod tempus, in quo aliquid mouetur in vacuo, contingit impossibile, quod est aliquid pertransire in 73

æquali tempore ſpacium æquale in vacuo, & pleno: & cauſa eius, quod ſequitur ex hoc, eſt, quoniam poſsibile eſt imaginari corpus cuius proportio ad corpus mediante pleno, & mediante vacuo, ſi poſuerimus aliquid moueri per idem ſpacium in aliquo tempore, ſit ſicut proportio temporis, in quo aliquid mouetur per illud ſpatium, mediante corpore poſito primo ad tempus in quo mouetur per illud mediante vacuo: ex quo ſequitur aliquid moueri per idem ſpatium in aliquo tempore mediante vacuo, & pleno: quod eſt impoſsibile. D. d. & vniuerſaliter cauſa eius quod ſequitur, &c. i. &, vniuerſaliter propoſitiones, ex quibus ſequitur hoc impoſsibile, ſunt duæ: quarum altera eſt, qm̃ quilibet motus habet proportionem ad quemlibet motum: qm̃ quilibet eſt in tempore, & quodlibet tempus habet proportionem ad quodlibet tempus, cum fuerint finita: Altera autem eſt, quod vacuum non habet proportionem ad plenum. Cum igitur coniungatur his duabus proportionibus motum eſſe in vacuo, ſequitur alterum duorum, aut quod motus in vacuo eſt, non in tempore, cum poſuerimus quod cauſa eius, quod motus eſt in tempore, eſt plenum, mediante quo fit motus, aut quod illud motũ moueat per idem ſpacium in eodẽ tẽpore, mediante vacuo, & pleno. A

Quodlibet tẽpus habet proportionẽ ad quodlibet tempus, cũ fuerint finita.

Secundum igitur, quod differunt, per quę feruntur, hæc contingunt: ſecundum autem eorum, quæ feruntur excellentiã hæc ſunt. Videmus enim, maiorem impetum habentia, aut grauitatis, aut leuitatis, ſi quoad alia ſimiliter ſe habent figuris, citius lata per æquale ſpatium, & ſecundum rationem, quam habent magnitudines adinuicem: quare & per vacuum: ſed impoſsibile eſt: propter quam enim cauſam ferentur velocius? In plenis enim ex neceſsitate eſt, velocius enim diuidit fortitudine maius: aut enim figura diuidit, aut impetu, quem habet quod fertur, aut proiectum: æque velocia ergo omnia erunt: ſed impoſsibile eſt. B

Hoc igitur contingit corporibus ex diuerſitate ex illo, mediante quo fit motus, ex ſucceſsione autem corporum mobilium, hoc, quod narrabo. Dicamus igitur quod videmus corpora, quæ ſunt magis ponderoſa, ſiue grauia, ſiue leuia, cũ fuerint in aliis diſpoſitionibus in capitulo figuræ, eodem modo moueri in æquali loco velocius ſecundum proportiones eorum adinuicem: ergo ſequitur vt talis ſit diſpoſitio eorum in vacuo etiam: ſed hoc eſt impoſsibile: quoniam non poteſt aliquis dicere, qua de cauſa expellitur in eo velocius: quoniam hoc in pleno eſt neceſſarium. Quod enim eſt fortius velocius diuidit illud: illud enim, quod mouetur, aut illud, quod cedit, aut per ſuam figuram diuidit, aut per ſuum pondus: ex quo ſequitur vt motus omnium corporum ſit æqualis in velocitate: quod eſt impoſsibile. C

74 Cum induxit duas demonſtrationes acceptas ex diuerſitate medii, in quo corpora ſimplicia mouentur, vult inducere demonſtrationem acceptam ex diuerſitate potentiarum motiuarum, quæ ſunt in corporibus ſimplicibus. Et dixit hoc igitur contingit, &c. i. hoc igitur impoſsibile contingit huic poſitioni ex propoſitionibus acceptis ex diuerſitate corporum mobilium in velocitate, & tarditate, ſecundum illud, mediante quo fit motus: D. d. ſecundum vero ſucceſsionem corporum mobilium, &c. i. quod autem contingit huic poſitioni ex propoſitionibus acceptis ex ſucceſsione corporum mobilium, in velocitate, & tarditate, ſecundum potentias eorum motiuas eſt hoc, quod narrabo. D. d. dicamus igitur, &c. i. manifeſtum enim eſt per ſe, quod corpora, quæ ſunt maioris declinationis, ſiue fuerint leuia, ſiue grauia, cum fuerint æqualia in figura, & magnitudine, & mode. i. ſunt velocioris motus, quã illa, quæ ſunt minoris declinationis: & quod illud, quod

A est maioris declinationis pertransit idem spatium in minori tempore illo, in quo pertransit illud, quod est minoris declinationis: &, quod proportio temporis ad tempus erit sicut proportio potentiæ motiuæ ad potentiam motiuam, ita, quod, si posuerimus duo corpora æqualia in figura, & magnitudine, & grauitas vnius fuerit dupla ad grauitatem alterius: & tunc illud quod est minoris grauitatis mouebitur per spatium in duplo tempore ad tempus, in quo mouetur in illo grauius. D. d. ergo sequitur, &c. i. &, manifestum cum per se, quod corpus grauius, est velocioris motus: & hoc accidit propter medium quod resistit motori: quoniã, si illic non esset medium non esset illic resistentia: ergo, cum posuerimus grauius moueri in vacuo, non est necesse, vt sit velocius illo, quod est minoris grauitatis: q̃m non erit illic causa, ex qua grauius expellet velocius: ex quo sequitur vt motus eorũ non solũmodo sit æqualis, sed nõ in tẽpore vt declarauimus. Et cum declarauimus qđ impossibile est dare causam diuersitatis duorũ motorũ diuersorũ in declinatione, & velocitate, & tarditate ex vacuo, incœpit declarare qđ causa illius manifesta est ex pleno, & dixit hoc enim in pleno, &c, i. &, grauius esse velocioris motus necessarium est, cum motus eius fuerit in pleno: & causa in hoc est: quoniam illud, quod est maioris declinationis, est fortius, & citius diuidit plenum: & similiter illud, quod est acutioris figuræ, leuius diuidit aerem. D. d. Illud enim, quod mouetur, &c. i. corpus enim, quod mouetur in medio, aut cedit B ab eo, diuidit medium, aut per grauitatem tantum, aut per declinationem, scilicet quoniam, id, quod est acutioris figuræ, diuidit citius, & similiter grauius, aut per utrunque. D. d. ex quo sequitur, &c. & intendit in vacuo: & ex hoc impossibili intelliguntur duo, scilicet, quod omnia sint æqualia in velocitate, scilicet motus grauioris, & minoris grauitatis, & cum hoc erit in tempore, aut sit cum hoc non in tempore. Si igitur posuerimus, quod illud, quod sequitur est ipsum esse non in tempore, tunc impossibile, quod intendit concludere, accidit in eo quæstio Auempace, quam iam dissoluimus: &, si dixerimus quod impossibile, quod intendit hic Arist. est vt illud, quod est maioris grauitatis non est velocius, euadetur ab illa quæstione. Sed potest aliquis dicere, forte ex hoc non accidit impossibile: quoniam hoc non accidit graui, & leui nisi quia sunt impedita a motu naturali. Sed responsio ad hoc est responsio prædicta, scilicet quoniam graue, & leue non impeditur a medio, in quo mouetur: neque motus eius in medio est violentus: sed naturalis.

Cõ. 71. | Illud, quod est acutioris figuræ, leuius diuidit aerem. | Obiectio. | Solutio.

Quod illius igitur, si vacuum sit, accidat contrarium quod propter quidam probant dicentes esse vacuum, ex dictis manifestum est: opinant enim vacuum esse, si erit secundum locum motus discretus secundum se: hoc autem idem est ei, quod est dicere, locum esse aliquid C separatum: sed quod hoc sit impossibile esse, dictum est prius.

Opinantur Caput. 9.

Oportet igitur, quod si vacuum fuerit, sequitur cõtrarium ei, propter quod ponunt vacuum distinctum dicentes ipsum esse: existimant enim vacuum esse, si motus in loco fit, distinctum per se: & hoc est dicere locũ esse aliquod separatũ: & iam posuimus hoc esse impossibile.

Dicit manifestum est igitur ex his demonstrationibus, quod si vacuum fuerit, contingit contrarium illud, quod coegit dicentes vacuum esse, dicere ipsum, scilicet motum esse: existimabant enim quod, si motus esset, vacuum foret: &, cum dixit distinctum per se, intendit quod isti non opinantur ipsum admisceri cum corporibus, sicut opinatur alia secta dicentium vacuum esse. Deinde dixit & hoc est dicere, &c. idest, & dicere vacuum esse separatum nihil aliud est, quã dicere locum esse dimensiones separatas: quod iam destruximus. 75

Et per se autem considerantibus videbitur vtique dictum vacuum, sicut vere vacuum: sicut enim in aqua, si apponat aliquis cubum, distabit tanta aqua, quantus est cubus, sic & in aere, sed sensui immanifestũ

est: & semper igitur in omni corpore habent transmutationem, inquā- A tum est aptum natum transmutari, necesse est, nisi coeat, transmutari, aut deorsum semper, si deorsum motus est, sicut est terræ: siue sursum, sicut est ignis, aut in vtraque, aut quale aliquid sit impositum: in vacuo autem hoc impossibile est: nullum enim corpus est: sed per vacuū æquale spatium transire videtur, quod vere prius in vacuo erat, tanquam si aqua prius nō cederet ligneo cubo, neque aer, sed omnia transirent per ipsum: At vero & cubus habet magnitudinem tantam, quātam cōtinet vacuum: quod si calidum est, aut frigidum, aut graue, aut leue, nihilominus alterum inesse ab omnibus passionibus est, & si non diuisibile sit ab illis: dico autem corpus lignei cubi. Quare, & si separetur ab omnibus aliis, & neque leue, neque graue sit, continebit ęquale spatium, & in eadem erit, quæ est loci, & vacui parte ęquali sibi: quid ergo distabit corpus cubi ab equali vacuo, loco? & si duo huiusmodi sunt simul, propter quid non quilibet in eodem erunt? Vnum quidem igitur hoc inconueniens, & impossibile est. B

Si corpus cubum ab oībus qualitatibus sensibilibus separatum fuerit in aqua, adhuc æquale spatium cōtinebit: ex quo videtur corpora mathematica non abstrahere a loco. Idē supra. c. 47. Et primi de genera cō. 44. 53 vide oppo. 3 cę. te. c. 55.

Et, cum aliquis fuerit perscrutatus de vacuo, inueniet ipsum in rei veritate esse vacuum, sicut dicitur. quemadmodum, si quis posuerit corpus cubitum in aqua, euacuabitur de aqua quantum corpus cubitum: ita est de aere, & si latet sensum. & in quocumque corpore habēte translationem ponatur, necesse est, etiam si non congregetur, & condensetur, vt transferatur, quo innatum est transferri, scilicet ad inferius, si translatio eius fuerit ad inferius, vt terra, aut ad superius, vt ignis, aut ad vtrāque partem, & quomodo fuerit corpus, in quo ponitur. In vacuo autem hoc est impossibile, quia non est corpus: sed penetrabit ex eo in cubitum dimensio æqualis dimensioni eius, & illa dimensio erit prius in vacuo: & similiter esset dispositio, si aqua non cederet cubito, qd' est ligni, neque aeris, sed intraret ipsum: sed cubitum habet quantitatē, sicut est quātitas vacui, qd' occupat: et hoc siue fuerit calidū, siue frigidū, siue graue, siue leue, essentia eius est alia ab omnibus accidentibus suis: &, si non sit separata, s. corpus cubitum, quod est ex ligno, si imaginetur esse separatum ab omnibus aliis rebus, & non fuerit leue, neque graue, tamen occupabit vacuum æquale sibi, et erit in parte loci, & vacui ęquale ipsi: quæ igitur erit differentia inter corpus cubitum, & vacuum? aut locum æqualem illi? & si fuerit possibile vt duo sint in hac dispositione, quid igitur prohibet, vt in eodem loco sint quot posuerimus in numero. Hoc igitur est vnum capitulum de impossibili, & inopinabili. C

76 Cum compleuit destructionem vacui ex motu, reuersus est ad destructionem ipsius ex sua natura, scd'm quā ponunt ipsum esse, s. scd'm quā recipit corpora. Et dixit Et, cum aliquis fuerit perscrutatus, i. &, cū aliquis perscrutatus fuerit de vacuo, vtrū sit, aut non, inueniet ipsum esse vacuum abesse, s. ipsum esse priuationem purā: &, φ nulla est vtilitas in ponendo ipsum in rebus naturalibus. Deinde incœpit inducere propositiones, ex quibus sequitur impossibile si vacuū fuerit, & dixit quemadmodum si aliquis, &c, id est qm̄ apparet sensui qd' si aliquis p-

A fuerit corpus cubitum in aqua, cedetur ex aqua, & fundetur in aliũ locum, quãtum est corpus cubitum, ita necesse est vt accidat in aere, quando in eo fuerit positum corpus cubitum, licet hoc lateat sensum: & hoc manifestũ est per se. D. d. & quodcunque corpus habens, id est & vniuersaliter manifestum est per se, qđ cunque corpus innatum est transferri, quando in eo fuerit positum aliquod corpus, necesse est, si illud corpus non condensetur, & congregetur ad se, vt transferatur, & cedat in loco, quantum est illud corpus, vbi innatum est transferri naturaliter: si igitur terra transferetur ad inferius, si ignis ad superius, si aer, aut aqua, ad vtranque partem, quoniam, cum aqua fuerit in loco terræ, tunc trãsferetur ad superius: &, cum in loco aeris ad inferius: & aer, quando est in loco aquæ ad superius exit, & quando in loco ignis ad inferius: & hoc intendebat, cum dixit ad vtranque partem, id est &, si corpus, in quo subiiciatur cubitum, fuerit aer, aut aqua, & vniuersaliter corpus, in quo congregantur hæc duo, scilicet grauitas, & leuitas. Et, cum declarauitur ꝙ omne corpus, in quo possibilis est motus, possibile est vt in eo subiiciatur aliquod corpus, Verbi gratia, cubitum, aut ita, quod illud corpus condensetur, quantum est corpus cubitum, aut vt transferatur, Incœpit declarare quod, sicut contingit hoc in omni corpore habente translationem, scilicet vt corpus, in quo subiicitur, moueatur, ita sequitur in corpore, quod subiicitur, cuiuscunque modi sit, & dixit & quomodo B fuerit corpus, quod ponitur in eo, Et, cum declarauit hanc propositionem dicentem ꝙ omne corpus, ꝙ subiicitur in aliquo loco, facit transferri de corpore, existente in illo loco, quantum est eius corpus, aut secundum condensationem, aut secundum translationem, incœpit declarare hoc esse impossibile in vacuo, secundum ꝙ est corpus simplex, scilicet quoniam impossibile est vt transferatur, quia est tres dimensiones separatæ, & dixit in vacuo vero, &c. id est vacuum vero impossibile est vt condensetur, aut moueatur, quia non est corpus naturale: & ideo, si cubitum. Verbi gratia, subiiciatur in eo, necesse est vt transferãtur dimensiones vacui, scilicet longitudo, & latitudo, & profundum, æquales dimensiones tribus cubitis: necesse est vt penetrent in dimensionibus ipsius cubiti. D. d. sed penetrabit ex eo cubitum, id est sed penetrabit ex vacuo in cubito posito in illo dimensio æqualis dimensioni eius, scilicet quod dimensiones cubiti penetrabunt dimensiones vacui. Deinde dicit & illa dimensio fuit per vacuum, & ista dimensio, quæ penetrat etiam cubitum, non est, nisi per vacui naturam: cum vacuum nihil aliud sit quam dimensiones separate. Deinde dicit & sic esset dispositio, &c. id est & similiter contingit in aqua, & in aere, quando in eis subiiceretur corpus cubitum, scilicet ꝙ, si non cederent in loco, contingeret duo corpora penetrari, s. corpus cubitũ, & corpus aquæ, aut aeris: & hoc intendebat, cum dixit & penetrarent in ipsum, s. & contingeret in aere, aut aqua C quod penetrarent in cubitũ. Et, quia possibile est existimari qđ corpus subiici in eodem loco est impossibile in corporibus naturalibus, habentibus grauitatẽ, & leuitatem, non secundum ꝙ habent tres dimensiones tantum, dixit sed cubitum etiam habet, &c. idest, & hoc, quod cubitum debet habere in vacuo dimensionem æqualem, quam occupet, i. inane æquale, qđ occupet, ita, ꝙ dimensiones penetrent se adinuicem, s. dimensiones cubiti in dimensiones vacui, non est, sed in ꝙ est cubitum calidum, aut frigidum, aut graue, aut leue, sed hoc habet ex sua essentia, scilicet ex sua natura: essentia enim eius est alia a suis accidentibus: & hoc impossibile est, vt separentur ab eo in esse, sed imaginatione tantũ. Et dixit hoc ad declarandum qđ impossibilitas penetrationis corporum accidit eis ex suis terminis mathematicis, non ex suis accidentibus sensibilibus. Et, cum declarauit qđ hoc est necesse in cubito ex natura dimensionum, incœpit declarare qđ non est differentia inter vacuum, & cubitum, quando ab eo abstrahuntur accidentia eius in imaginatione: vacuũ enim nihil aliud est quã corpus abstractũ ab accidentibus in imaginatione: & dixit &, si imaginemur separatũ, i. &, si cubitũ imaginetur separatum ab aliis accidentibus, necesse est vt occupet de vacuo dimensionẽ æqualem sibi: sicut est necesse cum non fuerit separatum ab accidentibus, D. dixit quæ igitur erit differentia, & c. id est &, cum cubitum

Impositas penetrationis corporũ accidit eis ex suis terminis mathematicis, non ex suis accẽtibus sensibilibus.

Cũ corpus

cubum fuerit abstractũ in imaginatione ab accidentibus, nulla erit diferētia inter ipsum ĩ accidētib' et vacuũ, cũ vtrũque sit tres dimensiones separatæ a materia. idẽ supra cõ.51.

a Si duo corpa pñt esse in eodem loco, ẽt infinita idẽ tex. cõ.53.

ligneum fuerit abstractum in imaginatione ab accidentibus, nulla erit differentia in accidentibus inter ipsum, & vacuum: cum vtrunque sit tunc dimensiones separatæ ab accidentibus: D.d.&, si fuerit possibile vt sint duo, &c.i.&, si fuerit possibile vt duo corpora [a] penetrentur secundum dimensiones, ita quod subiiciantur in vno loco, quid prohibet vt in eodem loco subiiciantur multa corpora infinita? quod est inopinabile.

Amplius autem manifestum est, quia hoc, cubus habet transmutatus, quod & omnia alia corpora habent: quare, si hoc à loco nihil differret, quid oportet facere locum corporibus extra vniuscuiusque molē, si impassibile est corpus. nihil enim confert, si alterum circa ipsum æquale spatium huiusmodi sit.

Manifestum est etiam ꝙ cubum habebit, quando transfertur, etiam illud, quod habent omnia corpora: si ergo nulla differentia est inter hoc, & locum, ad quid igitur ponetur corpus habere locum, nisi dimensiones cuiuslibet eorum, cum dimensiones non recipiant passionem? non.n.est vtilitas, vt in circuitu eius sit alia dimẽsio hmõi æqualis ei.

77 & huius te. cõ. 77.

Documentũ

Nõ est necessitas vt corpus habeat dimensiones p̃ter dimensiones suiipsi', & si ita esset, tũc inuenirẽtur dimensiones infinitæ.

Dicit & manifestum est etiam quod cubitum habet, quando subiicitur in loco illud quod habent omnia corpora, scilicet tres dimensiones: & est illud idem, quod isti ponunt in vacuo: si igitur nulla est differentia inter dimensiones cubiti, & dimensiones vacui, quod est locus apud illos, quid igitur coget ad dicendum qď corpora habent dimensiones, in quibus subiiciuntur præter suas dimensiones, & absolutas a passione, i. ab accidentibus: & hoc intendebat, cum dicit, cum corpus non recipiat passionem: Et intendebat per hoc, quod corpora indigent dimensionibus, sed non duobus modis dimensionum, s. dimensionibus, quibus constituũtur, & dimensionibus, in quibus subiiciantur, non enim est necessitas vt habeat corpus dimensiones, præter dimensiones suiipsus: &, si ita esset, tunc inuenirentur dimensiones infinitæ: q̃m dimensiones indigerent dimensionibus, in quibus subiicerentur. D. d. non enim est, &c.i. quæ igitur est necessitas ad ponendum hic esse dimensiones præter dimensiones corporis: cum enim hic sit accusatio, & nulla est accusatio in ponendo hic esse dimensionem extrinsecam continentem corpus æquale illi, quæ est locus. Et, intendebat per hoc inuenire causam æqualitas loci non est æqualitas dimensionum: sed æqualitas continentis: & existimauerunt ex hoc, quod hoc locus est æqualis: & æquale est dimensiones: existimauerunt locum esse dimensiones: & modus deceptionis in hoc est æquiuocatio in hoc nomine æqualitas.

Amplius oportet manifestum esse quale vacuum sit in his, quæ mouentur: nunc autem nusquam in fra mundum: aer enim aliquid est, non videtur autem, neque, si in aqua essent pisces ferrei. tactu enim fit discretio illius, quod tangitur.

Tactu fit discretio illi', qď tãgitur.

Et etiam oportet vt manifestetur nobis residuum vacui in mobilibus: sed hoc non videmus in aliquo intra mundum: aer enim est aliquod existens, licet reputetur nihil esse: & similiter existimatur de aqua, & si spissitudo esset frustum ferri. iudicare enim de tangibili est per sensum tactus.

78 Dicit & si esset, sicut dicentes vacuum esse fingunt, s. vacuum esse separatum extra mundũ, in quo mundus existit, oporteret vt appareret nobis aliquod residuum ex eo: sed nihil ex eo sentimus intra mundum. aer enim sentitur secundum tactum esse corpus: &, si secundum visum existimetur nihil esse, cum non habeat colorem: & visus comprehendit colorata, D. d. & si spissitudo esset &c. id est

Aer secũdũ tactũ sentiẽ eẽ corp', & si scď'm vi-

A id eſt &, ſimiliter reputaretur, ſi ſpiſsitudo eius eſſet in duritie ferri: indicare enim de tangibili non eſt per ſenſum viſus, ſed per ſenſum tactus.

ſum existimetur nihil eſſe, cum nõ habeat colorẽ, & viſus cõprehẽdit colorata. Vide ꝓ hoc 2. de aïa. cõ. 67. vide conſimile de odore, 2. de aïa. cõ. 97. & in libro de ſenſu & ſenſato.

*Quod non ſit vacuum corporibus imbibitum.* *Cap. XI.*

QVOD igitur non ſit ſeparatum vacuum ex his manifeſtum eſt. Sunt autem quidam, qui per rarum, & denſum opinantur manifeſtum eſſe ꝙ ſit vacuum. ſi enim rarum, & dẽſum non eſt, nihil coire, neq; inculcari poſsibile eſt. ſi vero hoc non ſit, aut omnino motus non erit, aut vniuerſum fluctuabit, ſicut dixit Xutus, aut inæquale ſemper eſt mutari aerem, & aquam: dico autem ſic, vt ſi ex aqua ciathi factus eſt aer. ſimul ex æquali aere tantundem aquæ fieri, aut vacuum eſſe ex neceſsitate: coarctari enim, & extendi non aliter contingit.

Ex his igitur declarabitur vacuum ſeparatum non eſſe. Et quidam
B exiſtimauerunt quod ex raro, & denſo apparet vacuum eſſe: quoniã, ſi rarum non eſſet, & denſum, nihil congregaretur, & condenſaretur: &, ſi hoc non eſſet, aut non eſſet motus omnino, aut vniuerſum moueretur, ſicut dixit Caſimedras, aut aqua, & aer trãſmutarẽtur ęqualiter, ſcilicet ſi ex vna vncia aquæ fit aer, poſsibile eſt ex illo aere fieri aut tantum de aqua, aut vacuum eſſe: impoſsibile enim eſt conſtringi, & expandi alio modo ab iſtis.

CVM deſtruxit vacuum eſſe ex motu; & declarauit, ꝙ ſi motus eſt, vacum 79
non eſt; & fuit perſcrutatus poſt hoc de natura vacui; & declarauit quod impoſsibile eſt ipſum recipere corpus, ex quo oẽs exiſtimauerunt ipſum eſſe, ſ. ex receptione corporum: & iſti ſunt illi, qui dixerunt vacuum eſſe ſeparatum; reuerſus eſt ẽt ad dicentes vacuum eſſe imbibitum in corporibus, & penetrans illa; & incœpit inducere rationes eorum, Et dixit & quidam exiſtimãt. i. quemadmodum dicentes vacuum eſſe ſeparatum mouebantur ad hoc ex motu; ſimiliter dicentes vacuum eſſe penetrans in corpore dixerunt hoc ex hoc, ꝙ ſenſerunt de raritate & denſitate in corporibus: dicunt enim ꝙ ſi in corporibus nõ
C eſſet raritas & denſitas, impoſsibile eſſet vt corpora congregarentur in ſe, & fierent minoris quantitatis, aut rarefierent & eſſent maioris quantitatis, & hęc propoſitio eſt vera, ſ. dicens hoc eſſe denſum & rarum, quæ ſunt cauſa in hoc, ꝙ idem corpus qñq; minoratur & qñq; fit maius, D. d. aut non erit motus, &c. i. eſt, &, cum non fuerit hæc cõgregatio, & conſtrictio ad minorem quantitatẽ ſequitur vnum trium, ſ. aut ꝙ non erit motus, ſ. generatio; aut motus translationis rectus, aut totum moueatur, aut, ſi fuerit generatio neceſſe eſt vt generatio ſit æqualis. ſ. ꝙ ſi ex aqua transmutatur aliqua quantitas aerea, vt in illa hora tranſmutetur aqua in illa eadem quantitate: qm̃, ſi non mouebitur totũ. Ft hoc, quod dixerunt manifeſtum eſt per ſe. Nos enim iam poſuimus ꝙ, corpus non ſubijcitur in corpore, niſi qñ corpus conſtringitur, ſ. corpus, in quo ſubijcitur, aut transfertur a ſuo loco: Cum igitur corpus generatur a corpore, & generatũ fuerit maioris quantitatis, ꝙ̃ illud ex quo generatur, V. g. ex vna vncia aquæ, cuius magnitudo eſt pedalis, generatur aer, cuius quantitas, eſt bipedalis: ſequitẽ enim ex hoc, aut vt corpus condenſetur in ſe aut cõtinens expellat corpora vicinantia, & continentia ipſum, & hæc ẽt expellant alia cõtinentia, donec totus mundus expellatur, aut in illa hora generetur aqua ex aere in alio loco ęqualis illi aeri, qui generatur hic ex aqua. D. d. aut vacuum eſſe: ſed hic non ſequitur ab ablatione iſtorum appoſitorum, ſed ex interemptione iſtorum ſequitur vt ſit

Hæc propõ eſt vera. ſ. dicẽs hoc eſſe denſum, & rarũ, q̃ ſunt cauſa i hoc, quod idem corpus qñq; minoratẽ, & qñq; fit maius.

densitas; & ex densitate vt fingunt, sequitur vacuum esse: ergo ista apposita, q̃ nominauerunt hic sunt superflua: sed intendebant declarare vacuum esse ex densitate, & raritate; & si intendebant declarare densitatem & raritatem esse: tunc syllogismus eorum erit manifestus: qm̃ tunc componeretur sic: si vacuum non est neq; densitas & raritas est. Et, si densitas, & raritas non est, non erit motus rectus nisi corpora penetrarent: aut totum expellatur; aut moueatur: neque etiam generatio erit, nisi æqualiter. sed densitas, & raritas sunt. Deceptio in hoc syllogismo est in hoc, ꝙ existimant ꝙ densitas & raritas non possunt esse, nisi per vacuum. D.d. impossibile est enim constringi &c.i. qm̃, si fuerit impossibile vt sit constrictio, necesse est vt aliquis istorum modorum sit possibilis, s. aut vt non sit generatio; aut vt totum moueatur; aut vt generatũ; & illud, in quo generatur, sint æqualia in quantitate.

Si igitur dicere rarum, multa vacua habens separata, manifestum est, ꝙ si neq; vacuum contingit esse separabile, sicut locum habentẽ neq; spatium ipsius, neq; rarum sic.

Et, si intelligunt per rarum illud, in quo sint foramina multa vacua existentia per se, manifestum est, quod si fuerit impossibile vt vacuũ sit existens per se, sicut est impossibile ẽt vt locus sit habens dimensionem per se, impossibile est vt sit rarum hoc modo.

80 Cum compleuit rationes eorum, incœpit contradicere eis. & dixit. Et si intelligunt &c i. &, cum rarum apud eos est illud, in quo sunt multa foramina vacua per se inter corpus rarum, manifestũ est quod non est differentia inter hanc positionem, & ponere vacuum existere per se. Si igitur impossibile est vacuum esse existens per se; cum sit impossibile dimensionem esse separatam per se, manifestum est quod est impossibile foramina esse in corpora vacua. D.d. manifestum est igitur, &c. &, apparet ex hoc; quod vult destruere vacuũ esse alio modo a prædicto; in prædicto enim destruxit vacuum esse ex penetratione dimensionum inuicem, & hoc contingit ẽtiã in raro, quod est tale. Cum autem dixit hoc quemadmodum est impossibile aliquam dimensionem existere per se vult destruere ipsum alio modo. dimensiones enim sunt vltima, & vniuersaliter accidẽtia, quæ non possunt existere per se: & videtur quod ista destructio est destructio vacui, secundum ꝙ est vacuum, destructio aũt prædicta est, secundum ꝙ ponunt ipsum recipere corpora: & necesse est vt qui dicit foramina esse vacua; dicat vacuum esse separatum; quia foramina habent tres dimensiones, id est longitudinem, & latitudinem & profundum.

Si autem non sit separabile, sed tamen inest aliquod vacuum, minus quidem impossibile est: contingit aũt, primum quidẽ nõ omnis motus causam esse vacuum, sed eius, qui sursum est: rarũ enim leue: vnde ignem rarum esse dicunt: postea, causa motus non sit vacuum, sicut in quo est, sed sicut vtres in eo, quod ferunt sursum, ferũt quod ipsis est continuũ, sic vacuũ sursum fert: At ẽt qualiter põt esse motus vacui, aut locus vacui: vacui enim est vacuum, in quod fertur.

Si igitur non fuerit existens per se, sed in eo fuerit aliquod subiectum, tunc dicere hoc erit minus impossibile: sed continget ei primo vt vacuum non sit causa cuiuslibet motus, sed causa motus ad superius: rarum enim est leue: & ideo dicunt ꝙ ignis est corpus rarum: deinde cõtinget ei ẽt vt vacuum sit causa motus, non ita, ꝙ sit in eo, sed sicut vtres per suum motum ad superius mouent illud, quod per

A det ex eis ad superius, ita vacuũ mouet ad superius: sed quõ est possibile vt vacuum, aut locus habeat translationem? tunc enim vacuũ, aut locus habebit locum, ad quem transferatur.

Dicit sed dicere vacuum non existere per se, sed esse positum in corporibus, minus est distans a possibilitate, q̃ dicere vacuũ esse separatum: apparet enim ꝙ non contingit istis dicere dimensiones esse separatas, cũ ponunt eas nõ absolutas a corporibus: sed si posuerũt ipsum esse .i. corporibus raris; ita, ꝙ sit mixtũ cum eis, s. non existens in actu, continget dimẽsiones penetrari, s. vacui &, corporis; &, si posuerint ipsum sicut foramina vacua; continget eis dimẽsiones esse existentes per se. Videtur igitur quod, cum dixit si igitur non fuerit existens ꝑ se, &c. intendebat; si igitur non posuerint ipsum existens per se; sed mixtũ omnino tunc sermo erit eorum magis sufficiens: quia tunc non continget ei dimensionem esse separatam. Et forte intendit ẽt ꝙ dicere vacuum esse foramina vacua in corpore vacuo; & quod est nõ est separatum, est minus impossibile: quã dicere vacuum esse separatũ; quia illi sermoni contingũt multa impossibilia ex motu in loco: isti aũt sermoni non contingunt illa impossibilia: vnde videť minus impossibile: & ideo post induxit inopinabile proprium huic, & dixit, sed B tamen continget ei, &c. i. &, dicentes vacuum esse non separatum a corporibus non dant ex eo cãm cuiuslibet motus, sed motus leuis tm̃. isti enim dicũt quod leue est illud, in quo est multũ vacuum, & quod causa leuitatis eius est vacuum. Et, cum dixit quod isti dicunt, ꝙ vacuum est causa motus leuis tantũ; & quod primo contingit eis quod hoc, quod dicunt de vacuo non est cõe omni motui. (D. d.) cõtinget, &c. i. &, contingit istis, vt vacuũ non sit cã motus, ita qđ sit locus: vt opinabanť habentes primã opinionẽ: sed vacuum est causa motus: ita, qđ est motor, sicut vtres mouent rem ligatam cũ eis ad superius; & siľr vacuum mixtum cũ corpore leui mouet ipsum ad superius. Deinde induxit inopinabile, & impossibile, qđ sequitur hunc sermonẽ, & dixit sed quõ est possibile, &c. id est, &, contingit huic sermoni vt vacuũ moueatur per se ad superius, qñ mouet aliquod corpus: omne. n. ꝙ mouet aliud per attractionẽ necesse est vt moueatur ad locũ, ad quẽ attrahit ipsum; ꝙ est inopinabile: & maxime si dixerimus, ꝙ vacuũ est locus, in quo non est corpus; qm̃ tunc contingit, vt locus transferatur, & indigeat loco: & hoc intendebat cũ dixit sed quõ locus aut vacuum habebit translationẽ. i. sed quõ est possibile vt vacuum habeat translationẽ, aut locus, si posuerimus, ꝙ vacuum est locus, vt ponunt dicentes vacuũ esse. 81

Prima expositio.

Secũda expositio.

Omne, quod mouet aliud ꝑ attractionem, necesse est, vt moueatur ad locum, ad quẽ attrahit ipsum.

Amplius autem quõ in graui assignant ferri deorsum? & manife C stum vtiq; est, quod quanto rarius, & magis vacuum sit, sursum feretur, & si omnino sit vacuum, velocissime vtiq; feretur: fortasse autẽ & hoc impossibile est moueri: ratio autem eadem quoniam, sicut in vacuo sine motu sunt omnia, sic & vacuum est, quod sine motu: incõparabiles enim sunt velocitates.

Et etiam per quid ratiocinantur in descensu grauis ad inferius: & manifestum est etiam, si quanto magis res fuerit rara, & vacua, tãto magis attrahitur ad superius, ꝙ quando fuerit vacuum perfectũ, tunc motus eius erit valde velocius: dignius est igitur vt sit impossibile vt moueatur: & eadem est ratiocinatio in hoc quod omnia non habent motum in vacuo, & in hoc ꝙ vacuum non mouetur: quoniã inter quantitatem velocitatis non est comparatio.

Et contingit istis hoc: qm̃ cum dixerint, ꝙ causa leuitatis est vacuũ, nõ possunt dicere q̃ sit causa grauitatis; qm̃, si dixerint ipsum esse plenum, contingit vt non inueniatur graue simpliciter, neq; leue simpliciter, sed grauius, & leuius, vt dictum est in quarto cœli, & mundi; illic enim cõtradictum est istis perfecte. 82

Tex. com. 26. 27. & inde,

Deinde induxit etiam aliud inopinabile; & dixit & manifestum est etiam,&c. D id est, qm̃, si rarum est illud quod penetrat vacuum; & vacuum est causa motus ad superius: manifestum est, ꝙ quanto corpus fuerit magis rarum, tanto magis mouebitur velocius ad superius: quia erit maioris vacuitatis. contingit igitur necessario, vt cum aliqua duo mota ex istis fuerint diuersa in velocitate, & tarditate, vt proportio motus alterius ad motum reliqui sit sicut proportio raritatis ad raritatem: cum igitur imaginati fuerimus vacuum moueri, tunc illic non erit proportio: vñ necesse est vt motus eius sit indiuisibilis, & in tpe indiuisibili. Et ideo dixit dignius est igitur &c. i. dignius est vt sic impossibile & moueatur. s. vacuum: quia sequitur, vt motus eius sit non in tpe: &, si non fuerit cõcessum nobis ꝙ motus vacui est non in tempore, probabimus ꝙ possibile est inueniri aliquod motum compositum ex vacuo & pleno, ꝙ pertransit cum solo vacuo idem spatium in eodem tpe, quod est valde inopinabile. Et vl'r impossibile, quod contingit istis, est simile impossibili contingenti dicentibus vacuum esse causam motus simpl'r: & ideo dixit & ratiocinatio est eadem, &c. i. &, impossibile contingens dicentibus vacuum esse causam translationis ad superius est simile impossibili, quod contingit dicẽtibus vacuum esse causam motus in loco, non est enim cõparatio inter id, quod mouetur in vacuo solo; & illud quod mouetur in pleno apud dicentes vacuum esse causam trãslationis ad superius, ita, ꝙ est vbi: nec inter illud quod mouetur cui admiscetur vacuum, & ipsum vacuum apud dicẽtes vacuum esse causam translationis ad superius, ita, ꝙ est motor pleni. &, cũ cõtingit istis duobus sermonibus, vt inter velocitates non sit proportio, & ꝙ vacuũ mouetur non in tempore, contingent hę duę demonstrationes similes, q̃ contingunt illis, s. demonstrationi inducenti ad hoc, ꝙ motus sit non in tpe, & demonstrationi inducenti adhoc, ꝙ idẽ motum moueatur in vacuo, & pleno eodem spatio, & in eodem tẽpore: contingit enim istis ꝙ plenum & vacuum moueantur eodem spatio, in eodem tempore, Hæ igitur duæ rationes, sicut dixit, sunt eædem secundum similitudinem; & terminus medius in eis est idem secundum genus.

Quoniam aũt vacuum quidem non dicimus esse, alia vero dubitata sunt, aut motus non erit, nisi erit densitas, & raritas, aut turbabitur cœlum, aut semper æqualis aqua ex aere erit, & aer æqualis ex aqua: manifestũ enim quia plus aeris ex aqua fit: necesse igitur est, vt sit vacuum, aut depulsum, vt vltimum tumultuari faceret, aut aliud alicubi æqualiter mutare ex aere in aquam, vt omne corpus totius æquale maneat, vel sit, aut nihil moueri: semper enim transmutato F hoc accidet, nisi circulariter moueaẽ: non autem semper in circulum fit loci mutatio, sed & in rectum. Hi igitur quidem propter hoc vacuum aliquid esse dicunt.

Et nos etiam, si non dicimus vacuum esse, tamen dicimus ꝙ illa, in quibus dubitatur de illo sunt dubitanda. rectum enim fuit dictum ꝙ, si non fuerit densitas, & raritas, non erit motus, aut cœlum expelletur, aut semp erit ęqualis generatio aquę ex aere, & aeris ex aqua: sed manifestum est ꝙ fit aer maioris quantitatis: vnde necesse est, si non fuerit hic aliqua constrictio, vt continua expellantur. & sic accidit postremo eorũ, ad quem peruenit hoc, q. in motu suffocari, aut in aliquo alio loco transmutatur aqua æqualiter ex aere, ita vt corpus vniuersi sit æquale, aut vt nihil moueatur: hoc enim sequitur, si semp transfertur, nisi transferaẽ circulariter: sed motus non semper circularis est, sed quandoq; rectus. Per ista igiẽ dixerunt isti vacuum esse.

A Cum destruxit vacuum esse:incœpit dissoluere questiones accidẽtes in hoc. 83
Et dixit & nos ẽt si non dicimus,&c.i.&,nos si non dicimus vacuum esse,tñ concedimus,ꝙ ille qõnes, quæ induxerunt istos ad dicendũ vacuum esse,sunt quæstiones in quibus debet homo dubitare, & quas homo debet dissoluere. D.d,rectum enim &c.i.verũ enim est hoc,quod dicetur,ꝙ si densitas,& raritas non fuerint,sequitur aut vt motus translationis rectus non sit,aut si fuerit, expelletur vniuersum:& sil'r ẽt sequitur,aut vt generatio non sit,aut totũ expelletur,aut vt generatio sit in elementis æqualiter in eodem tpe,s.quod,si in aliqua hora generat' ex vncia aquæ aer in aliquo loco, oportet vt illa hora generetur ex aere vncia aquæ in loco alio. Deinde incœpit declarare qũo sequit', si non fuerit densitas,& generatio non fuerit æqualiter, aut vt vniuersum expelletur, aut vt non sit hic motus generationis neq; translationis rectus omnino, & dixit sed manifestum est,&c.i.& hoc, necesse,s. si non fuerit densitas, vt non sit hic generatio,nisi æqualiter,aut vt vniuersum expellatur:qm̃ manifestum est, quod cũ aer generatur ex aliqua quantitate aquę,quod erit maioris quantitatis aqua,& sic indiget necessario maiori loco,q̃ꝑ sit locus aquæ ex qua generat':&, cũ ita sit,& corpus continens aquam corruptã non potest constringi, ita quod locus impleatur aeris generati,necesse est vt illud corpus,qđ continet aquã, &
B continuatur cũ ea expellatur donec euacuet locũ æqualem aeri,&,cũ hoc corpus expellatur,continget ei vt expellat aliud,& illud aliud,& sic procedetur,si non fuerit densitas,donec motus perueniat ad totũ corpus continens:& sic accidit ei inundari,& fluctuari,& si hoc non acciderit continget qñ ex aere generatur aqua in aliquo loco, vt in illa hora generetur aer ex aqua æquali illi aeri in alio loco,ita,quod quantum corpus continens aquam expellitur apud generationem aeris ex aqua,vt euacuet locum,tm̃ constringetur corpus continẽs aerẽ ab aqua,ex qua generat':& sic quantum corpus continens illic euacuat ex illo, tm̃ occupat hoc ex hoc loco:&,sic non cõtinget inundatio vniuersi,sed motus perueniet ad hunc locum vacuum,s.quem aer euacuauit, qñ ex eo generabatur aqua. Deinde dixit ita,quod totum corpus vniuersi sit æquale,i.qm̃ non accidit inundatio,neq; additio in corpore vniuersi, qm̃ quantum additur in aliquo loco,tm̃ diminuitur in alio,& sic vniuersum remanebit in eadem dispositione. D.d.aut vt nihil moueatur,i.& cum fuerit impossibile vniuersum inundari, & non concesserimus ẽt quod generatio est insimul æqualis in eadẽ hora ; sequit' ex hoc vt non sit translatio,neq; generatio omnino. Deinde incœpit declarare quomodo sequitur hoc in translato,& dixit, hoc enim sequitur &c.i.qm̃ motũ translationis auferri ex ablatione densitatis,sequitur si posuerimus quod trãslatum expellit,quod vicinatur ei,& illud expulsum etiam expellit aliud & sic
C semper,qm̃ ex hoc sequitur vt totum inundetur,nisi aliquis ponat quod omnis translatio est circularis,sed est manifestum per se, ꝙ non omnis translatio est circularis,cum sit hic translatio recta.

Quod generatio in elementis sit æqualiter in eodem tpe ĩ locis diuersis. Vide 2. phy. cõ,77.

Nos aũt dicimus ex suppositis,qm̃ est materia vna contrariorum, calidi,& frigidi,& aliarum physicarum contrarietatum,& ex eo, ꝙ potentia est:actu fit,quod fit:& non separata quidem est materia,esse aũt alterum est,& vna est numero,quamuis contingat colori,& frigiditati,& caliditati: est autem & corporis materia,& magni,& parui eadem.manifestum aũt est hoc.cũ enim ex aqua fit aer,eadem materia non accipiens aliquid facta est, sed ꝙ erat potentia, actu facta est:& iterũ aqua ex aere similiter,aliquando quidem in magnitudinẽ ex paruitate,aliquando vero in paruitatẽ ex magnitudine : similiter aũt,& cum multus aer sit,in minori fit corpore,& ex minori maior, potentia,cum sit materia,vtraq;: sic enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum,quia eadem est,quæ erat potẽtia: sic & ex calido

Vna est materia contrariorum,

*Ex calido fit magis calidum, nullo facto in materia calido, quod nõ esset prius calidum.*

magis calidum, nullo facto in materia calido, quod nõ esset prius calidum, quando minus erat calidum: sicut neq; maioris circuli circulatio, & ambitus, si fiat minoris circuli, eadem cũ sit, aut alia, in nullo alio factus est ambitus, quod non esset ambitus, sed rectum: nõ enim in deficiendo, minus, aut maius est: neq; scintillæ est accipere aliquã magnitudinẽ, in qua non inest caliditas, aut albedo: sic igitur & prius calor idem posteriori: quare & magnitudo, & paruitas sensibilis corporis, non accipiente aliquid materia extenditur, sed quia potentia est materia vtriusq;: itaq; idem densum, & rarum, & vna materia ipsorum est: ipsum aũt densum est graue, rarum autem leue. D

Nos aũt dicamus secundum fundamenta posita nobis, ꝙ cõtraria habent eãdem materiam, s. calidum, & frigidum, & alia contraria naturalia: & ꝙ generatio est ex illo, ꝙ est in potentia ad illud, ꝙ est in actu, & ꝙ materia non est separata, sed quiditas eius est aliud, & est eadem i numero coloris, V. g. & caliditatis, & frigiditatis, & corpus etiam magnum, & paruum habet eandem materiam: & signum eius est hoc, ꝙ narrabo: qm̃, cum ex aqua fit aer, tunc eadem materia nõ recipit additionem alterius, sed illud, ꝙ est in potentia, fit in actu: & similiter generatur aqua ex aere, & sic transfertur quandoq; de paruitate in magnitudinem, & quandoq; de magnitudine in paruitatẽ: & eodem modo ẽt ipse aer, quandoq; fit in minori corpore, quãdoq; in maiori: materia enim, quæ est in potentia, fit vtrumq;: quemadmodum ipsa eadem transferetur de calido in frigidum, & de frigido in calidum, quod erat in potentia, sic ẽt venit de caliditate in magis calidum, absq; eo, ꝙ in ea fiat aliquod calidum, quod ante non erat: aqua enim erat minoris caliditatis: quemadmodum, si incuruaueris arcum circuli maximi, quousq; ipse fiat idem, nõ alius circuli parui, non erit illic aliquid, in quo fiet incuruatio, qđ ante non fuit curuũ, sed rectum: qm̃ minus ex maiori non est carentia: nec potest inueniri ex flamma alia quantitas, in qua nõ est caliditas, aut albedo: & similiter est de caliditate, quæ est ante calidũ, & caliditate, quæ est in postremo: magnitudo igitur, & paruitas corporis sensibilis non est, quia materia recipit additionem, & expanditur, sed quia materia est vtrũq; in potentia: ergo necesse est vt densum, & rarum sint idem, & materia eorum eadem: & densum est graue, & rarum est leue. E F

34 Cum induxit quæstiones, quæ faciunt dicentes vacuum esse concedere hoc, & iam destruxi naturam vacui; incœpit hic dissoluere quæstionem dicentẽ impossibile rarum, aut densum esse sine vacuo, declarando, ꝙ hæc est alia causa rari, & densi a vacuo. & incœpit præponere ad hoc, quod vult dicere propositiones declaratas in primo istius libri. Et dixit Nos aũt dicamus, &c. i. nos autẽ præponamus ad hoc, ꝙ volumus dicere de natura rari, & densi fundamenta, quę iam declarauimus. Quorum primum est, ꝙ omnia contraria. V. g. calidum, & frigidum & alia contraria habent eandẽ materiam recipientem illa alternatim. Secundum aũt est ꝙ generatum est aliquod inuẽtum in actu ex illo, ex eo, quod est in potentia, non in actu, & intentio illius est, ꝙ calidum, generatum est cali-

A dum in actu, ex calido in potentia, non in actu. & hoc intendebat, cum dixit & quòd generatio, &c. id est, quoniam generatio est transmutatio ex eo, quod est aliquid in potentia, in hoc, quod fit illud in actu. Tertium vero est, quòd materia non separatur ab altero contrariorum, cum hoc, quòd quiditas eius est aliud a quiditate contrariorum. Quartum autem est, quod est idem in numero subiectum albi, & nigri, & calidi, & frigidi, scilicet quoniam quandoq; recipit calidum, & quandoq; frigidum. Et, cum posuit: has propositiones, & est manifestũ quod rarum & densum sunt contraria in quantitate; cũ translatio corporis de raritate in densitatẽ est translatio de maiori quantitate in minorem, & econuerso; sequitur ex hoc vt materia densi, & rari sit eadẽ, & quod idem corpus transferatur de minori corpore in quantitatem maiorẽ: non aliqua quantitate in actu adueniente ei, ex qua fit maior: sed fit maius ex eo, quod est aliquid, non ex illo, quod est in actu: & sic, quando fit minus, non exeunt ab eo partes in actu; sed materia tunc denudatur a termino maioris quantitatis, & recipit terminũ minoris, eodẽ modo, quo recipit calidũ, & frigidũ & alia contraria. Et hoc manifestũ est: cũ illis propositionibus coniungetur, quod densum & rarũ sunt contraria, & maxime propositioni dicenti quod materia recipit contraria ex eo, quod est in potentia contraria, non actu, & quod est eadẽ amborum contrariorum: & hoc intendebat cũ dixit

B post, & corpus etiam magnum, & paruũ habet eandẽ materiam. D.d. & signũ eius est, &c. & hoc non est principiũ demonstrationis; sed confirmatio propositionis, dicentis quod materia cõtrariorũ est eadẽ: est enim sermo exẽplaris, & q.d. & manifestũ est ex hoc, quod corpus magnũ & paruũ habẽt eandẽ materiam, secundum hoc, quod magnũ & paruum sunt contraria: & dictũ est, quod contraria habent eandẽ materiam: & signũ eius est etiam hoc, quod narrabo. Deinde incœpit inducere signũ super hoc, quod conclusit ex propositionibus positis, s. quod materia eiusdẽ corporis, quod transfertur de magnitudine in paruitatem quandoq; & quandoq; econuerso, est eadem: & translatio eius ad magnitudinẽ non fit partibus extrinsecis aduenientibus ad foramina: neq; translatio eius de magnitudine ad paruitatẽ est partibus exeuntibus ab illis foraminibus, ex quo constringuntur illa foramina. & fit corpus minoris quantitatis. Et dixit quoniam, quando ex aliqua aqua fit aer, &c. i. quoniam cũ sit manifestum in generatione, quod cum aliquod corpus maioris quantitatis generatur ex corpore quantitatis minoris, V. g. aer ex aqua: tunc materia recipiens formam aeris recipit maiorem quantitatem post minorem, nullo extrinseco adueniente, quo aer fit maioris quantitatis: sed illud, quod est in potentia maioris quantitatis, scilicet materia fit in actu maioris quantitatis nullo extrinseco in actu adueniẽte. D.d. & similiter fit aqua ex aere, id est, & similiter quando aqua fit ex aere: igitur quãdoq; transfertur de magnitudine in paruitatem, nullo exeun

C te, & quandoque econuerso, nullo addito. Et, cum declarauit hoc de generatione, in qua est manifestum, incœpit notificare, quod hoc est possibile dici in causa rari, & densi absque eo, quod sit necesse ponere vacuum esse. & dixit & eodem modo ipse aer, &c. id est, & secũdum hunc modum, quem diximus, qui accidit in generatione, accidit etiam in ipsa alteratione in eodẽ corpore: aer, enim, Verbi gratia, quandoque minoratur sine aliquo exeunte, & quandoque fit maior ex hoc, quod accidit ei de calore, nullo adueniẽte extrinseco: sed quia materia eius naturaliter recipit vtramque quantitatem maiorem scilicet, & minorem, hanc quandoque, & hanc quandoque sine aliqua quantitate in actu, addita, aut diminuta, quemadmodum naturaliter recipit quandoque caliditatem, & quandoque frigiditatem. Et hoc, quod dixit, manifestum est in doliis fusis ex musto, quando mustum fit maioris quantitatis nullo extrinseco adueniente; & vniuersaliter manifestum est in aere, quando rarefit ex calore, & condensatur ex frigore. Et, cum assimilauit quantitatem minorem fieri ex maiori, & econuerso, hoc, quod calor fit ex frigido, aut econuerso: & existimatur quod inter hæc duo est differentia: potest enim aliquis dicere, quod caliditatem fieri ex frigiditate, & econuerso, non est sicut quantitatem maiorem fieri ex minori, aut econuerso: quoniam impossibile est imaginari quod caliditas augmentetur ex frigiditate, cum sint contraria; & est possibile imaginari ma-

Manifestũ est quod rarũ & densum sunt contraria in quantitate. Sed vide oppositũ seq. cap. vbi habet quod non sunt de essẽtia quantitatis. Et in 7. physi. dicit esse qualitates. Et primo met. cõ. 15. dicit quod sunt de prædicamento situs.

Consi. e. 1. cap. de substãtia orbis.

gnum augmentari ex partibus paruis additis: magnũ enim & paruum, licet fint D
opposita, possibile est imaginari alterum augmentari ex alio: & non est ita de
contrarijs, quæ sunt in qualitate: & cum perceperit hanc obiectionem, Dixit &
veniet de caliditate in caliditatẽ, &c. i. sed sicut dicimus quod materia veniet
de hac caliditate demõstrata ad maiorem caliditatem, nullis partibus calidis in
actu aduenientibus, s. corporibus calidis: sed transferuntur in maiorem calidita
tem ex intensione ipsius caliditatis: & similiter materia transfertur de minori
quantitate in maiorẽ, nulla quantitate in actu adueniente. Et potest aliquis que-
rere, quod caliditas crescit ex caliditate adueniente extrinseca: oportet igit' vt
ita sit de quantitate. Dicamus igitur ꝙ additio caloris [a] agentis in calorẽ cor-
poris non est secundum additionem partis in toto, & vniuersaliter partis mate
riæ in materiam: sed secundum additionem agentis in passionem patientis, s. ꝙ,
qñ calor agentis vigorabitur, crescat calor patientis, non scdm additionẽ par-
tium calidarum extrinsecarum, cum ad patientem non transferatur aliqua pars
ab agente. Et differẽtia est inter illa. qm̃ caliditas fit ab alia caliditate in actu: [b]
quod non inuenitur in quantitate, s. quia non fit per aliam quantitatem secundũ
viam generationis: cum non sit quantitas de potentijs [c] actiuis: sed sequitur po-
tentias actiuas, & operationes earum, s. calidum, & frigidum. Intendebat igitur
ꝙ caliditas non crescit ex alia caliditate secundum translationem; & hoc in al B
teratione de debilitate in vigore; & similiter est dispositio in translatione cor-
poris de parua quantitate in magnam, aut ecõuerso. Et, quia hoc est graue ima
ginari, s. aliquid crescere sine quantitate extrinseca adueniente, aut diminui et
sine quantitate recedente, vsus est in hoc exemplo [d] Rethorico: & tali vtitur
in istis locis propter difficultatem imaginandi, & dixit aqua enim erat mino-
ris caliditatis, &c. i. &, hoc, quod aqua est modo minoris caliditatis, & postea
fit maioris ĩ qualibet parte suarum partium, nõ in partibus aliquibus proprijs,
simile est arcui circuli, qui cum incuruatur fit maioris incuruationis in qualibet
parte, non ita, ꝙ aliquæ partes rectę erant in eo quæ fiunt maioris incuruatio-
nis, sed in qualibet partium eius recipit incuruationem: & hoc intendebat, cum
dixit non fuit hoc aliquid in quo sit incuruatio, &c. id est, quoniã incuruatio
non est facta in eo in aliquibus partibus, & non in alijs. V. g. vt aliquis dicat ꝙ
partes rectæ, quæ erant in arcu, incuruabantur. Deinde dixit minus enim ex
maiori non est carentia, &c. i. qm̃ transmutatio corporis de magnitudine in par-
uitatem non fit per carentiam partium exeuntium a foraminibus, vt fingunt di
centes vacuum esse: quoniam, si ita esset, contingeret vt corpus calidũ non esset
calidum secundum oẽs partes, & similiter album, sed solummodo esset calidum
secundum ipsa foramina: illud autem, quod interiacet inter ipsa foramina nõ di
sponitur per aliquid ex hoc, quod est impossibile: & hoc intendebat, cũ dixit
& non potest inueniri ex flamma, &c. i. sed quælibet [e] pars flammæ ignis, quæ
existimatur esse in fine raritatis habet caliditatem æqualiter: & similiter est de
omnibus calidis: sed dedit exemplum de flamma propter suam raritatem: & hoc
intendebat, cum dixit & similiter est de calore, &c. i. qui crescit ex primo, s. qm̃
est in omnibus partibus. Et intendebat per hoc, quod densitas, & raritas sunt
in omnibus partibus rei: & hoc significat quod non sunt ex foraminibus. D. d.
& magnitudo igitur & paruitas, &c. declaratum est igitur ex hoc, quod magni
tudo, & paruitas, quæ inueniuntur in eodem corpore sensibili, nõ fiunt, ita, quod
materia, quando transfertur in magnitudinem, recipit additionem corporum,
quando foramina expanduntur, neq; constringuntur foramina, quando transfer
tur ad paruitatem: sed causa in hoc est, quoniam materia est in potentia magnũ,
& paruum: &, cum declarauit quod translatio corporis de paruitate in magni-
tudinem, & econuerso, non fit ex foraminibus vacuis in corpore, quæ quan-
doque constringuntur, & fit corpus minus: & quandoque ampliantur, & fit ma
ius siue fuerint stricta apud exitum corporum, & ampla apud introitum corpo-
rum, vt opinantur dicentes vacuum non esse separatum, aut strictura, & am-
pliatio in eis fuerit sine introitu, & exitu corporum, vt opinantur in densitate
dicentes vacuum esse separatum: &, cum declarauit hic de paruitate, & magni

a Additio caloris agẽtis ĩ calorẽ corporis nõ est scdm additionẽ partis in toto, & vl'r partis materiæ in materiã scdm additionẽ agẽtis in passionẽ patiẽtis, s. qđ qñ calor agẽtis vigorabitur, crescat calor patientis: facit ꝓ tenẽtibus intensionem nõ fieri per additionem partis gradualis ad ꝑtẽ gradualẽ.

b Vide oppo. primo de gene. cõ. 30.

c Quantitas nõ est de potẽtijs actiuis, sed sequitur potẽtias actiuas, & operationes earum.

d Exemplis rethoricis vtit' Aris. in locis, ĩ qbus est difficultas imaginãdi. Consid'e. 1. ph. cõ. 81. & quę ibi.

e Quælibet pars flammę ignis, q̃ existimat' esse ĩ fine raritatis, habet caliditatẽ ęqualiter. Vide consid'e ĩ cõ. seq.

A tudine, & densum, & rarum nihil aliud est quam idē corpus transferri de paruo in magnum, & econuerso: Et dixit necesse est ergo vt rarum, & densum &c. id est, & cū hoc declaratū, sit: necesse est vt corpus, quod quandoque condensatur, & quandoque rarefit, sit idem absque eo, quod accidat additio ex introitu corporum extrinsecorū, & diminutio ex exitu partium: sed quia eadē materia recipit quandoq; maiorē quantitatē, & quandoque minorem. Deinde dixit & densum est graue, & rarū est leue: potest intendere contradictionē istorū: sequitur enim secundū sermonē eorū vt leue sit grauius, quia in eo sunt partes plures, & densum sit leuius, quia in eo sunt partes pauciores. Et potest intelligi, quoniā quemadmodū materia recipit graue, & leue, & est in potētia vtrunq;, nullo graui, aut leui adueniente, in actu: ita est de raro, & denso, cū vtrūq; sequatur suum compar. Prima expositio. Secūda expositio.

Amplius, sicut circuli circulatio conducta in minus, non accepit aliud concauū, sed quod erat, innexum est: sic & ignis, quem & si aliquis accipiat, omne calidū est, sic & omnis congregatio segregatio ipsius materiei. Duo enim sunt in vtroq;, denso, & raro. grauem n. B & durū, densa videntur esse, contrariū vero rara, leneque, & molle. Dissonant autem graue, & durū in plumbo, & ferro.

In trāslatione Bizantij nō inuenitur p̄sens textus & ipse credit textum istum superfluum esse.

Et etiam, quemadmodū arcus circuli, quando congregatur, & fit minor, nihil fit in eo, quod non accidit ei. s. incuruatio, sed hoc, quod habebat, congregatur, & quodcunque accipitur ab igne, est calidum, ita est de toto: cōgregatio enim, & segregatio sunt eiusdem materię. Sunt enim hæc duo, quæ fiunt ex vtroque ex denso, & raro: graue. n. & durum existimantur esse dēsa, & leue & molle rara: grauitas enim, & durities segregantur in plumbo, & ferro.

Id est, & quēadmodū idē arcus circuli aliqñ recipit minorē incuruationē, & quandoque maiorē absq; eo, quod in eo fiat aliquid, qđ ante nō fuit: sed illud, quod erat in eo. s. incuruatio aliqñ inuenitur maior: aliqñ minor, & additio incuruationis in eo nō est in aliqua parte, & nō in alia: sed quācūque partē acceperis inuenies incuruationē additā in ea: quēadmodū quælibet pars ignis est calida. Deinde dixit & similiter est de toto. i. in hoc quod aliquando est den-C sum, & est congregatū, aliquando rarum, & est segregatū. s. ꝙ densitas, & raritas est in qualibet parte illius. Et innuit per hoc peccatum, quod accidit dicētibus: quod densitas, & raritas sunt ex constrictione, & ampliatione foraminū: quoniam secundū hoc nō quælibet pars corporis recipit densitatē, & raritatē: & est manifestum per se quod densum est densum secundum omnes partes, & similiter rarum. Deinde dixit congregatio enim, & segregatio, &c. i. generatio enim, & corruptio apud nos, quas antiqui vocabant segregationem, & congregationem, sunt eiusdem materiæ: & non secundū congregationē partium, & segregationē partiū aliarū, & additio, & diminutio. Deinde dixit sunt. n. duo &c. id est, quoniā hæc duo sequuntur densum, & rarum: densum enim sequitur graue, & durum, rarum autē sequitur leue, & molle. Et intendebat per hoc innuere quod [a] dēsitas, & raritas non sunt de essentia quantitatis: quoniam, si essent, tūc sequerentur ex eis istæ qualitates cōtrarię. Deinde dixit sed grauitas, & durities, &c. id est, sed in quibusdā corporibus separantur grauitas, & durities, & non sequuntur densum: sed aliquod grauius inuenitur magis rarum: vt in plūbo, & ferro: [b] plumbum enim est grauius ferro, & est magis rarum. 85

a Dēsitas, & raritas, non sunt de essentia quantitatis.

Plumbū est grauius ferro, & est magis rarum.

Ex prædictis igitur manifestū est ꝙ neq; discretū est vacuum, neque simpliciter, neq; in raro, neq; in potentia est: nisi aliquis velit vocare vacuum causam illius, qđ fertur: sic aūt grauitas, aut leuitas ma-

teria quatenus huiusmodi, erit vacuum densum enim, & rarum secundum hanc contrarietatem actiua sunt, secundum autem durum, & molle passionis, & non passionis receptiua, & non loci mutationis, sed alterationis magis. de vacuo autem quomodo est, & quomodo non est, determinatum sit hoc modo.

Durities, & mollities causæ sunt facilitatis, & difficultatis receptionis, non loci mutationis, sed alterationis.

Apparet igitur ex hoc, quod diximus, quod non est vacuum distinctū per se simpliciter, neque in raro, neq; in potentia: nisi aliquis voluerit omnino vocare causam translationis vacuum: tunc igitur erit materia grauis, & leuis vacuum, quoniam densitas, & raritas hoc modo contrarietatis recipiunt translationem: durities autem, & mollities sunt causæ facilitatis, & difficultatis receptionis, non translationis, sed alietatis propriæ: iam igitur determinauimus quomodo est vacuum, & quomodo non est, hoc modo determinationis.

86 Cum compleuit loqui de vacuo inducit declarata ex illo, & dixit apparet igitur, &c. & intendit per distinctum per se, existens per se, cum dixit simpliciter. neque in raro: intendit quod vacuum non inuenitur existens per se, neque existens in alio, scilicet in raro. Et, cum dixit: neque in potentia: innuit opinionem dicentium, quod vacuum non est extra corpus: quoniam secundum opinionem istorum vacuum erit semper in potentia, cum nunquam inueniatur in actu, scilicet extra corpus. Et, quia materia est causa passionis, quæ est causa translationis, & materia etiam est in potentia, vt dictum est de materia, & hoc nomen potentia dicitur æquiuoce de vacuo esse in potentia apud ponentes ipsum esse non separatum, & de materia, præmuniuit se a deceptione in hoc, & dixit nisi aliquis voluerit, &c, id est nisi aliquis vocet causam translationis, quæ est passio corporis, in quo fit translatio: & tunc illud, quod intendit per vacuum, erit ipsa materia. Deinde dixit quoniam densitas, & raritas, cum hoc modo contrarietatis, &c. id est, & materia est causa translationis, quoniam materia est causa densitatis, & raritatis, vt declaratum est, & corpora non recipiunt translationem in eis, nisi hoc modo contrarietatis, scilicet secundum densitatem, & raritatem: densitas enim, & raritas recipiunt motum translationis, scilicet motus corporum translatorum in alijs &, cum ita sit, materia est causa eius quod corpora recipiunt translationem per hoc, quod recipiunt ex densitate, & raritate. Deinde dixit durities vero, & mollities, &c. id est, durities vero, & mollities non sunt causa translationis, sicut densum, & rarum, sed sunt causæ facilitatis, & difficultatis translationis: quoniam, cum corpus, in quo est translatio, fuerit molle, translatio erit facilis in eo sicut in aere, & cum fuerit durum, erit difficilis, aut impossibilis sicut in terra. Deinde d. non translationis sed alietatis, id est, & non sunt causæ translationis in loco, sicut sunt leue, & graue, sed sunt causæ translationis propriæ: & intendit, (vt mihi videtur) quod molle est causa passionis, & durum actionis: molle enim est passiuum, & durum actiuum. Et debes scire, quod ex hoc, quod materia est eadem contrariorum, & est in potentia, apparet per demonstrationem secundam causam quod est causa densitatis, & raritatis: & hoc apparet etiam ex signis, quæ induxit Aristo. scilicet ex hoc quod raritas, & densitas inueniuntur in qualibet parte corporis rari, & densi: & similiter apparet hoc etiam q densitatem, & raritatem sequuntur qualitates contrariæ. Deinde d. iam igitur determinauimus quomodo est vacuum, id est. si quis vocauerit materiam vacuum, & quomodo non est, si aliquis vocauerit vacuum dimensiones separatas hoc modo.

Si corpus, in quo est trāslatio, fuerit molle, trāslatio erit facilis in eo, sicut in aere. Vide consimile. 8. phy. com. 82. idē supra c. 68.

CONVENIENS autem dictis est aggredi de tempore: primum autem bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rationes, vtrum sit eorum, quæ sunt, aut, sit eorum, quæ non sunt, postea quæ natura ipsius.

Et copulatur cum hoc, quod diximus, narrare de tempore: & rectum est inducere prius dubitationes accidentes in eo ex hoc, quod dixerunt extranei, & consideremus vtrum sit de rebus entibus, aut non entibus, & quæ sit natura eius.

CVM cõpleuit loqui de loco, & vacuo, incœpit perscrutari de tempore. Et dixit: Et sequitur, quia sermo de tẽpore conuenit sermoni de loco: qm̃ perscrutatio de vacuo est pars perscrutationis de loco. D. d. & rectũ est, &c. id est, & rectum est ponere perscrutationẽ de illo ex sermoni bus logicis qui faciunt dubitare de illo. Et intẽdit per extraneos logicos: sermones. n. logicos vocat sermones extraneos: & Philosophiam, quę componitr ex istis, vocat Philosophiã extraneã: vt dr̃ quod ipse cõposuit Philosophiã extraneã. D. d. cõsideremus igit vtrũ sit, &c. i. secũdũ logicã: qm̃ [a] tẽpus esse manifestũ est per se, qm̃ secundũ hãc perscrutationẽ inueniuntur plures sermones, qui destruũt suũ esse. D. d. & quę sit natura eius, id est, &, cũ persoluerimus illas dubitationes, tunc perscrutabimur de natura eius perscrutatione demonstratiua. Deinde incœpit inducere sermones Dialecticos & dixit. 87 Philosophia facta ex rationibus logicis est extranea. a Tẽpus esse manifestum est per se.

B

Quod igitur omnino non sit, aut vix, & obscure, ex hoc aliquis concipiet: hoc. n. ipsius factum est, & non est, id vero futurum, & nõdum est: ex his autem, & infinitum, & semper acceptum tempus cõponitur: ex his autem, quæ non sunt, compositum impossibile esse videtur & participare aliquando substantiam.

Dicamus igitur quod cadit in mente in eo, qm̃ aut non est omnino, aut si est, est valde difficile, & latens ex hoc, quod dicam: quoniã quoddam eius iam fuit, & non est, & quoddam eius est futurum, & non est: & ex his duobus componitur tempus infinitum, quod inuenitur semper, & quod cõponitur ex non ente impossibile est imaginari ipsum habere communicationem inesse.

C

Iste sermo sic cõponitur: Tẽpus cõponitur ex pręterito, & futuro, qm̃ instãs distinguẽs non est tempus sed præteritum iam defecit, & futurũ nondũ est: & hæc duo non sunt: ergo tempus componitur ex non ente. Et, dixit aut, si fuerit, est difficile, & occultũ: qm̃ ex sermonibus logicis non præcise iudicabitur aliquid esse, aut non esse, sed secundũ existimationem intrinsecam. D. d. & ex his cõponitur tẽpus infinitũ, quod semper est: & disposuit ipsum hoc modo ad affirmandum ipsum esse semper: plures [b] enim antiquorum concedebant tẽpus esse infinitum, & ipsum esse semper, præter Platonem, qui generabat ipsum. Et deceptio in hoc sermone est, quoniam, ita est de motu: motus enim comprehenditur sensu: & nulla pars eius est in actu, sed quælibet pars demonstrata recessit: ergo est compositus ex hoc, quod iam defecit: & ex hoc, quod nondum est: sed talia non habent esse cõpletum, sed [c] esse eorũ cõponitur ex actione animæ in eo, quod est in eis extra animã: & entia [d] cõpleta sunt illa, in quorũ esse nihil facit anima, vt post declarabitur de tẽpore. s. quoniã est de numero entiũ, quorum actus complerur per animam: & forte hoc innuebat, cum dixit: aut erit difficile, & occultũ, id est, erit de entibus latentibus: quia si in anima nõ essent: non essent nisi in potentia.

b Plures antiquorũ concedebant tẽpus eẽ infinitũ, & ipsum esse semper, pter platonẽ qui generabat ipsum Idẽ. 8. phys. text. cõ. 10. c Entia successiua non 88 habẽt eẽ cõpletũ extra aĩam, sed eẽ eorũ cõplet ex actiõe anĩme in eo, qd est in eis extra aĩam: cõsimile de motu hr̃ ifra. c. 104. & ifra. c. 109. de motu, & tpe idẽ habetur. d Entia cõpleta sunt il-

Adhuc autem omnis partibilis, siquidem sit, necesse est, cum est, aut quasdam, aut omnes partes esse: temporis autem aliæ factæ, aliæ vero futuræ sunt: est autem nihil, cum sit diuisibile: ipsum autē nunc est nō pars: mensurat n pars, & componi oportet totum ex partibus: tempus autem non videtur componi ex ipsis n unc.

Ia, in quorū esse nihil facit anima. Consimile, infra, c, 131.

Et cū hoc omne habens partes, necesse est, cū fuerit, vt omnes suæ partes sint, aut quędam: sed temporis quędam partes iam fuerunt, & non sunt, & quædam sunt futuræ, & non sunt. ergo nulla earum est, si tēpus habet partes: instans vero non est pars: quoniam pars mensurat: & est necesse vt totum componatur ex suis partibus: sed tempus existimatur non componi ex instantibus.

89 Iste sermo etiam est logicus, & facit dubitare de tempore, & componitur sic, Omne habens partes, necesse est, vt partes eius sint omnes insimul: aut quędam, si fuerit ens, & tempus habet partes quarum nulla inuenitur in actu: ergo tempus non est. Et ipse verificauit propositionem, dicentem ꝙ nulla pars temporis inuenitur in actu per duas propositiones: quarum vna est, ꝙ ex tempore nihil inuenitur in actu, nisi instans: & ista est manifesta per se: Secūda autem est, ꝙ instans non est pars temporis: ergo ex tempore nulla pars inuenitur in actu. Et ipse verificat propositionem, dicentem ꝙ instans non est pars temporis sic. Omnis pars mensurat: & instans non mensurat: ergo instans non est pars. Vel sic. Partes cōponunt totum: Et instans non componit tempus: ergo nullis non est pars tēporis: & ista propositio declarabitur perfecte in sexto.

Amplius autem, & ipsum nunc, quod videtur disterminare præteritum, & futurum, vtrum vnū, & idem semper permaneat, aut aliud & aliud, non facile est scire: siquidem semper alterum, & alterum est: nulla aūt pars eorū, quæ sunt in tempore, alia, & alia simul est, quæ non contineat, alia vero contineatur, sicut minus tempus sub pluri: ipsum autem nunc, quod modo non est, prius autē fuit, necesse corrumpi aliquando, & ipsa quidem nunc simul adinuicem non erunt: corruptum autem esse necesse est semper prius In eodem igitur corruptum esse impossibile est, propter id, quod tūc est. In alio autem nunc corrumpi ipsum prius nunc non contingit. Sic enim impossibile se habere ad inuicem ipsa nunc, vt punctum cum puncto. Si igitur in eo, quod est consequenter, non corrumpitur, sed in alio, in mediis nunc, quæ sunt infinita, similiter erit: hoc autem impossibile est.

Et etiam est difficile ad sciendum hoc, scilicet vtrum instans, quod videtur distinguere inter præteritum, & futurū, sit idem permanens semper, aut est vnum post aliud quoniam, si semper vnū fuerit post aliud, & ex tempore non est aliqua pars, quæ sit, & alia pars insimul, nisi altera sit contenta, & altera continens, vt minus tempus in maiori, tunc instans, quod nō est nunc, & fuit prius, necesse est & ipsum corrumpi: & impossibile est vt corruptio eius sit, quando fuit, quoniam tunc erat ens: & impossibile est vt prius instans corrūpatur in posterius instanti: impossibile enim est vt duo instantia copulentur, quemadmodum nòn continuantur duo puncta: & si non corrumpi-

A tur in illo, quod est post, sed in alio, tunc inuenitur in instantibus, quæ sunt inter illa, quę sunt infinita, & insimul: quod est impossibile.

Cum induxit sermones dubitabiles de tempore, induxit ēt sermones dubitabiles de instanti, Et dixit & est difficile, &c. id est. & est difficile de instanti, quod est distinguens inter præteritum tempus, & futurum scire vtrum semper sit idem, scilicet præsens, & præteritum, aut sunt plura succedentia, scilicet vnū post aliud. Et cum posuit ꝙ instantia necesse est vt sint vnum numero, aut plura, incœpit prius inducere inopinabilia contingentia, si fuerint plura numero, & dixit quoniam si semper fuerit vnum post aliud, &c. i. & si instantia fuerint plura succedentia: & est impossibile vt ex tempore inueniantur duo insimul, scilicet duę partes, aut duo instantia: quoniam instantia non numerantur, nisi per numerationē temporis, cum sint vltima tēporis: sequitur necessario vt instans, quod non est nunc, & iam fuit in præterito, corrumpatur. D. d. & ex tempore non est aliqua pars, &c. & intendit per partem, illud, quod continet instans, & tempus: quoniam pars temporis in rei veritate non est instans, sed tēpus. Et cum posuit hanc propositionem, scilicet quoniam ex tempore non inueniuntur duo instantia insimul: quoniam ex eo non inueniuntur duæ partes insimul, nisi in vna earū accipiatur continens secundum, Verbi gratia, sicut diximus ꝙ talis mensis est in tali anno, & talis dies est in tali mense: & hoc non nocet in vniuersalitate illius propositionis: excepit hoc, ne aliquis existimet ipsum ignorare illud: quoniam in instanti non imaginatur continens, & contētum: & cum posuit quod in tempore non inueniuntur duo instantia insimul, sequitur necessario vt prius instans corrumpatur: & dixit instans enim quod non est nunc, &c. id est, instans enim, quod non est nūc, & fuit in præterito necessario est, nunc corruptum esse. Deinde incœpit inducere quæstiones contingentes ex hoc, & dixit & impossibile est vt corruptio eius, &c. i. & si est corruptum, necesse est vt corruptio eius sit in tempore, cum omne corruptum sit huiusmodi: & impossibile est vt corruptio eius sit in instanti præsenti, quoniā tunc non inuenitur, nisi ipsum: & sic erit in se corruptum: quod est impossibile: & hoc intendebat, cum dixit in hora, quæ est nunc. Et cum declarauit ꝙ instans impossibile est vt corrumpatur in instanti præsenti, aut in seipso: qm̄ pſens idē est cū corrupto: incœpit declarare ēt ꝙ impossibile est vt pn̄s instās corrumpatur in instanti futuro, & dixit & impossibile est etiam vt prius instās corrumpatur in posteriori, &c. i. quoniam, cum posuerimus ꝙ instans corrumpitur in instanti futuro, continget vt illud instans continuetur cum eo, ita ꝙ suum esse continuetur cum sua corruptione, & erit instans, in quo est aliud ab instanti, in quo corrumpitur, & post declarabimus ꝙ instans non continuatur cum instanti, sicut neque punctus cum puncto. D d. &, si non corrumpitur in illo quod est post, &c. i. & si non corrumpitur in illo, ita ꝙ sit continuum cum eo, corrumpetur in instanti, quod est post, quod non est continuū cum eo: qm̄ inter quælibet duo instantia est tempus: ex quo sequitur vt illud instans inueniatur in illo tempore: & omne tempus diuiditur in instantia infinita, ex quo sequitur vt instans corruptū inueniatur in instantibus infinitis, scilicet cū eis insimul: quod est impossibile: & similiter est impossibile ipsum poni corruptū in instanti, quod est ante: quoniam tunc erit corruptum antequam sit: & ista quæstio dissoluetur post. 90

**Pars tpis in rei veritate nō est īstās, sed tps. Idē supra, c. 89.**

B

C

At vero neque nunc semper manere idem possibile est: nullius. n. diuisibilis finiti vnus terminus: neque si in vno sit continuum, neque in plura: ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.

Et impossibile est vt idem sit semper permanens: quoniam nullū finitum diuisibile habet vnum finem: neque si fuerit continuum in

vna parte, neque si fuerit continuum in pluribus vna parte: sed instans est finis, & possibile est inuenire tempus finitum.

91 Cum destruxit ꝙ instantia sunt plura, incœpit destruere ꝙ instans sit idem: quoniam, si instans fuerit, aut erit vnum, aut plura: & cum hæc duo destruentur, destruetur instans esse. Et dicit impossibile est etiam vt sit idem, &c.i. & impossibile est etiam vt sit ens, ita ꝙ sit idem semper permanens. Et signum eius est, quia non inuenitur finitum aliquod continuum habẽs vnũ finem, sed saltẽ duos, quibus sit finitum: neque si fuerit continuum in vna parte, vt linea: quoniam linea habet duos fines tantum: neque si fuerit continuum in pluribus vna parte, vt superficies, & corpus: corpus enim habet sex fines, & superficies quatuor. D. d. sed instans est finis, & possibile est inueniri tempus finitum. Ista est propositio minor istius figuræ. Et iste sermo componitur sic. Instans est finis alicuius finiti. Et nihil, quod est finis alicuius finiti, est vnum. ergo instans non est vnum.

Linea habet duos fines tm̃, superficies quatuor, corpus vero sex.

Amplius, si simul est secũdũ tẽpus, & neq; prius, neq; posterius, in eodem esse, & in ipso nunc est, & si quæ prius, aut posterius in isto nunc sunt, simul erunt, quæ in millesimũ fuerunt annum cũ his, quæ sunt hodie, & neq; prius, neq; posterius, & nihil aliud alio

Et etiam, si intentio essendi in tempore non ante, neque post, est, vt sint in eodem instanti, deinde illud, quod est ante, & illud, quod est post, sunt in eodem instanti demonstrato, tũc illud, quod fuit transacto millesimo, & quod est hodie, sunt insimul, & neutrum præcedit reliquum, aut est post illud.

92 Ista est secũda ratiocinatio, & cõponitur secundũ inductionẽ ad incõueniens & ista etiã prædicta sunt vera. i. & secundũ signum est: quoniam, cum intentio eius, quod dicimus de aliquibus duobus quod sunt insimul in aliquo tempore, quod non est ante, aut post, est, vt illa duo sint in eodem instanti. Et, cũ induxit istã propositionẽ veram conuertibilem, coniungit cum sua conuersa propositionem dubitatã, & induxit incõueniens, & dixit, Deinde illud, quod est ante, & illud, quod est post, &c. i. &, cũ cõiunximus cõuersę propositioni dicẽti, ꝙ illa, quę sunt insimul, sunt in eodẽ instãti, & est, quia illa, quæ sunt in eodẽ instanti sunt insimul, hãc ꝓpositionẽ. s. ꝙ idẽ instans est oĩum entiũ, de quibus dicimus quædã esse ante, & quędã esse post, sequitur vt illud, quod fuit transacto millesimo, & illud, quod est hodie, sint insimul: quod est inopinabile. Et syllogismus cathegoricus concludens inconueniens in hoc sermone cõponitur sic in prima figura. Omnes res inueniuntur in eodẽ instanti: Et omnia, quæ sunt in eodem instanti, sunt simul: ergo omnia, quæ sunt, sunt simul: quod est impossibile.

*Probatur tempus non esse motum.* *Cap. XIII.*

DE IIS igitur, quæ insunt ipsi, tot sint dubitata: Quid aũt tẽpus, & quę ipsius natura, similiter & ex traditis manifestũ est, & de quibus attingimus percurrẽtes prius. Quidã. n. totius quidẽ esse motũ dicũt: alii ipsam sphæram: quoniã circulationis est pars quędã circulatio autẽ non est. pars. n. circulationis est, quæ accipitur, sed non circulatio est. Amplius autem si plures essent cœli, esset similiter tẽpus cuiuslibet ipsorum motus: quare multa tempora simul.

Ista igitur sunt dubitabilia de rebus, quæ inueniuntur in tempore: & etiam quid ipsum sit, & quam habet naturam latet hoc modo

A ex hoc, quod recepimus a prædecessoribus. Quidam enim dicunt ipsum esse motum totius: & quidam dicunt ipsum esse sphœram ipsam: &, si pars temporis sit tempus, & pars reuolutionis non sit reuolutio: quoniam est, sicut appellatur, pars reuolutionis, non reuolutio. & etiam, si cœli essent plures vno, tunc tempus esset eodem modo motus, cuiuscunque modi eorum, & essent plura tempora insimul.

ISTA igitur, quæ diximus, sunt quæstiones, quæ faciunt dubitare inesse temporis, accepta ex rebus existentibus in tempore, vt diximus de esse temporū, & de esse præteriti, & futuri: quoniam, ex consideratione existentiæ in istis rebus, prouenit dubitatio in suo esse. D. d. & ipsum ēt quid sit, &c. 1. &, scire etiā ipsum quid sit, & quæ sit natura eius, si concesserimus ipsum esse, similiter latet: & hoc manifestū est qm̄ nullus prædecessorum dixit de eo aliquod rectū. D. d. quidam. n. dicunt, &c. 1. & intēdit per motū totius, reuolutionē totius completam, Deinde induxit inopinabile contingens dicentibus reuolutionem totius, s. motum diurnum, & dixit, licet pars temporis sit tempus, &c. 1. & iste sermo destruitur leuiter. s. dicentium tempus esse reuolutionem cōpletam: qm̄ pars 93
B tēporis reuolutionis diurnæ est tempus, vt dies, & nox, & pars reuolutionis non est reuolutio: &, si tempus esset tota reuolutio, tunc pars reuolutionis esset reuolutio. Deinde incœpit inducere etiam secundam contradictionem, & est cōis isti opinioni, & opinioni dicentiū q tēpus est motus totius cœli, & partes eius sunt partes tēporis, & est opinio Plato. & est sufficientior omnibus alijs: & dixit & ēt, si cœli essent, &c. 1. &. si tempus esset motus cœli cuiuslibet eorum esset tēpus: ex quo sequeret plura tpa esse insimul: si. n. tēpora essent cœli, tunc ipsa essent multa secundū numerū cœlorū, si igitur essent plures cœli, vt dicunt Antiqui, dicētes plures mūdos esse, tūc necesse esset vt motus cuiuslibet eorū esset tēpus: ex quo sequeret plura tpa esse insimul, qđ est impossibile. Et ista ratiocinatio cōponitur ex propositione dubitabili, & alia, quę vr̄ impossibilis nisi secūdum imaginationē: & est illa, in qua ponit plures cœlos esse: &, cum ita sit, pōt aliquis dicere qđ illud falsum, qđ sequitur ex hoc sermone, & est plura tempora esse insimul, non sequitur ex positione eius, q tempus est motus cœli, sed ex positione eius, q est plures cœlos esse vnū: qđ est falsum, & īpossibile. Sed ista declaratio est diuersi modi. qm̄, cū fuerint duo cōsequentia se cōpletæ & posuerimus aliquid esse ipsum præcedens, aut disponi vt disponeretur per præcedens, necessario sequetur cōsequens, licet sit impossibile illud disponi per præcedens. Verbi gratia. qm̄, dies sequitur ortum solis, manifestum est
C q in quacunque hora ponemus solē oriri, sequetur tunc diē esse, licet solē oriri in illa hora sit impossibile: & similiter omne quod ponitur volare, sequitur vt habeat alas licet sit impossibile ipsum volare: &, quia tēpus, & cœlū sunt consequentia se, vt ponit aduersarius, dicens tempus esse motum cœli, necesse est, si posuerimus plures cœlos esse, vt sint plura tempora: sed plura tēpora esse est impossibile: ergo id, ex quo sequitur hoc, impossibile, est impossibile: & est tempus esse motum cœli.

Nullus pdecessorum dixit de tpore aliqđ rectum.

Digressio.

Solutio.

Ex hoc sumit aliquam cōsequentiā necessariam esse cuius tā añs, q cōsequēs sunt īpossibilia cō li. ule. 7 ph. [illegible]. 7. Et. 8. phy. cō. 78.

Totius autē sphæra visa est quidem dicentibus esse tempus: quia & in tēpore omnia sunt, & in totius sphæra: est autē stultius quod dicitur, quam de hoc impossibilia considerare.

Et quidā dixerunt tempus esse sphęram totius: & existimarūt hoc, quia omnia sunt in tēpore & sunt in mundi sphera: & iste sermo est magis vanus, quam indigeat probatione.

Cum destruxit sermonem dicentium tempus esse reuolutionem totius cœli, incœpit inducere aliam opinionē debiliorē: & est opinio dicentium q tempus est sphœra totius: & induxit rationē eorum: dicebant, n. q omnia sunt in sphœ- 94

Duę affirmatiuę nō concludūt in secūda figura. Vide limitationē in. 2. phys.cō.23. Et in hoc quarto cō. 33.2.42.

ra totius: & omnia sunt in tempore: ergo tempus est sphera totius. Et decipiebantur in hoc quod duæ affirmatiuæ non concludunt in secunda figura: & dicere omnia esse in tempore, & in sphera mundi non significat idem: & sic sermo eorum est in falsis propositionibus, & figuræ inconstantis; &, quia conclusio eorum est improbabilis per se, & etiam syllogismus eorum est falsus secundum formam, & materiam, dixit & iste sermo, &c. Et, quia magis sufficiens illarum opinionum trium de tempore est sermo dicentium ipsum esse motum, reuersus est ad contradicendum huic opinioni.

Quoniam autem videtur maxime motus esse, & mutatio quędam tempus, hoc considerandum est: vniuscuiusque igitur mutatio, & motus in ipso, ꝙ mutatur, est solum, aut vbi est ipsum, quod mouetur, & transmutatur: tempus autem similiter & vbique, & apud omnia est.

Et, quia existimatur ꝙ dignius est vt sit motus, & transmutatio, oportet nos intendere hæc in perscrutatione, & consideratione: dicamus igitur quod transmutatio est in omni, quod transmutatur, & motus eius est in ipso transmutato tātum & vbi fuerit illud motum, tempus est eodem modo in omni loco, & apud quodlibet, & in respectu cuiuslibet.

Tēpus impossibile est vt imaginetur nisi cū motu. Idē infra cō.67.

95 D.d. ꝙ motus est dignior vt existimetur ꝙ si tempus, quoniam tempus impossibile est vt imaginetur, nisi cum motu, & multotiens existimatur quod illud, quod sequitur rem, sit ipsa res. Et in hoc sermone sunt propositiones, quarum vna, est ꝙ omnis transmutatio & omnis motus est in moto: Et omne motum est in aliquo vbi, ergo omnis motus est in aliquo vbi: & quia plura mota sunt in pluribus vbi, sequitur vt plures motus sint in pluribus vbi. Deinde coniungit hanc propositionem, dicentem ꝙ tēpus est vnum in omni loco, & apud quodlibet, & in respectu cuiuslibet, & conclusit in secunda figura qđ motus non est tempus, sic: motus non est vnus in omni loco, & apud quodlibet: & tempus est vnū in omni loco, & apud quodlibet: ergo motus non est tempus.

Amplius autem mutatio quidem omnis velocior, aut tardior est, tempus autem non est: tardum enim, & velox tempore determinatur: velox quidē, ꝙ in pauco multum mouetur; tardum autem, quod in multo paucum: tempus autem non determinatur tempore, neque quo quantum aliquid est, neque quo quale.

Velox, & tardum tempore determinantur.

Et etiam omnis transmutatio est velocior, aut tardior, & tempus non est tale: velox enim, & tardum diffiniuntur per tempus: velox enim est illud, quod est multum in tempore breui: & tardū est illud, quod est modicum in tempore longo: & tempus non diffinitur per tempus, neq; secundū ꝙ est quantū, neque secundum ꝙ est quale.

96 Ista est secūda contradictio, & continet quatuor propositiones, quarū tres sunt manifestæ per se, & quarta declarabitur per duas illarum: cum igitur propositio conclusa ex duabus coniungetur ad tertiam manifestam per se, sequetur conclusio: & compositio earum est sic. Velox, & tardū in motibus diffiniuntur per tempus. Sed tempus non definitur per tempus: ergo in secunda figura in tempore non est velocitas, & tarditas: Sed in omni motu est velocitas, & tarditas: ergo in secunda figura, tēpus nō est motus. Et dixit velox.n.est illud, quod est multum, &c. velox.n.est illud, qđ per trāsit longū spatiū in tēpore breui: & tardum est illud, quod pertransit breue spatium in longo tempore: et, cum dixit, & tempus

A tempus non definitur per tempus, &c. non intendit q in tempore quodammodo est quantum, & quodammodo est quale: qm̃ tempus est quantum, non quale: sed intendit quod impossibile est vt aliquis definiat tempus per tempus neq; secundum quale si haberet quale, neq; secundum quantum si haberet, ut motu definiũtur, s. qm̃ velocitas, & tarditas, quæ sunt in eo, sunt quale, & definiuntur per tẽpus, & similiter quantum, quod est in eo, definitur per tempus, cum dicitur q magnus motus est in tempore magno, & paruus in paruo. Tempus est quantum, & non quale.

Quod igitur non est motus manifestum est: nihil autem referat nobis dicere in presenti, motum, aut mutationem. At vero neq; sine motu tempus est: cum vero nihil ipsi mutamur secundum intelligentiam, aut latet transmutantes, non videtur nobis fieri tempus: sicuti neque iis, qui in sardo fabulantur dormire apud heroas, cum expergiscuntur: copulant autem primum nunc posteriori nũc, & faciunt vnum, remouentes propter insensibilitatem medium: sicut igitur, si non esset medium alterum nunc, sed vnum, & idem, non esset tempus, sic & quando latet alterum esse, non videtur medium esse B temporis. Si igitur & non opinari esse tempus, tunc accidit nobis, cum non definimus ullam mutationem: sed in vno indiuisibili videbitur animam manere. Cum autem sentimus, & determinamus, tũc dicimus fieri tempus. Manifestum est q non est sine motu, nec mutatione tempus. Cũ nihil ipsi mutamur secundũ intelligentiã, aut latet trãsmutantes, nõ uidet nobis fieri tempus.

Manifestum est igitur quod non est motus: & non est differẽtia in hoc inter motum, & transmutationem: sed non est etiam extra motũ: quoniam, si nos non fuerimus transmutati in nostra mente, aut fuerimus transmutati, sed non perceperimus, non reputabimus tempus esse, vt dicitur in apologis de somno, qui accidit diuinis in insula Rhodos, s. quia non perceperunt, cum surrexerunt a somno, de dormiuisse, & coniunxerunt instans præcedens somnum ad secundum instãs, & fecerunt ipsa vnum, & abstulerunt illud, quod fuit inter, quia non perceperunt ipsum. Quemadmodum, igitur si instans non esset diuersum, sed idẽ, non esset tempus, similiter, & si esset diuersum, & non p- C cepissemus nos, non reputaremus tẽpus inter illa duo instantia. Si igitur nos nõ cõprehenderimus determinare trãsmutationem oĩno, sed existimauerimus nos existere in eadem dispõne indiuisibili, tunc accidet nobis existimare tempus non esse, & cum senserimus transmutationem terminatam, tunc dicemus tempus fuisse. Manifestum est igit̃ q tempus non est extra motum, & transmutationem.

97 Cum declarauit q tempus non est motus, incœpit innuere ipsum sequi motũ, & accidere ei, Et dixit manifestum est igitur, &c. i. & hoc nomine motus vtimur in hac perscrutatione large, s. tanquam sinonymo cum hoc nomine transmutatio, ita, quod ex hac declaratione, hic declaratur quod tempus non est aliquod generum quattuor motuum. D. d. sed non est extra motum, &c. i. sed apparet per se quod impossibile est vt tempus sit sine motu: & hoc manifestum est: quoniã, cum nos non intellexerimus motũ, aut intellexerimus, & post tradiderimus obliuioni, non sciemus tempus, neq; comprehendemus ipsum omnino: & hoc intendebat, cum dixit non transmutabimur nos in nostra mente, i. non comprehendimus transmutatione. Non sicut existimauit Gale. Gale. enim credidit quod Arist. intendebat q nos non comprehendimus tempus, nisi cum mouemur, i. qñ per ima Inuehit contra. Gale.

ginationem comprehendimus motum: & hoc est signum ꝙ tempus non est extra motum. & cum Gale. existimauerit hoc, cõtradixit Arist. & dixit, quod multotiens comprehendimus res quiescentes, & mouemur, cum omnis imaginatio sit motus: vt qñ comprehendimus polos mundi, & centrum. Sed Arist. non intendebat, nisi quia nos non sentimus tempus, quando non sentimus motum: & quia tempus non imaginatur sine motu, & motus potest imaginari extra tempus, significat hoc, ꝙ motus præcedit tempus naturaliter, & ꝙ tempus accidit motui, licet sint consequentia se complete. Et, cum dixit ꝙ qui non sentit motum, non sentit tempus, dedit testimonium de hoc, quod dicitur de il is, qui dormierunt multis annis, & non perceperunt: isti enim cum existimauerunt quod instans præcedens suum somnum est instans sc̄dm, aut prope ipsum: quia non perceperunt motũ inter illa, existimauerunt ꝙ non dormierunt, aut ꝙ non dormierunt modicum. D. d. quẽadmodũ igitur, &c. & hoc, quod dixit, significat ꝙ tẽpus habet esse extra animam: & sermo eius intellectus est per se, s. quod quẽadmodum, si instans fuerit idem, non fiet tempus omnino, similiter, si reputauerimus ipsum esse idem, nõ reputabimus tempus fieri. sicut accidit illis hominibus, quos dixit: & forte erant illi, quos Mahumet numerauit in alcorano. D. d. si igitur nos nõ comprehenderimus, &c. i. qm̃, cum nos nõ perceperimus, neque imaginauerimus motũ determinatum, s. finitum in duo extrema, sed existimauerimus ꝙ nullus motus est factus in nobis, neq; in alijs, & ꝙ nõ sumus in esse indiuisibili tũc, accidet nobis tũc nõ sentire tempus. Et hoc, quod dixit multotiens accidit dormientibus multum: & etiam, qui faciunt opus delectabile fit tempus eis breue: quia delectatio prohibet eos cõprehendere motũ: & econtrario eis, qui laborant: & iõ dixit verificator.

Tẽpus non imaginat̃ sine motu, & motus põt imaginari extra tempus. Sed vide oppositum. 12. me. cõ. 29. & hic in te. seq. vbi hẽt philosophus ꝙ, cũ tp̃s aliqđ vr̃ fieri, sil', & motus fieri videtur. Dormientibus, & opus delectabile agentibus fit tẽpus breue, ecõtrario laborantibus.

Quod igitur neque motus, neq; sine motu tempus est manifestum est. Accipiendum aũt, quoniam iam quærimus quid est tempus, hinc incipere quid sit motus (simul. n. motum sentimus, & tẽpus) etenim, si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus aũt quidam in anima insit, subito simul videtur fieri quoddam tempus: at vero, cũ tẽpus videtur fieri aliquod, simul & motus fieri aliquis videtur: quare, aut motus, aut motus aliquid est tempus: cum igitur non sit motus, necesse est, motus aliquid esse ipsum.

Manifestum est igitur ꝙ tempus non est motus, neque extra motũ Et cum nostra intentio est definire tempus, ponemus principium cõsiderationis ex hoc loco: consideremus igitur quid sit de motu: quoniam insimul sentimus motum, & tempus. Quoniam, si fuerimus in obscuro, & nihil acciderit nostris corporibus, sed in anima nostra acciderit aliquis motus, statim reputabitur tempus fieri: & similiter ẽt, cum sciuerimus aliquod tempus fieri, statim reputabimus aliquẽ motum fieri: ex quo sequitur quòd tempus, aut est motus, aut aliquid motus: &, cum non sit motus, sequitur necessario vt sit aliquid motus.

98 Cum declarauit quod tempus non est motus, neq; extra motum, notificauit hoc, & dixit quod necesse est ex hoc, vt sit accidens motui: & cum intentio est hic scire quid sit tempus, oportet prius perscrutari quod accidentium motus sit tempus: accidentia. n. motus sunt multa: & quia tempus non sentitur, nisi cum sentimus aliquem motum demonstratum, secundum quod sentiuntur cum motu multa accidentia eius sensibilia: qm̃, si ita esset, contingeret vt tempus multiplicaretur secundum multiplicationem motus: & si posuerimus ipsum se qui aliquẽ motum proprium, V. g. motum corporis cęlestia, tunc qui non senserit aliqua hora ipsum, non sentiet tempus, aut non sentiet ipsum omnino: ut dicit Pla. de in carceratis a pueritia sub terra, s. quod, si non comprehenderetur nisi per comprehen-

A sionem alicuius motus sensibilis, Verbi gratia, mot' cęli, tunc isti incarcerati non sentirent tempus, quia nunquam senserunt motum corporis cœlestis: & ideo dixit, quoniam in simul sentimus motum, & tempus, &c. idest quoniam sentire tempus non est per sentire aliquem motum comprehensum per aliquem sensum. Nos enim sentimus tempus existendo in obscuro, absque eo q̄ accidat sensibus nostris aliquis motus: & hoc non est, nisi quia sentimus motum in nostra anima qualēcunque: quoniam, cum fuerimus imaginati in anima nostra aliquem motum, statim comprehendemus tempus. Et in hoc, q̄ dicit est questio non parua: quoniam, si tempus non sequitur aliquem motum existentem extra animam, sed sequitur motum imaginationis, & imaginatio non habet esse extra animam: motus, quem consequitur tp̄s, nō hēbit esse extra animam. quō igitur dicet Arist. post ipsum sequi motum corporis cęlestis? & dat super continuationem motus ex continuatione temporis? Et etiam, si sequitur motum corporis solum cęlestis, continget ut cęcus non percipiat tp̄s, qui nunquā pcipit motum cęli. Et etiam, si sequitur omnem motum, contiget etiam ut tp̄s multiplicetur per multiplicationem motuū: q̄ est impossibile: apparet igitur q̄ tēpus aut nō habet esse extra animam: aut si habet, sequitur oēm motum, & sic multiplicabitur per multiplicationem motuum: aut sequitur unum motum, & sic, qui non sentit illum

Digressio, qua q̄rit', vtrum tēpus conseqt' omnē motū: & primo arguit q̄ nō cōseqt' motū imaginationis.

B motum, non sentit tempus: q̄ est impossibile. Nos autem dicamus: quoniā, si nos sentire tēpus, est apud sentire quēlibet motum, & apud imaginari quālibet transmutationem, manifestū est. Nos uero sentire tēpus apud sentire quēlibet motum primo, & essentialiter impossibile est: quoniam, si ita esset, contingeret ut tempus multiplicaretur per multiplicationem sensibilium, imo motuū imaginabilium: si autem sentire tēpus per sentire quēlibet motum nō fuerit primo, & essentialiter, sed propter hoc, quia, cum sentimus quēcunque motū, sentimus illū unū motum, cui accidet tēpus, nō accidet q̄stio predicta, s. q̄ qui non sentiet illū motū unū, nō sentiet tp̄s: q̄m ille motus vr̄ sentiri, q̄n sentitur quicūque motus, siue fuerit imaginatus, siue existēs. Et apparet, q̄n quis intuebit' hoc, q̄ tp̄s sentit' essentialiter, & prio, q̄n nos sentimus nos esse in esse moto: & hoc sentire, scilicet nos esse in esse moto erit, q̄n imaginati fuerimus quēcunque motū: q̄m cū fuerimus in esse indiuisibili in transmutatione q̄ est instans, non fiet tempus, neque reputabimus ipsum fieri: cum autē fuerimus in esse diuisibili secūdū trāsmutationem, & non percepe rimus nos esse in esse transmutabili, non percipiemus omnino tēpus: si autem perceperimus nos esse in esse trāsmutabili, statim percipiemus tp̄s: & hoc manifestū est, & nos esse in esse trāsmutabili sentitur per se: nos. n. sentimus q̄ instās, in quo incępimus scribere hunc sermonē, est aliud ab illo, in quo fuit completus. Motus c igitur, quicunque sentit', sentit' primo, & essentialiter tempus, est motus,

C ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili, & non transmutari, quia fumus in hoc esse. Nos igitur esse in esse transmutabili sentitur, sicut diximus, cum senserimus quēcunq; motum: sentire igit' nos esse in esse trāsmutabili est illud, ex quo sequitur nos sentire tēpus primo: & manifestū est quod nos non sentimus nos esse in esse transmutabili, nisi ex trāsmutatione cœli: & si esset d possibile ipsum quiescere, esset possibile nos esse in esse non trāsmutabili: sed hoc est īpossibile: ergo necesse est vt sentiat hūc motū qui nō sentit motū corpis cęlestis, s. p visum, sed dorminentes sentiunt ipsum, postq̄ surgunt a somno, ex hoc, q̄ rememorāt motus imaginationis in somno: cū autē somnus fuerit profundus, & nō fuerint rememorantes aliquā imaginationē somni, neq; aliquā transmutationē, tunc non pcipiūt tēpus, in quo dormiuerunt. Quod igitur debet intelligi ex sermone Ari. in quo dicit, q̄ cū nos nō fuerimus trāsmutati, &c. nō est qd', cū motus non fuerit factus, aut fuerit factus, sed, cū nos nō pcepimus, hoc nō reputabim' tp̄s fieri: sed, cū nos nō fuerimus trāsmutati in nobismetipsis, quia sumus in esse indiuisibili scdm trāsmutationem, qd' est instans, aut fuerimus in esse diuisibili secundum transmutationem, sed non percipimus, hoc reputabimus tēpus non fieri: sed vna reputatio est vera, & altera non est vera: percipere enim hanc transmutationem est illa res, quā sequitur percipere tempus essentialiter: cū tēpus accidat huic transmutationi: & ideo coactus fuit Aristote, ad hæc verba, s. cum dixit cum nos non fue-

c Motus, qui cū sentit', sentit' primo & essentialiter tp̄s, est mot' ex quo sentimus nos esse in esse transmutabili.

d Si possibile esset cœlū quiescere, possibile esset nos esse in ēe non trāsmutabili.

A

rimus transmutati in nobismetipsis: & non dixit loco eius, cum non fuerit transmutatio, aut fuerit: sed non comprehendimus ipsam, vt apparet ex expositoribus. Et in hoc etiam peccauit Gale. qui intellexit ꝙ Aristo. intendebat ꝑ hoc, quod dixit, cum nos non fuerimus transmutati in nobismetipsis, ꝙ nos non comprehendimus tempus, cum non fuerimus moti per imaginationē. Sunt enim tres intentiones. Quarum vna est, ꝙ nos non percipimus tempus, nisi quando fuerimus moti in anima nostra: & hoc existimauit Gal. & est corrupta per se. Secunda autem est, quod nos non percipimus tempus, nisi cum percipimus aliquē motum, quicunq; sit: & hoc est percipere per accidens. Tertia vero est, ꝙ nos non percipimus motum, neque tempus, nisi cum perceperimus nos transmutari, quia sumus in esse transmutabili: & ista perceptio est perceptio, quam sequitur tēpus essentialiter: & non accidet ei aliqua quæstio. Et verba Aristo. manifesta sunt secundum hanc intentionem, vt cum dixit si igitur nos non comprehenderimus determinare, &c. i. & secundum hunc modum possumus ponere tempus sequi motum corporis cœlestis: & ꝙ sentit tempus qui nunquam sensit corpus cœleste: & ideo omnes conueniunt in hoc, ꝙ tempus sequitur motum cœli: & ista quæstio nunquam potuit dilucidari mihi, nisi post magnum tempus: & quicquid scripsi [a] de tempore secutus sum expositores, sed hic non. Et, cum numerauit quod tempus sentitur, quando motus sentitur, dixit & similiter etiam, &c. & intendebat per hoc declarare, qđ tempus, & iste motus sequūtur se adinuicem perfecte, s. motus, qui cum sentitur, sentitur tempus primo, & essentialiter: &, cum declarauit ꝙ tempus non comprehenditur, nisi per comprehensionem istius motus, s. comprehensi per intellectum, & ꝙ tempus non est motus, incœpit narrare, ꝙ ex hoc sequitur vt sit accidens isti motui, & dixit necesse est igitur vt tēpus, &c. i. & cum verum est ꝙ tempus, & motus, consequuntur se in esse, necesse est, vt sit alterum duorum, s. aut tempus [b] sit ipse motus, aut aliquid consequēs motum. D. excepit ipsum esse motum: ergo sequitur vt sit aliquid motus, aut consequens, aut cā, qm̄ cum sequitur ipsum, aut erit prius, aut posterius: sed quia tēpus non apparet in definitione motus, declaratur quod non est causa eius: ergo remanet vt sit accidens.

B

a Quicquid Cōmētator scripsit de tē pore secut' est expositores, sed hic non.

b Necesse ē vt tēpus aut sit mot', aut consequens motum, sed quia tp̄s nō apparet in definitione mot' declaratur ꝙ nō est cā eius ergo remanet vt sit accidens. Cōsimile. 8. ph. cō. 10. & 12. me. cō. 29 idē. 5. ph. c. 3. & 35.

Quoniam autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddā, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. Propter id enim, quod magnitudo continua est, & motus erit continuus quia vero motus, & tēpus: Quātus. n. motus est, tantū & tēpus vr̄ fieri. Prius autem, & posterius in loco primum sunt, hæc quidem iā positione sunt determinata: quoniam autem in magnitudine primum & vltimum est, necesse est in motu esse prius, & posterius proportionabilia his, quæ sunt ibi: at vero, et in tempore est prius, & posterius propter id, quod alterū sequitur semper alterum ipsorum: est autem prius, & posterius ipsorum in motu: quod quidem aliquādo, cum sit motus, est esse: tamen ipsorum alterum est, & non motus.

C

Et quia motum mouetur de aliquo in aliquid, & omnis mensura est continua, ideo motus sequitur mensurā. Et quoniam mensura est continua, ideo motus est continuus. Et quia motus etiam est continuus, tempus etiam erit continuum: quoniam secundum motum existimatur semper tempus esse. Et prius, & posterius sunt primo in quantitate, sed hic sunt in situ: & quia prius, & posterius sunt in quantitate, necesse est vt prius, & posterius sint in motu etiam, secundum quod illic: & in tempore etiam, sunt prius, & posterius, quoniam sequuatur se adinuicem semper: & etiam prius, & posterius

A sunt in motu: secundum quidem ꝙ sunt in aliqua hora sunt motus, in essentia autem sunt aliud a motu.

Id est, & vnum [a] accidentium motus est continuatio. & causa in hoc est, q̄a illud, per quod est motus, & est mensura, est continuum: & motũ ēt est tale. Et intendit per hoc, ꝙ dixit de aliquo in aliquid, de vbi in vbi, inter quæ est mensura: &, quia omnis mēsura est cōtinua, sequitur vt motum moueatur per continuum: & cum motum mouetur per continuū motus eius erit continuus. Et intendit hic per motum translatum. Et, quia apparet quod dispositio tpis de motu est sicut dispositio motus de continuo, per quod est motus: & tempus est continuum: sequitur ēt vt cā continuationis eius sit continuatio motus: quemadmodum cā cōtinuationis motus est mensura, supra quam est motus. D.d. qm̄, scd̄m, &c. i. & signū eius, quod continuatio accidit ei ex dimēsione motus, est, qm̄ quantitas [b] tēporis sequitur ēt quantitatem motus, s. quia est æqualis ei. Et, cum declarauit, ꝙ continuatio est in motu ex continuatione quantitatis, per quam est motus, & qđ continuatio motus est causa continuationis temporis, & intendebat declarare ꝙ, qm̄ motus accipitur continuus, tempus erit continuum, & si diuisus, tēpus erit diuisum, incœpit etiam inducere aliud accidens. Et dixit & prius [c] & posterius. &c. i. & quia prius, & posterius inueniuntur in mēsura, in qua fit motus primo: B & est illa, quæ est in situ: necesse est ēt vt in motu inueniātur prius, & posterius, & si non habeat sitū: qm̄ pars motus, quæ est in parte mensuræ priori secundum initium, ex quo est motus, necesse est vt sit prior motu, qui est in parte consequente mensuram. D.d. & in tempore etiam, &c. id est, & ex hoc quod prius, & posterius inueniuntur in partibus motus, sequitur vt inueniantur etiam in ipso tempore. Et, cum declarauit hoc, & vult declarare quod tempus est prius, [d] & posterius in motu, & iam posuerit quod tempus differt a motu, incępit primo declarare quod prius, & posterius, quæ sunt in motu, habent quiditatem aliam a quiditate motus: licet sint cum motu idem in subiecto. Et etiam prius & posterius, in motu, &c. & intendit per hoc, quod dixit in aliqua hora. i. scd̄m subiectum, & q.d. & etiam de fundamentis ponendis ad hoc, quod querimus scire supra illa, q̄ posuimus, est, qm̄ prius, & posterius, cū fuerint accepta, secundum ꝙ sunt in subiecto, tunc erunt partes motus: cum autem fuerint considerata secundum definitionem, & quiditatem, tunc prius, & posterius erit aliud a motu: qm̄ motus est in quantitate, & prius, & posterius sunt in numero.

99 a Vnū accidētiū motus est cōtinuatio: ꝙ qūo fit vide cō. 6. tertij ph. & 23. 8. ph.

b Quantitas tēporis seqt̄ q̄titatē motus. Idem. 5. me. te. cō. 18. Idē hic infra te. c. 104. Et 113.

c Prius, & posterius, q̄a reperiunt in magnitudine sunt in motu & q̄a sunt ī motu, repiūtur & ī tpe.

d Prius & posterius, q̄ sunt in motu, habēt q̄ditatē aliā a quiditate motus licet sint cū motu idē in subiecto. Cō simils infra cō. 11. &c.

At vero, & tempus cognoscimus, cum definimus motum, prius & posterius determinantes: & tunc dicimus fieri tempus, quando prioris, & posterioris in motu sensum percipimus: determinamus autem C motum, accipiendo aliud, & aliud ipsum, & medium ipsorum alterum: cum enim altera extrema, medio intelligimus, & dicit anima, ipsa nunc duo, hoc quidem prius, illud vero posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus: determinatum autem ipso nunc tempus esse videtur, & supponatur.

Et tempus etiam non scimus, nisi motu determinato per prius, & posterius: & tunc dicemus tempus esse, cum senserimus prius, & posterius in motu: & nos determinamus illa, videndo illa diuersa, ita quod inter illa sit aliud: quoniam, cum viderimus per intellectū duo extrtma, & iudicauerit anima quod alterum instans est prius, & alterum est posterius, tunc dicimus esse tempus: quoniam hoc, quod modo definimus, existimatur esse tempus.

Cum præposuit ꝙ tempus sentitur primo, & essentialiter, cum senserimus motum, in quo sentimus nos transmutari, i. esse in esse trāsmutabili, & posuerimus ꝙ 100

motus, secundum ꝙ est motus, inuenitur in eo prius, & posterius, sicut inuenitur in eo continuatio, & ꝙ essentia prioris, & posterioris est alia ab essentia motus, voluit coniungere huic aliud notum de tpe ēt, & est qđ nos percipere tempus ex perceptione motus nō est ex pceptione motus, scđm ꝙ est motus, s. motus, in quo sumus trāsmutati, sed qñ determinam' in imaginatione aliquā ptē illius determinatā: & hoc erit, cū senserimus duo instātia, prius, & posterius: qm̄ iste motus nō diuidit per instātia, nisi ī nostra mēte. & nō determinat' nobis aliqua pars eius determinata, nisi qñ diuiserimus motū p duo instātia: quēadmodū linea nō determinat, nisi quando inter duo pūcta fuerit, quę sunt vltima eius: quēadmodū igit' pūcta sunt vltima linearū terminātia illas, ex quibus accidit eis numeratio, ita instantia sunt ultima partium istius motus, & sunt cā in hoc, ꝙ numerant'. Et hoc intendebat, cum dixit, & scimus tp̄s, &c. i. & nos cognoscimus tp̄s, qñ determinamus hunc motum per instans prius, & posterius: determinatio. n. motus erit per determinationem instantis prioris, & posterioris: quēadmodū determinatio lineę erit per duo puncta. Et signum eius est, qm̄ qui percipit vnum instans non percipit tempus, sicut accidit diuinis. Et, cum declarauit qđ determinatio motus erit per determinationē duorum instantium saltē, incœpit declarare quō determinat per duo instantia, & dixit nos determinabimus illa, &c. i. determinatur per duo instantia, qñ videmus illa duo instantia esse diuersa: & hoc erit, qñ videmus inter illa esse aliud diuisum ab eis: sicut est dispositio in determinatione duorū punctorum: hoc. n. non erit, nisi qñ imaginati fuerimus aliquod tertium, s. lineam: cū aūt abstulerimus lineam, q̄ est inter duo puncta, tunc duo puncta fierent vnū, &, similiter est de duobus instantibus. D. fecit summā de hoc, & dixit hoc erit, qñ viderimus, &c. & dixit alterum prius, & alterū posterius: qm̄, si imaginati fuerimus duo instantia insimul, non fiet motus, s. si diuiserimus motum per duo instantia, quorum alterum non est prius reliquo, & si sit falsa imaginatio. Dixit hoc. n. quod modo definimus, &c. i. & sequitur ex hoc sermone quod motus diuisus per duo instantia, quorum alterum est prius, & alterum est posterius, & est ipsum tempus, s. secundum quod est diuisus. Et compositio istius sermonis est sic. Motus terminatur ad duo instantia: Et quod terminatur ad duo instantia est tempus. Igitur motus, secundum quod terminatur ab his duobus instantibus, est tempus: & dixit & ponatur ita, quia post declarabitur magis.

Qui pcipit vnum instās pcipit tp̄s, sicut accidit diuinis. Idē infra. t. c. sequētis. & infra, 106. Vide consimile de qete in 6. ph. cō. 73.

Quādo igit tāquā vnū ipsum nūc sentimus, nō autē sicut prius, & posteri⁹ in motu, aut sicut idē qdē nō āt prioris, & posterioris alicuius, nō videtur tēpus fieri ullum, quoniam neq; motus: sed cū prius, & posterius est, tunc dicimus tempus hoc enim est. Tēpus numerus motus secūdū prius, & posterius. Nō ergo tēpus motus est, sed secūdū ꝙ numerū habet motus.

Definitio tēporis.

Cū igitur senserimus aliquid, quasi in eodē instanti, & non perceperimus in motu, prius & posterius, aut senserimus ipsum vnū vnius, nō ita quod sit prius, & posterius, nō reputabimus ipsum fieri in tēpore, cū nō habeat motū: & cū senserimus prius, & posterius, tūc dicemus tp̄s esse: scđm hoc igit. Tp̄s est numeratio motus scđm prius, &

101 posterius. Tp̄s igit nō est motus, sed quodāmodo est numerus mot'.

Cum intēdit declarare tēpus esse numerū motus secundū prius, & posterius ex hoc, ꝙ nos sentimus motū, cū diuiserimus ipsum saltem per duo instātia prius, scilicet & posterius, & ista via est aliqd inuenire per aliud inuentū: & ista via est diminuta, nisi cōiungatur ei via ablationis, scilicet inueniēdo causas, & definitiones rerū: reuersus est ad vtendū via ablatiōis. Et dixit, cū igitur senserimus aliquid, &c. id est, & quēadmodū nō sentimus aliquid esse in tēpore, nisi cū senserimus ipsum saltem esse in duobus instātibus priori, & posteriori, ita, cū senserimus aliquid esse in eodē instanti, aut fuerimus imaginati duo instātia esse in simul, tūc nō reputabimus tempus fieri, Deinde dixit cū nō habeat motū, id est,

In inueniendo cās, & definitiones rerū ex alijs īuentis, ē via diminuta nisi cōiungat' ei via ablationis.

A qm̄, cū fuerit imaginatum vnū instans tantū, aut duo instantia insimul, nō imaginabimur motū, & sic nō imaginabimur tēpus omnino. Et ex hoc potes videre ꝙ ipse itēdit p hūc motū, nō quēlibet motum, sed motū, p quē videmus res quiescētes esse in trāsmutatiōe eterna, &c. q. trāslatas, qa sunt in trāslatabili. Et, cū verificauerit per hanc viam ꝙ ista est substantia temporis, & ista via multotiens vtitur Arist. licet Alpharabius reprehendat illam, induxit definitionem tpis, & dixit, scdm hoc igitur tp̄s est numerare numerum motus, &c. i. manifestum est igit̄ ex hoc sermone ꝙ definitio tpis est numerare numerum motus scdm prius, & posterius. i. cōprehensio numerati motus, & hoc ē numerus eius: qm̄, qn̄ numeramus numerum motus, qui fit ex diuisione eius per instantia priora, & posteriora, tūc fit tp̄s: ergo tp̄s nihil aliud est q̄ numeratio numeri motus, q sit in eo ex diuisione eius scdm prius, & posterius instātium: & qa tp̄s fit apud diuisionē motus p instātia: & hoc sequit̄ necessario numeratio: & ideo numerus motus est tāq̄ genus in hac diffōne, & scdm prius, & posterius tāq̄ differētia. D. d. tp̄s igit̄ nō est motus, sed quodāmodo est numerus motus. i. sed scd'm prius, & posterius est numerus motus. i. numerat motū p suas partes priores, & posteriores, scd'm qd' sunt priores, & posteriores, nō scd'm qd' sunt simul. Dixit Alex. & nō est intelligendū ex hoc, qd' dixit in definitione tp̄is, qd' est numerus motus scd'm prius, & posterius ex hoc, qd' tp̄s numerat motū: sed dēt intelligi ex hoc, ꝙ tp̄s est numerus B prioris, & posterioris, existentiū in motu: & in lib. Alex. non est numerare numerum motus, sed numerus motus: definitio igitur, in qua non est dubitatio, est dicere, quod tempus est numeratiuum prioris, & posterioris, existentiū in motu. *Expō Ale.*

Signum est autem: plus enim, & minus iudicamus numero. motum autem plurem, & minorem tempore. Numerus itaq; quidam tempus est. Quoniam autem numerus est duplex. Etenim quod numeramus, & numerabile numerum dicimus, & quo numeramus. Tēpus autem est, quod numeratur, & non quo numeramus: est autem alterū & quo numeramus, & quod numeratur. *Numerus duplex ē numerās, & numeratus.*

Et signum eius est hoc, quod narrabo: quoniā nos determinamus p numerū magis, & minus: & per tēpus determinamus motū magis, & minus. Tēpus igitur est aliquis numerus. Et, cū numerus est duobus modis. dicimus eñ numerū illud, qd' numeratur, & numeratū, & illud, per quod numeratur: tēpus est illud, quod numeratur, non illud, per quod numeratur: & illud, quod numeratur, est aliud ab illo, per C quod uumeratnr.

Cum posuit quod genus tpis est numerus motus, dedit signum de hoc, hoc mō: per tempus determinat̄ magis, & minus ex motu: & omne, per quod determinatur magis, & minus ex aliquo est numerus illius: ergo tēpus est numerus eius, p quod determinatur. D. coniungit huic, ꝙ tempus determinatur per prius, & posterius motus: ergo in tertia figura tempus est numerus motus scdm prius, & posterius: & pp conuersionē affirmatiue in eo vniuersalis: est necesse vt illud, per qd' determinatur magis, & minus ex aliquo, sit aliquis numerus: qm̄ illud, p quod determinat̄ magis, & minus simpliciter est numerus simpliciter: qm̄, si illud ꝙ est calidum simpliciter, est ignis simplr̄, illud, qd' est aliqd calidū, est aliqs ignis: & quia oē, per quod numerant̄ oīa, aut est numerus simpliciter: & hoc est numerās, non numeratū essentialiter: aut aliquis numerus alicuius gn̄is: & hoc accidit vt sit numerans quodāmodo, & numeratū alio mō, & ista sunt, q̄ numerant̄ per vnitates existentes in illo gn̄e, non per vnitatem simplicē: & tempus est in hoc gn̄e, s. quod est numerans, & numeratum: incœpit declarare hoc. Et dixit & cum numerus, &c. i. & cum numerus est duobus modis, s. numerās tm̄ non numeratū, & numerās numeratū, & dixit. Nos. n. dicim' numerū, &c. i. & numerus est duobus modis: quia nos dicimus numerum illud, per quod numeratur aliquod genus, &

102

*Si illud, ꝙ est calidum simplr̄, est ignis simplr̄, illud, qd' est aliqd calidū est aliquis ignis.*

*Numerus secundū. Aue. sumit̄ tripliciter.*

in se est numeratum, non numerans. Et quod numerat ipsum in actu, & est nu- A
meratum in potentia, anteq̃ numeret illud, vt exponit Alex. Et vocamus nu-
meratum etiam illud, per quod numerãtur omnia, & hoc est numerans, non nume-
ratum oĩno essentialiter. D. d incœpit declarare q numerus acceptus in defini-
tione temporis non est numerus simpliciter, sed de genere numeri, cui accidit q
fuit numeratus, & dixit tempus enim, &c. i. & cũ dicimus q tempus est numerus,
intendimus numerũ, qui numeratur, non illud, per quod numerat simpliciter, q
est numerus, non numeratum. Et põt aliquis dicere, q si intendebat per numerum

Obiectio.

acceptum in definitione temporis, numeratum, s. prius, et posterius in motu, quare
non dixit quod tempus est numeratum motus, loco eius, quod dixit quod est nu-
merus motus. Dicamus igitur, quod hoc quod tempus numerat motum, & men-

Solutio.

Tpi essentiale est numerare, & mẽsurare motũ: sed accidit ei nũerari, aut mẽsurari, idẽ infra c. 112. 115.

surat illud, est ei essentialiter, &c. q. hoc modo assimilatur numero simpliciter i-
sum aũt esse numeratum per aliquid est per accidens, s. quod accidit tempori
mensurari, & numerari, aut per accidens simpliciter, aut per motum, motui, n ac-
cidit ei mensurare tempus, vt dicemus post. Et Themistius exponit hic nume-
pro numerato, & non considerat hoc, qđ dximus. Quoniã vero numerus motus
est tanq̃ genus temporis, manifestum est: numerus. n. motus alius est partiũ mo-
tus, secundum quod sunt insimul, & alius est, secundũ quod in eis inuenitur prius,
& posterius, i. numerus prioris, & posterioris existentiũ in motu: & manifestum B
est quod tempus sit, qñ motus numeratur per prius, & posterius: ergo tẽpus neces-
sario est numerus prioris, & posterioris existentium in motu. Et intelligendũ

Documentũ primum.

est ex hoc, quod dicimus ipsum esse numerũ motus, i. numerũ cuiuslibet motus:
cum sit impossibile imaginari ipsum, nisi scd̃m quod numerat motũ: & ideo dicit

Secundum.

est numerus motus. Et intelligendũ est p prius & posteri', prius, & posterius exi-
stẽtia in motu, per cuius esse inuenitur tempus primo: & est ille per quẽ intelligi-
mus nos transmutari, i. nos esse in esse transmutabili: & q. d. tempus est numerus
cuiuslibet motus per prius, & posterius, quę sunt in motu in quo sentimus nos esse
in esse transmutabili: qm̃, si esse temporis esset per esse prioris, & posterioris in
quolibet motu, tunc tẽpus multiplicaretur per multiplicationem motuũ, aut nõ ha-
beret esse, nisi solummodo in mente: sed ex hoc, q est numerus omniũ motuũ, hoc
modo non sequitur ipsum multiplicari per multiplicationem motuum, vt post de-

Expõ Ale.

clarabit Aristo. Et Ale. dicit, quod hoc, quod dicit, numerus motus per prius, &
posterius, non est intelligendum ipsum esse numeratum per numerũ partiũ mo-
tus priorum, & posteriorum, neq; numerus earũ, sed numerus prioris, & poste-
rioris in motu, i. numeratum eorum: & per hoc distinguitur natura temporis a na-
tura motus secundum definitionem.

Et sicut motus semper alius, & alius est, sic & tempus: Simul au- C
tem tempus omne idem est: ipsum enim nunc idem est, quod erat: es-
se autem ipsi alterum est.

Er quemadmodum motus est semper vnus post alium: ita est tem-
pus. Tempus vero esse insimul est idem quoniam instans est idem, cũ
fuerit: eius autem esse diuersatur.

203 Id est quemadmodum motus non inueniuntur partes eius insimul, sed quælibet
pars aut iam defecit, aut nondum venit, ita est tempus. Et intendebat per hoc dis-
soluere qõnem prædictam in esse temporis dicentem quod, si tempus est, necesse
est, vt oẽs partes eius, aut quædam, sint insimul: sed non est ita: ponit igitur hoc q
rectum est dicere q partes eius inueniuntur quædam post alias, nõ insimul, sicut
est dispositio in partibus motus, s. qm̃ quędã inueniuntur post alias. D. dedit dif-
ferentiam inter tempus, & motum: ne existimet quod tempus est motus: & dixit
tempus vero esse insimul est idem, i. sed motus differt a tempore: qm̃ motus non
est idem apud illa, quæ mouentur insimul, & tempus est idem illis, quæ sunt in
tẽpore insimul. Et cã in hoc, quod tempus est idẽ, est, qm̃ instans, quod est agens té-
pus, est idem in omni motu, cum fuerit demonstratum, sed esse eius diuersatur, s. p
prioritatem, & posterioritatem.

A Ipsum autem nunc mensurat tempus, secundum quod est prius,& posterius:ipsum autem nunc est quidem sicut idem,est vero sicut non idem:secūdum quidem enim quod in alio,& alio est, alterum est:hoc autem erat ipsi nunc: inquantum autem quodcumque ens est ipsum nūc, idem est, Sequitur enim,sicut dictum est,magnitudinem motus, hunc autem tempus,sicut diximus: & similiter punctum id,quod fertur, quo motum cognoscimus, & prius in ipso,& posterius. Hoc autē quidem quodcumque ens est,idem est: punctum enim, aut lapis, aut aliquid huiusmodi est, ratione autem alterum est: sicut sophistæ accipiunt alterū Coriscum in theatro esse, & Coriscū in foro: & hoc ex eo, quod alibi & alibi est,alterum est: id autem, quod fertur sequitur ipsum nunc,sicut tempus motum:eo enim quod fertur,cognoscimus prius, & posterius in motu: secundum autem quod numerabile est prius, & posterius, ipsum nunc est. Quare in his id quidem,quod est nunc, est idem:prius autem,& posterius est,quod in motu est: sed in B ipso esse alterum: secundum enim quod numerabile est,prius,& posterius, est ipsum nunc:& notum maxime hoc est. Et enim motus est propter id,quod mouetur,& loci mutatio propter id,quod fertur: hoc enim ꝙ fertur aliquid est,motus autem non est. Est igitur, sicut idem ipsum nunc,quod dicitur semper: est autem sicut non idem: & namque est similiter,quod fertur.

Istans ꝙ est agēs tp̄s p̄ continuationem, qm̄ continuat partes tp̄is, non quod sit agēs .i. p̄ducēs aliquid.

Eo, qđ ferē cognoscim' prius,& posteri' in motu.

Mot', propē id qđ mouetur, & locī mutatio p̄p̄ id ꝙ fertur aliqd est.

Et instans mensurat tempus, secundum quod terminat illud per prius & posterius. Et potes dicere quod instans quodammodo est idē, & quodammodo non:quoniam, secū dum quod est vnum post aliud, est diuersum: & hæc est ratio instantis: secūdum vero quod instans est in aliqua hora,est idem. Quantitatem enim,sicut diximus, sequitur motus, & motum sequitur tempus,sicut diximus: & secundum hunc modum translatio sequitur translatum, & est illud,per quod cognoscitur motus, & prius & posterius in eo: & translatum, secundum ꝙ C est in aliqua hora, est idem. Est enim aut pūctus,aut lapis,aut aliquid simile, secundum autem comparationem diuersatur:sicut sophystæ dicunt ꝙ sortes diuersatur, cum fuerit in domo, & cum fuerit in foro: quoniam ipsum esse in locis diuersis facit diuersitatem: & instans sequitur translatum,sicut tempus sequitur motum:quoniam per translatum cognoscimus prius,& posterius in motu:& scd̄m ꝙ prius,& posterius sunt,numeratū est instans. Et similiter etiam, scd̄m ꝙ instans est in aliqua hora, est idem:quoniam prius,& posterius sunt in motu: in esse vero diuersantur:quoniam,secundum ꝙ prius,& posterius est numeratum,est instans:& hoc proprie est magis cognitum. Motus enim cognoscitur per rem motam, & translatio per translatum: quoniam translatum est aliquod demonsttatum,& motus non est ita. Instans igitur quodammodo est.q.idem semper, & quodammodo non est.q. idem:quoniam translatum est tale.

Vult hic dissoluere quæstionẽ dictam de instanti, dicentem: quomodo dicitur instans esse vnum, aut plura, Et.d.& instans mensurat tempus, &c. & instans est causa in mensuratione temporis: qm̃ diuidit motum in prius, & posterius: & hæc est diuisio ipsius temporis, scilicet quoniam, cum diuiserimus tempus per instantia, accidet in eo prius, & posterius. Causa igitur in mensuratione tẽporis, est instans: quemadmodum causa in mensuratione lineæ sunt puncta. D.d. & potes dicere, &c.i.& instans quodammodo est idem, & quodammodo diuersum: & ideo dissoluitur quæstio prędicta: qm̃ illa quæstio accidit ex hoc, ꝙ instãs accipitur vnum, aut plura simpliciter. Cum igitur accipitur vnũ quodammodo, & plura alio modo, dissoluetur quæstio. Deinde exposuit istos duos modos, & dixit, secundum enim ꝙ est in alio, & alio, est diuersum, &c.i.qm̃ instans, secundum ꝙ accidit ei vt sit idem, inuenitur in rebus diuersis, vt vnum indiuiduum, qđ inuenitur in pluribus locis est diuersum, vt sor. esse in foro aliud est ab ipso esse in domo. D.d.& hæc ratio instantis, i.& natura instantis est in diuersitate: qm̃ scđ'm numeratum, in quo est, ratione est numeratum, & scđ'm subiectum est idem. D.d.scđ'm vero quod instans est in eodem subiecto est idem, i.scđ'm subiectum: & dixit in aliqua hora, in loco eius, quod est in subiecto, sicut fecit in priori, & posteriori, quia subiectum est in aliqua hora: & .q. d. scđ'm autem ꝙ est in aliquo vno est vnum, quia est in aliquo, & est in vna hora, & translatum est idem: & expositio debet esse talis, quia instans non est in aliqua hora. Et sermo componitur sic. instans est in aliquo existente in dispositionibus diuersis: & quod est tale, est vnum scđ'm subiectum, & duo scđ'm rationem: ergo instans est vnum in subiecto, & duo ratione. D.d. quãtitatem enim, &c.i.& causa in hoc, ꝙ instans est hoc qđ dicam. iam enim prædiximus ꝙ motus sequitur quãtitatem in hoc, ꝙ sit continuus, qm̃ continuatio, & alia, quæ habet scđ'm ꝙ est quantitas continua, sunt in eo ex mensura: & similiter tempus etiam sequitur motum: & scđ'm hunc modum translatio sequitur translatum, & tẽpus instans: qm̃ instans agit tp̃s, sicut translatum translationem, & punctus mensuram, vt geometræ dicunt: qm̃ cũ mouetur, facit mensurã: &, cum ista sequũtur sese adinuicem, necesse est etiam vt agentia ista consequantur seinuicem: & sic instans sequitur translatum, sicut instans sequitur translationem agentem dimensionem, quemadmodum sequitur motus dimensiones. Deinde dixit, & est illud, per qđ cognoscitur motus, &c.i.translatum, cum hoc, qđ agit motum, est notius quã motus: quia per ipsum cognoscitur motus, & prius posterius, quæ sunt in eo, sunt per illud. ipsum enim esse motum facit ipsum esse in locis diuersis, & ipsum esse in locis diuersis dat partibus motus prioritatẽ, & posterioritatẽ: & similiter instãs est notius in tempore. Deinde incœpit declarare ꝙ translatum est vnum scđ'm subiectum, & plura scđ'm definitionem, & dixit & translatum, scđ'm ꝙ est, &c.i.& translatum, scđ'm ꝙ est in vno subiecto continuo, est idem: & dixit loco eius, in aliqua hora: qm̃, cum idem indiuiduum corrumpitur, & postea reuertitur, erunt duo, non idem, vt post declarabitur. D. d. aut punctus, &c.i. Verbi gratia, ꝙ translatum sit aut vnus punctus, vt imaginantur geometræ, aut vnus lapis, aut aliud. Et, cum declarauit ꝙ translatum est idem, scđ'm quod est non corruptibile, neque gñabile, s. quod, cũm translatũ corrũpitur, & postea reuertitur, erit scđm translatum, incœpit declarare modum, scđm quẽ est diuersum, & dixit scđ'm vero comparationẽ, i.&, cum translatũ accipietur per se erit vnum: &, cum accipitur in respectu ad loca diuersa, in quibus est apud suam translationem, erit diuersum secundum prioritatem, & posterioritatem: & accidit ei numerus, vt sophisticę dicũt ꝙ sor. est aliud in foro ab ipso in domo; ergo sor. est idem, & aliud. Et intendit, ꝙ si non esset hic aliqua pluralitas, non possent sophistæ accipere esse ipsum plura simpliciter: & dicendum est eis ꝙ sor. est idem quodammodo, & est secundum subiectum, & diuersum alio modo, i. secundum definitionem. Et, cum posuit ꝙ translatum est tale, incœpit narrare ꝙ instans sequitur translatum, & dixit & instans sequitur translatum, &c.i. & translatum, quod agit motum, est causa in esse instantis, quod agit tempus: quẽadmodum tempus sequitur motum, s. quia motus est causa eius, quia est subiectũ illius:

Natura instantis est eadẽ subiecto, & ratione distincta. Idem infra tex. cõ. 121.

Quod est in aliquo existente in dispositionib' diuersis, est vnum scđ'm subiectũ, & duo scđ'm rationem.

A quem admodum magnitudo est causa motus, qm̄ est subiectum motus. D. d. signum super hoc, & dixit q[illegible] per translatum, &c.i.& signum eius est, quoniam ex cognitione translati prioris, & posterioris, cognoscitur prius, & posterius in motu, & per hoc quod translatum prius, & posterius est numeratum, erit instans numeratum: & innuit ꝙ esse translati est causa in esse instantis, & numeratio eius est causa in numeratione istius. Et, cum declarauit quod translatum est vnum secundum subiectum, & plura secundum rationē, scilicet secundum prioritatem & posterioritatem: & ꝙ instans est scd̄m quod translatum est, & numeratum, secundum quod translatum est numeratum, intendit concludere ex hoc instans est idem secundum subiectum, & puta secundum definitionē, scilicet secundum prioritatem & posterioritatē, & similiter etiam &c.i.&, cum instās est per esse translati, & numeratur per numerationem illius, & iam posuimus quod translatum est vnum secundum subiectum, & plura secundum definitionem, & ita debet esse etiam in instanti: quoniam, secundum quod est in vno subiecto, semper est idem: quoniam ipsum est prius, & posterius in motu.i.quoniam instans prius, & posterius in motu est idem, quia translatum est idem, & est numeratum, quia translatum numeratur. Deinde iterauit causam in hoc, & dixit qm̄, secundum ꝙ prius & posterius est numeratum, est instans, idest & causa in hoc est illud, quod diximus, scilicet quoniam esse instantis & numeratio eius est ex hoc, quod B translatum numeratur, scilicet multiplicatur per prius, & posterius. D.d.& hoc proprie est notius, i. translatum cum hoc, quod est prius instanti in esse, est etiam notius apud nos. D. d. motus enim cognoscitur, &c. id est vt mihi videtur quoniam, cum motum est notius motū, quia est demonstratū, & motus non est demonstratus, s. congregatus insimul, sed mens facit ipsum, & motus est notior tēpore, sequitur ꝙ translatum, qđ agit motum, sit notius instanti, cuius proportio ad tp̄s est sicut proportio translati ad motum. Deinde fecit rememorationem de hoc, qđ declarauit, & dixit instans igitur, &c.i.declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ instans quodammodo est quasi idem, & nunquam transmutabile, & quodammodo est transmutabile, & multiplicabile: & causa in hoc est, quia translatum est tale: & per hoc dissoluetur questio de instanti prædicta.

Motum est notius motu, quia est demonstratū, & motus nō ē demonstratus .s. cōgregatus in simul, sed mens facit ip̄m. Cōsile supra com. 86.

Manifestum est autem, quod nisi tempus sit, ipsum, nunc non erit vtique, & si ipsum nunc non erit, tempus non erit. Simul enim sunt sicut id, quod fertur, & loci mutatio, sic numerus eius, quod fertur, loci mutationis. Tempus enim est loci mutationis numerus, ipsum autem nunc est, sicut quod fertur, vt Vnitas est numeri: & continuum tempus C est ipso nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc: sequitur autem hoc loci mutationem, & id, quod fertur. Et enim, motus, & loci mutatio vna cum quo fertur, quia vnum, & non quando est, nāque si deficiat, sed ratione, & disterminat priorem, & posteriorem motum hoc: sequitur autem hoc quodammodo ad punctum. Et enim punctum cotinuat quodammodo longitudinem, & disterminat: est enim huius quidem principium, illius autem finis.

Et manifestum est etiam, quod cum non fuerit tempus, non erit instans, & cum non fuerit instans, non erit tempus. Quemadmodum igitur translatio, & translatum sunt insimul, similiter numerus translationis, & numerus translati sunt insimul. Numerus enim translationis est tempus, & instans est numerus translati, ut Vnitas est de numero: tempus enim est continuum per instans, & diuisum per instans: & hoc sequitur translationem, & translatum. Motus enim

& translatio sunt idem translati, si fuerint idem, non ita quod fit in aliqua hora, hoc enim deficit intentione. Et hoc etiam distinguit prius, & posterius in motu: & hoc etiam sequitur punctum quodammodo. Punctus enim continuat longitudinem, & diuidit illam: est enim principium, & finis huius. A

105 Cum declarauit quod istans est vnum quodammodo, & plura alio modo, vult declarare substantiam eius quid sit, & incœpit hic, declarando quod instans, & tempus consequuntur se in esse, Et dixit manifestum, &c. Deinde dedit causam in hoc, & dixit quemadmodum igitur translatio, &c. i. & causa in hoc, quod istans & tempus sunt insimul, est, quoniam instans est numerus translati, & tẽpus est numerus translationis, & numerus translati, & numerus translationis sunt insimul, quia translatio, & translatum sunt insimul. Deinde d. & instans est numerus trãslati, &c. id est & istans, quod est numerus translati, ita se habet de tempore, sicut unitas de numero. Deinde dedit modum, secundum quem instans assimilatur vnitati, & modum, in quo differt, & dixit tempus enim est continuum, &c. i. sed tempus continuatur per istans, & diuiditur per ipsum, Per vnitatem vero diuiditur numerus, sed non continuatur: & instans continuat tempus, cum accipitur pro termino communi duobus temporibus, sicut punctus accipitur vltimum commune duabus lineis, & diuidit illud, quando accipitur pro principio futuri, & fine præteriti, vt post declarabitur bene. Et, cum narrauit quod tempus est vnum, secundum quod est continuum, dedit causam in hoc, & dixit & hoc sequitur, &c. i. &, continuatio in tempore & ipsum esse vnum sequitur translationem, & translatum, scilicet quod causa in hoc est, quoniam translatio, cui accidit tempus, est vna, & continua: & causa in hoc, quod ista translatio est continua, est quia est vnius translati, non translati existentis in aliqua hora, & non in alia: quoniam translatum, quando deficit inesse in aliqua hora, deficit motum esse, s. quod quando priuatur in aliqua hora, priuatur motus: & similiter quando quiescit: & hoc intẽdebat, cum dixit non ita, quod sit in aliqua hora: hoc enim diminuit intentionem, id est quoniam motus est vnus, & continuus, cum fuerit vnius translati non deficientis in translatione in aliqua hora: quoniam, si tempus esset in translato deficiente in aliqua hora, tunc tempus deficeret in aliqua hora: & sic tempus esset in tempore: & ex hoc apparet continuatio motus, cui accidit tempus, & quod numquam deficiet. Deinde dicit & hoc etiam diuidit prius, & posterius, &c. id est, & instans diuidit prius, & posterius in motu, quoniam per illud diuiditur motus prior a posteriori, & ita actio instantis sequitur actionem puncti, scilicet quod ista actio, quæ est diuidere, & distinguere est puncti principaliter, & instãtis secũdario. Et dixit quodammodo: quia punctus in actu inuenitur super lineam, & instans inuenitur in potentia in motu, cum sit impossibile demonstrari vnum instans bis. Deinde dixit punctus enim continuat longitudinem, &c. i. quoniam, punctus continuat lineam, cum intelligitur differentia communis, & diuidit illam, cum intelligitur principium vnius lineæ, & finis alterius lineæ. Et hoc intendebat, cum dixit & erit principium istius, & finis illius, id est ista actio puncti erit, quando accipitur principium istius lineæ, & finis alterius lineæ ex duabus lineis continuis per illum punctum: & similiter est de instanti, scilicet quoniam diuidit tempus, & continuat ipsum etiam. B

*Tpš continuat per instãs, & diuidit p instãs: sed numerus diuidit per vnitatẽ, sed nõ continuatur per vnitatem.*

*Quomodo motus continuus sit vnius mobilis & in eodẽ tẽpore, Vide etiã .5 phy. cõ. 41. & te. cõmẽ. 34.*

*Punctus in actu inuenit sup lineã, et instans inuenit in potentia in motu: qa impoẽ ẽ idem istans demonstrari bis. Idem commẽ. sequẽti &. 121*

Sed cum quidem sic accipiat aliquis, tanquam duobus vtens vno, necesse est stare, si erit principium, & finis ipsum punctum: sed ipsum nunc, propter id quod mouetur, quod fertur, semper alterum est: quare tempus numerus lineæ est, non sicut ipsius puncti, quia est principium, & finis: sed sicut vltima ipsius magis, & non sicut partes, propter id quod dictum est. Medio enim puncto, tanquam duobus, vtimur: ergo quiescere accidet.

A Sed, cum fuerit acceptum hoc, hoc modo, ita quod, vnus punctus accipiatur pro duobus, necesse est cessare, quum idem pũctus sit principium, & finis, instans verò quia translatum semper mouetur, diuersatur: tempus igitur est numerus, non sicut attributus eidem puncto, quia est principium, & finis, sed sicut duo fines vnius lineæ, nõ sicut partes ex dictis. Punctus enim medius accipitur pro duobus, ita quod quies est necessaria ei.

Cum assimilauit instans in tempore vnitati in numero, & dedit differentiam inter illam, deinde assimilauit illud puncto, cui magis assimilatur quã vnitati, incœpit dare differentiam inter illum, & punctum. Et dixit Sed, cum fuerit hoc acceptũ, &c.i. sed instans differt a puncto: qm̃, cum instans fuerit acceptũ, sicut pũctus accipitur, scilicet ꝙ possibile sit ipsum bis demonstrari, sicut est possibile pũctum bis demonstrari. & ideo necesse est tp̃s quiescere, non moueri: quod est impossibile. Et, cum dixit ita quod vnus punctus accipiatur pro duobus, intendit quod illud, qd' est in eo, quasi vnus punctus accipiatur in linea accipiatur bis, scilicet principium, & finis. & hoc intendebat, cum dixit duobus punctis.i. bis, 106
B ex quo sequitur vt habeat situm, sicut linea, & vt sit quiescens. Et, cũ narrauit quod, si instans fuerit imaginatum in tẽpore, scd'm quod imaginatur punctus in linea, s. quiescere ad modum puncti, sequitur impossibile, quod est tẽpus, sequi ad quiescens. Deinde dicit causam, ex qua fuit hoc necesse in puncto, & dixit cum punctus sit principium, & finis, idest & est necesse vt iste punctus sit in actu, cũ sit principium alicuius in actu, & demonstrati, & finis alterius etiam existentis in actu, scilicet principium, instans vero est finis deficientis: & principium deficientis, scilicet prçteriti, & futuri. Et, cũ narrauit quod instans in hoc differt a puncto, dedit causam in hoc, & dixit instans vero, &c.i. instans non põt demonstrari bis, quia sequitur translatum, quod semper mouetur: vñ necesse est ipsum diuersari, adeo, qd' instans, quod demonstratur in scd'o, sit aliud a demonstrato in primo: &, cum dedit differentiam inter punctum, & instans, ex qua accidit vt numeratio lineæ sit a puncto, & numeratio motus a tpe, incœpit narrare hoc: punctus enim est causa numeri lineæ, quemadmodum instans est causa numeri temporis: sed punctus, secundum ꝙ est quiescens, est causa numeri lineç, inquantũ accipitur principium vnius lineæ, & finis secundæ: instans vero, quia est impossibile ipsum quiescere, est impossibile vt sit causa numeri tẽporis hoc modo, scilicet idem instans demonstratũ, ita ꝙ sit finis præteriti, & principium futuri: qm̃, si ita esset, tunc esset possibile idem instans demonstrari bis: et hoc accidit in in-
C stanti, cũ fuerit imaginatum sicut pũctus, & fuerimus imaginati tẽpus sicut lineã: & ideo necesse est vt instans mensuret tempus, saltem per duo instantia, prius, & posterius, & ambo sint fines eiusdem temporis, quemadmodum duo puncta sunt fines eiusdem lineæ. Et ideo dixit Arist. superius ꝙ si non perceperimus multiplicationem instantis, nõ percipiemus tempus. Themistius vero videtur concedere tp̃s percipi ad perceptionem vnius instantis: qm̃ assimilatur instans puncto: & sicut vnus punctus sufficit in numeratione lineæ, s. in diuisione eius saltem in duo, ita est instans: & hoc erit qñ imaginatur pars prior motus in illo instanti, & posterior eo: & hoc erit in tribus instantibus presentibus. Et ideo non est sicut existimauit: nisi esset possibile vnum instans demonstrari bis: & hoc non esset possibile, nisi tempus haberet sitũ. Et dixit tẽpus igitur numerus est, &c. id est tẽpus igitur est numerus attributus motui propter instans, non est sicut numerus, q́ attribuitur lineæ, ex hoc, ꝙ idem punctus accipitur principium & finis, sed secundum ꝙ accipitur ut duo eiusdem tẽporis, s. vnum principium eius, & alterũ finis, & hoc intendebat cum dixit, sed sicut duos fines eiusdem lineæ. D. d. non sicut partes, &c.i. ex dictis post, scilicet ꝙ punctus, & instans sunt indiuisibilia, & nõ sunt partes eorũ, in quibus sunt. D. d. punctus enim, &c. idest hic dat causam, propter quam est possibile idem punctum accipi principium vnius lineæ, & finẽ

Tex. com. 100.

Opinio Themistii.

Improbatio

alterius: & est quoniam punctus demonstratur bis, ita, quod propter hoc accidit ei necessario quies: & est impossibile in instanti, quoniam sequeretur ex hoc vt instans quiesceret: quod est impossibile, quia sequitur translatum. A

Termini illius solum sunt, cuius sunt termini. Idem supra cō.42.

Et adhuc manifestum quod neque pars ipsum nūc temporis est, neque diuisio motus, sicut neque puncta lineæ: lineæ autem duæ partes vnius sunt: secundum igitur quod terminus est ipsum nunc, non est tempus, sed accidit, secundum vero quod numerat, numerus. Termini enim illius solum sunt, cuius sunt termini: numerus autem, qui est horum equorū, decem, & alibi est.

Et, quia manifestum est quod instans non est pars temporis, neque diuisio pars motus, quemadmodum punctus, nō est pars lineæ, sed duæ lineæ sunt partes vnius lineæ, tunc instans, secundum quod est finis, non est tempus, sed accidens, quod accidit ei, secundum autem quod numerat, est numerus: quoniam fines sunt fines illius solius, cuius sunt fines. Numerus vero, vt denarius, sicut dicitur de vno vnitas, sic dicitur de decem denarius, vt idem denarius est istorum equorum decem demonstratorum, & aliorum. B

107 Et cum dedit differentiam inter numerum temporis ab instanti, & numerum lineæ a puncto, incœpit declarare etiam quod instans non est pars tēporis, Et dixit & quia manifestum est, &c.i.& quia manifestum est quod instans non est pars tēporis, quia est differentia inter motum priorem, & posteriorem. & differentia quæ est inter duos motus, scilicet priorem, & posteriorem non est pars motus: ergo instans non est pars temporis. D.d. sicut punctus &c.i. cum sit differentia inter duas lineas. D.d. sed duę lineæ, &c.i. sed duæ partes lineæ, quas punctus diuidit, sunt illæ duæ lineæ, non punctus, vt declarabitur in sexto per secte, vbi declarabitur quod omne tempus est semper diuisibile, & quod instans est indiuisibile. D.d. instans igitur, secundum quod est finis, &c.i. vult declarare, quod cum hoc, quod instans non est pars temporis, est accidens, ei, i. instans, secundum quod est finis in motu, non est tempus, sed ipsum esse finem est accidens ei. D.d. secundum autem quod numerat, & c.i. secundum autem quod diuidit tempus est numerus D.d. fines enim, &c. hic declarat causam, propter quam instans non est instans, secundum quod est finis alicuius demonstrati: & est secundum quod ést numerus: & est, quoniam fines sunt in eo, cuius sunt fines, & instans non inuenitur in aliquo proprio, & nō in alia, sicut est dispositio in numero: vnde dictum est in definitione eius, quod est numerus translati. C

Fines sunt in eo, cuius sunt fines. idem supra cō.42. & infra cō.120.

*In quo ex definitione reddit rationem eorum, quæ dicuntur de tempore.* *Cap. XIII.*

QVod igitur tempus numerus motus secundum prius, & posterius sit, & continuū (continui namque) manifestum est. Minimus autem numerus est, qui simpliciter quidem, dualitas est. Quidam autem numerus est quidem sic, est autem vt non est: vt lineæ minimus quidem multitudine est duo, aut vnus, magnitudine autem non est minimus: semper enim diuiditur omnis linea: quare & similiter & tempus: minimum enim secundum numerū est vnum, aut duo, secundum autem magnitudinem non est.

A Manifestum est igitur quod tempus est numerus motus, secundum prius, & posterius, & quod est cõtinuum, cum sit numerus continui. Et habemus accipere numerum minimum de ipso simpliciter. Quod autem est aliquis numerus, possibile est quodammodo inueniri numerum, & alio modo impossibile. V.g. quoniam minimum lineæ est una linea, aut duæ in mensura vero non habet minimum: quoniam omnis linea diuiditur semper: & similiter est de tempore etiam: quoniam minimum tempus numerus est. V.g. aut vnũ tempus, aut duo tempora, in mensura vero non est.

CVm dedit differẽtiam inter numerũ acceptum in definitione tẽporis, & numerum simpliciter, & numerum, qui est instans, qui est causa in numeratione prioris, & posterioris, quemadmodum numerus, qui est pũcta, est causa in numeratione lineę p lineas: vult inducere accidentia, quibus numerus acceptus in definitone tẽporis differt a numero simpliciter, Et dixit manifestum est igitur, idest qm̃ est numerus motus, non scd̃m ꝙ mens accipit illum habens partes tantum, sed secundum ꝙ accipit illum habens partes priores, & posteriores. Et fecit rememorationem de hoc in hoc loco propter hoc, ꝙ vult considerare de accidentibus temporis, & ideo dixit & ꝙ est continuũ. i. & apparet ex hac definitione, ꝙ est continuum, cum sit numerus continui, s. motus: &, quia est numerus continui, & non est numerus simpliciter, dedit differentia inter numerum simpl'r in hoc, ꝙ paucitas inuenitur in eo, & inter numerum alicuius, vt ascendat ad modũ, quo inuenitur in eo paucitas, & multitudo, Et. d. & habemus accipere, &c. idest & in numero simpliciter inuenitur minimũ, V. g. duo, aut vnum, si intellexerimus per minimum illud, quod est indiuisibile, scilicet vnitatem. Et, cum declarauit ꝙ in numero simpliciter possibile est inuenire minimum, & indiuisibile, scilicet vnitatem, declarauit ꝙ numerus alicuius est econtrario, & ꝙ quodãmodo inuenitur in eo minimum, & quodammodo non, & dixit ꝙ autem est aliquis numerus, &c. i. illud autem, ꝙ est numerus alicuius, possibile est, secundum ꝙ est numerus vnitatum indiuisibilium, in illo genere inuenri minimum eius, & secundum ꝙ est numerus alicuius, cui accidit diuisio in infinitum, non inuenitur in eo minimum. D. d. V. g. linea, &c. i. qm̃, cum linea accipiatur, scd̃m ꝙ est numerus mensurans, & numerãs tunc minimum eius erit, aut vna linea: sit intelligitur per minimum illud, ꝙ non est diuisibile in illa mensura, s. per ꝙ mensuratur numerus illius lineæ, & est illud, ꝙ est ex eo. q. vnitas: aut due lineæ: si intelligitur per minimum prima multitudo numeri: duo enim sunt hmõi, s. qm̃ sunt minima multitudo numeralis. Et, cũ declarauit ꝙ accidit ei, scd̃m ꝙ est numerus, vt ex eo inueniatur minimum illis duobus modis, quibus inuenitur in numero, incœpit declarare ꝙ, scd̃m quod est mensura, & non numerus simpliciter, accidit ei etiam vt in eo non inueniatur minimum, & est diuisibile in duo naturaliter, & dixit mensura, &c. i. quoniam non diuiditur in indiuisibile, sicut diuiditur numerus: & hoc declarabitur in sexto huius libri. Et cum declarauit ꝙ incontinuo quodãmodo inueniũtur propria numero, & quodammodo propria continuo, & hoc erit, cum numeratur, & tempus fuerit continuum, conclusit ex hoc, ꝙ tempus est hmõi, & dixit, & similiter est de tempore, idest & quia tempus est continuũ, necesse est vt in eo inueniatur minimũ quodãmodo, & alio modo nõ inueniatur: scd̃m igitur ꝙ numerat, inuenitur in eo minimũ, & est vnũ tp̃s, p qd' numeratur, aut duo tempora: scd̃m aũt quod est mensura, non inuenitur in eo minimum. 108

Tex. cõ. 4. & inde.

Manifestum est autem propter quod tardum quidem, & velox non dicitur, multum autem, aut paucum, breue & longum. secundum enim ꝙ continuum est, longum & breue, secundum autem ꝙ numerus, multum & paucum? Velox autem & tardum non est. Non enim numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus est.

Manifestum est igitur, quod in eo non dicitur velox & tardum, & [illegible] tur in eo multum & paucum, longum & breue: secundum enim qu[od] est continuum, est longum & breue, secundum autem quod est numer[us] est multum & paucum. Velox vero & tardum non est: quoniam neq[ue] numerus, per quem numeratur est velox, aut tardus omnino.

109 Hic dat tria propria tempori: quorum vnum est quod non est velox aut tard[um]. Secundum autem est, quoniam potest dici multum, & paucum, quod est proprium numero. [Ter]tium autem est, quoniam est longum, & breue, quod est proprium quantitati continu[ae]: & hoc potest dici secundum quod est continuum, i. quia sequitur continuum: multum vero & paucum potest dici, secundum quod est numerus: velox autem, & tardum non potest dici, qu[ia] numerus: & numerus non potest disponi per alterum istorum oppositorum: & co[n]traria sunt falsa in eo, quod non est subiectum proprium eis: quod non accidit in contra[r]iis. Et quaeret aliquis, si tempus quodammodo est continuum, & quodammodo [di]scretum, quare diffinitum est per discretum, cum dicitur ipsum esse numerum? Di[ci]mus igitur ad hoc, quod extra mentem non est nisi motum, & tempus non fit, nisi [quando] mens diuidit motum in prius, & posterius: & haec est intentio numeri motus: motum esse numeratum: ergo substantia temporis, quae est in [a] eo, quasi forma, e[st] numerus, & quod est in eo, quasi materia, est motus continuus: quoniam non est n[u]merus simpliciter, sed numerus motus: continuatio igitur accidit ei gratia ma[teriae] & discretio, scilicet numerus gratia formae: & est compositum ex duab[us] quantitatibus, s. discreta, & continua: & ista compositio accidit mensuris, q[uae] uidentur: & consideratio, quae est in decimo Euclidis est de magnitudinibus: i[n] illo enim tractatu considerat de magnitudinibus, secundum quod sunt numerus.

Tria propria tempori.

Dubium. Solutio.

Tempus, & motus non fiunt, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius.

Consule supra com. 88. 106.

a Illud, quod est in substantia temporis, quasi forma, est numerus: & illud, quod est quasi materia, est motus continuus.

Idem autem vbique est similiter: prius autem, & posterius non ide[m] quia & mutatio quidem vna praesens, facta autem, & futura, altera. Te[m]pus [b] autem numerus est, non quo numeratur, sed quod numeramus. Hoc autem accidit secundum prius, & posterius semper alterum [ip]. enim nunc altera sunt. Et autem numerus, vnus quidem et idem, qui [est] centum equorum, & qui est centum hominum: quorum autem numerus est, altera sunt, vt equi ab hominibus.

b Tempus est numerus numeratus, non numerus, quo numeratur.

Et in omni loco, quod vere est insimul, est idem: prius autem, & posterius, non est idem: quoniam transmutatio etiam praesens non e[st] idem. Quod autem fuit. & erit, est diuersum: et tempus non numerus est, per quem numeratur, sed numerus numeratus: & conting[it] huic, Vt prius & posterius ex eo sint semper diuersa, quoniam instantia sunt [di]uersa. Et numerus centum equorum, & numerus centum hominum est idem: illa autem, quorum est hic, sunt diuersa, quia sunt equi, & homines.

110 Nititur in hoc sermone narrare accidentia, quae accidunt tempori, secundum quod est nu[merus], & accidentia, quibus differt a numero, secundum quod non est numerus sim[pliciter], sed numerus numeratus. Et dixit & in omni loco, & c. i. & in omni loco illud, quod accipitur de tempore presenti. i. in actu est idem & in omni motu, & [in] omni loco: & causa in hoc est, quoniam instans non multiplicatur per multiplicatione[m] motorum, aut motuum, cum sit numerus eorum, & numerus non multiplicatur per multiplicationem numerati. Et, cum declarauit hoc, quod accidit tempori, [secun]dum quod est numerus, incoepit etiam declarare quod accidit ei, secundum quod est nume[ratum], i. numerus motus & non numerus simpliciter, & dixit, prius autem, & po[s]terius, &c. i. prius autem, & posterius temporis est idem secundum subiect[um], sed est diuersum secundum definitionem: & hoc non accidit in numero simplici[ter], sed hoc accidit tempori, quia tempus est numerus transmutari, & transmuta[tum] est

tum est

A tum est idem secundum definitionem, & subiectum: prius vero, & posterius diuersantur secundum definitionem, s. in prioritate, & posteritate, vt dictũ est superius. D.d. & tempus est numerus, &c. & intendebat declarare per hoc, quod ex hoc modo accidit ei diuersitas in præterito, & futuro, & vt'r in priori, & posteriori: & hoc est æquale instanti, & tempori: & ideo dixit post, & cõtingit hoc, &c. id est, & sequitur ex hoc quod tps est numerus, & numeratũ, i. numerus motus, vt prius ex eo, & posterius diuersent secundum definitionem: licet sint vnum secundum subiectũ. D.d. instantia enim sunt diuersa, i. secundum prioritatem, & posterioritatẽ. D.d. numerus, i. hominum, &c. declarauit ex hoc, quoniam est proprium numero simpliciter hoc, quod non multiplicatur per multiplicationem suorum subiectorũ, & quod subiecta multiplicantur, &, quod illud quod est numerus quodammodo, & numeratum alio modo, sicut est dispositio in tpe, accidit ei vtrũq;, s. multiplicari per multiplicationem subiecti, & adunari per formam, s. secundum quod est numerus: & ex hoc modo prius, & posterius in tempore sunt idem in omnibus motibus, non multiplicata per multiplicationem eorum: sicut est dispositio in instanti. Et causa in hoc est: quoniam est prius, & posterius in motu continenti totum: & ideo omnia sunt in tempore, quia sunt in sphæra mundi: vnde quidã existimauerunt tempus esse sphæram, aut mundum. Com. 99.

B

Amplius aũt, sic contingit motũ esse ipsum, & vnum iterum, & iterum, sic & tempus contingit, vt annum, aut ver, aut autũnum.

Et etiam sicut est possibile, vt idem motus iteretur iterum post alium, similiter est hoc possibile etiam in tempore. V.g. hyems, & ver, & autumnus.

Declarat hoc quod accidit tẽpori illud, quod accidit motui circulari: & hoc demonstrat ipsum sequi motum circularem, non motum rectum: motus enim, qui potest iterari iterum post alium, est idem cum circulari: & adduxit sermonem secundum modum sermonis, dicentis causam eius, quod est tẽpus circulare. Et quasi aliquis diceret, quomodo est possibile tempus reuolui? Et tunc dicetur illi, quia declaratum est ẽt ipsum sequi motum: &, quemadmodũ possibile est eundem motum reuolui in se, s. circularem, similiter tempus, V. g. hyemem, & autũnum, & estatem, & ver, quoniam vnumquodq; reuoluitur. 111

Tempus sequitur motũ circularem, non motum rectum.

Non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tẽpus: C propter quod diffiniuntur adinuicem. Tempus enim determinat motũ, cum sit numerus ipsius: motus autem tempus: & dicimus multum, & paucum tempus, motu mensurantes: sicut & numerabilibus numerũ. Vt vno equo equorum numerum. Numero enim equorum multitudinem cognoscimus: iterum aũt vno equorum numerum ipsum: similiter autem est in tempore, & in motu: tempore enim motum, motu autem tempus mensuramus.

Non solum motum tpe mẽsuramus, sed ẽt motu tempus.

Et non solummodo motus mensuratur per tempus, sed tẽpus per motum ẽt: quoniam vtrũq; determinat reliquum. Per tempus enim determinatur motus, quia est numerus illius: & quandoq; etiam tẽpus per motum: dicimus enim tempus magnum, & paruum nos mensurando ipsum per motum: quemadmodum etiam per numeratũ terminamus numerum, V. g. quoniam quandoq; notificamus numerum istorum equorum per vnum equum illorum: quemadmodum igitur per numerum notificamus numerũ equorum, & per vnum equum ẽt no

tificamus illum numerũ, ita est etiam de tempore, & motu. mensuramus enim tempus per motum, & motum per tempus etiam. A

112 Tẽpori per accidens cõtingit ipsũ mensurari. Idem supra com. 102, & infra 113.

Quia substantia temporis est aliquis numerus, & actio numeri est mensurare' ideo actio substantiæ tpis est mensurare motum: &, quia numerus accidit ei per accidens ipsa numerari per numeratũ, & ideo contingit tempori ẽt per accidens ipsum mensurari per motũ, Et dixit & non solummodo, &c. i. & intelligendum est ex hoc, ꝙ tempus mensurat motũ, quod hoc est essentiale ei, & ex hoc, ꝙ motus mensurat tempus, ꝙ est accidens ei. Et cum narrauit ꝙ vtrũq; mensurat reliquum hoc modo, quo diximus, dedit causam in hoc. & dixit, qm̃ vtrumque, &c. i. & necesse est vt vtrũq; mensuret reliquum quia vtriusq; paucitas, et multitudo determinatur in eo per reliquum: & omne, ꝙ determinatur per aliud, est mensuratum per illud. D. distinxit hoc. & dicit per tempus enim, &c. i. per tempus vero determinatur motus essentialiter, qm̃ substantia tẽporis est numerus motus: &, quia determinatio temporis per motum est per accidens, dixit & qñq;, &c. i. & demõstrat per hoc, ꝙ dixit, qñq; ꝙ hoc raro accidit, & ꝙ est per accidens. D. declarauit hoc, & d. dicimus .n. &c. i. & nos comprehendimus tps esse magnum, cũ nos comprehendimus ꝙ motus, quem sequitur tempus, est magnus. D. declarauit modũ, ex quo accidit tpi mensurari per motũ, & est modus, B ex quo accidit numerato mensurare numerum, & dixit qm̃ mensuratur per motum, &c. i. & accidit nobis mensurare tempus per motũ, sicut accidit nobis numerare per numeratum in aliqua hora ipsum numerũ: licet rectum sit numerare numeratũ per numerũ: sed, cum dubitamus de numero, tunc numeramus ipsum per numeratum: vt accidit numerantibus, qñ signant numeros digitis: & accidit nobis sicut dixit numerare numerũ istorum equorũ per vnum equũ illorum qñ dubitauerimus de numero illorũ: qm̃ prius cognoscimus per numerũ, numerum equorum: &, cum dubitamus de numero illorum, cognoscimus hoc per ipsos equos. Et quia proportionalitas in hoc inter numerũ, & numeratum, & motũ, & tẽpus, est vera, s. in hoc, ꝙ vtrũq; numerat reliquũ eo modo, quo diximus, s. qñ vnum numerat alterũ essentialiter, & alterum numerat illud per accidẽs, d. quemadmodũ igitur cognoscimus per numerum, &c. i. quemadmodũ igitur per numerũ scimus numeratum, sic scimus numerũ istorum equorum per numerũ, cum numerus eorum fuerit cognitus, sil'r per numeratũ, quod est equus vnus, scimus numerum illorũ, cum acciderit nobis dubitare, aut errare in numero illorum: & ita est de tpe cum motu, & accidit nobis vt numerum numerari per numeratum sit per accidens: qm̃ non facimus hoc semper in principio, sicut facimus hoc in mensuratione numerati per numerũ: sed facimus hoc per accidens, C scilicet ꝙ illud, quod est notius apud nos naturaliter, est numerus, & ignoratum naturaliter est numeratum: & sic semper per notius, quod est numerus, scimus latentius, quod est numeratum: & si post hanc cognitionem acciderit nobis errare, aut dubitare in numero, tunc reuertimur, & scimus numerum per ipsum numeratum: & secundum hoc est intelligendum de numero, & numerato, & motu, & tempore, scilicet in hoc, quod vtrumq; numerat reliquum.

Licet rectũ sit numerare numeratum p numerum, tñ cum dubitamus de numero, tũc numeramus ipsum per numeratum.

Et hoc rationabiliter accidit: imitatur enim magnitudinẽ motus, hunc aũt tps in eo ꝙ, & quantitates, & cõtinua, & discreta sunt. Propterea. n. quod magnitudo est hmõi, motus hoc sustinet: propter aũt motus, tempus: mensuramus, & magnitudinem motu, & motum magnitudine. Multa enim dicimus esse viam, si processus multus, & hũc multum, si via multa: & tempus, si motus, & motum, si tempus.

Et recte sequitur hoc: qm̃ motus sequitur quantitatem, & tempus sequitur motum, quia est de quantitate, & est de diuisibili: qm̃, secundum ꝙ mensura est talis, motus est talis: & quia motus est talis, tem

A pus est tale: Et etiam mensura mensuratur per motum, & motus per mensuram. Dicimus enim viam esse longam, quando cursus fuerit lõgus, & dicimus cursum esse longũ, q̃n via fuerit longa: & dicimus de tempore sc̃d̃m motum, & de motu secundum tempus.

113 Et recte contingit vt tempus mensuret motum: quoniam quemadmodum motus sequitur mensuram in hoc, ꝙ est de quanto & de continuo, & diuisibili, scilicet quoniam ista esse in motu est per illa esse in mensura, similiter tempus sequitur motum in habendo ista, scilicet ꝙ est quantum discretum quodammodo, & continuum alio modo, id est, ꝙ ista sunt in eo, propter hoc, ꝙ sunt in motu. Et hoc intendebat, cum dixit, quoniam secundum ꝙ mensura est talis, &c. id est, quoniam secundum ꝙ mensura est huiusmodi continuationis, & discretionis, & quantitatis, ideo motus est huiusmodi de quantitate, & discretione, & continuatione: &, quia motus est huiusmodi de continuatione, aut discretione, ideo tempus est huiusmodi. Et intẽdebat per hoc declarare ꝙ causa in hoc, quod accidit tempori, scilicet ꝙ mensuratur per motum est, quia motus est causa in esse eius, secundum ꝙ est subiectum illius: & ideo accidit ei, cũ fuerit imaginatum ipsum esse mensuram extẽsam per extensionem motus, mensurari per B motum secundũ modum quo mensurat motum sed differunt, q̃m motum mensurare ipsum est accidens motui: tempus vero mensurare motum est illi essentiale: cum essentia eius sit mensurare motum. Et, quia dispositio temporis in hoc cũ motu est sicut dispositio motus cum mensura, scilicet quoniam mensuram esse est causa in esse motus, narrauit ꝙ similiter accidit quantitati etiam cum motu de mensuratione vtriusque a reliquo, sicut accidit tempori cum motu, & dixit & etiam mensura mensuratur per motum, &c. D.d. & dicamus de tempore secundum motum, id est, & mensuramus tempus per motum: Sed sciendum est ꝙ substantia motus non est in mensuratione spatij, sicut substantia temporis est in mensuratione motus.

Documẽtũ. Motũ mẽsurare tp̃s est accidẽs motui, sed tp̃s mensurare motũ est illi essentiale, cũ essentia eius sit mensurare motum. Idem supra com. 102. 111. & infra 133. Sciendũ est ꝙ substãtia motus non est in mẽsuratione spatij, sicut substantia tp̃is est in mensuratione motus: qđ quõ sit intelligẽdũ vide cõsequens.

Quoniam aũt tempus est metrum motus, & eius ꝙ mouetur: mensurat aũt motum determinando quendam motũ, quia mensurabit totum sicut longitudinem cubitum, in determinando aliquam magnitudinem, quæ remetitur totum. Et est motui in tempore esse, mensurari tempore, & ipsum & esse ipsius: simul enim motũ, & esse, motus mensurat: & hoc est ipsi in tempore esse, mensurari ipsius esse.

C Et, quia tempus mensurat motum, & moueri, & motus mensurat, quando per illud terminatur aliquis motus, per quem numeratur totus motus: sicut per cubitum numeramus lõgum quando per ipsum terminamus aliquam mensuram per quam mensuratur totum. Motum enim esse in tempore est: quia tempus mensurat essentiam eius: quoniam mensurat insimul motum & essentiam eius, & intentio eius ꝙ est in tempore est: quia numerat essentiã eius.

Intendit narrare quomodo dicitur ꝙ transmutabilia sunt in tempore, & incœpit a motu, cum manifestius se habeat ad tempus, Et dixit &, quia tempus, &c. 114 id est, &, quia tempus est illud, per quod mensuratur motus: quoniam nos mensuramus motum, ita, ꝙ per tempus determinamus aliquam partem motus, s. q̃m per aliquam partem terminatam tp̃is terminamus aliquam partẽ terminatam motus, s. equalẽ ei, & post per illam partẽ mensuramus totũ motum. V.g, cũ dixerimus ꝙ iste motus fuerit in quinque horis: ista. n. mensuratio motus est, q̃n acceperimus vnã horã, & determinauerimus per illã aliquã partẽ motus ęqualem ei, ꝙ post per illam partẽ mensuramus alias partes motus, sicut accipimus

vnum cubitũ, & terminamus per ipsum aliquam partẽ illius, quod volumus numerare, & post mensuramus ipsum, per illã partem cognitã. Quemadmodũ igit cubitus hic est notior apud nos quam illud, ꝙ mensuratur per cubitum, ita ista pars tpis debet esse notior, quã motus mẽsuratur per tẽpus: & ista pars temporis debet sciri per notiorẽ motum, & priorem illorũ, qui est motus diurnus, vt post dicet. D.d. illud, quod sequitur ex hoc, & est ꝙ dicere motum esse in tpe est idẽ cum dicere tempus mensurare illum motum, hæc est intentio eius, quod dicimus quod numeratũ est in numero: & dixit motũ enim esse in tpe, &c. i. &, cum ita sit de modo mensurationis motus a tpe, ergo intẽtio eius, quod dicimus quod motus est in tpe, est ꝙ motus mensuratur per tempus, s.[a] q̃m mensurat ipsum, in esse ipsius:[b] tẽpus uero mensurat de motu vtrũq;, s. quantitatem, & esse: & hoc accidit motui: quia non est ens scd̃m omnes suas partes in actu: sicut est dispositio in mensura: & forte hoc intendebat, cũ. d. mensurat insimul, &c. D.d. & intentio eius, quod est in tẽpore, &c. i. & intentio eius, quod dicimus, ꝙ omnis motus est in tpe, nihil aliud est quam hoc, quod tẽpus mensurat esse eius. D

a Credo ꝙ litera sit corrupta. Et sic debet stare: q̃m motus mẽsurat spatiũ non esse ipsius, tẽpus vero. &c.

b Tempus mensurat de motu vtrũque, s. q̃titatem, & esse, & hoc accidit motui, quia non habet oẽs partes in actu, sicut est dispositio in mensura.

Manifestum aũt est ꝙ & in aliis, hoc est in tẽpore esse, ipsorum esse mensurari sub tpe: in tempore enim esse duorum alterum est: vnum quidem esse tunc, quando tempus est, alterum aũt, sicut quædam dicimus, quia in numero sunt: hoc aũt significat, aut ẽt sicut partes numeri, & passiones, & omnino ꝙ numeri est aliquid, aut q; est numerus ipsius: q̃m autem numerus tempus est, ipsum quidem nunc, & prius, & posterius, & quæcunq; sunt huiusmodi, sic in tempore sunt, sicut in numero vnitas, & superfluus, & par. Hæc enim numeri aliqd, illa vero tpis aliquid sunt: res aũt, sicut in numero, ita in tpe sunt: si aũt hoc est, cõtinentur sub numero, sicut quæ sunt in loco, sub loco. E

Manifestum est ꝙ de aliis intentio eius, quod sunt in tempore, est, ꝙ tempus numerat quiditatem eorũ: q̃m aliquid esse in tempore habet duas intentiones, quarũ vna est, vt aliquid sit, cũ tempus fuerit, & alia, sicut dicimus, de quibusdã rebus, ꝙ sunt in numero: & iste sermo significat aut illud, ꝙ est quasi pars numeri, aut accidẽs ei, & vniuersaliter aliquod attributum numero, aut ꝙ habet numerũ. Et, quia tempus est numerus, instans prius, & posterius, & alia similia sunt in tempore, sicut vnitas in numero, & par & impar: ista enim attribuuntur numero, & illa tempori: & res sunt in tempore, sicut sunt in numero. Et, cum ita sit, numerus continet illas, sicut locus continet illud, quod est in loco. F

115 Dixit & manifestum est ẽt, ꝙ intentio eius, ꝙ alia sunt in tpe, est ꝙ tempus mensurat essentiam illorum, i. esse eorum, & ꝙ attributio illorum tempori est, secundum quod tempus continet illa ad modũ eius, ꝙ numerus continet numeratum. Et cũ posuit hoc positione, incœpit declarare illud, &. d. q̃m aliquid esse in tpe habet duas intentiones, &c. i. & hoc apparet, q̃m dicere aliquid esse in tẽpore habet alteram istarum duarum intentionum. Quarum vna est, vt tempus sit coniunctum cum esse eius, ita, ꝙ sit aliud ab eo, non continuum cum eo, sed separatum, coniunctum tm̃ in esse, s. vt inter illa non sit ligatio, nisi in esse eorũ insimul. Secunda aũt intentio est vt intentio eius, quod dicimus aliquid esse in tempore est aliquid esse in numero. Et facit hanc diuisionem bimembrem: q̃m notum est quod ens attribuitur tempori, secundum quod est coniunctum ei, nõ secundum quod accipitur in definitione rei, tanq̃ pars illius, neq; quod res ac-

Aliquid esse in tpe dupliciter cõtingit.

Documentum.

A cipiatur in definitione illius:&,cum tempus sit coniunctũ,non remanet vt attribuatur ei illud, quod est in tpe,nisi aut sicut numeratum attribuitur numero,aut sicut aliquid attribuitur illi,quod existit cum eo: licet aliquis possit dicere qđ adhuc est ista tertia pars possibilis,quæ est attributio partis rei ad rem,& accidentium illius ad ipsam rem:& ideo tam cito post induxit illam,qñ diuisit aliquid attribui numero,cum.d.& iste sermo,&c.sed apparet vl'r quod sustẽtatus est in hac declaratione super hoc,quod prius declarauit,s.quod tempus est aliquis numerus: & illa,quæ induxit,sunt ad confirmandum. Et, cũ posuit quod res attribuitur tempori altero duorum modorum,aut sicut res,quæ inuenitur in numero,attribuitur numero,aut sicut illud est coniunctũ alicui inesse ad ipsum, cui coniungitur,reuersus est ad diuidẽdum ipsum,quod est aliquid esse in numero,&.d.& iste sermo significat,&c.i. Et intendit per partem illud,quod est in numero,q.species, & differentiæ.Et per accidens consequentia essentialia , Et per attributum illud,quod est cõe accidentibus. Et intendit per hoc, quod dixit,aut quod habet numerum hoc,s.aut quod attribuitur ei,ita,quod sit numeratum ab eo,ita,quod ipsum sit numerus illius:&.q.d.& res attribuitur numero,aut sicut aliquid,quod accipitur in definitione numeri, aut sicut aliquid , in cuius definitione accipitur numerus,s.accidentia essentialia,aut sicut ea, quorũ B vtrũq; accipitur in definitione alterius,& sunt correlatiua,quę sunt in numero, vt duplum.& dimidium,aut sicut numeratum attribuitur ei : & hoc est simile attributioni continentis ad contentum. Et,cũ posuit hoc , incœpit narrare q̃d inuenitur ex istis in tpe,licet hoc non fuerit intentio eius:qm̃ intentio eius fuit declarare,qũo attribuuntur tempori res existentes in tpe,sed vidit quod , cum fuerit declaratum quę sunt illa,quæ sunt de tpe,sicut partes numeri de numero, & accidentia eius,declarabitur ex hoc,quod attributio rerum tempori est alia. Et.d.&,quia tempus,&c.i.&,quia tempus est numerus,necesse est vt in eo sint etiam aliqua,quæ ita sint in eo,sicut & vnitas,& par de numero:& sunt instantia,quæ multiplicantur per prius,& posterius,vt declaratum est prius: proportio enim istarum ad tempus est similis proportioni differentiarum numeri ad numerum:& hoc intendebat,cum dixit ista enim attribuuntur numero,&c. Et, cum posuit quod tempus est numerus,& quod illa, quæ attribuuntur numero, sunt duobus modis,aut de natura numeri,aut numerata,quę continet numerus, & est declaratum quod illa,quæ sunt in tpe, sunt sicut ista quæ sunt de natura numeri sunt alia ab eis quæ sunt in tpe,conclusit ex hoc, quod illa,quæ sunt in tpe,attribuuntur tempori,sc͂dm quod numeratum attribuitur numero,Et dixit & res sunt in tpe,&c. & forte induxit cito hanc conclusionem , antequam destrueret tertiam diuisionem,quæ est vna diuisionum syllogismi:quia iam declaratum est quod tempus est numerus:&,cum ita sit,illa,quę attribuuntur ei,sunt C duobus modis,aut partes,aut accidentia ei,aut numerata ab eo:&,quia illa quę sunt ex eo quasi partes,& accidentia,sunt alia ab eis,quæ dicuntur esse in tpe, sequitur vt illa,quæ dicuntur esse in tpe,attribuantur ei, sc͂dm quod numeratũ attribuitur numero:& quasi induxit tertiam diuisionem ad confirmandum, nõ quia est necessaria in hoc syllogismo. D.d.numerus enim continet illas,&c.i.& quia res sunt in tpe,sicut numerata in numero : & numerus continet numerata secundum modum similem ei,sc͂dm quem locus continet locatum:necesse est vt tempus contineat numerata.

Manifestum aũt est quoniam non est in tempore esse, quando tempus est,sicut neq; in motu esse, neq; in loco,quando motus, & locus est.si enim erit quod est in aliquo sic,oẽs res in quolibet erunt, & cœlum in milio:quando.n.milium est,& cœlum: sed hoc quidẽ accidit, illud aũt necesse est cõsequi:& id,quod est in tpe esse, quoddam tp̃s, quando & illud est,& id,quod est in motu esse, quando motum.

Et est manifestum q intentio eius,quod aliquid est in tpe, non est

quod aliquid sit, cũ tempus fuerit, quemadmodum intentio eius, qđ est aliquid esse in motu, non est vt ipsum sit, cum fuerit motus, neq; intẽtio eius, quod est aliquid esse in loco, est vt ipsum sit, cum fuerit locus: qm̃, si aliquid esse in loco, habet hãc intentione, necesse est vt omnia sint in quolibet, & cœlum in milio: qm̃, cum vnum granũ milii fuerit, cœlũ erit ẽt, sed per accidens. Necessarium vero est, vt semper sequatur aliquid esse in tpe, aliquod tempus esse, cum illud fuerit, aut sequatur aliquid in motu esse, motum esse in illa hora.

115 Cõtinuatio. Cum diuisit attributionem rerum tpi in attributionẽ coniunctionis, & in attributionem rei ad numerũ, & diuisit attributionẽ rei ad numerum in duo, quorum vnũ est attributio rerum essentialium, quæ sunt in numero ad numerũ, & aliud attributio est numerati ad numerũ, & declarauit quæ sunt illa, q̃ ita attribuuntur tempori, sicut res essentiales attribuũtur numero, cum tp̃s sit numerus, festinauit, & posuit quod proportio entium, quæ sunt in tpe, ad tẽpus est, sicut proportio numerati ad numerum, anteq̃ destrueret tertiam diuisionem. Et fecit hoc, sicut diximus, quia conclusio erat verificata ei propter hoc, quod declarauit prius de tpe, qm̃ est aliquis numerus: & cum fecit hoc, intendebat cõplere primam rationem, a qua incœpit: & ideo reuersus est ad destruendũ primam diuisionem, a qua incœpit sermonem, Et dixit & manifestum est, &c. i. qm̃, cum manifestũ est per se, quod dicere aliquid esse in tpe, est sicut dicere aliquid esse in motu, id est in moto: & est manifestum per se quod aliquid esse in motu non est intentio eius, quod est, qñ motus fuerit: ergo necesse est, vt intẽtio eius, quod aliquid sit in tempore non sit, vt cum fuerit, erit tempus: &, quia proportio esse alicuius ad tempus, est similis proportioni esse eius ad locum, & est manifestũ quod res non attribuitur loco, ita, quod erit, cum fuerit locus, ideo necesse est, vt ita attribuatur tempori: & ideo dixit post, neq; intentio, &c. Et, cum dedit rationem ad destruendum, vt aliquid attribuatur loco attributione coniunctionis, incœpit confirmare rationem suam inducendo ad inopinabile sequens hãc positionem in loco, s. dicere quod intentio eius, quod est aliquid esse in loco est quod, cum fuerit locus, erit res: & dixit qm̃, si intẽtio eius, quod est aliquid esse in loco, i. qm̃ si intentio eius, quod est aliquid esse in loco est vt sit, qñ locus fuerit, tunc Intentio eius non erit, nisi hoc, quod locus rei sit omne quod, cum fuerit, erit res secundum coniunctionem, non secundum essentiam: & cũ ita sit, coniunctiones sunt plures, tunc idem erit in pluribus infinitis: & magis inopinabile est quod, si locus est illud, quod, cum fuerit, erit res, &, qñ milium fuerit, erit cœlum, tunc sequitur vt cœlum sit in milio. Deinde dixit sed hoc est per accidens, id est sed ista consecutio est per accidens, s. dicere quod cum fuerit miliũ, erit cœlum. & sil'r dicere quod quũ fuerit tempus, erit homo, & cum fuerit homo, erit tempus. Deinde dixit necessarium vero est, &c. id est consecutio autem necessaria est, vt semper sequatur esse ex esse alicuius in tempore temporis proprij illi rei, non esse temporis simpliciter: & similiter consecutio necessaria motus ex esse alicuius, quod est in motu, non est consecutio simpliciter, s. quod, cũ aliquid fuerit, erit motus simpliciter, sed consecutio necessaria in hoc est, quod, cum aliquid fuerit, erit motus proprius ei. Et intẽdebat per hoc declarare differentiam inter consecutionem essentialem, & accidentalem: dicere enim aliquid esse in tempore proprio sibi est dicere, quod, cum fuerit, erit propter hoc illud tempus proprium ei: ista igitur est consecutio necessaria: & non est differentia inter dicere quod aliquid est in tempore, aut dicere quod, cum fuerit tempus, erit illud, quod est in illo tempore.

Expositio literæ.

Documẽtũ.

Quoniam autem est, sicut in numero, ita in tempore, accipietur aliquid maius tempus omni eo, quod est in tempore: vnde necesse est omnia ea, quæ sunt in tempore, contineri sub tempore, sicut &

A alia, quæcunque in aliquo sunt, vt quæ sunt in loco, sub loco: & pati iam aliquid a tpe, sicut & dicere consueuimus, quia tabefacit tēpus, & senescunt omnia in tempore, & obliuiscũtur propter tempus, sed non didicit, neq; nouum factum est, neq; bonũ. Corruptionis[a] enim causa per se magis tempus est. Numerus enim ipsius motus est. Motus[b] autem distare facit quod est. Quare manifestum est, quia quæ sunt[c] semper, secũdum quod semper sunt, nõ sunt in tpe. Non enim continentur sub tempore, neq; mensuratur esse ipsorum a tempore. Signum autem huius est, quod neq; patiũtur quicquam a tempore, sicut quæ nullo modo sunt in tempore.

Et si res non inuenitur in tempore, nisi secũdum ꝙ est in numero, possibile est inuenire tempus maius tempore cuiuslibet existentis in tempore. Vnde necesse est vt omnia existentia in tempore contineatur a tempore, sicut alia existentia in aliquo vt locus continẽs B rem, quæ est in loco, Tempus igitur operatur aliquid in istis omnibus rebus, vt sumus assueti dicere quod tempus inducit senectutẽ, & corrumpit omnia & facit obliuisci omnia, & non dicimus ipsum docere, & renouare, & meliorare. Tempus enim per se dignius est, vt sit causa corruptionis, quia est numerus motus, & motus aufert ens. Manifestum est igitur ex hoc, quod res æternæ, secundum quod sunt res æternæ in esse, non sunt in tempore, quia tempus non continet illas, neq; mensurat essentiam illarum. Et signum eius est, quia non operatur in eis omnino, sicut illud, quod non est in tempore.

a Corruptionis causa p se tps est.
b Motus distare facit quod est.
c Sempiterna non sunt in tempore. Motus naturaliter in se habet vt per ipsum auferat res a sua substantia. Vide tñ oppo. infra in tex. cõ. 128. & in 8. phy. tex. cõ. 59.

Intendit in hoc capitulo dare differentiam inter illa, quæ non sunt in tempore, & quæ sunt, Et dicit, & si aliquid non est. &c. & iste sermo componitur sic. 117
Omne, quod est in tempore, est in eo, vt numeratum in aliquo numero: Et omne, ꝙ est in aliquo numero, numerus excedit ipsum in duobus extremis: ergo, Omne, ꝙ est in tempore, tempus excedit ipsum ex duobus extremis. Et maior propositio in hoc sermone, s. dicens ꝙ res est in tempore, sicut numeratum in C numero, est manifesta per se ex declaratis, & similiter minor. D. d. vnde necesse est, &c. id est vnde necesse est vt omnia contineantur a tempore, & tempus excedat illa. Et intendit per hoc, ꝙ. d. sicut alia existentia in aliquo, s. sicut omnia, quæ attribuuntur alicui continenti. V. g. sicut attribuitur aliquid loco, & vt aqua vasi: locus enim continet locatum, & vas aquam: & similiter tempus ē t existentia in illo, & numerus vniuersaliter numeratum. D. d. tempus igit̃ operatur, &c. i. tempus igitur, secundum ꝙ continet illa existentia in ipso, & sequitur in hoc continens operans, ꝙ est motus totius, necesse est dicere ipsum operari in res existentes in ipso passione corruptionis. & ideo omnes conueniunt in hoc, ꝙ tempus inducit senectutem, & corruptionem ad omnia, & non dicunt ipsum renouare. & docere. D. d. causam propter q̃ attribuitur ei corruptio, & non generatio: & si vtrumque inueniatur in ipso, quia sequitur motum circularem: & dixit, tempus enim per se, &c. id est, & homines attribuunt ei corruptionem, & non generationem: qm̃, cum tẽpus attribuitur per se operationi, dignius est vt attribuatur operationi, quæ inuenitur essentialiter in re, q̃ sequitur tempus, s. in motu: & motus naturaliter in se habet, vt per ipsum auferatur res a sua substantia, & ista ablatio inducit per se corruptionem rei: licet inducat generationem in rebus generatis per accidẽs. Ex motu igitur inuenitur generatio per accidens, & corruptio per se; & ex tpe inuenit̃ vtrũq; per accidẽs; sed gña.

Ex motu inuenitur

tio per accidens accidentis, tp̄s, n, accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & sequit̄ ex illo, in quo inuenitur corruptio per se. corruptio igitur attribuitur ei, quasi secundario, & generatio quasi per accidens purum. Et, cum declarauit ꝙ illa, quæ sunt in tpe, sunt illa, quę tempus excedit ex vtraq; parte, declarauit ex hoc quod res æternæ non sunt in tpe, sic Tempus non continet res æternas, i. continet res existentes in tpe. Ergo res æternę non sunt in tpe. D.d. & signum eius, &c. induxit hoc ad confirmandum ex hoc, ꝙ apparet sensui: & intēdit per res æternas corpora cœlestia, apparet enim sensui quod tempus nō operatur in eis: sed omnia, quæ sunt in tpe, tempus operatur in eis: ergo res æternæ nō sunt in tempore. D.d. sicut illud, quod non est in tpe: & innuit separata a materia. corpora enim cœlestia [a] licet non sint in tp̄e, scd̄m quod tempus non continet illa, tn̄ sunt coexistentia cū tpe, s. quod esse eorū, quod est in motu, est coexistens cū esse tpis, coexistentia q̄titatis cū q̄titate: res aūt separate non hn̄t continētiā, neq; coexistentiā: & ideo dixit sicut illud, qđ non est in tpe, i. in aliquo modo. D

generatio p accidens, & corruptio p se, & ex tpe īuenit̄ vtrū-que per accidens. sed generatio per accidēs accidentis, corruptio vero inest ei, quasi secūdario. & idem infra 118.

a Corpora cœlestia, licet non sint in tpe, scd̄m quod tēpus nō continet illa, tn̄ sunt coexistētia cum tpe, coexistētia q̄titatis cum quantitate, res aūt separatæ non habent continentiam, neque coexistentiam.

Quoniam aūt tempus mensura motus est, erit & quietis metrum scd̄m accidens. Omnis enim quies in tpe est Non enim sicut ꝙ in motu est necesse est moueri, sic & quod in tpe. Non enim motus tempus est, sed numerus motus. In numero aūt motus contingit esse, & quiescens. Non enim omne immobile quiescit, sed priuatum motu, aptū autem natum moueri, sicut dictum est in prioribus. Esse aūt in numero, est esse quendam numerum rei, & mēsurari esse ipsius numero, in quo est: quare si in tempore, & sub tempore est. Mensurabit aūt tempus quod mouetur, & quiescit, secundum quod hoc quidem mouetur, illud vero quiescens est: motum enim ipsorū mensurabit, & quietem, secundum quod quanta quædam. E

Et, cum tempus mensuret motum, mensurat ēt quietem. Omnis enim quies est in tpe. Qm̄ non omne, qđ est in motu, necesse est, quod moueatur, similiter ēt quod est in tpe. Tempus enim non est motus, sed numerus motus: Et rectum est, vt quiescens sit in numero motus, & non omne, quod mouet̄, necesse est, vt quiescat, sed omne, quod i-natum est moueri, & caret motu, sicut diximus superius. Esse aūt alicuius in numero est, vt illud habeat aliquem numerū, & quod essentia illius mensuretur a numero, in quo est: & esse alicuius ēt in tempore est, vt mensuretur a tempore. Et tempus mensurat rem motam, secundum quod est res mota, & mensurat quiescens, scd̄m quod est quiescens: mensurat enim motū, & quietē, quotus est, & quota est. F

118 Cum declarauit ꝙ illa, quæ existunt in tpe, sunt in tempore, secundum quod illa sunt in numero: & omne, quod est in numero, mēsuratur ab illo numero: ergo necesse est vt omnia existentia in tpe, mensurentur a tempore: &, quia tempus est numerus motus: necesse est vt mensuret res existentes in ipso, scd̄m ꝙ sunt motæ, aut in actu, & sunt res motæ, aut in potentia, & sunt quiescentes: &, quia manifestius mensurat res motas quam quiescentes, & ratio est in eis eadē, Deinde &, cum tp̄s mensurat motū, mensurat ēt quietem. Deinde narrauit cūo assimilans, &. d. omnis. n. quies in tpe est. i. & necesse est vt dispositio motus in hoc sit sicut dispositio quietis, qm̄ quies dr̄ esse in tpe scd̄m modum, quem diximus motū esse in tpe, s. scd̄m quod mensuratur a tpe: &, quia aliquis pot dicere ꝙ res sunt in tpe, secundum quod sunt motæ: & quiescens est contrariū motæ: ergo quiescens non est in tempore, secundū ꝙ est quiescens, ideo dixit qm̄ non

A omne, quod est in motu, &c. id est, & non debet aliquis dicere ꝙ res non est in tempore, nisi sit mota: quoniam quemadmodum illud, quod est in motu, i d est, in re mota, est sicut dispositio nostra cum motu totius, non contingit in eo quod sit motum, ita est dispositio in rebus, quæ sunt in tempore, id est, quoniam sequitur in eis vt sint motæ. D. incœpit declarare quod tempus est dignius hoc, ꝙ motus, secundum ꝙ non est motus, sed numerus motus, &c. d, tempus enim non est motus, &c. i. & tempus est dignius in hoc ꝙ motus, scilicet, vt in eo inueniatur quiescens, quoniam tempus nõ est motus, sed numerus motus. & possibile est vt quiescens inueniatur in numero motus, cum sit possibile vt inueniatur in motu, sed esse eius in numero motus est dignius. Et, quia quiescens dicitur transumptiue, vt dicitur, ꝙ poli sunt quiescentes, & dicitur vere in eis, quæ innata sunt moueri essentialiter: & quies, quæ est in tempore, est vera quies, incœpit declarare hoc, ne in eo cadat deceptio, & dixit & non omne motum necesse est vt quiescat, &c. i. & non omne ens necesse est vt disponatur per quietẽ, sed solummodo illa, quæ innata sunt moueri essentialiter. Et ideo dicimus ꝙ corpora quiescunt, & non dicimus ꝙ punctus est quiescens, cum non sit innatus moueri: & similis dispositio est in omnibus accidentibus: &, cum talis fuerit expositio, tunc, cum dixit & non omne motum, intendit & non omne ens, nisi sit error in libro. Et forte vult notificare modum motarum rerum, quæ recipiunt motum quandoque, & quietem quandoque: & sunt mota, quæ innata sunt carere motu: & quasi dicat: & non omne motum necesse est, vt quiescat, sed quiescit ex motis illud, quod naturaliter habet moueri, sed caret motu apud quietem: & sic innuit quæ mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, & quæ non sunt: mota enim semper non sunt in tempore, vt orbis: & similiter quiescẽtia semper, vt terra, cum tempus non excedat ipsa. Et, cum narrauit ꝙ quies mẽsuratur per tempus, sicut motus mensuratur: quoniam modus, quo dicimus ꝙ quiescens est in tempore, est idem cum modo, quo dicimus ꝙ motum est in tempore: & quod non sequitur, vt omne, quod est in tempore, sit motum, quemadmodum non sequitur vt illud, quod est in motu, sit motum: immo illud, quod est in tempore, est remotius ab hoc, quoniam tempus non est motus, sed numerus motus: & cum sit possibile vt quiescens sit in moto, dignius est vt inueniatur in numero moti: &, cum narrauit etiam ꝙ quiescentia, quæ sunt in tempore, sunt mota, quæ carent motu, incœpit demonstrare ex prędictis, ꝙ necesse est ex prædictis, vt tẽpus mensuret quiescens, & dixit & sicut diximus superius, &c. id est, & cum posuerimus illud, quod declaratum est prius, scilicet ꝙ esse alicuius in numero, est vt illud, quod est in numero, habeat aliquem numerum, qui

C mensuret essentiam eius: & cum posuerimus quod esse alicuius in tempore, est esse eius in numero: manifestum est quod ex hoc concluditur quod esse alicuius in tempore, est vt tempus mensuret essentiam eius. Et ipse expressit maiorem propositionẽ, & conclusionẽ, & tacuit minorem, quia est manifesta: & cum cõclusit, quod omne, quod est in tempore, mensuratur a tempore: & quiescens est in tempore, conclusit ex hoc quod quiescens mensuratur a tempore, & similiter motum, Et, quia ista conclusio est manifesta, & similiter minor propositio, in sermone hoc dimisit minorem propositionem, & contentus est inducere modum mensurationis motus, & quietis a tempore: quoniam dicere modum cõclusionis, habet in se conclusionem, licet non expresse: & ideo induxit modum cõclusionis, scilicet modum mensurationis quietis, & motus a tempore, & hoc fecit secundum abbreuiationem. Et dixit post, scilicet postquam induxit conclusionem dicentem quod omne, quod est in tempore, mensuratur per tempus, & tempus mensurat rem motam, &c. i. & cum sit declaratum ex hoc sermone quod tẽpus mensurat motum, & quietem: ergo mensurat rem motam, secundũ ꝙ res est mota, & quiescentem, secundum quod est quiescens, non secundũ qđ est mota: &, quia quies est priuatio motus, & priuationes terminantur in respectu habituum, & mensurantur: necesse est vt mensuratio quietis a tempore, nihil aliud sit, quam mensurare priuationem motus, ergo mensurat motum, & eius priuationem, & hoc intendebat, cum dixit ergo mensurat motum, & quietem

Qũies alia transumptiua, sicut est qes polorũ, alia vera ꝑ hoc vide .2. cœli cõ. 14.

Prima expositio.

Secũda expositio.

Mota semꝑ non sunt in tpe, vt orbis neq; quiescẽtia semp, sicut terra, cõ simile supra t. c. 117, & infra. 119. & 120, Idẽ primo cęli. cõ. 100. & 3. ph. 32. & 2. cœ. com. 1.

Priuationes terminantur i respectu habituũ. Idẽ, 3. de aĩa. t. cõ. 25, et 1, a.

85. Idē hic. infra.120.

a Tps mēsurat motū primo, & essentialiter, & quietē secūdō: & per accidēs. Idē infra, cō.130. In tpe esse, est mēsurari tēpore. Idē supra te, cō. 114.

quanta sunt, id est, mensurat motū, quotus est, & priuationē eius. Mensuratigitur motū [a] primo, & essentialiter, & quietē secūdo, & per accidēs. s. secūdū qđ est priuatio motus: sicut accidit in cōprehensione habituū, & priuationū: visus enim. n. cōprehendit albū per se, & nigrū per accidens, secundū quod est priuatio albi: & similiter est de omnibus habitibus, & priuationibus.

Quare quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile a tempore, secundum ꝙ quantū aliquid est, sed secundum quod motus ipsius quantus est: quare, quæcūque neq; mouentur, neq; quiescūt, nō erit in tempore: in tēpore quidē esse est mensurari tēpore: tempus autē motus, & quietis mensuratio est.

Motum igitur non simpliciter mensuratur a tempore, sed secūdū quod motus eius est quantus: ergo necesse est vt illud, quod minime mouetur, neque quiescit, non sit in tēpore: intentio enim eius, quod est aliquid esse in tempore, est ipsum mensurari per tempus: & tempus est mensura motus, & quietis.

119 Cum posuerat ꝙ res ęternę mēsurantur a tēpore, quia non excedit illas, & declarauit ēt ꝙ tēpus mēsurat motū, & quietē, nitił ēt declarare ex hoc, ꝙ illa, quæ nō mouentur, neq; quiescūt, nō sunt in tēpore: & quia hoc nō apparet, donec declaretur ꝙ tp̄s nō mēsurat entia, quæ excedit, nisi scđm ꝙ sunt mota, aut quiescentia tantum, Dixit motum igitur non simpliciter mensuratur a tpe, id est, &, cum consideratā fuerit mēsurationem moti a tpe, apparebit ꝙ non mensurat rē motā, secundū ꝙ est mota simpliciter, V.g. substantia, aut quantū, aut quale, aut aliud modorū essendi, sed secūdū ꝙ motū est in prædicamēto passionis, sed motū secundū ꝙ est motū, est in prædicamēto. s. secundum quantitatem accidentem motui: & hoc intendebat, cū dixit, sed secundū ꝙ motus eius est quantus: & est manifestū ꝙ cū non mēsurauit rem motam scđm quod est mota simpliciter, sed secundū quantitatē accidētē motui, dignius est ipsum non mēsurare aliquid, scđm quod est ens. Et similiter est intelligendū de quiescente: qm̄ non mensurat ipsum, nisi scđm qđ existimatur in eo quātitas, nō secundū qđ est quiescēs simpliciter, quātitas in qescēte existimał existimatione quietis in respectu motus. Et cū declarauit quod tēpus mēsurat ens, secundū est motū, aut quiescens, non simpliciter, sed scđm quantitatē accidentē motui, & quieti, sequitur ex hoc, vt quod non moueł neque quiescit nō sit in tēpore: & hoc scđm conuersionē per cōtrapositionē: qm̄ hęc ꝓpositio, omne, quod mēsurał a tēpore est aut quiescēs, aut motū, cōuertitur sic, omne, quod nō moueł, neq; quiescit, nō mensuratur a tēpore: & quia propositio, cuius cōuersam per contrapositionē accepit, est dicens quod omne, quod est in tpe, est aut motū, aut quiescens, incœpit declarare hanc propositionē ex prædictis de substantia tpis, notificando cām, propter quam tēpus mēsurat motū, & quietem tm̄, & dixit, intentio. n. eius, qđ est aliquid esse in tēpore, & c. i. & signum eius, quod omne, quod est in tempore, est motū, aut quiescens est, qm̄ manifestū est per se, quod dicere aliquid esse in tēpore, est quod tempus mensuret illud: &, quia ipsum tempus est mensura motus, & quietis: & mensurans debet esse de genere mensurati: sequitur vt omne, quod mensuratur a tēpore, mensuretur secūdum quod est motum, aut quiescēs: linea. n. mensuratur per lineam, & corpus per corpus, & superficies per superficiem: & hoc manifestum est. Sed induxit hanc rationem: quoniam cum sciuntur causæ cum scientia, tunc scientia erit perfectior.


Nota de cōuersione per contrapositionem.

Mensurans debet eē de gn̄e mēsurati. Idem, 10. me. t. c. 4. & sic ifra. tex, cō. 135.

Manifestū igił est, qm̄ neq; qđ non est, erit omne in tpe, vt quæcunq; non cōtingūt aliter esse, sicut diametrū esse lateri symetrum. Oīno enim, si mēsura quidē est tp̄s, motus per se, aliorū autē scđm accidēs, manifestū est qđ, quorū esse mēsurat, his oībus erit esse in

A quiete, aut in motu. Quæcunq; igitur corruptibilia, & generabilia sunt, & omnino quæcũque aliquando quidem sunt aliquando vero nõ, necesse est in tpe esse. Est.n.tempus quoddam plus, quod excellit esse ipsorũ, & mensurat substantiã. Eorũ aũt, quæ non sunt, quæcũq; quidem continet tẽpus, alia quidẽ erãt, vt Homerus aliquãdo erat, alia vero erũt, vt futurorũ aliquod, & tẽpus vtraq; continet: & si ad ambo, vtraque, & erãt, & erunt. Quorũ aũt continet nequaquã, neq; erit, neq; est, neq; erat. Sũt autẽ huiusmodi eorum, quæ non sunt, quorum opposita sunt semper: vt symetrũ esse diametrũ semper est: & non erit hoc in tempore: ergo neq; symetrũ: vnde non semper est, quoniam contrarium est ei, quod semper est. Quorum autẽ contrarium non semper est, hæc autẽ possunt & esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum. Quæcũque corruptibilia, & gñabilia, & oĩo q̃cunq; aliqñ sunt, aliqñ vero nõ, necesse est ĩ tẽpore esse.

Et manifestum est, quod non est, non omne etiam est in tẽpore. Verbi gratia, illud, quod impossibile est vt sit aliter, vt diametrum B esse symetrum costæ: quoniam, si vniuersaliter tempus est mensura motus per se, & mẽsurat alia per accidẽs, manifestum est quod omne, cuius mensurat essentiam, essentia omnis illius erit in hoc, quod mouetur, aut quod motus sit in eo possibilis. Omne igitur corruptibile, aut generabile, & vniuersaliter omne, qđ est in aliqua hora, & nõ est in alia, necesse est vt sit in tẽpore: est.n.aliqđ tempus, quod excedit essentiã istarũ rerũ, & quantitatẽ substantiarũ, quæ sunt in ea. Non ens vero illud, quod ex eo a tẽpore terminatur, aliud iã fuit, vt Homerus, qui iã fuit in aliqua hora, & aliud erit, vt quædã futura; & tẽpus cõtinet vtrũque modũ, si ex vtralibet parte inspexeris: & ꝙ ex non ente non determinat a tẽpore nunquã fuit, neque est, neq; erit. Et illa, quæ sunt talia, sunt illa, quorũ opposita sunt semper necessario, Verbi gratia, vt diametrum esse assymetrum semper est: hoc igitur non erit in tempore, neque symetrum: & ideo est non ens semper, quia est contrarium ei, quod est semper ens. Illa vero, quorum C contraria non sunt semper, possunt esse, & non esse, & generatio, & corruptio semper est istorum.




Quia ens est duobus modis, ens semper, & ens nõ semper, & nõ ens etiam est duobus modis, non ens semper, & nõ ens non semper, & est iam declaratũ ꝙ tẽpus non mensurat ens semper, sed mẽsurat ex eo illud, cuius esse nõ semper est, Incœpit etiam declarare hic ꝙ tẽpus nõ mensurat nõ ens semper, sed illud, cuius non esse non est semper, Et dixit & manifestum est, &c.i.& manifestum igitur ꝙ illud, quod est non ens, non sunt eius duo modi in tempore: qm̃ modus eius, qui est nõ ens semper non est in tempore, quemadmodum modus entis, qđ semper est nõ est in tempore: & illud, quod est semper non ens, est illud quod impossibile est, vt sit aliter ab eo modo, quo est, Verbi gratia, vt diameter sit symeter costæ, Et, cum 120

narrauit ꝙ tēpus non mensurat illud, quod est nō ens semper, incœpit dare causam, propter quam tempus mensurat illud, quod mēsurat per se, & per accidēs: vt ex hoc appareat impossibilitas mensurationis eius ad illud, quod sequitur mensurationem illius simpliciter: quoniam illud, quod non mensurat per se, neque per accidens, non mensurat illud omnino. Et dixit, quoniam si vniuersaliter, &c. i. & hoc, ꝙ dicimus de mensuratione, aut non mensuratione priuationis a tempore, apparet ex prædictis de mensuratione entis ab eo: quoniam, si vniuersaliter tempus mensurat de entibus per se motum, & mensurat alia entia per accidens, id est quia coniunguntur cum motu, manifestum est ꝙ omne, cuius esse mensurat tempus, mensurat ipsum, secundum ꝙ est motum, aut secundum ꝙ est mobile: illud autem, quod non potest moueri, esse eius non mensuratur a tempore. Et, cum declarauit ꝙ tempus mensurat de entibus illud, in quo est motus, aut potest esse in eo, dixit omne igitur corruptibile, & c. i. omne igitur, quod fuerit corruptibile, aut generabile, & vniuersaliter illud, cuius tēpora in suo esse, & non esse sunt terminata, necesse est vt esse eius, & non esse eius sint in tempore: quia esse motus est possibile in non esse eius, & non est ita in eo, quod est nō ens semper: quoniam priuationes istorum, cum sunt considerate in subiecto propinquo eis, sunt terminata per tempus. Et quasi intendebat notificare ꝙ iste modus entium est ille, cuius esse, & non esse mensurat tempus, non ille cuius esse, & non esse sunt semper: &, quia generabilia, & corruptibilia mensurantur a tempore duabus de causis, quarum vna est, quia sunt mota, aut mobilia, secunda autem est, quia tempus excedit illa in vtraque parte, & iam dedit causam primam in hoc, & modo induxit secundam. Et dixit est enim tempus, &c. id est, & esse generabilium, & non esse, determinātur a tempore, quia excedit esse eorum, & esse subiectorum, quæ innata sunt, vt in eis inueniantur ista: quoniam per hoc, quod excedit esse subiectorum, excedit tempora priuationis eorum: quoniam tempora priuationum rerum terminantur per tempora subiectorum suorum propinquorum, in quibus est possibilitas essendi illarum rerum. V. g. qm̄ priuatio for. scd̄m quod præcedit suum esse, terminatur per tempus, quādo accipitur in respectu subiecti propinqui ei, V. g. ex quo sperma adiungetur cum sanguine menstruo. Cum autem priuatio eius accipitur in respectu possibilitatis eius in prima materia, inuenietur infinita in præterito. & similiter priuatio eius, quando priuatur res in præterito, est infinita in futuro: secundū hoc igitur, si dicatur in istis ꝙ tempus terminat priuationem eorum, secundum vnū modū erit: ista. n. sicut iam diximus, non est possibile vt tempus mensuret suū non esse, nisi in respectu subiecti terminati. & hæc est priuatio, quæ præcedit esse, scilicet cum quo coniungitur possibilitas essentiæ: priuatio vero, quæ est post esse, cum non coniungitur cum ea possibilitas essendi secundo: & hoc nō est nisi in rebus reciprocatis: non mensuratur per tempus omnino: illud autem, per qd̄ mensuratur esse alicuius secundo, & sunt illa, quę reciprocāt tēpora suarum priuationum, sunt terminata per tempus: vt quando aqua generatur ex aere, & aer ex aqua: & substantia rerum generabilium, & corruptibilium, scilicet propinqua, innuit, cum dixit, & quantitatem substantiarum, in quibus sunt: quoniam priuationes rerum terminatarum sunt in substantijs in quibus inueniuntur res. Et, cum declarauit ꝙ tempus non mensurat illa, quorum priuatio est semper, quia non mensurat priuationem alicuius, nisi in respectu sui esse, & ista nunꝗ̄ habebunt esse, ideo tēpus non mensurat non esse eorum, cum hoc. ꝙ tempus etiam non excedit esse eorum: & declarauit cum hoc ꝙ tempus mensurat entia, secundum ꝙ sunt mobilia motu nouo, & corruptibili, incœpit etiam inducere secundū modum priuatorum, & sunt illa, quæ possunt mensurari a tēpore, & dixit non ens vero, & c. i. modus vero non entis, in quo dicimus ꝙ tēpus mensurat suam priuationem, necesse est ipsum esse, aut in præterito, vt homerus, aut in futuro, vt eclipsis, scilicet & alia futura: & est necesse in priuatis, quæ terminantur a tempore, vt sint in præterito, aut futuro, quia priuatio non imaginatur, nisi in respectu eius, cuius est priuatio: & ideo, cum etiam terminatur a tempore, erit per respectum eius ad tempus essentiæ illius rei priuatæ: &

Generabilia, & corruptibilia mēsurantur a tēpore duabus de causis.

Nota quō priuatio pōt sumi vel in subiecto propinquo, vel in subiecto remoto. Vide cō simile primo cœli. cō. 120.

Priuatio nō imaginatur, nisi in respectu eius, cu-

A ideo sequitur vt omne, cuius non esse est terminatum, vt sit aut in præterito, aut in futuro. D. d. & tempus continet, &c. i. & tempus cõtinet istos duos modos essendi, scilicet quod iam fuit, & quod erit, si ex vtralibet parte inspexeris, scilicet ex futuro, aut præterito. Et intendebat innuere per hoc, ꝙ causa in hoc, ꝙ tempus terminat priuationes istarum rerum ita, ꝙ possumus dicere ꝙ tot anni sunt elapsi a tempore eclipsis, est hoc, quod hoc tempus terminat illa: & ideo dicit post, & quod est ex non ente, non determinatur a tempore, id est, & illud, quod est non ens, quod determinatur a tempore, est econtrario non enti, quod nõ determinatur a tempore: non ens. n. quod determinatur a tempore, est illud, quod fuit, aut erit: non ens autem, quod non determinatur a tempore, est illud, quod nunquã fuit, aut erit, neque est modo: &, quia iste modus non entis differt ab illo modo alio in hoc, ꝙ oppositum illius inuenitur quandoque, & oppositum istius inuenitur semper, dixit, & quæ sunt talia, &c. i. & est propriũ huic generi priuationis hoc, ꝙ oppositum eius est semper vt diametrum esse symetrũ costæ: diametrum enim esse assymetrum est semper: & ideo ipsum esse symetrũ semper nunquam est. D. d. & hoc non est in tempore, neque symetrũ, id est, & ipsum esse asymetrum non est in tempore, quia est necessarium: neque etiam ipsum esse symetrum est in tempore, quia est oppositum ad assymetrum. D. d. & ideo est non ens semper, id est, & ideo diametrum esse symetrum est non ens B semper, quia est contrarium ei, quod est ens semper, scilicet asymetrum. Et, cũ narrauit quod illa, quæ sunt semper priuata, sunt illa, quorum cõtraria sunt semper: & sunt illa, quorum esse, & non esse nõ terminat tẽpus: narrauit ꝙ secũdus modus priuationum est oppositus istis, & dixit illa autem quorum contraria, &c. i. priuata autem quorum contraria, non sunt semper, possunt esse quandoque, & non esse, quandoque econtrario alio modo priuationis, & generatio, & corruptio sunt semper hoc modo entium.

ius est priuatio. Idem supra cõ. 118. & ibi.

*Nunc continuat tempus, & de significato tunc iam, modo olim, & repente, & quòd tẽpus corruptionis per se magis est causa.* *Cap. XV.*

IPSVM autem nunc est continuatio temporis, sicut dictum est prius: continuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino terminus temporis est. Est enim huius quidem principium, illius autem finis: sed hoc non est sicut in linea puncto manente manifestum. Diuidit autem potẽ C tia: &, in quantum huiusmodi, est semper alterum ipsum nunc: inquantum autem copulat, semper idem est: sicut est in mathematicis lineis. Non enim semper idem punctum intellectum est. Diuidentiũ enim semper aliud est, secundum autem ꝙ vnit idem penitus est: sic & ipsum nunc aliud quidem temporis diuisio secũdum potentiam est, aliud autem terminus vtrorumque, & vnitio: est aũt idem, & secundũ idem diuisio, & vnitio: esse autem non est idem.

Instans vero est copulatio temporis, sicut dictum est: copulat. n. tempus præteritum cum futuro, & est extremum temporis: quia est principium cuiusdam partis, & finis cuiusdam. Sed hoc non est manifestum, sicut est in puncto, quando fingitur: & ipsum instans est pũctus potentia: &, secundum quod instans est tale, semper est aliud ab alio: &, secundum quod ligat, semper est idem: & quemadmodum igitur in lineis mathematicis punctus acceptus in eis in imaginatione non semper est idem: quoniam, cum diuiserimus lineam per illũ,

erit diuersa: secundum vero quod est vnum est necessario idem: & similiter etiam instans est quodammodo diuisio temporis in potentia, & quodammodo extremum, & adunatio duorum temporum: & adunatio, & diuisio sunt idem in eodem: essentia vero eorum non est eadem.

121 Supra tex. cō. 10,4. & infra.

CVM narrauit prius quod instans in tempore est tanquam punctus, & quomodo est vnus punctus & quomodo est vnus, & multus, reuertitur et hic & cōplet intētionē in eo, quia intendit dare modū, quo assimulatur puncto, & quo differt. Et dixit instans vero est copulatio tēporis, &c. i. & instans est causa in hoc, quod tempus præteritū est copulatum cū futuro, non diuisum ab eo: & est eadem causa in hoc, quod prçteritū diuiditur a futuro: quoniā per hoc quod est differentia, vel terminus communis, est causa cōtinuationis prçteriti cū futuro. D.d. & extremū tēporis, id est, & est extremū duorū tēporū: futuri nanq; secundū quod est principiū, prçteriti aūt scdm quod est finis: Et, quia punctus i hoc est, sicut instans. s. in hoc, quod copulat lineā secundū quod est terminus cōis duabus lineis insimul, & diuidit illā, secundū quod est finis vnius, & principiū alterius, dedit drīam in hoc inter instans, & punctū, & dixit sed hoc nō est manifestū, &c. id est, sed hęc diuisio, quæ est in instanti. s. qm̄ est principiū futuri, & finis præteriti, & similiter copulatio, non est manifestū, sicut est in puncto. Et cā in hoc est, qm̄ punctus acceptus in linea est fixus demōstratus bis, & instans nō est fixum, neq; demōstratū bis. D.d. & instās est pūctus ex potētia. i. & instans, quia est non fixū, ideo est in potētia, & pūctus, quia est fixus, est in actu: & sic instās secūdū veram similitudinē est punctus in potentia. D.d. & secūdū quod instās est tale, &c. i. & secundū quod instās ligat tps, & diuidit illud, qn̄ accipit, secūdū quod est diuidēs, est duo secūdum terminos: est. n. principiū futuri, & finis præteriti: & principiū est aliud a fine secundū definitionē, & secundū quod est differētia, vel terminus cōis est idē: & hoc intēdebat, cum dixit & secundū qd ligat, est idē. Et, quia hoc manifestius est in pūcto cū lineis, quam in instanti cū tēpore, dicit & queadmodū igit cū lineis mathematicis &c. i. quoniam non erūt idē in omnibus modis. s. quia est idē vno modo, & duo alio modo. Deinde dedit modū, quo nō sunt idē, & dixit, qm̄ cū diuiserimus lineā, &c. i. qm̄, cū diuiserimus lineā, per ipsum erit finis vnius lineæ, & principiū alterius: & sic scdm quod est principiū, est alterius rationis ab ipso, secundū quod est finis. D.d. secundū vero quod est vnus, &c. i. secundū vero quod est vnus punctus, nō est in eo diuersitas. & intēdit qd vnus punctus per se est duo secundū rationē: & secundū quod est duo, diuidit lineā: & secundū quod est vnū copulat illam. Et, cū declarauit hoc de puncto cū linea, incœpit declarare hoc de instāti cū tempore, & dixit. similiter instans est quodammodo, &c. i. similiter instās quodammodo est diuidēs tēpus in potētia, non in actu in præteritū, & futurū: & est modus, secundū quē est duo. s. secundum quod est principium vnius, & finis alterius: & alio modo est extremū cōe ambobus, quod facit illa adunari: & est modus, secundum quem est vnum: ita est vnum in potentia. Deinde dixit & diuisio, & adunatio sunt idem in eodem, &c. id est, & diuisio, & adunatio sunt vnius essentiæ, secundum vero essentiam, & definitionem & differunt: quoniam definitiones eorum sunt contrariæ: & ista diuisio, quæ accidit puncto, est diuisio relatiua, non in eius substantia: quoniam punctus non diuiditur, sed solummodo diuiditur, secundum quod est principium in respectu, & finis in respectu.

Punctus acceptus in linea ē demōstratus bis, sed instās nō est fixū, neq; demōstratū bis. Idem supra cō. 105. 106.

Vnus punctus p se est duo scdm rationē. Idē 6. phy. c. 24.

Diuisio, quę accidit puncto, est diuisio relatiua, non in eius substantia. Idē. 6. phy. cō. 27.

Hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum nunc: aliud autē, cum tēpus, quod est huius, prope sit: vt veniet nunc, quia hodie veniet: venit nunc, quia hodie venit: sed in Ilion facta, non sunt nunc, neque diluuium factū est nunc: & tamen continuū tēpus in hoc est. sed quia non prope est.

A Quædam igitur dicitur in eis instans sic,& quędã dicitur alio modo in tẽpore propinquo isti:sicut dicimus: Sortes veniet nunc, id est veniet hodie:& venit nunc,id est venit hodie:bellum vero,quod fuit in Ilion, non est nunc: quãuis tempus sit ipsi continuum: quoniam tempus eius non est propinquum.

Cũ declarauit ꝙ instãs est illud,qđ ita se habet ad tp̃s,sicut pũctus ad lineã, & hoc nomẽ instãs vsitatur trãsumptiue de tẽpore propinquo huic, & instanti vero,& de illo qđ continet ipsum ex vtraque parte,notificauit hoc, ne aliquis existimaret qđ verũ instans est diuisibile,Et dixit,quædã igitur, &c.i. quędã igitur attribuuntur huic instanti vero,& quædã attribuuntur tempori propinquo isti,quod tẽpus nominat̃,nomine vero instãtis:vt dicimus,Sor.veniet nũc, id est,in hoc instanti,intẽdendo quod veniet hodie,aut in tẽpore ꝓpinquo huic vero instanti. D.d. bellũ vero,quod fuit in Ilion, &c.i. bellũ vero quod fuit in Ilion,non dicitur esse nũc:licet hoc tẽpus idẽ sit continuum cum vero instanti, in quo fuit bellũ:qm̃ hoc tẽpus nõ est propinquũ illi instanti vero. 122

Ipsum autem tunc,tempus est determinatum ad prius & posterius

B nunc,vt tunc destructa est Troia,& tũc erat diluuium: oportet enim intercludi ad ipsum nunc: erit ergo quantũ aliquod ab hoc tẽpus,& in illud,& ab hoc ad præteritum. Tunc.

Quando vero est tẽpus terminatum apud instans præcedens.V.g. quando fuit capta Ilion,& quando fuit diluuium: quoniam necesse est vt finiatur apud instans pręsens:quando igitur futurũ, est aliqua mensura temporis inter futurum,& illud: quãdo præteritum, est mẽsura temporis inter instans nunc,& præteritum.

Vult i hoc sermone exponere dictiones vsitatas,q̃ significãt intẽtiones existẽtes in tẽpore,vt qñ,& ecce,& pauloante:& incœpit a qñ, cũ sit famosius, Et dixit,qñ vero est tẽpus terminatũ apud instãs pręcedẽs.i.hec aũt dictio qñ, significat tp̃s terminatę quãtitatis per instãs præcedẽs, qđ est principiũ illius facti,de quo interrogat̃,& instans posterius,qđ est finis illius facti, cũ illud tempus notę fuerit distãtiæ ab instanti pręsenti. D.d.necesse est.n.vt finiatur apud instãs,i. necesse est.n.vt finiatur tẽpus,de quo interrogatur per qñ,id est,determinatur per instans præsens.s.distantia eius ab eo, V.g.cũ dicitur, qñ fuit ca- 123

C pta Iliõ,& dicitur in tali die,mensis talis,anni:dies.n.terminãtur per mensem, & mẽsis per annũ,& annus per suã distantiã ab instãti præsenti: & sic dies, in qua capiebatur,terminat̃ per instãs,quod est principiũ,& instãs quod est finis, & per suã distantiã ab instanti pręsenti & similiter, si captio fuerit in quinque horis,aut sex,tũc illę horę terminantur per tria instantia. D. d. qñ igitur futurum, &c.i. quando futurũ est quantitatis inter duo instantia,futurũ. scilicet qđ est ante factũ,& futurũ,quod est post. D.d.& qñ præteritum est quantitatis tẽporis inter futurũ nunc,& præteritũ. Et intendit inter futurum, quod est post factum,& præteritum quod est ante ipsum:& hoc tempus terminatum per duo instantia est terminatum per præsens instans.

Si vero nullum tẽpus est,q̃ nõ sit tũc:omne erit tẽpus finitũ: An igitur deficiet?aut nõ: siquidem semper est motus. Aliud igitur, aut multotiens est idem?manifestum est ꝙ sicut motus,sic & tempus est. Si enim vnus,& idem motus sit aliquando,erit tempus vnũ & idem, Si autem non, non erit.

Si igitur non est tempus,nisi sit quãdo,ergo omne tempus est finitũ:Vtrum igitur tẽpus deficiet,aut non? amplius vtrum est vnum

post aliud, aut vtrum est idem iteratum: dicamus igitur, quoniam dispositio temporis in hoc est sicut dispositio motus. Si igitur motus est in aliqua hora idem, & tempus erit idem. Et, si non: tempus erit huiusmodi.

124 Cum declarauit ꝙ, quando est tempus determinatum per instans præcedens, & instans posterius, terminantia rem factam. & est terminatū ēt per suam distantiam ab instanti præsenti, incœpit quærere de tempore vtrum sit finitum aut non, Et dixit si igitur, &c. id est, si igitur omne tempus potest induci in responsione ad quando: & omne, quod potest reduci in responsione ad quando, est terminatum: ergo omne tempus est determinatum: & omne determinatum est finitum: ergo omne tēpus est finitum. & cū vnaquæq; partium tpis est finita, quærendū est vtrū illud, qđ est cōgregatū ex partibus finitis est finitū aut infinitū: existimat igit ꝙ cōpositū ex partibus finitis est finitū: & ideo dicit post: si igitur, &c. id est vtrū igit tēpus, &c. & si omne tēpus, ꝙ accipit pars tēporis totalis, est finitū, quęrendū est vtrū dispositio in vniuerso tēpore est sicut dispositio in partibus, scilicet vtrum vniuersum tempus est finitum, quemadmodum quælibet pars eius est finita: &, si omne tempus est finitum, deficit suū esse, & non continuatur: & hoc intendebat cum dixit, vtrum tēpus deficit, aut non, id est, an deficiat esse secundum genus. D. d. & vtrū est idem, &c. id est, & si nō deficiat esse, vtrum est hoc, propter quod tēpus sit vnum post illud, ita, ꝙ infinitas temporis sit propter generationē, & corruptionē perpetuam in partibus, sicut est dispositio in motibus consequentibus, & indiuiduis generabilibus, aut est idem, sed iteratur infinities, secundum quod corpus sphœricum mouetur circulariter. Sed voluit exprimere quod impossibile est tēpus deficere, licet post dicat hoc, quoniam hoc manifestū est per se: quod enim deficit, deficit in aliquo tempore: &, si tempus deficit, tunc erit tempus aliud a tempore deficiente: & ideo nullus potest auferre tēpus, absque eo, quin ponat aliquod tempus, immo qui aufert tēpus, ponet ipsum necessario: &, cum impossibile est auferre tēpus, remanet perscrutari, vtrum tempus acquirat eternitatem ex successione, aut ex reciprocatione: &, quia tempus sequitur motum, dixit si igitur motus, &c. id est, si igitur fuerit possibile inuenire aliquem motum vnum circularem, qui sit causa in omnibus motibus, tunc erit idem in omnibus motibus tempus, circulare etiam: &, si fuerit possibile inuenire aliquem motum perpetuum, licet cōsequens successiuū, tēpora erunt successiua: & erit impossibile inueniri idem tempus reciprocatum, sed succedens, & successiuum.

Documētū.

Nullus pōt auferre tp̄s absq; eo, q̄n ponat aliqđ tēpus, vide cōsimile. 8. physi. te. cō. 10. & 11.

Quoniam autem ipsum nūc, finis, & principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principium autem futuri: habebit sicut circulus in eodem quodammodo ambitum, & planum, sic & tēpus in principio, & fine: & ob hoc videtur semper alterum: Non enim eiusdē principiū, & finis ipsum nunc: simul enim, & secundum idem opposita essent: & non deficiet itaq; tēpus, semper. n. in principio est.

Et, quia instans est principium, & finis tēporis, sed non eiusdem temporis, sed est finis pręteriti tēporis, & principiū temporis futuri, ideo dispositio eius est, sicut dispositio circuli: quemadmodum igitur in circulo gibbositas, & concauitas sunt idem subiecto quodammodo, similiter tempus etiam est semper in principio, & fine: & ideo existimatur semper esse vnum post aliud: quoniam instans non est principium, & finis eiusdem temporis: quoniam, si ita esset, tunc duo contraria essent in eodem insimul: ergo non deficit, quoniam semper est in principio.

Cum

A Cum quæsiuit vtrum tempus sit perpetuum propter hoc, quod est idem, aut propter hoc, quia est successiuum: & narrauit quod dispositio in hoc in tempore sequitur dispositionem in motu, incœpit innuere modum, ex quo certificatur quod tempus est perpetuum, & circulare, & quod perpetuitas est ei ex hoc modo. Et dixit & quia instans, &c. id est, & quia instans secundum suam substantiam, & suam naturam est finis temporis præteriti, & principium futuri, & hoc non est in respectu eiusdem temporis, sequitur vt dispositio eius sit sicut dispositio puncti, qui est in circulo, non puncti, qui est in linea recta: punctus. n. qui est in linea recta, potest imaginari principium lineæ absque eo, quod sit finis lineæ alterius, & similiter potest imaginari finis lineæ absque eo, quod sit principium alterius. Instans vero, secundum quod est presens, non potest imaginari, nisi distinguens inter duo tempora, scilicet præteritum, & futurum, vbicunque ponatur in tempore, scilicet siue ponatur in millesimo preterito, siue in millesimo futuro, sicut est dispositio in puncto, qui ponitur in circulo, vbicunque ponatur. Et, cum fuerit coniunctum huic quod tempus sequitur in sua specie speciem motus, & est declaratum quod in omni instanti, in quo inuenitur principium, est & finis, & omne instans, in quo inuenitur finis, est principium: & ista est dispositio lineæ circularis cum puncto imaginato in ea, necessario sequitur motum circuli: est igitur motus circularis, continuus æternus: vt post declarabitur. Et, cum narrauit quod instans est principium, & B finis duorum diuersorum, ex quo existimatur quod instans est diuisibile, aut quod contraria inueniuntur in eodem. d. quemadmodum in circulo gibbositas, & concauitas, &c. id est, & quemadmodum in circulo gibbositas, & concauitas sunt idem indiuisibile, & circulus subiectum gibbositatis, & concauitatis est idem indiuisibile, & est linea circularis, ita instans, quod est positum principium, & finis, est in se indiuisibile, sed est diuisibile in respectu duorum. Et intendebat, quoniam quemadmodum non sequitur ex hoc, quod posuimus, quod linea circulata habet gibbositatem, & concauitatem, vt inter gibbositatem, & concauitatem sit aliquod diuisibile, scilicet vt linea sit diuisibilis latitudine, ita est dispositio in instanti, scilicet quoniam non sequitur ex hoc, quod sit principium, & finis, vt sit diuisibile. Deinde dixit vnde existimatur semper, &c. & quia instans diuidit tempus præteritum a futuro, qui est finis illius, & principium istius, existimatur quod tempora sunt multa, & fiunt vnum post aliud: & non est ita: quoniam, & si instans diuidit tempus quodammodo, tamen copulat ipsum alio modo, vt post declarabitur. Deinde dicit, similiter tempus, &c. id est, & quia de tempore non demonstratur, nisi instans tantum, scilicet quod illud, quod est ex eo, non est, nisi instans tantum, & non est ita, quod demonstratur bis, & cum hoc est principium futuri, & finis præteriti, ergo esse temporis est semper in principio, & fine: &, quia instans diuidit illud, existimatur esse vnum post aliud. C Deinde dixit instans enim non est principium, &c. id est, & est necesse vt tempus sit semper, & nunquam deficiat, quia instans est principium, & finis: & impossibile est vt sit principium, & finis eiusdem temporis, id est, ex eadem parte: quoniam si ita esset, tunc idem esset principium & finis eiusdem, & eodem modo, quod est impossibile: & cum instans non fuerit principium, & finis eiusdem temporis, Verbi gratia, præteriti aut futuri, sed duorum temporum, quorum vnum, est præteritum, & alterum futurum, ergo tempus nunquam deficiet: quoniam illud, quod est ex eo, est instans: & instans semper est principium temporis, & finis temporis, & hoc intendebat, cum dixit tempus igitur semper est in principio.

Ipsum autem Iam, prope præsenti nunc atomo, pars est futuri temporis: quando vades? iam, quia prope est tempus, in quo futurum est: & præteriti temporis, id quod non procul est ab ipso nunc: quando vades? iam iui. Illon autem iam destrui non dicimus, quia procul multum est ab ipso nunc.

Ecce vero est pars temporis futuri propinqua instanti præsenti

*Margin notes:* 125 — Pōt imaginari punct', qui sit principiū lineæ, & non finis alterius lineæ, et ecōtra, nō aūt instans. Idē. 8. ph. c. 11. — Iam.

Indiuisibili, Verbi gratia, quando ambulabis? ecce, id est tempus, in quo est ambulandum: iam venit, & temporis præteriti illud, quod non est remotum ab instanti, Verbi gratia, quando ambulauit? ecce, iam ambulauit: & non dicimus ꝙ Ilion ecce capta est, quoniam captio eius fuit valde remota ab instanti.

126 Cum descripsit qñ, & soluit quæstionem accidentem ex eo in tempore, incœpit etiam declarare quid significat hæc dictio, ecce, Et. d. ꝙ ista dictio significat partem temporis propinquam vero instanti, s. indiuisibili, & inducitur in responsione ad qñ: pars. n. aut erit in tempore futuro, aut in præterito. V. g. sicut dixit in futuro dicere, qñ ambulabit Sort. & rñdetur ecce ambulat, s. qñ ambulatio fuerit ex propinquo instanti, in quo fuit interrogatus per hanc dictionem qñ: in præterito dicere, qñ ambulauit Sor. ecce, iam ambulauit, qñ ambulatio fuit propinqua instanti, in quo fuit interrogatum. Et signum eius, qđ hæc dictio non significat tempus remotum ab instanti præsenti, est hoc, quia non respondetur per illā ad interrogationem p qñ in rebus remotis ab instanti præsenti, V. g. cum dicitur qñ fuit capta Ilion, qm̃ tūc non dr̃ ecce, iam fuit capta Ilion.

Ecce.

Modo.

Ipsum autem, modo, ꝙ prope præsenti nunc, est pars præteriti: vt quando veniet? modo, si sit tempus proximum presenti nunc. Olim autem, quod procul est. Repente autem, ꝙ in insensibili tempore est propter paruitatem.

Et pauloante est etiam propinquum instanti presenti, sed est pars temporis præteriti. V. g. quando venisti? & respondetur pauloante, quando illa hora fuerit propinqua instanti præsenti. Pridem autem, & antiquitus significat tempus remotum. Subito significat illud, quod fit in tempore non sensibili.

Olim
Repente

127 Significata istarum omnium dictionū sunt quasi species earum, quæ significat hæc dictio quando: omnia enim sunt qñ, i. inducuntur in responsione ad quando: pauloante igitur, sicut dixit, est quando propinquum est instanti præsenti, & non est pars temporis præteriti, quod non est in ecce, qm̃ est pars præteriti & futuri, s. propinqua instanti. V. g. dicere, sicut dixit quando venit Sort. & respondetur paulo ante, quando aduentus suus fuerit propinquus instanti præsenti. Pridem vero, & antiquitus significat, vt dixit, qñ remotum est ab instanti præsenti, & sunt partes temporis præteriti. D. d. subito autem significat aliquid esse in tempore insensibili, id est, in tempore valde veloci, ita, ꝙ ante nescitur illud fieri, qm̃ subito habet in se hęc duo.

Significata oīum istarū dictionū sūt quasi spēs eorū, q̃ significat hęc dictio, quādo.

Mutatio autem omnis natura remotiua est. In tempore autem omnia fiunt, & corrumpuntur: vnde & alii quidem sapientissimum dicebant. Pythagoreus autem Paro penitus indisciplinabile, quia obliuiscuntur, in hoc dicens rectius. Manifestum igitur est quod corruptionis magis erit perse causa, quam generationis, sicut dictum est prius. Destructiuum enim mutatio per se est, generationis autem, & ipsius esse secundum accidens est. Signum autem sufficiēs est, quia fit quidem nihil, nisi moueatur quodammodo ipsum, & agar, corrumpitur autem etiam cum nihil mouetur: & hanc dicere maxime consueuimus sub tempore corruptionem. At vero neq; hanc tēpus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutationem. Quod quidem igitur tēpus est, & quid est, & quot modis dicitur ipsum nunc, & quid ipsum

Oīs mutatio a natura remotiua est.

D A tunc,& quid mō, & qui d iam,& quid olim,& quid repente, dictū eſt.

Et omnis tranſmutatio naturaliter eſt auferens,& in tempore generatur,& corrūpitur oē,quod generatur,& corrū pitur & ideo quidam attribuunt ipſum maximæ ſcientiæ: pythagorici vero attribuūt ipſum maximæ ignorantiæ,quia facit tradi obliuioni,& bene dixerunt. Manifeſtum eſt igitur quod per ſe dignius eſt vt ſit cauſa corruptionis, quam cauſa generationis,vt diximus ſuperius. Tranſmutatio enim per ſe eſt auferens,generationis vero,& eſſe eſt per accidēs. Et quod ſignificat hoc perſecte eſt,quoniā nihil generatur, quin moueatur aliquo modo motus,ſed poteſt aliquid corrumpi, & nō moueatur:& hoc proprie hoc ſumus aſſueti dicere corruptionem factam ex tempore:ſed tamen auctor non eſt tempus,ſed ſequitur vt tranſmutatio ipſius ſit in tempore.Iam igitur narrauimus tempus eſſe, & quid ſit,& ſecundum quot modos dicitur,& inſtans quid ſit,& quando quid ſit,& pauloante,& ecce,& ſubito.

B 8 Dicit & omnis tranſmutatio,&c.i.aufert ſubſtantiam tranſmutati : tranſmutatum enim tranſmutatur in ſua ſubſtantia:omnis igitur tranſmutatio naturaliter aufert ſubſtantiam tranſmutati, in quaçunq; ſpecie fuerit tranſmutatio,niſi in loco. D.d. & in tempore generatur, corrumpitur,&c.i.& quia omne generatum, & corruptum,in tempore generatur,& corrumpitur,ideo qui conſiderauit generationem,& attribuit ipſam tempori pp hoc,quod fit in tempore,attribuit tēpus maximę ſcientiæ:credidit enim ipſum eſſe cām ſcientiæ, & cām honorū generabilium:& qui conſiderauit ipſum ſecundum hoç,quod corruptio fit in eo, attribuit ipſum maxime ignorantię, ſicut narrauit de pythagoricis.iſti enim attribuunt ei obliuionem,& corruptionem. Et,cum induxit has duas ſententias,rectificauit ſententiam de pythagoricis, & dixit : & bene dixit, id eſt quoniam,ſi tranſmutatio attribuatur tempori aliquo modo eſſentiali, dignius eſt, & propinquius vt attribuatur ei corruptio,quam generatio,vt prædixit. D.induxit cauſam in hoc,& dixit tranſmutatio enim per ſe,&c.id eſt & corruptionem attribui ipſi eſt dignius quam generationem attribui ei : quia ſequitur tranſmutationem, & tranſmutatio per ſe aufert naturam entis : quoniam tranſmutatio alicuius extrahit illud ab illo,cum quo eſt,& tranſmutatio non eſt cauſa eſſe,& generationis niſi per accidens.eſſe enim non eſt eſſentialiter [a] in aliquo ente, niſi ex C cauſa generante,& agente,quę eſt,aut natura,aut anima,aut intellectus.eſſe autem formæ rei generatę ex tranſmutatione rei pręcedente, quę dicitur generatio,eſt per accidens : quoniam illa tranſmutatio in rei veritate aufert formam tranſmutati,quæ eſt contraria formæ generabili eſſentialiter. Eſt igitur cauſa formæ generabili per accidens,& corruptæ per ſe. D.d.& quod ſignificat hoc, &c.i.vt mihi videtur,& ſignum eius,quod generatio non attribuitur tempori,& attribuitur ei corruptio, eſt quod generatio, quia eſt in re ex cauſa extrinſeca ſenſibili,ideo ſemper attribuitur illi cauſæ : corruptio vero, quia eſt de eſſentia rei abſque eo,quod habet cauſam extrinſecam ſenſibilem, ideo homines attribuunt ipſam tempori. Et quia corruptum eſt duobus modis, [b] modo, qui corrumpitur ex alio,ſ.extrinſeco,& modo,qui corrumpitur ex ſe, ſ.quoniam cauſa corrūpens in eo eſt in ſe,notificauit quod illud, cuius corruptio attribuit tempori,eſt corruptum,quod corrumpitur ex eſt pp latentiā ſuæ cauſæ.Et dixit,& hoc proprie,&c.& dixit hoc:quia ratio eius eſt propria quibuſdam corruptibilibus: & in initio ſermonis dixit expreſſe quod corruptio attribuitur tempori ſimpliciter : & ideo declarauit hic, quod illud, quod fuit acceptum ſimpliciter, eſt particulare : & ideo qui mortuus eſt gladio, non dicitur corrumpi ex tempore: & qui mortuus eſt ex ſe vita humana completa,dicitur quod eius corruptio eſt ex tempore,& quia tempus non eſt tranſmutatio, & tranſmutatio eſt illud, cui

128 Oīs trāſmutato naturaliter aufert ſubſtantiam trāſmutati ī quacunque ſpecie fuerit trāſmutatio, niſi in loco. idē.S.ph.te. c.59.

a Eſſe non eſt eſſentialiter in aliquo ente, niſi ex cā agēte & gñante, quæ eſt, aut aīa, aut intellectus. eſſe aūt formæ generatæ ex tranſmutatione p̄cedente,quę dr̄ gñatio, ē p accidens, &c.

b Corruptio duplex, ab interinſeco, & ab extrinſeco.

attribuitur per se corruptio, tempori vero attribuitur; quia sequitur transmutationem, & ideo declarauit hoc. & dixit sed auctor illius, &c. id est, illud, quod agit corruptionem rei, non est tempus, sed tempus sequitur agentem corruptionem rei essentialiter, & est transmutatio: quoniam necesse est vt transmutatio sit in tempore. Et, cum declarauit ista de tempore, fecit rememorationem, & summam de hoc, quod declaratur, & dixit iam igitur narrauimus, &c. id est iam igitur narrauimus esse tempus, id est, dissoluimus quæstiones accidentes in eius esse, & declarauimus post substantiam eius, quid est, & quot habet modos, D. d. & instans quid sit, &c. id est, determinauimus has dictiones.

*Quod omnis mutatio est in tempore.* *Cap. XVI.*

Oē, qđ mouet', necesse est ī tpe moueri.

HIs autem a nobis sic determinatis, manifestum est, quia omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. Velocius enim, & tardius secundum omnem est mutationem: in omnibus enim sic videtur. Dico autem velocius mutari, prius transmutans ad subiectum secundum idem spatium, & regularem motum eius, quod mouetur: vt in loci mutatione, si vtraq; secundum circulationem mouentur, aut vtraq; secundū rectū. similiter autem est & in aliis. At vero prius in tempore est: prius enim, & posterius dicimus secundum ad ipsum nunc distantiam: ipsum autem nunc terminus præteriti, & futuri est: quare, quoniam ipsa nunc in tempore sunt, & prius, & posterius in tempore erunt. In quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia: econtrario autem dicitur prius, & posterius, & secundum præteritum tempus, & secundnm futurum. In præterito enim prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc, posterius autem, quod prope est. In futuro autem prius, quod propinquius est, posterius autem quod procul est: quare, quoniam prius in tempore est. Et ad omnem autem motum sequitur prius: manifestum est quod omnis mutatio, & omnis motus in tempore sunt.

Prius, & posterius sunt in tempore.

Et, cum iam determinauimus hæc hoc modo, manifestum est quod omnis transmutatio, & omnis motus est in tempore. Velocius enim, & tardius inueniuntur in omni transmutatione, quoniam hoc manifestum est in omni transmutatione: & intelligo, cum dico aliquid esse velocioris motus, illud, quod præacquirit in transmutatione rem intentam in eadem dimensione, & in æquali motu, Verbi gratia, in translatione, vt duo mota moueantur in circumferentia circuli, aut moueantur in linea recta, & similiter in aliis motibus. Et præacquirens est præcedens in tempore: quoniam non dicitur posterius, nisi secundum suam distantiam ab instanti: & instans est terminus inter tempus præteritum, & tempus futurum: & ideo instans est in tempore: prius enim, & posterius etiam sunt in tempore. Illud enim, in quo instans est, in eo est distantia ab instāti: & intentio eius, quod est prius in tempore præterito, est contraria intentioni eius, quod est in tempore futuro: In tempore enim præterito prius est illud, quod est remo-

A tius ab instanti,& posterius illud,quod est propinquius ei. In tempore vero futuro prius est illud, quod est propinquius eius,& posterius remotius. Et, si prius est in tempore:& prius sequitur omnem motũ: manifestũ est quod omnis trãsmutatio,et omnis motus est in tẽpore.

Cum declarauit quod tempus est numerus motus,& quod instans est terminus inter tempus præteritum,& futurum, vult declarare quod omnis transmitatio est in tempore,& quod impossibile est vt aliqua transmutatio fit nõ in tempore, V.g.ini nstanti. Et, dixit &, cum iam determinauimus,&c.id est,& cum iam determinauimus substantiam temporis hoc modo,manifestum est ex hoc, quod omnis transmutatio, & omnis motus est in tempore, & quod impossibile est vt motus fiat in instanti indiuibili. Et videtur ipsum intendere per motum,motũ translationis propriæ, & per transmutationem omnes modos motuum, & hoc erit ad confirmandum. Et, si intendebat per motum illud, quod intendebat per transmutationem, tunc vteretur nominibus synonimis: quod displicet expositoribus. Et, cum posuit quod illud, quod vult declarare in hoc loco, est qđ omnis transmutatio,& omnis motus est in tempore,incœpit declarare hoc,& dixit velocius enim, & tardius, &c.id est, manifestum est enim per se, & omnis B transmutatio, & omnis motus disponitur in respectu alterius motus, aut per velocitatem, aut per tarditatem. Et, cum posuit hanc propositionem, incœpit exponere nomen,quod significat velocitatem, & dixit & intelligo,&c.id est, & quod dr̃ esse velocius altero duorũ motorum est illud, quod præacquirit rem, ad quam mouentur in dimensione æquali, & vno modo motus: & hoc intendebat,cum dixit in motu æquali,i.in specie:quoniam non dicitur ꝙ illud, quod mouetur in circulo, est velocius illo,quod mouetur in recto. Deinde induxit exẽplum, & dixit, Verbi gratia, in translatione,&c.id est, & illud, quod ante pertransit circulum, aut lineam rectam, illud dicitur velocius: &, cum posuit, ꝙ velocius est præacquirens dixit & præacqrens est præcedens: & hoc manifestũ est per se. Et, cum conclusit ex his duabus propositionibus: ꝙ omne transmutatum, aut est prius, aut posterius, posuit etiam ꝙ omne prius, & posterius est in tempore, & ad declarandum ad hoc exposuit hæc nomina prius, & posterius et dixit. dicimus enim posterius, &c. id est, & prius, & posterius in motu definiuntur per tempus, posterius enim duorum motorum est remotius ab instanti, ex quo incœpit motus, & prius eorum est propinquius: &, cum posuit ꝙ in definitione prioris, & posterioris accipitur instans,incœpit definire instans, ad declarandam ex hoc ꝙ prius,& posterius sunt in tempore,& dixit C & instans est terminus, &c. id est, differentia communis, sicut punctus,qui,est terminus communis inter duas lineas: ergo manifestum est ꝙ instans est in tempore,secundum ꝙ finis est in finito,& terminus in terminato:& hoc intendebat, cum dixit & ideo instans est etiam in tempore. Et syllogismis componitur sic. Instans est terminus duorum temporum: Et omnis terminus est in re,cuius est terminus: Ergo instans est in re,cuius est terminus: Et res, cuius est terminus, est tempus. Ergo instans est in tempore, s.secundum ꝙ terminus est in terminato. Et, cum declarauit ꝙ instans est in tempore,& iam declarauit ꝙ posterius, & remotius ab instanti, & prius est propinquius, dixit prius enim,& posterius, &c.id est, &, cum sit declaratum ꝙ posterius est illud,quod est remotius ab instanti,& prius est propinquius, & instans est in tempore, sequitur ex hoc ꝙ prius,& posterins sunt in tempore: quoniam illud,in quo est instans, est illud, in quo est illud, quod significat hoc,quod dicimus,s.remotius ab instanti, & propinquius ei. Et, quia iam declarauit ꝙ instans est in tempore: ergo remotius etiam, & propinquius sunt in tempore:sed ista sunt partes temporum, & instans est terminus istorum temporum. Et, cum descripsit ꝙ prius est illud, quod est propinquius instanti, & posterius illud, quod est remotius, & hoc non est verum,nisi in priori, & posteriori in futuro, incœpit declarare duos modos prioris, & posterioris in tempore futuro,& præterito, & dixit & intentio eius,

129

Displicet expositoribus Ari. vti noĩb' synonimis. Idẽ primo phy. c.1. Illud, quod mouet ĩ circulo, nõ dr̃ velociꝰ moueri eo, ꝙ mouet in recto. pro hoc vid cõm.10. me.c.14.& 7.ph.tex.c 21, & 24.

Oĩs terminus est ĩ re, cuius ẽ terminus. Idẽ supra.c.42. & 107. Idẽ 6. ph.c.57. & 2.de aĩa, com. 22.

ꝙ est prius in tempore, &c. & sermo eius est manifestus: dicimus enim ꝙ Plato prior est Alexan. quia est remotior ab hoc instanti, & dicimus ꝙ Alexand. est posterior, quia est propinquior huic instanti: & econtrario est de tempore futuro: dicimus enim ꝙ ascensio solis in crastino est prior suo esse in meridie: quoniam ascensus eius est propinquior huic instāti ꝗ̄ esse eius in meridie: & esse eius est remotius: quia est remotius ab hoc instanti: ergo prius hoc est contrarium priori illic, & posterius posteriori. Et, cum declarauit hoc, induxit conclusionem ex ists propositionibus, & dixit cum prius est in tempore, &c. &, cum manifestū est ex hoc, ꝙ dicimus in omni transmutatione inuenitur prius, & posterius: & prius, & posterius sunt in tempore: ergo manifestum est ꝙ omnis transmutatio, & omnis motus sunt in tempore. Et quæritur quomodo pōt esse hoc nos enim videmus transmutationes quasdam, quæ fiunt non in tempore, vt illuminatio totius orizontis a sole, & totius domus a candela, & sicut factio formæ rei generatę in actu: existimatur enim ꝙ hoc est aliquod indiuisibile: sumus.n. inter duo, aut concedere hanc demonstrationem esse vniuersalem, & dicere sensum peccare in istis rebus, ꝙ non comprehendit tempus ꝓp velocitatem earum, aut iste sermo erit particularis, s. qm̄ non est verus, nisi de quibusdam transmutationibus, in quibus inuenitur velocius, & tardius. Et ad hoc dicemus ꝙ transmutatio dicitur æquiuoce de transmutatione, quæ est per se, & de transmutatione, quæ non est per se, sed est finis transmutationis: finis enim rei non est de natura rei: & quia transmutatione, quæ sunt non in tempore, sunt fines transmutationis: & non sunt transmutationes nisi æquiuoce: ergo in omni transmutatione vera inuenitur velocius, & tardius. Et, omne, in quo inuenitur velocius, & tardius, inuenitur in eo prius & posterius: & omne, in quo inuenitur prius, & posterius, est in tempore: ergo omnis transmutatio est in tempore: siue finis trāsmutationis fuerit de genere illius, siue de alio genere: & hoc declarabitur bene in sexto.

Digressio. Dubium. Illuminatio fit in instāti. Idem. 2. de aīa, t̄. cō. 7. Solutio. Finis rei nō est d̄ natura rei Idem. 6. ph. 32. Transmutationes subitæ non sunt trāsmutationes, nisi eqnoce. Idē. 6. ph. 32. 6, ph. cō. 32.

*Adducuntur dubitationes, & solutiones circa tempus. Cap. XVII.*

Dignum autem consideratione est, & quomodo igitur se habet tempus ad animam: & propter quid in omnibus videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cælo. Aut quia motus passio quędam est, vel habitus, numerus tempus existens. Hæc autem mouentur omnia: in loco enim omnia sunt. Tempus autem, & motus simul sunt, & secundum potentiam, & secundum actum.

Tp̄s, & motus sit̄ sunt, & scd̄m potentiam, & act. t. 130.

Et quærendum est quomodo dispositio temporis est apud animam: & quare homines dicunt quod tempus est in quolibet, in terra, & in mari, & in cęlo. Dicamus igitur quod tempus est accidens motui, & forma eius, cum sit numerus illius: & ista omnia innata sunt moueri. omnia enim sunt in loco. Et tempus, & motus in potentia cum eo, quod est in potentia, & quod est in actu cum eo, quod est in actu.

130 Perscrutatur hic de tempore de duobus. Quorum vnum est, quomodo est dispositio temporis in esse, scilicet si habet esse extra anim̄, sicut est in anima, sicut est in anima, ita, ꝙ si anima non esset, esset tempus aut, si anima non esset, non esset tempus, nisi in potentia: quemadmodum numerus non est, nisi anima sit, nisi in potentia. Et hoc intendebat, cum dixit quomodo est dispositio, &c. Quæstio autem secunda est, quare tempus inuenitur in quolibet, siue quiescente, siue moto. Nos enim comprehendimus tempus in terra, & in

A mari, & in cœlo, sicut dixit & tempus est accidens motui: vnde necesse est vt non inueniatur nisi in mobilibus: & hoc intendebat, cum dixit & quare homines dicunt. Et intendebat per terram quiescens, & per cœlum motum: & quasi dicat, & quare homines dicunt quod tempus ita est in quiescente, sicut in moto. Deinde incœpit soluere secundam quæstionem, & dixit, Dicamus igitur ꝙ tempus est, i. & tempus existit in terra, & mari, & cœlo, quia est accidens motui, & forma eius, cum sit numerus illius, s. q̄m numerus est accidens numerati: &, cum tempus est numerus rerū mobilium, & numerus inuenitur in numerato: ista oīa, s. terra, cœlū, & mare naturaliter habent moueri, necesse est ut tp̄s inueniatur in eis. Sed sciendum est ꝙ non eodem ordine inuenitur in istis: q̄m primo inuenitur in cœlo, & inuenitur in alijs motis secundo, p̄p hoc, ꝙ inuenitur in cœlo: & inuenitur ēt in quiescente, pp hoc, ꝙ inuenitur in moto. D. d. sunt. n. oīa in loco, i. & causa in hoc, ꝙ ista, in quibus inuenitur tēpus, innata sunt moueri, est necesse eorum in loco. omne enim quod est in loco, innatum est moueri, quia est corpus. D. d. & tempus, & motus, &c. i. & quod est ex istis rebus motū in potentia est, & illud, quod est quiescens, tempus inuenit' in eo in potentia: & quod est motum in actu, tempus inuenitur in eo in actu. Documētū.

B Vtrum autem, cum non sit anima, erit tunc tempus, aut non dubitabit vtiq; aliquis: impossibile enim, cum sit, numerantem esse aliquem, impossibile est numerabile aliquod esse: quare est manifestum ꝙ neq; numerus est. Numerus enim est, aut quo numeratur, aut numerabile. Si autem nihil aliud aptum natum est quam anima numerare, vel animę intellectus, impossibile est tempus esse, cum non sit anima. Si autem hoc, quod aliquando cum sit tempus est, vt si contingit motum esse sine anima, prius autem, & posterius in motu sunt: tēpus aūt hæc sunt, secundum quod numerabilia sunt.

Et quæritur etiam, vtrum est possibile quod tempus sit, licet anima non sit, aut est impossibile. Dicamus igitur quod, cum numerans non fuerit: numerare non erit. Ergo manifestum est quod numerus etiam non erit. Numerus enim est aut numeratum, aut illud, per quod numeratur: & cum nihil innatum sit numerare præter animam, & de anima intellectus, impossibile est vt tempus sit, cum anima non fuerit, nisi fuerit ex illo, quod, cum fuerit, erit tempus, Verbi C gratia, quoniam possibile est vt motus sit absq; eo, quod fit anima: & quod prius, & posterins sunt in motu: & quod tempus est hæc duo, secundum quod sunt numerata.

Cum dissoluit secundam quæstionem, reuersus est ad primam. Et dixit & 131 quærendum est etiam vtrum sit possibile, &c. i. & quæritur de tempore vtrum inueniatur extra animā, sicut est in anima, & sic erit, licet non comprehendatur ab anima, si posuerimus animam deficere, sicut erit, si apprehendatur ab anima: & ista est dispositio entium naturalium: aut est īpossibile vt sit in actu, nisi anima sit. D. incœpit declarare hoc, & dixit dicamus igit' quod, cum numerās, nō fuerit, ergo numerare nō erit, i. & cū res numerās, q̄ est aīa, nō fuerit, tunc numerare, qđ est actio rei numerātis, non erit. D. d. manifestū est igitur numerus, &c. i. & cum numerare, qđ est actio numerantis, nō fuerit, manifestū est quod numetus nō erit numerus enim aut est numeratum, aut actio numerantis in numerato, i. illud, per quod numerat numerans. & hoc intendebat, vt mihi videtur, cū dixit, aut illud p quod numerat', i. aut illud, per quod numerat numerās: & cū manifestum est ꝙ numerans non est numeratū, ergo est actio numerātis in numerato: & est manifestū qđ cū numerans non fuerit, actio eius non erit, D. dicit &, cum nihil innatum

a Esse numeri in aĩa non est oĩb' modis, sed ĩ aĩa est in actu, & extra animam in potentia.

b Ex hoc sumitur quod oẽ ens ĩ aĩa, cui nihil correspondet in re, est figmẽtum.

sit, &c.i.&, cum sit declaratum quod, cum numerans non fuerit, non erit numerus: & est impossibile aliquid aliud numerare præter animam, & de anima intellectus: manifestũ est quod, si anima non fuerit, non erit numerus: &, cũ numerus non fuerit, non erit tempus. Et quia esse numeri [a] in anima non est omnibus modis esse in anima: [b] quoniam, si ita esset, esset fictum, & falsum, vt chimera, & hyrcocervus: sed esse eius extra mensem est in potentia propter subiectum propriũ, & esse eius in anima est in actu, s. quãdo anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem, quæ dicitur numerus. Dixit enim nisi ex illo sit, &c.i.&, cum non fuerit anima, non erit tempus: nisi aliquis dicat ꝙ erit, & si anima non fuerit, ex illo ꝙ, cum fuerit in actu tempus erit in potentia: & hoc est propter suum subiectum propriũ, s. motus aut motum. Et hoc intendebat, cũ dicit, V.g. qm̃ possibile est vt motus sit absq; eo, quod anima sit. i. motus erit, & si anima non erit: & secundum quod prius, & posterius sunt in eo numerata in potentia, est tempus in potentia: & secundum quod sunt numerata in actu est tempus in actu: tempus igitur in actu non erit, nisi anima sit: in potentia vero erit, licet anima non sit. D.d. & quod prius, & posterius sunt in motu. i. & non potest aliquis dicere quod tempus est, & si anima non erit, nisi quia motus est, & si anima non fuerit: & similiter sunt in eo prius, & posterius: & tempus, nihil aliud est quam prius, & posterius in motu, sed secundum quod sunt numerata. & ideo indiget in hoc, quod sit in actu, anima. s. secundum quod est prius, & posterius numerata. B Et quasi per hoc, quod dixit & tempus est hęc duo, secundum quod sunt numerata: innuit quod tempus diminuitur ab eo ex esse perfecto extra animam hoc, ꝙ numeratur ab anima tantum, secundum igitur hunc modum dicitur tempus habere esse extra animã simile perfecto, & si non sit perfectum. Et ista perscrutatio de tempore magis est phylosophica, quam naturalis: sed induxit ipsam in hoc loco, quia est causa in ipsum [c] latere, s. quia est diminutum in se.

c Latentia tpis est, qa est ens diminutum in se.

Consimile de motu .3. ph. c. 15.

Dubitabit autem aliquis & qualis motus tempus numerus sit, aut cuiuslibet: & nanq; sit in tempore, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fert: secundum igitur quod motus est, sic est vniuscuiusque motus numerus: vnde motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam, sed est nunc motum esse vnum, & aliud, quorum vtriusq; motus numerus erit. Alterum erit igitur tempus, & simul duo æqualia tempora erũt, aut non: omne namq; tempus vnum similiter, & simul est, specie autem & quæ non simul: si enim sunt hi canes, illi vero æqui, vtriq; autem septem, idem numerus est. Sic & F motum simul terminatorum idem tempus est, sed hic velox fortassis, alius vero non: & alius quidem loci mutatio est, hic autem alteratio. Tempus autem idem est. Si quidem & numerus æqualis sit, & in simul cũ alteratione, & loci mutatione, & propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt: tempus autem est idem vbique, quia numerus vnus, & idem vbiq; est, qui est æqualium, & simul.

Et quęrendum est etiam de tempore hoc, scilicet cuius motus est numerus. Dicamus igitur quod, si fuerit numerus cuiuslibet motus, & omne, quod generatur, semper est in tempore, & similiter quod augmẽtatur, & quod alteratur, & quod transfertur. Secundum igitur ꝙ tempus est numerus motus, secundum hoc est numerus vniuscuiusque motuum: & ideo est numerus motus continui simpliciter, id est numerus cuiuslibet motus continui, non numerus alicuius motus:

A sed est possibile vt nūc moueatur aliquid, & cum eo moueatur aliud. Tempus ergo est numerus vtriusque motus: ergo est hic aliud tempus? erunt igitur duo tempora in simul æqualia? Dicamus igitur ꝙ nō est ita: quoniam est idem tempus æqualiter, & insimul, in forma verò non est insimul: quoniam, si haberemus numerum canum, & numerū equorum, & numerus vtriusque esset septenarius, tunc numerus esset idem. Et similiter tempus duorum motuum coexistentium est idem: sed forte alter erit velox, & alter tardus: & forte alter erit motus translationis, & alter erit motus alterationis: tempus verò eorum est idem, cū numerus motus alterationis, & numerus motus translationis sunt æquales, & insimul: & tamen motus sunt diuersi. Tempus verò est in omni loco idem, quia numerus rerum æqualium, quæ sunt insimul, est idem in omni loco.

Et cum declarauit de substantia temporis, ꝙ est numerus motus secundū prius, & posterius, quærit hic quis motus est iste, s. cuius numerus est tempus, s. vtrum B est numerus cuius libet motus, aut alicuius: &, si est numerus cuiuslibet motus, vtrum attribuatur eis eodem modo, aut principaliter, & secundario. Et dixit & quærendum est, &c.i. & ista quæstio accidit, sicut diximus, qm̄, si posuerimus ꝙ est numerus alicuius motus, sequitur vt non numeret alios motus: &, si posuerimus ꝙ est numerus cuiuslibet motus, sequitur vt tempus multiplicetur per multiplicationem motuum. Et, cum narrauit ꝙ in ista questione est difficultas, dixit dicamus igitur in hoc, ꝙ est numerus, &c.i. ꝙ est numerus cuius libet motus, quia omnis motus est in tp̄e: & est in tp̄e, quia tp̄s numerat ipsum: & siue motus fuerit generatio, aut corruptio, aut augmentatio, aut alteratio, aut translatio, tp̄s numerat ipsum, quia est in tp̄e. Sed debes scire ꝙ tp̄s licet sit numerus cuiuslibet motus, tm̄ non eodem modo, sed scd̄m prius, & posterius: qm̄ est numerus aliorum motuum preter translationem, quia est numerus translationis: qm̄, si trās latio non esset, non esset, tp̄s si alteratio non esset, neque augmentatio, neque generatio, neque corruptio, & si esset translatio, tantum esset tp̄s: &, si de modis translationis non esset translatio circularis, non esset tp̄s: de circulari velocioris circulationis, s. diurni motus. tp̄s igitur, & si non est numerus cuiuslibet motus, tm̄ attribuitur eis principaliter, & secundario. Et, cum narrauit ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus hoc mō. d. scd̄m igitur ꝙ tp̄s, &c.i. scd̄m igitur ꝙ tempus C sequitur motū, & accidit ei ꝙ est numerus cuiuslibet motus: &, quia sequitur motum simpliciter, quicunque sit, necesse est vt sit numerus motus continui simpliciter, non numerus alicuius motus, sed cuiuslibet motus continui, quia est continuum: scd̄m hoc igitur exponendus est iste locus. Et in quibusdam scripturis inuenitur, scd̄m hoc igitur ꝙ tp̄s est motus, scd̄m hoc erit numerus vnius motuum: est igitur propter hoc numerus motus continui simpliciter, non numerus alicuius motus. Et intendebat secundum hæc verba: qm̄, secundum qd' tempus accidit motui, & motus est prior naturaliter, necesse est vt sit numerus vnius motus primo, & essentialiter: & est motus, qui accipitur in definitione temporis. D.d. est igitur propter hoc numerus motus, idest, corporis cœlestis. D. d. non numerus alicuius motus, i. cuiuslibet motus: & scd̄m hanc expositionem intendebat ꝙ scd̄m hoc, ꝙ in definitione temporis accipitur motus, sequitur vnum motum, & est numerus illius primo, & essentialiter: &, scd̄m ꝙ mensurat omnes motus, est numerus cuiuslibet motus. D. d. sed est posibile, &c.i. sed, si posuerimus ipsum esse numerum cuiuslibet motus, cum fuerit numerus alicuius motus demonstrati, & in illa hora mouetur aliud motu æquali ei, tunc tempus erit numerus vtriusque illorum motuum: & sic multiplicabitur per multiplicationem eorum: & sic essent duo tempora insimul: quod est impossibile. Deinde incœpit dissoluere hanc quæstionem, & d. dicamus igitur ꝙ non est ita, &c. i. & hoc non sequitur: quoniam

132

Documentū

Tp̄s, licet sit numerus motus cuiuslibet, nō tm̄ eodem mō, sed secundū prius, & posteri', cōsiľe supra com. 130.

Prima expositio.

possibile est vt idem tempus sit æqualiter duorum motuum insimul diuersorum: absque eo, ꝙ tempus multiplicetur per multiplicationem motuum, & nõ sequitur necessario vt duo motus habeant duo tempora necessario: tempus enim scdm ꝙ est numerus motuum, non multiplicabitur per multiplicationem motuum, & numerus non multiplicabitur per multiplicationem numeratorum, V.g. quinarius, per quem numerantur quinque canes, & quinque equi, & alia genera, qñ est idem: non ergo sequitur vt tempus multiplicetur per multiplicationem motuũ,

Questio.

Sed, si posuerimus ꝙ dispositio temporis cum omni motu sit talis, scilicet sicut dispositio numeri cum numerato, sequitur vt tempus non sit ens naturale, neque mobile, sed imaginabile. res enim, quæ sunt in mente, non accipitur motus in definitione earum: &, si posuerimus etiam quod tempus accipitur in definitione cuiuslibet motus, sequitur vt multiplicetur per multiplicationem motuum: sicut est dispositio in albedine, & alijs accidentibus, quæ multiplicantur per multiplicationem subiecti.

Solutio.

Si autem posuerimus ꝙ dispositio eius cum motu vno est dispositio sequentis, in cuius definitione accipitur illud, ad qď sequitur, & cum aliis motibus, sicut dispositio numeri cum numerato, dissoluetur quæstio. & iam declarauimus prius ꝙ nos percipimus tempus, quando percipimus motum, per quem sentimus nos esse in transmutatione continua, & est motus circularis. Tempus igitur sequitur hunc motum: & iste motus accipitur in definitione eius: & ipsum mensurat illum, non secundum ꝙ numerus mensurat numeratum, sed secundum ꝙ mensurat aliquid, quod est forma in re. alios vero motus mensurat secundum ꝙ numerus mensurat numeratum, scilicet quod numeratum non accipitur in definitione numeri: per hoc igitur dissoluitur quęstio Themistii, & aliorum. Et hoc manifestum est ex sermone eius: & per hoc potest demonstrare ex hoc, ꝙ tempus est continuum continuitate motus, ex hoc, ꝙ tempus est reciprocum reciprocatione motus. Deinde dixit sed forte alter erit velox, &c. i. sed forte erit alter velox, alter tardus, & non habebunt tempus æquale, licet sit idẽ. D.d. & forte alter erit, &c. & innuit ꝙ non solummodo mensurat motus, qui sunt insimul eiusdem speciei, sed etiam qui sunt specierum diuersarum. Deinde dixit tempus vero eorum, &c. i. & dispositio in tempore duorum motuum diuersorum in specie in hoc, ꝙ tempus eorum est idem, & æquale, si motus fuerint æquales aut diuersum secundum magis, & minus, si motus fuerint diuersi secundum magis, & minus, est sicut dispositio in motibus, qui sunt vnius generis.

Cō. 98. Tempus sequitur motum circularem diurnũ, & iste motus sumitur in definitione ei', & ipsum mensurat, non secũdũ ꝙ numerus mensurat numeratũ, sed secundum quod aliquid mensurat, quod est forma in re. Sed oppositum videtur sentire infra cõ. 133

Quoniam autem loci mutatio & huius circularis: Numeratur autem vnumquodque vno quodam proximo, vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tempore quodam finito. Mensuratur autem, sicut diximus, tempus motu, & motus tempore. Hoc autem est quia sub terminato motu temporis mensuratur motus quantitatis, & temporis: Si igitur prima mensura omnium proximorum circulatio, est regularis mensura maxime, quia numerus huius notissimus est. Neque igitur alteratio, neque augumentatio, neque generatio sunt regulares, loci autem mutatio est. Vnde & videtur tempus esse sphe ræ motus, quia hoc mensurantur & alii motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem quod & consuetum est dici accidit. Dicunt enim circulum esse humanas res, & aliorum motuum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. Hoc autem est, quia hæc omnia tempore iudicantur, & accipiunt finem, & principium, sicut si secundum quandam circulationem sit. Etenim tempus ipsum esse, videtur circulus quidam: hoc autem iterum videtur, ob hoc ꝙ huiusmodi in loco mutationis mensura est, & mensuratur, ipsum su-

A biectum ab huiusmodi. Quare dicere rerum, quæ fiunt esse circulum est dicere tempus esse quendam circulum. Hoc autem est, quia mensuratur circulatione. Extra enim metrum nihil aliud videtur esse quod mensuratur, sed aut multa metra totum.

Et hic, quia est translatio, ex qua est motus circularis, & vnaqueque rerum numeratur per aliquid sui generis, quoniam vnitates numerantur per vnitatem, & equi per equum. Similiter tempus necesse est vt mensuretur per aliquod tempus terminatum. Sed tempus, sicut diximus, mensuratur per motum, & motus per tempus: quoniã tempus motus terminati mensurat quantitatem motus, & quantitatem temporis. Et, cum per primam mensuram mensurentur omnia, quæ sunt vnius generis, dignius motuum, vt sit mensurans, est motus circularis æqualis: quoniam numerus istius motus est notior numerorum: & motus alteratiuus non est æqualis, neque motus augmenti, neque motus generationis. Translatio vero aliqua est æqualis: &
B ideo existimatur ꝙ tempus est motus sphæræ, quoniam per istum motum mensurantur isti cæteri motus tempus. Et ideo mos est dicere ꝙ dispositiones hominum currunt secundum circulum, vt cum homines dicunt rotam infortunii, & similiter alia, quæ habent motum naturalẽ, & generationẽ, & cortuptionem. Et hoc dicitur, quia omnia experimentantur per tempus, & in eo desinunt, & incipiunt, quasi essent currentia per aliquam rotam. Ipsum enim tempus existimatur esse circulus, & hoc existimatur etiã, quia mensurat motũ quod est tale, & quia ipsum mensuratur etiã motũ, quia est talis. Dicere igitur quod res, quæ sunt in generatione, currunt super circulũ, est dicere ꝙ tẽpus est circulus, & intentio eius est, quoniam tẽpus mensurat motũ circularẽ, & quoniã mensura nihil aliud est, quã mensurans mẽsuratum, præter hoc, quod totum est plures mensuræ vna.

C Cum declarauit qd' tempus numerat quemlibet motum, incœpit declarare tẽpus primum esse ex hoc, ꝙ motus est primus, Et dixit quia autem hæc est translatio, &c.i.&, quia hæc est translatio, in qua inuenitur translatio circularis, q̄ est prior cæteris motibus, & tempus sequitur istam etiam, & vnaquęq; rerum numeratur per aliquod suæ speciei, V.g.qm̄ vnitates in numero numerãtur per vnitatem, & equi numerantur per vnum equum, necesse est vt tempus etiam numeretur per aliquod tempus notum, & terminatum naturaliter. Et.d.in præcedenti ꝙ hic est motus translationis, & circularis: quoniam, cum fuerit positum qd' tempus est numerus cuiuslibet motus, & fuerit positum ꝙ hic est prior motus cæteris motibus, sequitur vt tempus istius motus sit prius cæteris tpibus, & numerans illa. Et, cum declarauit ꝙ necesse est vt sit hoc primum tempus, incœpit declarare per quid pōt hoc tp̄s determinari, &.d.sed tp̄s, sicut diximus mensuratur per motũ, &c.i.sed tp̄s, qd' est primum mensurans, debet esse terminatũ per motum, cum iam diximus ꝙ tempns mensuratur per motum, licet sit mensuratio [a] accidentalis, & ꝙ motus mẽsuratur per tp̄s primo, & essentialiter, qm̄ per tp̄s motus terminati pōt mensurari qnantitas motus, & quantitas tp̄is, s. p tp̄s istius motus primi mensuratur quãtitas totius tpis, & quãtitas motuũ. Et, cũ declarauit ꝙ istud tẽpus terminatur per motũ, incœpit declarare per quẽ motum, &.d.&, cum prima mensura, &c.i.& cũ manifestum ꝙ prima [b] mensura, & in diuisibilus in aliquo genere, est illud, per quod mensurantur omnia, quæ

133

Vnaqueq; rerũ numeratur per aliquid suæ speciei. Idẽ supra. cō.119. &. 10. meta.tex.cō.4

a Mẽsuratio temporis p motũ est accidentalis, econtra vero est essentialis, Idem supra com. 102.112.113.

b Prima mensura eo

rũ, quæ sunt in aliquo genere, ẽ indiuisibilis in illo genere. Idẽ, 10. me. tex. c. 3. & t. cõ. 4. & 6 phy. c. 64. & 2. cœ, te, cõ, 28.

sunt in illo genere, dignius motuum, vt suum tempus sit primum tempus, est mo- A
tus circularis æqualis: & hoc est ita, quia iste motus est prior motuum, vt post de-
clarabimus: & est primus naturaliter, & velocior: ergo primum tp̃s est istius mo-
tus, qm̃ prima mensura talis est, s. ꝙ non diuiditur in illo genere, D. induxit ra-
tionem super hoc, &. d. qm̃ numerus istius motus, &c. i. prima mensura debet esse
notior: & syllogismus componitur sic. Numerus motus circularis est notior: Et
notius in omni numerato est prima mensura: Ergo numerus motus circularis est
primus numerus numerorum omnium motuum. Deinde declarauit ꝙ motus alte-
ratiuus, & motus generationis, & corruptionis, sunt valde remoti ab hoc, ꝙ tp̃s
sit numerus eorũ, qm̃ tempus est æquale, vnde sequitur vt sequatur motũ æqua-
lem, non variabilem in velocitate, & tarditate, & dixit & motus alterationis,
&c. Et syllogismus componitur sic. Numerus cæterorum motuum est numerus
motuum non æqualiũ: Et tempus est numerus æqualis motus: Ergo tempus non
est numerus aliorum motuum: &, cum non est numerus aliorum eorum, dignius
est vt prius numerus eius inueniatur exemplum istorum motuum. D. d. translа-
tio vero aliqua est æqualis, idest motus aũt translationis possibile est vt sit æqua-
lis: & ideo existimatur ꝙ primum tp̃s est numerus motus totius, s. diurni, s. quia
iste motus est motus translationis, & quia per illum mensurantur cęteri motus, &
cætera tempora: & hoc manifestum est de istis motibus: ideo omnes conueniunt B
ꝙ tempus mensuretur per illum. Et aliquis potest quærere, qm̃ nos videmus qd'

Dubium.

prima mensura in rebus mensuratis est duobus modis, aut mensura, quæ dicitur
vniuoce cum mensuratis in illo genere, aut principaliter, & secundario: totum igi-
tur tempus cum primo tempore mensurante cuiusmodi est istorum duorum mo-
rum? Dicamus igitur ꝙ, si tempus sequæretur omnem motum, tunc primum

Solutio.

tempus cum aliis temporibus diceretur principaliter, s. qm̃ mensurat: quemadmo-
dum motus, quem sequitur, dicitur cum aliis motibus principaliter: si autem tem-
pus totum sequitur motum corporis rotundi, tunc primum tempus erit dictum
cum alio tempore, quod mensurat vniuoce: sicut est dispositio in vnitate cum nu-
meris: quod non est ita de primo numerante cum aliis numerantibus: secundum
hoc igitur est intelligendus iste locus. Et, cum dedit demonstrationem super hoc,
induxit res famosas secundum suum morem, & . d. & ideo mos est dicere, &c. i.
est & hoc, qd' hoĩes dicunt quod rota infortunii transiuit super aliquem, quia per-
cipiunt quod causa infortunii est motus circularis, aut sequens motum circularẽ,
quod est tempus. D. d. & similiter alia, &c. i. quoniam omnia attribuuntur cir-
culo, & tempori. D. d. & hoc dicitur, &c. i. & illa, quæ generantur, & corrumpun-
tur dicuntur reuolui, & reciprocari, quia omnia transmutata numerantur per tem-
pus, & in eodem desinunt, & incipiunt: &, quia tempus existimatur esse circulus,
ideo illa, quæ numerantur per tempus, existimantur currere super circulum, sci-
licet quasi esset circulus. D. d. & existimatur hoc, &c. i. & existimatur quod tem-
pus est circulus, qm̃ mensurat motum, qui est circularis, & quia mensuratur etiam
per motum circularem. Et cum declarauit hoc fecit summam de illo, & d. dice-
re igitur, &c. i. cum igitur vulgus. d. quod res, quæ sunt in generatione, currunt
super rotam, dicunt hoc, quia tãsmutãtur per tempus, & tempus apud eos est cir-
culus. Deinde. d. & intentio eius est, &c. i. & tempus apud eos est circulus, quia
tempus mensurat motum circularem, & mensuratur per motum circularem, &
mensura in quolibet non est extra genus mensurati, sed totum mensuratum est
plures mensuræ. V. g. quoniam unum non est aliud a numero, sed numerus plu-
res vnitates: &, cum mensurans, & mensuratum sunt vnius generis: mensurans
tempus est circulare: ergo tempus est circulare: & hoc existimatur, &c. & quasi
aliquis quæreret, quare existimatur quod, cum tempus mensurauerit motũ cir-
cularem, & fuerit mensuratum etiam per motum circularem, qd' erit circulare:
& d. quia existimatur qd' mensurans, & mensuratum debent esse vnius generis.


Dicitur autem recte, & quod numerus quidem est idem & ouium, &
canum, si æqualis vterque sit Denarius autem non idem, neque decẽ
eadem sunt: sicut neque trianguli idem, qui est æquilaterus, & grada-

A tus,& tamen figura eadem eſt, quia ambo trianguli ſunt. Idem enim dicitur,a quo non differt differentia,ſed non a quo differt: vt triangulus a triangulo differentia differt. Alteri quidem enim trianguli ſunt, a figura autem nõ,ſed in ipſius diuiſione,vna & eadem. Figura enim, alia quidem eſt circulus, alia vero triangulus. Huius autem alia quidẽ æquilaterus:alia vero gradatus. Figura igitur eadem, & hæc.triangulus enim, eſt triangulus autem non idem eſt. Et numerus iam ſimiliter. Non enim differt a numero differentia numerus horum. Decem autem non idem eſt. In quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, alia vero equi. Et de tempore quidem ipſo, & de circa ipſum proprietatibus,hac intentione dictum eſt.

Idẽ eñi dicitur,a quẽ nõ differt differentia,

Et bene dicitur etiam ꝙ numerus hominum, & numerus canũ eſt idem,cũ vterque numerus fuerit alii æqualis. Et dicitur ꝙ denarius numerus non eſt idem, neque decem res ſunt eædẽ: quemadmodum B triangulus æqualium,& diuerſorum laterum non ſunt idem, licet ſit eadem figura,quia ambo ſunt trianguli. Dicit enim aliquid eſſe idẽ, quando non differt in differentia,& dicitur eſſe diuerſum, quando differentia eius fuerit diuerſa., V.g.triangulus,quoniam trianguli diuerſi differunt in differentia eius,in figura vero non differunt, ſed collocantur in eadem diuiſione. Quoniã figura illa, quæ eſt talis,eſt circulus,& illa,quæ eſt talis,eſt triangulus,& triangulus ille, qui eſt talis, eſt æqualium laterum,& ille,qui eſt talis,eſt diuerſorum laterum. Et triangulus eſt eadem figura,& non eſt eadem intentio in numero. Et numerus etiam eſt idem,& non diuerſatur in rebus naturalibus in differentia numeri. Decem vero non ſunt idem. Diuerſantur enim in rebus, de quibus dicuntur, quoniam poſſunt eſſe numerus canum, & numerus equorum. Iam igitur compleuimus ſermonem de tempore, & de rebus perſcrutandis in hac conſideratione.

C




Complet capitulum,in quo dicitur ꝙ tempus non multiplicatur per multiplicatiõe motuũ,& dat cauſam in hoc, Et.d.& bene dicitur,&c.i.& bene fuit dictũ 134
in ſermone predicto ꝙ numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorum, & ꝙ numerus iſtarũ ouium decem, & numerus iſtorum canum decem eſt idem,cum non differant ſcdm numerũ, cũ ſint æqualia ſcdm numerũ,D.d.& dicitur ꝙ denarius eſt numerus,&c,i,denarius aũt collocatus ſub denario nume-

rali non est idē: iste enim denarius est denarius talis, s. decem alicuius generis, n decem simpliciter: & ideo post dixit neque decem res sunt eadem, i. & si accepsemus vniuersalius genus entis, V. g. decem res. Et, cum narrauit differentiā inter numerum simpliciter, & numerum non simpliciter in hoc, q numerus simpliciter non multiplicatur, & est idem, & non simpliciter multiplicabitur, d. exemplum de illo, qui est non simpliciter, Et dixit, quemadmodum trianguli æqualium laterum, &c. idest, & decem, quæ sunt non simpliciter, V. g. decem animalia non sunt eadem in specie: qm̄ hæc decem animalia, quædā sunt decem equi, & quædam decē canes: quemadmodum triangulus non est idem: qm̄ alius est æqualium laterum, & alius diuersorum laterum: licet conueniat in hoc, q sunt eadem figura, quia ambo sunt triangulus. Et, cum narrauit hoc de vno in specie, & de vno i genere, dedit causam in hoc, & d. dicitur enim aliquid esse idē, &c. i. & trianguli, & similia non sunt eadem in specie, quia diuersantur scdm differentias: & res, quæ sunt eædē in specie, nō diuersantur scdm differentias: & diuersa scdm specie, sunt diuersa scdm differentias. D. d. V. g. triangulus, &c. i. qm̄ triangulus diuiditur in differentias, in quibus trianguli diuersantur, scdm q sunt triangulus. D. d. in figura aūt, &c. i. q̄ n non diuersantur in hoc, q sunt figura triāgularis, sed scdm hunc modum colligitur sub eodem genere, qd' est triangulus. D. d. figura enim illa, quæ est talis, &c. i. figura enim, quæ est ex tribus lineis æqualibus, dicitur hisopleuros, &, cum non fuerint æquales, dicitur diuersorū laterum: & triangulus est eadē figura secundum genus, & non est eadem scdm speciem. Et, cum posuerit q illa, quæ diuersantur scdm speciē, sunt illa, quæ differunt scdm differentias, incœpit declarare qd' numerus non diuersatur ex numeratis essentialiter, cum non sint tanquam differentiæ ipsius. & d. & numerus est etiam idē, &c. i. & numerus est idem secundum speciem, & non diuersatur per res numeratas, sicut numerus diuersatur ex suis differentiis, scilicet par, & impar, & aliis differentiis. Et syllogismus componitur sic. Numerus non diuersatur in specie per differentias substantiales ex numeratis: Et omne, quod diuersatur in specie, diuersatur per differentias substantiales: Ergo numerus non diuersatur ex numeratis. Sed tempus est numerus: Ergo tempus non multiplicatur in specie per multiplicationem numerati: & hoc intendebat per hunc sermonem. D. d. denarius vero nō est ipse, &c. i. decem vero simpliciter, V. g. decem animalia nō sunt idem in specie, qm̄ diuersantur per differentias substantiales ex rebus, quæ sunt sub eis, V. g. qm̄ animalitas est eadem, sed diuersatur per latrabile, & rationabile: qm̄ istę sunt differentiæ substantiales, aut tanquā differentiæ. D. d. iam igitur compleuimus, &c. i. iam igitur declarauimus perfecte quid sit tp̄s in sua natura, & declarauimus illa, quæ consideranda sunt apud consideratione de tēpore.

Numerus simpliciter nō multiplicat', sed numerus non simpliciter multiplicatur.

Res, q̄ sunt eædē in specie, non diuersantur secūdū differentias.

# Liber quintus physicorū Aristo. Stagyritæ.

*Summa Quinti libri physi. secundum Auerro.*

A textu primo vsque ad. 21. loquitur de partibus subiectiuis motus.
A. 21. vsq; ad. 46. docet quō motus sit vnus specie, vel genere, aut numero.
A. 46. vsque in finem pandit quo nam pacto motus ad motum opponatur, & motus ad quietem.

*Distinguit motum per se à motu per accidens. Cap. I.*

TRansmutatur autem transmutans omne. Aliud quidē secundū accidens, vt cum dicimus musicum ambulare, quoniam, cui accidit musicum esse, hoc ambulat. Hoc autem ex eo, quia aliquid huius mutatur, simpliciter dicitur mutari, vt quæcunque dicuntur secundum partes. Sanatur enim corpus,

A quia oculus, aut torax. Hec autem partes totius corporis sunt. Est etiā aliquid, quod neque secundum accidens mouetur, neque ex eo, φ aliquid ipsius, sed ex eo, φ ipsum mouetur primum: & hoc est secundum seipsum mobile. Secundū autem alium motum, & alium alterum est vt alterabile, & alterationis sanabile, & calefactibile alterum.

Omne ergo, φ transmutatur, transmutatur aliud per accidens. V.g. musicum currere, quia accidit ei, qui est musicus, vt currat. Et aliud, quia pars eius transmutatur dicetur simpliciter ipsum transmutari. V.g. illud, φ dicitur secundum dispositionem suarum partium: dicimus enim sortem sanari, quia oculus eius sanatur, aut pectus eius, & hæc duo sunt duæ partes totius corporis. Et quædam mouentur non per accidens, neque quia aliud existens in eo mouetur, sed quia ipsum in se primo mouetur, & hoc est motum per se. Et etiam est per alium motum cæterorum modorum motus, vt alterarum, & de alteratione etiā alteratū ad sanitatē est aliud ab alterato ad calefactionē.

B QVIA intendit in hoc tractatu loqui de speciebus motuum, & de accidentibus essentialibus eis qd' enim de hoc tractatur hic, est q.genus, incœpit primo diuidere mota essentialia a non essentialibus. Et dixit φ transmutatum vniuersaliter, est tribus modis, aut per accidens, vt cum dicitur φ musicus currit: non enim currit scđm φ musicus, sed scđm φ est animal ambulans, cui accidit, vt sit musicus, & sic cursus attribuitur ei per accidens. Secundus vero modus est illud, qd' dicitur transmutatum simpliciter, quia transmutatur scđm partem, vt cum dicitur sortes est sanus, licet non sit sanus, nisi scđm oculum, & infirmus, quia est infirmus oculo: & hoc intendebat, cum. d. & aliud quia pars eius, &c. idest, & quoddam dicitur transmutari simpliciter, tamen non transmutatur ex eo, nisi vna pars tantum. Et iste modus reducitur ad illum, qui est per accidens, & est quasi mediū inter illud, qd' est per accidens, & illud qd' est per se: pars enim potest moueri per se, quando distinguitur a toto, qd' est impossibile in musica, aut in albedine. Primo enim modo attribuitur motus gratia eius, qd' nō est innatum moueri, scilicet qualitatū, vt cum dicimus φ musicus currit, & medicus scribit. Secundo vero attribuitur motus gratia eius, qd' innatum est moueri. Et isti tres modi inueniuntur in eis, quæ mouentur in loco, & in alteratione manifeste, & illud, qd' mouetur per accidens, aut gratia partis, aut quia mouetur per se: sed Aristo. non indiget in hoc loco diuidere motum per se in hoc C quinto, sed in septimo, & in octauo faciet hoc: & contentus est ex his tribus modis, scilicet motum per accidens, & motum secundum partem, & motum per se, ad declarandum φ sermo eius non est, nisi de moto per se, qm̄ nulla ars considerat de moto per accidens. D. d. & est motū per aliū motū, i. & etiam mouetur per se motu alio a motu translationis, vt illud, qd' mouetur secūdum alteratione: & quia alteratio dicitur quasi æquiuoce, d. & de alteratione etiā, &c. idest. & illud, φ significat hoc nomen alteratio, φ est transmutatio ad sanitatem, est aliud ab illo, φ significat hoc nomen alteratio, φ est transmutatio ad caliditatem.

1 Infra tex. cō. 7.

Documentū primum. Pars potest moueri per se, qñ distinguitur a toto φ est impossibile in accidētibus. Idē. 4. phy. 32. & .8. ph. 27. & prio de aīa. 37. idē hic cō. 17. nulla ars cōsiderat de moto per accidēs. idem. infra cō. 6. vide causā. 6. mc. 1. c. 6.

Est autem & in mouente similiter: aliud enim secundum accidens mouet, aliud vero scđm partē, ex eo, φ huius pars aliqua, aliud vero per seipsum primum, vt medicus quidem sanat, manus autem pcutit.

Et ita est de motore: quoniam alius mouet per accidens, & alius mouet, quia pars eius mouet, & alius mouet per se primo. V.g. medicum sanare, & manum percutere.

Cum declarauit φ motus diuiditur ī illos tres modos, declarat etiam φ in mo-

2 tore inueniuntur illi tres modi, s. motor per se, V. g. medicum sanare aliu m ab infirmitate, Et motor per accidens. V. g. musicus sanat se, qm̃ accidit musico q sit medicus, aut medicus sanans se: medicus enim non sanat per se, nisi aliud. res artificiales non agant in se, nisi per accidens, econtrario ei, quod dicitur est in definitione naturæ. Aliud autem dicitur mouere, quia pars eius mouet, vt cum diximus sor. mouet hoc pondus, licet non moueat nisi manu tantum. Deinde. d. & manu percutere: hoc est exemplum de illo, quod mouet secundum partem, scilicet sortem percutere, licet non percutiat, nisi manu: aut dicitur manum percutere, licet non percutiat, nisi pars eius.

Res artificiales non agunt in se, nisi peraccidens. Idē 2. phy. in. c. 1. 2. 3. & . 3 de aïa. c. 18.

Quoniam autem est aliquis mouens primum, est autem aliquid quod mouetur, adhuc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod. Omnis enim motus a quodam in quiddam. Alterum enim est quod primũ mouetur, & in quod mouetur, & ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum. Horum autem, aliud quidem mobile est, aliud vero in quod, aliud uero ex quo. Motus autẽ manifestum ꝙ in ligno, non in specie autem est, neque enim mouet neque mouetur species, aut locus, aut quantum hoc.

Oĩs motus est a quodã in quiddã.

Species neq; mouet, neq; mouetur.

Et quia est hic aliquis motor primo, & aliquid motum primo, & cum hoc aliquid, in quo est motus, scilicet tempus, & præter ista aliquid, ex quo est, & aliquid, ad quod est. Omnis enim motus est ex aliquo, & ad aliquid. & illud, ꝙ primo mouetur, est aliud ab illo, ad quod mouetur, & ab illo, ex quo mouetur. v. g. quoniam lignum est aliud a calido, & frigido: & primum istorum est motum, & secundum est illud, ad quod est motus, & tertium est illud, ex quo est motus. Manifestum est igitur ex hoc ꝙ motus in ligno non est forma, forma enim non mouetur, neque mouet, neque locus, neque talis quantitas.

3 Cum dixit illud, ꝙ est per se, ab illo, ꝙ est per accidens, in motore, & moto, incœpit numerare consequentia motus ad declarandum quæ eorum sunt de quibus attribuitur motus per se: vt ex hoc veniat ad numerandum species motus. Et dixit, & quia est hic, &c. i. & quia in omni motu inueniuntur quinq;, s. motor per, & motum per se. Et hoc intendebat, cum dixit primo: primum enim est quandoq; synonymum ei, ꝙ est per se, & quandoq; dicitur magis proprie, & est id, ꝙ mouet non propter alium motorem. Et similiter primum motum dicitur his duobus modis, s. de illo, ꝙ est per se. & de illo, ꝙ mouet per se, non quia in eo est alia pars, que est primum motum in ipso, sed hoc intendebat per motum primum illud, ꝙ est per se simpliciter. Tertium vero est illud, sicut dixit, in quo est motus, s. tempus. Et quartum illud, ex quo est motus, Et quintum illud, ad quod est motus. Et hoc est ita quoniã omnis motus est a motore, & ĩ moto, & in tẽpore, & ab aliquo, & in aliquid: omnem vero motum esse a motore est positum hic, & declarabitur in principio septimi. Et similiter omnem motum esse in tẽpore declarabitur etiã perfecte in vi. licet modicũ inde declaratũ sit in capitulo de tempore. Quoniam autem omnis motus naturalis rectus est aliquo, & in aliquid, manifestum per se in motu alterationis, & augmenti, & translationis recte: licet existimetur ꝙ ipse perscrutabitur de hoc in alio loco: & videtur qd ipse ponit ista, secundum qd sunt famosa, & post perscrutabitur perfecte de eis. D. d. motum enim primo est aliquid, &c. i. & illud, ꝙ mouetur per se, manifestum est ipsum per se aliud ab illo, ad qd mouetur, & ista alietas est ei primo, & essentialiter: per accidens vero non est remotũ, ut illud, qd mouetur, & illud, ad qd est motus, sit idem: & similiter est de illo, ex quo est motus, id est quia etiam est aliud a moto. Deinde dixit V, g. quoniam lignum, &c, idest quoniam lignum est illud, quod moue-

Primum, qñ q; est synonymũ ei qđ est per se, & quandoq; dicitur magis proprie.
T. c. 1. & infra. 6. physi. te. com. 50. & supra 4. phy. te. c. 129.

A mouetur in alteratione, & illud, ad quod est alteratio, est calidum, & frigidum, & lignum est aliud a calido, aut frigido. D.d. & primũ istorum est motũ, &c.i. illud ex istis, quod magis disponitur per motum est res mota: & sequitur ipsum illud, ad quod est motus, cum illud sit finis motus: & sequitur ista illud, ex quo est motus, cum ab hoc separatur res mota, & transfertur ab eo. Primum igitur istorum, & dignius in motu est res mota, s. subiectum motus. Deinde illud, ad quod est motus. Deinde illud, ex quo est motus. Iste igitur ordo est istarũ causarum, ex quibus constituitur motus: motus enim constituitur [a] in substantia eius ex istis tribus causis, s. de causis existentibus in eo non extrinsecis: & ideo non numerauit motorem, aut tempus, quia tempus [b] est de accidentibus eius, & motor de causis extrinsecis. Et, cum posuit ista, dixit manifestum est igitur quod motus est in ligno, & c.i. &, cum motum est aliud ab eo, ad quod est motus, & est forma, manifestum est [c] quod motus est in moto, non in illo, ad quod est motus, & est forma. Et hoc manifestum est per se, V.g. quoniam calefactio est in corpore calefacto, nõ in calore, qui est finis calefactionis: & similiter trãslatio est in translato, non in superiori, aut inferiori, quæ sunt fines translati, & quantitas, quæ est finis augmentati, non est in ea augmentum: & ideo illud, ad quod est motus, est aliud a moto per se. D.d. forma enim non mouet, neq; mo-
B uetur: & intendit formam substantialem, quæ est finis motus generationis, & qualitates, quæ sunt fines motus alterationis. D.d. neq; talis quantitas: & intendit quantitatem, ad quam peruenit motus augmenti, & diminutionis. D.d. formæ enim non mouent, neque mouentur, i. qm̃ motor, & motum, est compositum ex materia, & forma, & declaratum est in tertio quod motus est in moto, non in motore.

a Motus cõstituit̃ i substantia eius ex istis tribus causis, s. subiecto, termino ad quẽ termino a q̃. loquẽdo de causis intrinsecis.

b Tp̃s est de accidẽtibus motus idem 4. phy. com. 98. & q̃ ibi.

c Manifestũ est qd̃ motus est ĩ moto, nõ ĩ illo, ad quod est motus, & est forma. Idẽ infra cõ. 5. Idẽ 3. phy. cõ. 3. & ibi.

Formæ non mouẽt, neq; mouentur, qm̃ motor, 4 & motũ est cõpositũ ex materia, & forma. c. 3. phy. 18. 19. 22. & 23.

Sed est mouens, quod mouetur, & quod mouetur. Magis autem in quod, quam ex quo mouetur, denominatur mutatio: vnde corruptio in non esse mutatio est, quamuis ex esse mutatur quod corrumpitur: & generatio in esse quamuis ex non esse.

Sed hic est motor, & motum, & ad quod est motus: Transmutatio enim magis denominatur ab illo, ad quod motus, non ab illo, ex quo est motus: & ideo corruptio est transmutatio ad non ens, & si corruptum transmutatur ex aliquo ente: & generatio est transmutatio ad ens, & si transmutaretur a non ente.

C Id est, sed si hic sunt motor, & motum, & ex quo, & ad quod, & motus est in aliquo istorum præterquam in re mota: hoc nomen motus est acceptum ab illo, ad quod est motus, non ab illo, ex quo est motus: & ideo motus ex ente in non ens dicitur corruptio, quoniam non ens est corruptum, & non denominatur a nomine eius, ex quo est, scilicet ab ente: & hoc intendebat, cum dixit, & ideo corruptio, &c, id est & motus, qui dicitur generatio, dicitur, quia est transmutatio ad illud, quod est ens, & generatum, licet transmutaretur de non ente, id est incipiat ex eo.

Quid igitur motus sit dictum est prius. Species autem, & locus, & passiones, in quæ mouentur quæ mouentur, immobilia sunt, vt scientia, & calor. Et hic dubitabit aliquis, si passiones motus sunt, sicut albedo, quæ passio est: erit tantum in motum mutatio. Sed fortassis non est albedo motus, sed albatio. Est autem & in illis & quod est secundum accidens, & quod est secundum partem, & secundum aliud, & quod primo est, & nõ secundum aliud vt quod sit album id, quod intelligitur, mutatur secundum accidens. Colori enim accidit intelligi. In colorem autem, quia pars albi coloris est, & in europã, quia

Species aũt, & locus, & passiones in quę mouenť q̃ mouenť, immobilia sunt.

Nõ est albedo motus, sed albatio.

pars europæ athenæ ſunt. In album autem colorē per ſe. Quomodo quidem igitur per ſe mouetur, & quomodo ſecundum accidens, & quomodo ſecundum aliud, & quomodo ipſum primum in mouente, & in eo, quod mouetur, manifeſtum eſt: & quod motus non est in ſpecie, ſed in eo, quod mouetur, & mobili ſecundum actum fit.

Et iam narrauimus motum, quid ſit, ſuperius: & formæ, & paſsiones, & qualitates, & locus, ad quem mouentur res motæ, non mouentur, Verbi gratia ſcientia, & calor. Sed hic eſt quæſtio: in paſsionibus forte ſunt motus: & albedo eſt paſsio: & ſic tranſmutatio ad illam erit tranſmutatio ad motum. Et ad hoc dicendum eſt quod dignius est vt albificatio ſit motus, non albedo. Et in illis etiam eſt illud, quod eſt per accidens, & illud, quod eſt ſecundum partem, & illud, quod eſt primo, non per aliud, Verbi gratia, quoniam tranſmutatio albificati ad intellectum eſt tranſmutatio per accidens: intelligere enim eſt accidens colori: & tranſmutatio eius ad colorem, quia album est pars coloris: & ſimiliter transfertur ad europam, quando trāsfertur ad athenas, quia athenæ ſunt pars europę: tranſmutatio vero eius ad colorem album eſt per ſe. Declaratum eſt igitur quomodo eſt motus per ſe, & quomodo per accidens, & quomodo per aliud, & quomodo erit eſſe primo in motore, & in moto: & eſt declaratum quod motus non eſt in forma, ſed in moto, & eſt motum in actu.

§ Et, quia iam narrauimus prius motum quid ſit, & diffiniuimus eum, quia eſt perfectio moti, ſecundum quod eſt motum, manifeſtum eſt quod forma, & eſt illud, ad quod eſt motus in generatione, eſt immobilis, & ſimiliter paſsiones, q sunt id, ad quod eſt motus in alteratione, & ſimiliter locus, & eſt illud, ad quod eſt motus in translatione: motus enim non eſt perfectio alicuius iſtorum. Deinde dedit exemplum de qualitate, & dixit, V.g. ſcientia, & calor. i. quoniam iſtæ paſsiones non mouentur per motum alterationis, cum ſint fines eius. D. ſed hic eſt quæſtio, &c. i. &, quia paſsiones diuiduntur, ſcilicet ſecundum magis, & minus, & propter tranſmutationem ſequentem illas, exiſtimatur q albedo eſt motus, & ſic motus ad illam erit motus ad motum: &, quia manifeſtū eſt quod albedo eſt forma quieſcens immobilis, & qui fingit ipſam moueri, non eſt loquendum cum eo in hac ſcientia. Deinde dixit ſed dignius eſt vt albificatio ſit motus, non albedo, id eſt, ſed apparet per ſe quod albificatio eſt motus, non albedo, ad quam eſt motus albificationis. Et, quia accidit ei, ad quod eſt motus, vt in eo inueniatur illud, quod eſt per ſe, & illud, quod eſt per accidens, & illud, quod eſt ſecundum partem, Narrauit hoc ne aliquis deciperetur, & d. & in illis, &c. i. & in illo, ad quod eſt motus, inueniuntur etiam illi tres modi, quos numerauimus in motore, & moto, Verbi gratia, in illo, ad quod eſt trāſmutatio per accidens, eſt tranſmutatio albi ad hoc, quod ſit intellectum ſcilicet ad hoc, quod intelligatur ab homine: quoniam hoc eſt albi per accidens, cum illud, quod albificatur, non habet naturam vt tranſmutetur ad hoc, vt ſit intellectū, niſi per accidens: & hoc intēdebat cū dixit, intelligi enim, &c. i. quoniam intelligi eſt accidens, quod accidit ei, quod tranſmutatur ad colorem, & eſt album. Et exemplum eius, quod dicitur tranſmutari gratia partis, eſt, vt cum dicimus hoc album demonſtratum tranſmutari ad colorari: quoniam non dicitur colorari, niſi quia tranſmutatur ad partem coloris, ſ. ad aliquam ſpeciem eius: & hoc intendebat, cum dixit tranſmutatio eius ad colorem, &c. i. & cum dicimus album colorari, dicimus hoc, quia tranſmutatur ad partem coloris, & eſt albedo, D. dedit exemplū de motu translationis, & dixit & transfertur ad europā, quia

Qui fingit formas moueri, non eſt amplius loquendū cū eo in hac ſciā. Idē 4. phy. 17. uide cām iſtius ſupra cō. 3. ad finē commen.

A tranſfertur ad athenas, i. &, dicimus aliquid transferri ad aliquem locum, quia transfert̃ ad partem illius rei, cui attribuit̃ translatio, V.g. vt cum dicimus qđ for. transfertur ad hiſpaniã, licet non transferat̃, niſi ad cordubam. D.d. tranſmutatio vero eius ad colorẽ album eſt per ſe, i. &, cũ dicimus de aliquo alterato in colore, tranſmutari de nigro ad albũ eſt, per ſe, & ẽt, cum dicimus ipſum trãſferri ab hiſpania ad cordubã, eſt per ſe. Et, cũ declarauit iſta, perfecit ſermonẽ innuendo ſummã de his, q̃ declarauit, vt eſt mos in ſermonibus demõſtratiuis, & dixit declaratũ eſt igitur, ex hoc ſermone qũo attribuitur motus ei, ad quod eſt ſcdm ipſum motum, & ſcdm accidens, & ſecundum partem: & ſilr eſt declaratum qũo moueri attribuitur moto per ſe, & per accidens, & ſecundum partẽ: & qũo mouere attribuitur ẽt motori per ſe, & per accidens, & ſcdm partem. Etiam declaratum eſt cum hoc quod motus nõ eſt per ſe in eo ad quod eſt motus, ſ. forma. Et intelligit hic per formam, formam ſubſtantialem, & qualitatẽ, & quantitatẽ, & vbi: & vtitur ea in hoc loco large, ſicut fecit primo: & qñq; vtitur ea proprie, vt cum dixit, forma enim non mouetur, nec locus. &c. & qm̃ in hoc loco vtitur forma pro paſsionibus, & ſubſtantijs, & qñq; vtitur ea magis proprie, vt cum dicit, formæ, & paſsiones, & locus, &c. qñq; igitur vtitur forma large, & qñq; pro ſubſtantijs tantum. D.d. & quod eſt primum, &c. & B intendit hic per primum proximum & eſſentiale, ſecundum quod declaratũ eſt in poſterioribus analecticis.

Mos eſt innuere ſummam in his, q̃ declarata ſunt in ſermonibus demõſtratiuis.

Forma, quãdoq; vſitat̃ large, & qñque ꝓprie.

Secundum igitur accidens mutatio dimittatur. In omnibus enim eſt, & ſemper, & omni. Quod vero non ſecundum accidens eſt, non eſt in omnibus, ſed in contrariis, & mediis, & in contradictione: huius autem fides ex inductione eſt. Ex medio autem mutatur: vt ex contrario: vtitur enim ipſo, ſicut quod eſt contrarium, ad vtrumq;. Eſt enim quodammodo medium vltima. vnde & hoc ad illa, & illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria, vt vox media grauis ad vltimam ſubtilis ad primam: & fuſcum album ad nigrum, & nigrum ad album.

Mediũ quodãmodo eſt extrema.

Tranſmutatio vero per accidens omittenda eſt, quia eſt in quolibet, & eſt ſemper neceſſario. Quod autem non eſt per accidens, non eſt in quolibet, ſed in contrariis, & inter illa, & in contradictoriis: & hoc creditur ex inductione. Tranſmutatio enim eſt ex medio: quoniã C ita ſe habet ad vtrãq; extremitatem, ſicut cõtrarium. Medium enim quodammodo eſt duo extrema: & ideo dicuntur, cum comparantur ad illa, & cum illa comparantur ad illud ſicut dicũtur contraria. Verbi gratia, quoniam neuma, quod dicitur medium in reſpectu iota dicitur acutum: & in reſpectu ita dicitur graue: & color pallidus in reſpectu nigri dicitur albus, & in reſpectu albi dicitur niger.

Cum declarauit ꝙ omnis motus conſtituitur per quinq;, ſ. motorem, & motum, & illud ex quo eſt, & illud, ad quod eſt, & illud, in quo eſt, etiam declarauit ꝙ vnũquodq; iſtorũ quatuor attribuitur motus, aut per ſe, aut per accidens, ſcilicet motor, & motum, & illud, ad quod, & illud, ex quo, incœpit declarare ꝙ non eſt conſiderandum de illo, quod eſt per accidens, cum hoc non ſit de arte demonſtratiua. Et dixit tranſmutatio vero per accidens, &c. id eſt illud autẽ, quod attribuitur iſtis rebus per accidens dimittendum eſt: quia non habet ſubiectum determinatum. D.d. & eſt ſemper neceſſario, id eſt tranſmutatio, quæ eſt per accidens, inuenitur infinita in eadem re: quoniam idem corpus poteſt dici ipſum non euadere a tranſmutatione per accidens Verbi gratia ꝙ albefiat, D. humefiat, D. transferatur, D. calefiat. Et quod eſt infinitum, & non habet naturam terminatam, non continetur a ſcientia, neq; eſt pars artis demonſtratiuæ.

6 Motus conſtituitur per quinq;, qđ qũo ſit. Vide ſupra cõmen. 3.

Quod est infinitũ,& nõ habet naturã terminatam,non cõtinetẽ a sciẽtia, neq; est pars sciæ demõstratiuæ. idẽ 6. me.t.c.6.

Ois motus est de cõtrario in cõtrarium.

In medio sunt duo extrema in media dispõne, qđ qũo sit intelligendũ. uide c.26.4. de cœ. Idem infra hic 19. 52. Idem 10. meta.23.& 12.meta.6.

Et intendit hic per accidens illud, quod est cõe ei, quod est per accidens, & i. quod est secundum partem. Et, cum declarauit ꝙ in illo, quod est per accid. non considerat aliqua ars, & dedit causam in hoc, & dixit, quod aũt non est p accidens, &c.i. & transmutatio, cuius natura subiecti est essentialiter termin ta, non est nisi in contrarijs, aut in illis, quæ sunt inter contraria, aut in contr ctorijs. Et intendit hic per contradictoria, illa, quæ opponuntur secundum a mationem, & negationem, & per contraria, quæ dicuntur proprie, vt dictũ in lib, Cathegoricarum. D.d.& hoc creditur ex inductione, i.& hoc certifica tur, s. quod omnis motus est de contrario in contrarium, aut de contrario in m dium, aut de medio in contrarium, aut de non esse in esse, aut de esse in non e ex inductione. D.d. transmutatio enim erit ex medio, &c.i & causa in hoc, c transmutatio est ex medio, & ad medium est, qm̃ medium est cõtrarium vtric extremo, secundum quod extrema sunt contraria. Et, cum narrauit quod ca sa in transmutatione ex medio, & ad medium est, quod medium est contrariu vtriq; extremo, dedit ẽt causam in hoc, & dixit, medium enim est quodamm do, &c.i, & causa in hoc est, qm̃ in medio sunt duo extrema in media disposit ne: secundum vero quod in eo inueniuntur duo extrema in media dispositione, secundum hoc vtrunq; extremum est contrarium simplicibus duobus. V.g. co lor pallidus est medius inter album, & nigrum, quæ sunt duo extrema, & in e est albedo, & nigredo. s. quodammodo potentię: secundum igitur quod habet i se de albedine in potentia est contrarium nigredini, quæ est in actu, & secundu illud, quod habet in se de nigredine, modo medio inter actum, & potentiam, e contrarium albedini in actu, quod est scd̃m extremum. Cum igitur propositio, dicens ꝙ transmutatio est de contrarijs in contraria, fuerit intellecta: ita, quo hoc nomen contrarium dicitur de illo, de quo intelligitur maius, & minus, s. il lud, quod est in potentia, tunc non indigetur dicta expositione, & verificabitu quod omnis transmutatio est de contrario in contrarium. D.d. medium enim es quodammodo duo extrema: & intendit esse medium inter actum, & potẽtiam, sicut diximus.

*Diuidit mutationem per se in suas species.* Cap. I I.

Mutatio ex subiecto in subiectũ, ex subiecto in nõ subiectũ, ex nõ subiecto in subiectum, & ex nõ subiecto in non subiectum.

Generatio alia simpľr, alia secundũ quid.

QVONIAM autem omnis mutatio est a quodam in quiddam: manifestat & vtique nomen: post aliud enim aliquid, & aliud quidem prius, aliud autem monstrat posterius: & mutabit mutãs quadrifarie. Aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex nõ subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum ex affirmatione monstratum: quia necesse est ex his, quæ dicta sunt, tres esse mutationes. s. ex subiecto in subiectum, & ex subiecto in non subiectum, & ex non subiecto in subiectum. Quę enim est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, propter hoc, ꝙ non est secundum oppositionem. Neque enim contradictio, neq; contraria est. Ex nõ subiecto igitur mutatio in subiectũ scd̃m contradictionem generatio est: Alia quidem simpliciter simplex, Alia vero quædam cuiusdam, vt ex non albo in album, generatio quidem huius est. Quæ vero ex non esse simpliciter in substantiam est, generatio simpliciter est, secundum quam fieri, & non fieri simpliciter dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum corruptio est. Simpliciter quidẽ, quæ ex substantia in nõ esse est. Quædam aũt est, quæ est in oppositam negationem, sicut dictum in generatione est.

A Et, quia omnis transmutatio est de aliquo in aliquid, & hoc significat suũ nomen: significat enim in idiomate græco, quod est aliquid, quod fit per aliud, & sic significat aliquid fuisse, & aliquid fore Et omne, quod transmutatur, trasmutatur quatuor modis: aut de subiecto in subiectum, aut de subiecto in non subiectum, aut de non subiecto in subiectum, aut a non subiecto in non subiectum. Et intelligo per subiectum illud, quod significatur per affirmationem: ergo necesse est ex hoc, quod diximus, ꝙ modi transmutationis sunt tres: quoniam transmutatio de non subiecto in nõ subiectum non est trãsmutatio: quia non sunt opposita, quoniam non sunt contraria, neq; contradictoria. Transmutatio igitur de non subiecto in subiectum secundum contradictionem est generatio: & transmutatio simpliciter erit simpliciter, & quod est transmutatio aliqua est in aliquo, Verbi gratia, quoniam transmutatio de non albo in album est generatio al-
B bi. Transmutatio vero de nihilo simpliciter ad aliquam essentiam est generatio simpliciter: & hoc dicimus simpliciter aliquid generari. Transmutatio vero de subiecto in non subiectum, aut est corruptio simpliciter, cum fuerit transmutatio de aliqua essentia in nihilum, aut erit corruptio aliqua, cum fuerit transmutatio in negationem cõtradicentem, sicut dictum est de generatione.

CVM declarauit cõsequentiam motorum, quorum vnum est, ꝙ omne motum mouetur de aliquo in aliquid: & intendit numerare species motuum: incipit perscrutari de hoc diuidendo illud, ex quo possibile est transmutatum trasmutari, & ad quod, & ex quo est impossibile: quoniam istis numeratis determinabuntur species motuum: et quia numerauit ista ex inductione cum dixit, quoniam erit de contrario aut de contradictorio, vult tunc numerare illa secundum diuisionem, quia est via certior. Et dixit & quia omne transmutatum &c. id est de aliquo terminato in aliquid terminatum non de quolibet. Et licet hoc sit manifestum per se dedit testimonium ex hoc, ꝙ hoc nomẽ transmutatio significat apud eos: & est bene manifestum per se ꝙ omnis transmutatio est de aliquo in aliquid: quoniam, dum res fuerit in eadem dispositione, tũc illic
C non erit transmutatio. cum igitur transmutatur erit hoc, quando transfertur in aliquam dispositionem ab aliqua dispositione. Et quia ista dispositiones secundum ꝙ res diuiduntur in affirmationem & negationem, scilicet in esse & non esse, sunt quatuor modis, dixit & omne quod transmutatur &c. id est & cum posuerimus ꝙ omnis transmutatio est de aliquo in aliquid: & hoc nomen aliquid dicitur simpliciter de esse & non esse: aut de negatione & affirmatione: necesse est vt omnis transmutatio sit de subiecto in subiectum, id est, de affirmatione in affirmationem: & esse in non esse oppositum. Aut de subiecto in non subiectũ, id est de affirmatione in negationem, & de aliquo esse ad priuationem illius esse. Aut de non subiecto in subiectum id est de aliqua negatione in aliquam affirmationem, & de aliqua priuatione in aliquod esse. Aut de non subiecto in non subiectum. Vnde necesse est vt modi transmutationum sint tres, & non sit quartus, tres vero sunt: transmutatio de esse in esse oppositum: & de esse in nõ esse, & de non esse in esse. Et intelligo per non esse, non esse in actu: quod est esse in potentia: & vniuersaliter non esse quod est proprium primæ materiæ, nõ negationem simpliciter negatio enim simpliciter significat non esse simpliciter: & non esse simpliciter non recipit transmutationem: & hoc est intelligendum ex hoc, quod dixit & intelligo per subiectum, &c, dixit ne aliquis intelli-

7

Diuisio est via certior ĩ numerando, ꝙ̃ sit ĩductio

Quando res fuerit in eadẽ dispõne, tũc illic non erit transmutatio.

Non esse in actu, quod est esse in potẽtia, est propriũ primæ

materię. Idē 1.phy. com. 70 & 12.meta.11.& 14. cō. Idem 3. cœli.

gat aliquem modorum priuationum famosarum numeratarum in lib. prædicamentorum. Tertius vero est de esse in non esse: quod autem euanuit est illud, quod est de non esse in non esse: non esse enim impossibile est transmutari: & non esse aliquid non opponitur ad non esse aliquid: & dictum est quod illud, ex quo est transmutatio, & ad quod est transmutatio, sunt opposita. Et debes scire quod transmutatio, quæ est de subiecto in subiectum, scilicet de contrario in contrarium, potest collocari in transmutatione, quæ est de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum, transmutatio enim alia est in substantia, alia in accidente. in substantia vero, quia substantia non contraria est substantiæ, & transmutatio est de opposito in oppositum, non dicimus quod ista transmutatio est de subiecto in subiectum: &, si sit ita, aut ergo dicitur esse de non subiecto in subiectum, & de negatione in affirmationem, aut econtrario: cum oppositio in hac transmutatione est in priuatione, & habitu, quæ est in substantia, non in contrarietate, sicut est dispositio in transmutationem, quæ est in accidente. transmutatio vero, quæ est in accidente, quia est in contrarietate, & duo contraria sunt existentia, dicitur esse de subiecto in subiectum: &, quia illa, quæ opponuntur secundum contrarietatem, possunt opponi secundum priuationem, & habitum, secundum affirmationem, & negationem, possibile est etiam dicere in eis, quæ opponuntur secundum contrarietatem, illa transmutari de subiecto in non subiectum, Verbi gratia, de albo in non album: sicut dicimus hoc de subiecta in non subiectam, scilicet sicut dicimus aliquid transmutari de homine in non hominem: & similiter dicimus etiam quod transmutatur de non subiecto in subiectum in accidente, Verbi gratia, de non albo in album: sicut dicimus substantiam transmutari de non homine in hominem. Et, quia transmutatio vniuersaliter, cum accipitur de non subiecto in subiectum, dicitur generatio, & cum accipitur de subiecto in non subiectum, dicitur corruptio, & subiectum, & non subiectum quædam dicuntur simpliciter, & sunt illa, quæ sunt in subiecta, cum subiecta sit per se, & quædam non dicuntur simpliciter, & sunt illa, quæ sunt in accidentibus, quoniam hoc nomen esse, aut non esse dicitur de subiecta simpliciter, & de accidente non simpliciter, ideo transmutatio, quæ est in substantia, de non subiecto simpliciter, & de non ente simpliciter ad ens simpliciter dicitur generatio simpliciter, & transmutatio de ente simpliciter in non ens simpliciter: dicitur corruptio simpliciter, & transmutatio, quæ est de aliquo ente, scilicet existente in alio non simpliciter, quod est accidens in non aliquod ens, dicitur generatio aliqua, non simpliciter, & similiter transmutatio, quæ est de aliquo ente in non aliquod ens, dicitur aliqua corruptio: &, cum hoc sit declaratum, dixit & transmutatio de non subiecto in subiectum est generatio: & intendit quod transmutatio vniuersaliter, siue suum esse fuerit in accidente, siue in subiecta, cum accipitur secundum quod est ex non subiecto in subiectum, dicitur generatio. Deinde dicit & transmutatio simpliciter, &c. id est, & transmutatio simpliciter: & est illa, quæ est de non subiecto in subiectum: & est illa, quæ est in substantia, dicitur generatio simpliciter, quia est in ente simpliciter, non in aliquo ente: & quæ est de non ente aliquo in aliquod ens, & est accidens, dicitur generatio aliqua, non generatio simpliciter, quia est in aliquo ente, non in ente simpliciter. Deinde dixit transmutatio vero de nihilo, &c. id est transmutatio de non ente simpliciter, id est de non substantia aliqua in ens simpliciter, id est in aliquam substantiam est generatio simpliciter, & transmutatio simpliciter. Deinde dixit transmutatio vero de subiecto in non subiectum, &c. id est, & transmutatio vero de ente in non ens est duobus modis etiam: quoniam, si transmutatio fuerit in essentia indiuidui demonstrati, scilicet indiuidui substantiæ, donec fiat illud non indiuiduum, dicitur corruptio simpliciter: cum autem fuerit in aliquo accidente, donec fiat non illud accidens, dicitur aliqua corruptio, non corruptio simpliciter. Intelligendum est igitur in hoc loco per ne-

Nō esse simpliciter non recipit trāsmutationē. Idē 1. physi. com.71.74.75.77. Idē hic cō.seq.

Illa, q̄ opponūtur scd̄m cōtrarietatē pn̄t opponi scd̄m priuationē, & habitū. pro hoc uide 10.met. tex.com.15.

Transmutatio in substātia ē simpl'r, in accidentibus vero est non simpl'r. Idem 1.phy. 62.& primo de gen. tex. cō.11.& 20. Idē 8. physi. tex. cō.46.

A gationem priuationem, quæ non est propria alicui subiecto, & per affirmationem esse.

Si igitur, quod non est, dicitur multipliciter, & neque quod est secundum compositionem, & diuisionem, cõtingit moueri, neq; quod est secundum potentiam, quod ei, ꝙ est simpliciter, secundũ actum, oppositum est. Quod enim non album, aut non bonum, tamen contingit moueri secundum accidens, erit enim homo non albus. Quod autẽ simpliciter non hoc est nullo modo mouetur: impossibile enim quod non est, moueri. Si autem hoc, & generationem motum esse impossibile erit: fit enim quod non est. Si enim, & quod ex nõ ente maxime secundum accidens fit: sed tamen verum est dicere quod est: quod non est de eo quod fit simpliciter. Similiter autem & quiescere: hæc igitur accidunt inconuenientia. Et si omne quod mouetur in loco est: quod aũt non est: non est in loco: esset enim alicubi: neque iam B corruptio motus est: contrarium quidem enim motui motus: aut quies. Corruptio autem generationi contrarium est. Subiectum motus est in actu.

Et dicamus nunc ꝙ non ens, cum dicitur pluribus modis, illud qđ dicitur ex eo secundum compositionem & diuisionẽ impossibile est vt sit motum: neq; illud quod dicitur secundum potentiam: & est illud quod est oppositum ei quod est simpliciter in actu. Quoniam nõ album aut non bonum, potest esse alio modo motum per accidens: quoniam possibile est vt non album sit homo. Illud autem, quod est simpliciter non ens: & non est demonstratum: impossibile est vt moueatur: quoniam non ens impossibile est vt moueatur: & cum ita sit impossibile est vt generatio sit motus: quoniã non ens est illud, quod generatur. Quoniam si illud quod est per accidens proprie non ens est illud quod generatur. Tamen verum dicitur quòd non ens est in generatione simpliciter: & similiter est de quiete: & tale inopinabile sequitur ex hoc: quod omne motum est in loco: quoniam C quod non est non est in loco: quoniam si fuerit in loco, est in aliquo vbi: neque corruptio etiam est motus: corruptioni enim est contrarium: aut motus: aut quies. Corruptio est contraria generationi, & quieti.

8 Cum declarauit ꝙ genera transmutationum sunt tria, scilicet de subiecto in subiectum, & de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum, & est illud, quod generatio, & corruptio: quoniam generatio, & corruptio numeratur in vna specie specierum transmutationis: sicut aliquis motus numeratur de superiori in inferius, & de inferiori in superius in vna specie, & est translatio recta: & sicut transmutatio de albedine in nigredinem, & econuerso numeratur in vna spẽ alterationis; incœpit declarare ꝙ transmutatio, quæ est de subiecto in non subiectum, aut e conuerso, non est motus. s. ꝙ hoc nomen transmutatio non dicitur de illa, & de illa, quæ est de subiecto in subiectũ vniuoce, neq; quasi vniuoce, sicut est in eis quæ continentur sub eadem definitione principaliter, & secundario. Et incœpit, & dixit & dicamus nunc ꝙ non ens, &c. id est & quia non ens dr̃ tribus modis. Quorum vnus est secundum cõpositionẽ & diuisionẽ, i, affirmationem, & negationẽ, V. g. chymera non est natura. Secun Vide primo cæli, te. cõ. 5.

Non ens dr̄ tribus modis. Idē 12. meta.cō.11.

dus vero eſt, vt cum dicimus in indiuiduo ſubſtantiȩ demonſtrato eſſe non ens, 
& eſt ens in potentia, quod eſt oppoſitum ei, quod eſt in actu ens, & per ſe. Ter
tius eſt, vt cum dicimus in indiuiduo accidentis ipſum eſſe non ens, Verbi gra
tia non album, & non coloratum: & hoc eſt non ens non ſimpliciter, ſed non
ens aliquid: Quod igitur ex iſtis dicitur ſecundum compoſitionem, & diuiſio
nem, ſcilicet ꝙ falſitas in eo eſt ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem, ſcili
cet affirmationem, & negationem, manifeſtum eſt ꝙ impoſsibile eſt in eo vt ſit
transmutatum: quod autem eſt non ens aliquid, Verbi gratia non ens album,
poſsibile eſt moueri per accidens, Verbi gratia, quoniam homo non albus fit
albus, quoniam non fit albus per ſe, niſi ex nigro, non ex non albo, niſi per ac
cidens: non album enim non transmutatur ſecundum quod eſt non album: quod
autem transmutatur de non ente ſimpliciter in aliquod ens ſimpliciter, & eſt ge
neratio, quae eſt in ſubſtantia, non inuenitur in eo transmutatio omnino, ſecun
dum ꝙ res inuenitur in ſubiecto: quoniam ſubiectum transmutationis in ea, eſt
in potentia: & ideo impoſsibile eſt transmutari per ſe, aut per accidens: non ens
vero non ſimpliciter poſsibile eſt vt moueatur: quoniam ſubiectum transmuta
tionis in eo eſt in actu, & eſt illud, ad quod eſt transmutatio: & cum motus at
tribuitur ei, ſecundum quod eſt ens, erit eſſentialiter, & cum attribuitur ei ſe
cundum alietatem, erit per accidens. Priuatio enim non transmutatur, ſed trans
mutatur ſubiectum priuationis, cum fuerit exiſtens in actu, & idem demonſtra B
tum in duabus extremitatibus motus. Deinde dicit motus neque idem quod
dicitur ſecundum potentiam, &c. id eſt neq; mouetur etiam de non ente illud,
quod dicitur de ente in potentia, quod eſt oppoſitum enti in actu: quoniā trans
mutatum eſt ens in actu neceſſario. Deinde dixit non album enim, & non bo
num, &c. id eſt illud enim de non ente, ꝙ dicitur de non aliquo ente, nō de non
ente ſimpliciter, eſt ens in actu, Verbi gratia non album, & non bonum eſt ens
in actu, & eſt poſsibile moueri per accidens, eſſentialiter vero non, ſcilicet ſe
cundum ꝙ eſt non ens. D.d. quoniam poſsibile eſt vt non albus ſit homo, &c.
id eſt & eſt poſsibile vt hoc transmutetur, quia non album eſt ens in actu, Ver
bi gratia homo: non homo vero non eſt ens in actu, ſed in potentia. Deinde di
cit, illud autem, ꝙ ſimpliciter non eſt, &c. i. illud autem, ꝙ non poteſt demōſtra
ri, id eſt quod nō eſt ens ſimpliciter, impoſsibile eſt moueri omnino per ſe, aut p
accidens: quoniam non eſſe non mouetur per ſe, & nihil eſt hic ens in actu, ſu
biectum motui demonſtrato de principio eius vſq; ad finem. Accidit igitur ex
hoc dicere ꝙ non ens mouetur per accidens: illud enim, ꝙ eſt per accidens, acci
dit enti per illud, ꝙ eſt per ſe: &, quia per non ens non ſimpliciter diſponit ſu
biectum in actu, vt cum dicimus ꝙ iſte homo non albus fit albus, poſsibile eſt
vt transmutatio tribuatur hic ad non eſſe per accidens, ſcilicet per ſuum ſubie F
ctum, ꝙ eſt ens in actu. Ad non eſſe vero exiſtens in ſubſtantia, ſcilicet ex qua
fit transmutatio ſimpliciter, impoſsibile eſt vt attribuatur transmutatio per ac
cidens, nedum per ſe, quia ſubiectum eius eſt ens in potentia, & ens illic in actu
non eſt idem demonſtratum in duabus extremitatibus eiuſdem motus: qm̄ non
aer, quando fit aer, accidit qn̄q; aqua. V.g. cum aqua corrumpitur, deinde ſuc
cedit ei aer: ergo hic non eſt idem ſubiectum formæ aquæ, & aeris, ſuper quod
ſuccedebant formȩ ſibi, ſicut album, & nigrum, ſuccedunt ſibi in indiuiduo de
monſtrato: & prima materia non eſt in actu: & quod non eſt in actu, impoſsibi
le eſt moueri: & cum eſſe primæ materiæ non admiſcetur actus omnino, impoſ
ſibile eſt vt moueatur. Quia ergo in duabus extremitatibus iſtius motus, ſ. ge
nerationis, & corruptionis exiſtentis in ſubſtantia non eſt aliquod idē demon
ſtratum diſpoſitum per motum a principio vſq; ad finem eius, & dixit ergo im
poſsibile eſt vt generatio ſit motus. D. dedit cauſam in hoc, & dixit, qm̄ non
ens eſt illud, quod generatur. i. & cauſa in hoc ꝙ generatio in ſubſtantia non eſt
motus, eſt, qm̄ generatum in ea eſt non ens ſimpliciter, & eſt ens in potentia, qm̄
transmutatur, & exit de potentia in actum: ꝙ non eſt ita in generatione acciden
tium. Transmutatum.n. in ea eſt in actu, licet transmutetur ſcd̄m ꝙ eſt in poten
tia. Et, quia dixit ꝙ transmutatio in ſubſtantia eſt de non ente ſimpl'r, & quod

Albū per ſe fit ex nigro, non aūt ex nō albo, niſi per accidēs. vide ꝓ hoc clariſsime ī fra in te. cō. 51.

Ens in potē tia nō moue tur. Idem 9. meth. te. cō. 7. & 8. phyſ. com. 30.

In eſſe primæ materiæ non admiſce tur actus oī no. Idem ſu pra cō. 7. & ibi.

A causa in hoc, ꝙ trāsmutatio in ea nō est motus, & generatio eius est a non ente per accidēs, & gñatio eius ab ente in potētia est per se, incœpit, quasi excusando se in hoc, quod dedit causam illius, ꝙ generatio simpliciter non est motus, quæ est causa. s. quia est transmutatio ex nō esse, & est causa per accidēs, Dixit quoniam, si illud quod est per accidens, &c. i. diximus ꝙ generatio simpliciter est de non ente simpliciter, & si generatū per se est de ente in potentia, & de nō ente per accidens, quia dicere ꝙ in non ente simpliciter est generatio simpliciter est verū, licet sit per accidens: & quasi dicit & diximus ꝙ causa in hoc, ꝙ in generatione non est motus, quia est de non ente, & ipsum esse de nō ente est per accidens, & non essentialiter: & causa essentialis in hoc est dicere ꝙ generatio non est motus, quia transmutatū in ea est de ente in potētia. Deinde dicit, & similiter est de quiete. i. &, cum in generatione non erit motus, non erit in ea priuatio motus, cuius proportio ad motū in loco est, sicut proportio priuationis, quæ dicitur quies in rei veritate. Et determinatio istius sermonis est: quoniā, quia omnis generatio est factio alicuius, quod ante non fuit, necesse est vt priuatio omnis generationis præcedat illam in subiecto, ex quo generetur. Si igitur subiectū fuerit ens in actu, tunc generatio erit motus: & ista est dispositio transmutationis in alteratione, & augmēto, & translatione. Et, si subiectū fuerit in potētia, non erit illic motus, cum non sit illic motū in actu, sicut est di-
B spositio in substantia: & dicitur generatio, & corruptio simpliciter. &, si aliæ transmutationes dicuntur generatio, & corruptio, tamē non simpliciter, sed cū determinatione. Deinde dicit & sequitur tale impossibile, &c. i. & cōtingit dicentibus ꝙ generatio, & corruptio sunt motus, aliud impossibile, et est ꝙ illud, quod non est ens, est in loco: qm̄ omne motū est in loco: & quod non est ens, mouetur: ergo quod non est ens, est in loco: [a] &, cū contradictorię huius conclusionis coniungetur vna duarū istarū propositionū vera. s. est quod omne motū est in loco, concludetur in secunda figura quod illud, quod non est ens, non mouetur. Deinde dicit, neque corruptio est motus, qm̄ contrarium corruptionis est aut motus, aut quies, &c. i. & corruptio ē non est motus, quia est contraria generationi, & impossibile [b] est vt illud, quod est motus, sit cōtrarium ei, quod non est motus, & intendit hic per quietem, priuationē motus. Et syllogismus componitur sic, Contraria corruptioni est generatio, & quies: Et quies est priuatio motus: Ergo contraria corruptioni est priuatio motus. &, cum contrariū corruptionis est priuatio motus, & contraria sunt sub eodem genere: impossibile est vt alterum istorū sit sub priuatione, & alterū sub habitu: qm̄ priuatio, & habitus non sunt sub eodem genere: & propositio [c] dicens ꝙ contraria sunt in eodem genere est famosa, & verificabitur in prima philosophia.

C

*In quot, & quibus prædicamentis reperiatur proprie motus. Cap. III.*

QVONIAM autem omnis motus mutatio quædā est, mutationes aūt tres sunt dictæ: harū aūt, quę sunt secūdū generationē, & corruptionē, non sunt motus, hę nā secūdum contradictionem sunt, necesse ex subiecto in subiectum mutationē, motuq; esse solum: subiecta aūt aut contraria, aut media: priuatio enim ponitur contrariū: & monstratur affirmatione nudū, & albū, & nigrū. Si igitur prędicamenta diuisa sunt substātia, & quātitāte, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & facere, & pati, necesse est tres esse motus, quantitatis, & qualitatis, & secundum locum.

Et quia omnis motus est transmutatio aliqua, & modi transmu-

In non ente simpliciter ꝑ est gñatio accidēs. Idē 1. phy. t. cō. 74. 75. 76. Subiectū generationis substātialis est in potētia, sed subiectū trāsmutationis accidētalis est ī actu. Idē. 2. de aīa. 6. 4. & 8. me. 4. & 1. ph. 63. & 1. c. de sub. orb. ꝑ hoc tamē vi de limitatione primo de gene. 23. & 24. vide ēt calcē cō. primi. in primo de genera.
a Hic habet pro incōuenienti ꝙ materia sit ī loco. Sed vide opp. 1. de gene. t. cō. 27.
b Impossibile est vt illud, qđ ē motus, sit cōtrariū ei, qđ nō est motus. Idē īfra. 63.
c Propositio dicēs qđ cōtraria sunt in eodē genere ē famosa, & verificabitur ī pri

ma phyloso- phia, 10. me, tex. cõ, 13.

tationum sunt tres prædicti, & istorum trium modorum illud, quod est secundum generationẽ, & corruptionem, non est motus, in quo est contradictio, est necesse vt transmutatio sola, quæ est de subiecto in subiectũ sit motus. Et duo subiecta sunt aut contraria, aut media. Quoniã nos ponemus priuationem etiam contrarium: quoniam per illam significatur, sicut significatur nudum per affirmationem, & album, & nigrum. Et quum prædicamenta diuidantur in substantiam, & qualitatem, & vbi, & aliquid, & quantum, & agere, & pati, necesse est vt motus sint qualitatis, & motus quantitatis, & in loco.

9 CVM posuerit ꝙ transmutatio, aut est de subiecto in subiectum, aut de subiecto in non subiectũ, aut de non subiecto in subiectum, aut de non subiecto in non subiectum, & destruxit tres modos, remansit vnus, qui est de subiecto in subiectum. Et dixit & quia transmutationes sunt tres, & dixit tres, quia quartus modus manifestus est per se, scilicet quoniam transmutatio nõ fit de non subiecto in non subiectum. D. d. & istorum trium, &c. i. declaratum est ꝙ duo istorũ triũ, quæ dicuntur generatio, & corruptio, non sunt motus, ergo necesse est vt vera transmutatio sit de subiecto in subiectum. Deinde dicit, in quo B est contradictio, id est de affirmatione in negationem, & econuerso, vt diximus in generatione, & corruptione. Et, cum declarauit ꝙ vera transmutatio est illa, quæ fit de subiecto in subiectum, incœpit quęrere species, aut genera istius transmutationis primas, & dixit trãsmutatio subiecti in subiectum est motus, id est transmutatio, quæ est de subiecto in subiectum, est alteratio subiecti in subiectum, id est transmutatio alicuius affirmationis in aliquam affirmationem, remanente essentia rei dispositę illis duabus dispositionibus. Verbi gratia, vt alii quod corpus demonstratum mutetur de albedine in nigredinem, aut de vbi in vbi, aut de minori quantitate in maiorem. Deinde dicit & duo subiecta sunt, aut contraria, &c. i. & quia manifestum est per se quod transmutatio est de contrario in contrarium, ergo transmutatio, quæ est de affirmatione in affirmationem est de affirmatione contraria in affirmationem contrariam. Et, quia duę affirmationes, aut erunt habitus, aut altera erit habitus, & altera priuatio, dixit ponamus nos igitur hic priuationem, et contrarium, id est, & intelligendum est hoc per contrarium illud, quod est commune duobus. D. dedit causam, propter quam vtitur hoc contrario large, & est, quia affirmationes contrariæ diuiduntur in hæc duo, scilicet in veram contrarietatẽ, & in priuationem, & habitũ: & iam ponit, quod transmutatio debet esse de affirmatione opposita in affirmationem oppositam, & dixit, quandoque enim significatur per illam, sicut per F affirmationẽ. i. & posuimus contraria secundum habitum, & priuationem in affirmationibus oppositis: quia priuatio quandoq; significatur per affirmationẽ, vt cum dicimus sor. est nudus, quæ est affirmatio significans priuationẽ: quemadmodum, cum dicimus sor. est niger, aut albus, est affirmatio, quæ significat habitum. & quasi dicit, &, quia necesse est vt transmutatio sit de affirmatiuo opposito in affirmatum oppositũ: & affirmatio opposita est duobus modis: necesse est vt omnis transmutatio sit aut de contrario in contrarium, aut de non esse in esse, aut econuerso. & manifestum est quod istud non esse est aliud a nõ esse, ex quo est generatio. Et, quia manifestum est per se quod transmutatio, quæ est motus in rei veritate, est inter opposita mediata, & non est medium in transmutatione, quæ est de priuatione in habitum, quia inter priuationem, & habitũ nõ est medium, dimisit destruere hanc diuisionem, quia est manifesta: &, quia vera contraria mediata inueniuntur in tribus prædicamẽtis, necesse est vt motus sit in tribus prædicamentis: sed ipse non compleuit hanc declarationẽ hoc modo: & quasi dimisit perscrutationẽ diligenti. D. incœpit inducere aliam viam manifestiorem, & famosiorẽ, in determinando genera motuũ per determinationẽ generũ prædicamentorum, in quibus inuenitur motus, & dixit, &, cum prædi-

Priuatio, qñ que significat p affirmationẽ. Idẽ. 5. met. tex. 17.

Documẽtũ.

A caměta,&c.i.&,cum sit declaratū quod motus est de subiecto cōtrario in subiectum contrariū, & est declaratū [a] ēt in alia scientia quod prædicamenta sunt decem, necesse est vt motus sit in tribus tantum, In qualitate, & est alteratio, in quantitate, & est augmentum & diminutio. Et in loco, & est translatio: quoniam in istis prædicamentis inueniuntur contraria, [b] & media: licet lateat in loco aliquantulum: & ideo declarabitur post. Et expositores quærunt hic qūo hic ponit motum sub tribus generibus, & ipsum posuit illud genus per se, scilicet prædicamentū passionis. Quidam [c] igitur concesserunt ipsum esse sub istis generibus, & dixerunt quod prædicamentum passionis est genus secundū cōsiderationē receptionis motus, non secundum considerationem motus: & isti dicunt quod quale aliud est quiescens, & aliud motum, & similiter quantum, & locus alius est forma quiescens, & alius est forma mutata. Et quibusdam displicet hoc: & dicunt quod quale non est genus per se, nisi secundum quod est quiescens, & similiter locus, & quantum. Cum autē ista sunt considerata, secundum quod sunt mota, sunt opposita in seipsis, cum sunt quiescentia: & impossibile est vt motū sit species quiescētis, & isti dixerunt præcise quod motus est in prędicamēto passionis, & quod Aristo. attribuit illum istis prędicamētis, quia ista prædicamēta sunt materia motus, nō quia collocatur sub eis. Et vr̄ ꝙ, si potētia ad vnūquodq; prædicamentū est in illo genere prædicamēti, ꝙ est in actu,
B & similiter via de potētia ad actū.s. si potētia ad substātiā est quoquo modo in prædicamēto substātiæ, & similiter via ad generationē substātię. & similiter potentia ad quantū, & ad alia prædicamēta, visum est ꝙ illud esse, ꝙ est inter potētiā, & actū, in illo genere, sit sub illo genere: qm̄ esse mediū inter potētiam, & actum, quæ sunt in illo genere, necessario est de genere actus, qui est complemētum: sed differunt secūdum magis, & minus: ire.n. ad calorē est calor quoquo modo & similiter ire ad frigus. Et secundum hunc modum est verum dicere ꝙ motus est in genere, in quo est illud, ad quod est motus.s. secundū suam materiam, secundum vero ꝙ motus est forma in hac materia existimandū est ꝙ motus est per se prædicamentū: & secundum hoc fuit considerandum in lib. de prędicamētis. Motus igit̄ habet duplicē considerationē: qm̄ secundum suam materiā est in genere eius, ad ꝙ est motus, secundū autem formam, i. secundū ꝙ est transmutatio cōiuncta cū tēpore, est in prædicamēto passionis. Et propter famositatē istius diuisionis.s. qm̄ omnes intētiones diuiduntur in habitus quiescētes, & mobiles, conueniunt omnes gentes in hoc, ꝙ posuerunt principia nominationū nomen, & verbum, & posuerunt nomen cuilibet formæ quiescenti, & verbum cuilibet formæ mobili, & posuerunt indeclinabile ad collationē inter illa duo. Ponentes vero receptionem esse prædicamētum passionis non bene
C fecerunt: quoniam receptio est potentia ad rem: & iam diximus quod potentia ad aliquam rem est de genere illius rei.

a In ante p̄dicamentis. ca.5.& in 5. me.t.cō.14. & 6.me. te. cō.4.

b Cōtrarietas, & media sunt ī trib9 p̄dicamētis, licet ī loco lateat aliquantulū. Idē. 8. phy. cō.16. sed vīd de oppo. 8. me. cō. 4.& 10.me. c.13.

c Prima solutio & est Alfara.

Secunda solutio, & est Auicen.

Improbatio secundę solutionis.

Motus, vt est via, est in genere termīni ad quem. opp. 3. phys. cō.4.

Solutionis primæ īprobatio.

Secundū substantiā aūt non est motus, propterea ꝙ nullum entium substantiæ contrarium est, neque ei, quod est in ad aliquid. Cōtingit enim, altero mutante, verum esse alterum nihil mutans, quare secundum accidens motus horum est. Neque agentis, aut patientis, neq; omnis, qui mouetur, aut mouētis, quia nō est ipsius motus motus, nec generationis generatio, neq; oīno mutationis mutatio.

In substantia vero non est motus, quia nullum ens est contrarium substātię: neque in relatione ēt est motus: quoniam possibile est vt alterum relatiuorum transmutetur absque eo, ꝙ alterū trāsmutatur. Motus igitur eorum est per accidens: neque in agere, & pati etiam est motus, neque motoris, aut moti: qm̄ motus non habet motum, neque generatio habet generationem, & vniuersaliter neque transmutatio transmutationem.

10 Cum posuit quod motus inuenitur in tribus prædicamentis tantum, incœpit destruere ipsum esse in aliquo cæterorum, & incœpit a substantia, &c. Et dixit in substantia vero, &c. i. in substantia vero non est motus: quoniam omnis motus est de contrario ad contrarium: sed substantia non est contraria substantiæ, vt dictum est in prædicamentis. Et in intendit hic per contraria, contraria mediata, quorum vtrumque est forma, & habitus, & habent media. Sed quæritur hic quomodo dixit in libro [a] perigeneseos ꝙ ignis est contrarius aquæ, & terra aeri. Et Alex. [b] dicit ad hoc, ꝙ hoc, quod dixit in libro prædicamentorum est de substantijs, quæ sunt compositæ ex forma, & materia, & in libro de generatione loquitur de simplicibus, scilicet de formis tantum, quæ sunt in potentia in prima materia. Et [c] ista solutio non sufficit in hoc, quod est dictũ hic: quoniam hoc, quod est dictum hic ꝙ in substantia non est transmutatio, quia nõ habet contrarium, est sermo ponentis ꝙ in substantia non est contrarietas secundum formã, aut subiectũ: &, si in substantia esset contrarietas secundũ formam, non secundũ subiectum, tunc sermo Ari. non esset verus in hoc loco. Et [d] opinãdum est ꝙ substantiæ simplices sunt contrariæ secundũ suas qualitates, & propriæ qualitates in eis non sunt substãtiæ, & si assimilantur substantis: qm̃ [e] impossibile est vt aliquid in aliquo sit de aliquo prædicamẽto, & in alio de alio, ita ꝙ calor sit in homine de qualitate, & in igne de substantia: sed est in igne [f] propinquius substantiæ: & ideo accipitur in definitione loco differentiæ, [g] & in alijs compositis remotius a substantia: vtrum igitur sit necessarium dicere ꝙ substantiæ, quarum propria sunt contraria, debere esse contraria, aut dicere ꝙ non sequitur, nisi vt solummodo sint diuersæ, est considerandum, sed non hic. Cum igitur concesserimus ꝙ in substantia est contrarietas, tunc sermo Aristo. non erit verus: & vtrum sequitur ex hoc ꝙ in substantia sit motus, sicut existimauit Alexan. adeo, ꝙ diuisit substantiam in formam, & subiectũ, scilicet qa concessit ꝙ prima simplicia sunt contraria secundum formas, & non contraria secundũ materias: quoniam quomodocunque fuerint positæ substantiæ contrariæ, non sequitur ex hoc vt in eis sit motus. Quoniam, si ponantur contraria secundum formas tantum, non erit in eis motus, quia subiectum eorum est in potentia: &, si essent [h] contraria secundum vtrunq; .s. secundũ formam, & subiectum, non esset in eis transmutatio, nedum motus: non enim sequitur si posuerimus ꝙ in substantia sit contrarietas, vt in ea sit motus. Et, cũ Themistius credidit hanc consecutionem, respondit ꝙ ignis non transmutatur ad aquam, nisi per medium. Et est sermo valde debilis, cum hoc, ꝙ est contra Ari. in libro [i] de generatione, & corruptione: quoniam, cum posuerimus ꝙ in substantia est cõtrarietas, quia ignis est contrarius aquæ, & ipsum transmutat̃ ad aquam, & nõ destruit hoc dicere sermonẽ, dicentẽ ꝙ ignis transmutatur in aquam per mediũ, quia ista est dispositio contrariorũ mediatorum, scilicet ꝙ motus non est, nisi in istis, ergo quæstio non dissolueretur secundum ꝙ existimauit Themistius dissolui, neque secundum ꝙ existimauit Alex. Et quæstio non sequitur omnino, qm̃ non sequitur, si dixerimus ꝙ in illo, in quo non est contrarietas, non est motus, vt in illo, in quo est contrarietas, sit motus. In ponendo igitur ꝙ in substantia est contrarietas, nihil malum est plus, q̃ destruere iudicium Ari. & quomodocunque concedatur ꝙ in substantia est contrarietas, destruetur signũ Arist. quare solutiones Alex. & Themistij non valent. Et ista demonstratio, qua declarauit ꝙ in substantia non est motus, fundatur super hoc, ꝙ in substantia non est cõtrarietas, & ꝙ motus est in contrarijs. Et forte ista declaratio est famosa: & illa, qua sustentatus est, est illa, quã prædixit, scilicet ꝙ transmutatio, quæ est in substantia, est generatio, & corruptio: & generatio, & corruptio nõ sunt motus, quia sunt in illo, quod est in potentia non in actu: & motum est in actu. Et hoc, quod narrauimus de Alexã. est dictum in expositione in libro de generatione: & idem in expositione sua hic illud quod nos dicimus de nobis, scilicet ꝙ elementa non sunt contraria, nisi secundum qualitates, non secundum formas: & eramus leti in hoc. Et, cum declarauit ꝙ in substantia nõ est motus declarauit etiam ꝙ in relatione non est motus: quoniam illud, quod transmutatur ad rela-

a In secundo de gñe. 24. & 49. et 22.
b Alex. sol. Vide cõ. 1. phy. 52.
c Im.pbatio.
d Respõsio Auer.
e Impossibile ẽ vt aliqd in aliq̃ sit de aliq̃ prędicamẽto, & in alio de alio. cõs. 1. ph. t. c. 30. & 27. & 8. met. c. 5.
f Calor in igne ẽ ꝑpinquius sbę, et iõ accipit̃ in definitiõe loco differẽtię. Vide cõ. 8. met. c. 5. Et 4. cęli. 6. & 26. 7. m. 41. 8. ph. 32. 1. d anima. 11.
g Caliditas ĩ igne est ꝑpĩquior substãtię, & in alijs cõpositis est remotior a sub a. Vide diligẽter pro isto c. 40. quarti de cęlo &c.
h Si subę essent cõtrarię secũdm formas & subiectũ, nõ eẽt ĩ eis, trãsmutatio, nedũ motus. Vide cãm. 8. me. te. c. 14. Et 1. de gña. 43.
i In 2. de generatione. t. c. 24. et 26.

A tionẽ,transmutatur se quiescente per trãsmutationẽ sui correlatiui. V.g. quoniã colũna,quę est in dextro Sor.vertitur ad sinistrũ Sor.quando Sor.transfertur in loco:transmutatio igitur in colũna est per accidẽs: transmutatio vero relatiui, quæ est in forte licet sit per se,sequitur verũ motum.s.translationem in loco:& hoc intendebat,cũ dixit, quoniã quandoq; transmutatur alterum correlatiuorum, &c.D.d.motus igitur eorũ est per accidẽs:in illo vero,quod non transmutatur,manifestum est,& in illo autem,quod trãsmutatur,transmutatio, per quã est relatiuum,est per accidens:quia relatio,quæ accidit ei, est propter suã trãsmutationẽ in loco per accidens. Est igitur vtriusque per accidens:alterius vero,quia est quiescens,reliqui vero,quia mouetur motu diuerso a transmutatione accidente ei: quoniam sequitur suam translationem in loco ipsum esse in dextro,aut in sinistro colũnę. D.d.neque in actione,& passione,&c. Et intendit per actionẽ illud,quod est commune actioni agentis, siue fuerit agens verũ motũ,aut aliquã transmutationẽ,quæ non sunt motus:& similiter intendit per passionẽ:& ideo induxit post destructionẽ,& dixit,neq; motoris, aut moti: & quasi dicit ꝙ actio & passio non habent motus,neque motoris & moti,neque generati,& generantis,& vniuersaliter transmutantis,& transmutati:quoniam motus non habet motũ,neque transmutatio habet transmutationem vniuersa-
B liter.D.incœpit declarare hoc,& dixit.

Primum enim contingit dupliciter motus esse motum: aut sicut subiecti,vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur: sic & motus, aut calescit, aut frigescit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur: hoc autem impossibile est: non enim subiectorum aliquid est mutatio.

Primo vero non est possibile vt motus habeat motum, nisi altero duorum modorum: aut ita, ꝗ sit subiectum, Verbi gratia, ꝗ homo mouetur, quia transmutatur de albedine in nigredinem, aut quia calesit,aut frigidatur,aut mutat locum, aut augmentatur, aut diminuitur,sic dicitur in motu: sed hoc est impossibile:quoniam transmutatio non est de rebus subiectis.

Quia motũ habere motũ intelligitur duobus modis,aut ita, ꝙ motus sit subiectus motui,secundũ ꝙ res mota est subiecta motui,aut ita, ꝙ motus habeat 11
C motum.i.indigeat ad hoc ꝙ sit,motu præcedenti, vt ens generatũ indigeat motu generationis,& impossibile est imaginari,vt motus habeat motũ, nisi altero istorum duorum modorum,incœpit perscrutari de prima diuisione, Et dixit,aut ita ꝙ motus sit subiectum,&c.i.aut ita ꝙ motus sit subiectũ motui,ita, quod dicatur quod motus mouetur per motum existentem in ipso, sicut dicitꝰ ꝙ homo mouetur,quia transmutatur de albedine in nigredinem, aut de frigore in calorem,aut de loco in locum,aut de diminutione in augmentum, aut econuerso. D.dixit, sicut dicitur in motu.i.secundũ hunc igitur modum dicitur, qđ motus mouetur.s.quia transmutatur,& mouetur per aliũ motum,sicut diximus hoc in re subiecta motui, scilicet ipsam moueri. D. d. sed hoc est impossibile,&c.i.sed hoc,ꝙ motus sit subiectũ motui,manifestum est ꝙ est impossibile: quoniam, si motus esset subiectum motui, tunc motus recipiet motum,& quietem:quoniam illud,quod innatum est moueri,innatum est quiescere: & impossibile est vt motus recipiat quietem, quoniam motus est contrarius quieti: Ex hoc igitur apparet ꝙ impossibile est vt in motu sit motus, aut scilicet vt motus sit subiectum motui.

Aut ex eo quid mutatur aliquod subiectum ex mutatione in alteram speciem,vt homo ex egritudine in sanitatem. Sed neque hoc possibile est,nisi secundum accidens. Hic enim motus ex alia specie

in aliam mutatio est: & generatio autē, & corruptio similiter: verum hæ quidē in opposita sic motus autē non similiter. Simul igitur mutabitur ex sanitate in egritudinem, & ex hac ipsa mutatione in aliā. Manifestū autē, ꝙ cum infirmetur, mutatus erit in quamlibet. Contingit enim quiescere: & amplius in non contingente semper: & illa ex quodam in quoddam alterū. Quare & opposita erit sanatio, sed secundū ꝙ accidit: vt si ex recordatione in obliuionē mutaret, quoniam cui inest illud, mutatur aliquando in scientiam, aliquando vero in sanitatem.

Alius vero modus est, vt sit aliud subiectum, cui accidit transmutatio, & trāsferatur ad aliā formā. V.g. homo de egritudine in sanitatem: & hoc ēt non est possibile in motu, nisi per accidens: ipse.n. motus est translatio de aliquo in aliquid aliud. Generatio.n. & corruptio sunt tales, præter hoc, ꝙ motus ad opposita est in hoc quodam modo, & in hoc alio modo. Transmutatum igitur transmutatur de egritudine in sanitatem, & cū hoc de hac transmutatione in aliam. Manifestum est igitur ꝙ transmutatio eius, cum fuerit ad egritudinem, erit ad aliquā transmutationē, quæcunq; sit: quoniam possibile est quiescere: & etiam possibile est vt semper transmutetur nō ad quālibet trāsmutationē: sed illa trāsmutatio est de aliquo in aliud: & quandoq; erit in oppositū, & est sanitas per accidens. V.g. Quoniā transmutatio de rememoratione ad obliuionē est transmutatio accidens illi, qui habet illam trāsmutationē. Quādoque igitur transmutatur ad scientiā, & quandoq; transmutatur ad sanitatem.

12 Cū destruxit primū modū, incœpit destruere secundū, qui est vt motus fiat a motu aliquo ad motum, Et dixit, alius vero modus, &c.i. modus vero secundus, secundū quem possibile est imaginari quod motus habet motū, est, non qd motus sit subiectum motui, sed quod illic sit aliud subiectū, ex quo sit motus ad motū, sicut homo mouetur de egritudine ad sanitatem: & quasi dicat, ita, quod aliud subiectū sit ab ipso motu, cui subiecto accidat transmutatio, & trāsferatur de motu in motū, sicut subiectū transfertur de forma in aliam formam, vt homo de egritudine in sanitatē. Deinde. d. & hoc est impossibile, &c.i. & non est possibile vt motus sequatur essentialiter alium motum, sicut formæ quiescētes sequūtur motū: sed, si hoc fuerit, erit per accidens. s. vt esse motus sit perfectio eius, quod est in potentia, ita, quod motus sit perfectio motus, quemadmodum formæ quiescentes sunt perfectio motus. Et, cū narrauit ꝙ hoc est impossibile, nisi per accidēs, dedit causam super hoc, & dixit, ipse.n. motus, &c.i. & hoc est impossibile in motu essentialiter, quia motus est translatio rerū existentium de forma quiescēte in formā quiescentem: vnde sequitur vt translatio nō indigeat translatione, nisi per accidēs. D.d. generatio.n. & corruptio sunt tales. i. & hoc quod sequitur de hoc in vero motu, similiter est de generatione, & corruptione: quoniam impossibile est vt generatio habeat generationē, aut corruptio corruptionem. D.d. præter hoc, quod motus, &c.i. & inter motum, & generationē, & corruptionē non est differentia, pręter hoc quod generatio, et corruptio sunt in oppositione alia ab oppositione, in qua est motus. s, qm̄ gn̄atio, & corruptio sunt de nō esse in esse, & de esse in non esse, & alij motus sunt de esse contrario in esse contrariū: & hic nō facit differentiā in hoc, quod sit impossibile trāsmutationē habere trāsmutationē, & motū habere motū essentialiter. Et, cum narrauit quod generatio, & corruptio in hoc sunt tanquā motus, incœpit inducere

Vnus motus nō sequitur essentialiter aliū, sed, si hoc fuerit erit p accidēs. Vide pfectā declarationē huius. 8. ph. c. 71.

A impossibilia sequẽtia hanc positionẽ, & dixit, erit igitur trãsmutatio de sanitate in egritudinẽ, & cũ hoc de hac transmutatione in aliam.i.&, cũ transmutatio, transmutatur in aliam transmutationẽ: & transmutatio, quando trãsmutatur est in re, ad quam transmutatur: manifestum est quod, si illud, quod trãsmutatur de sanitate in ęgritudinẽ, transmutatur in aliã transmutationẽ, erit in duabus trãsmutationibus insimul.s. in ęgritudine, & in transmutatione, ad quam transmutatur. Omne enim, quod transmutatur de aliquo in aliquid, dum mouetur, semper separatur a parte illius, ex quo mouetur, & acquirit partem illius, ad quod mouetur. D.d. manifestũ est igitur, &c.i. &, cum posuerimus quod illud, quod mouetur de sanitate in egritudinẽ, est in duabus transmutationibus insimul.s. transmutatione ad ęgritudinẽ, & in transmutatione ad transmutationẽ, ad quã transmutatur, manifestũ est quod quando transmutatur ad egritudinem, transmutatur cum hoc ad quãlibet transmutationem: cum sic fuerit positio dicentis quod omnis transmutatio est a transmutatione sine determinatione. Deinde induxit id, quod sequitur ex hoc, & dixit, quoniam impossibile est quiescere.i. &, cum transmutatur de sanitate in ęgritudinẽ, & transmutatur cum hoc a qualibet transmutatione, possibile est ipsum transmutari ad priuationem transmutationis: & sic erit simul transmutatum ad ęgritudinem, & non transmutatũ insimul; quod est impossibile. D. induxit aliud impossibile, & dixit, & possibile B est, &c.i. & etiã possibile est secundum hoc vt transmutatũ transmutetur, sed non ad quodlibet, sed ad oppositũ: quoniam transmutatio essentialiter est de opposito in oppositũ: & sic sequitur vt res transmutetur duabus transmutationibus oppositis insimul, adeo, quod illud, quod transmutatur de sanitate in ęgritudinem, dum transmutatur, transmutatur de ęgritudine in sanitatem. & hoc, quia accidit transmutationi transmutari ad contrarium, V.g. quoniam transmutatio de rememoratione ad obliuionem existimatur continuari cum transmutatione, quæ est de obliuione ad rememorationem, sed per accidens. V.g. qm̃ transmutatio de memoria alicuius intentionis, & obliuione eius est transmutatio accidens illi rei, cuius est illa intentio. D.d. quandoq; igitur transmutatur ad scientiam, &c. id est, sed hoc, quod est mos dicere, quod translatio est de transmutatione contraria ad transmutationem contrariam, vt dicitur, quod de memoria est transmutatio ad obliuionem, non est essentialiter, sed hoc accidit propter transmutatum: quoniam, sicut transmutatur aliquando ad scientiam, & aliquando ad sanitatem, ita accidit transmutari quandoque de obliuione ad scientiam, & de ęgritudine ad sanitatem, & quandoque de sciẽtia, & quandoq; ad scientiam, & quandoque de sanitate, & quandoque ad sanitatem: non ita, qđ transmutatio, quæ est de sanitate in ęgritudinem, est essentialiter copulata, sed inter illa est quies: quoniam, si hoc non esset, sequeretur vt moueretur in duo- C bus motibus oppositis insimul.

Omne, qđ trãsmutatur de aliquo in aliquid, dũ mouet', semper separat' a parte illius, ex quo mouet', et acquirit partem illius, ad qđ mouet'. cõsimile. 3. ph. c. 4. & 6. ph. 32. & 8. ph. te. cõ. 70.

Amplius autem in infinitum vadit, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse primam, si vltima erit: Vt si simpliciter generatio fiebat aliquando, & quod fit, fiebat. Quare nondum erat tunc, quod fit simpliciter; sed aliquid cum fit, & factum est iam, & iterum fiebat hoc aliquando: quare nondum erat tũc quod fit. Quoniam autem infinitorum non est primum, nó erit quidem vltimũ. Quare neque habitum, neque fieri igitur, neque moueri possibile est, neque mutari quicquam.

Cũ infinitorũ non sit primũ, non erit ẽt vltimũ.

Et etiam hoc procedit in infinitum, si transmutatio habet transmutationem, & generatio generationem: quoniam necesse est vt sit prius, si posterius est futurũ. V.g. qm̃, si generatio simpliciter fuerit, erit generatio in aliqua hora, generatio enim generabatur. Ex quo sequitur, vt generatio nondum sit simpliciter generata, sed, cũ

fuerit generata, tunc existet generata, & iam fuit etiam generata in aliqua hora Ex quo sequitur vt generatio non fuerit generata: &, cum infinita non habent primum, impossibile est primum esse. Ergo impossibile est consequens esse. Ergo impossibile est secũdum hoc, aliquid generari, & aliquid moueri.

13 Cum declarauit quod transmutatio non potest transmutari ad transmutatio nisi per accidens, quoniam transmutatio essentialiter est de quiescente ad quiescentem: & intelligo hic per quiescentem illud, quod caret transmutatione siue in loco, siue in alio: incœpit inducere impossibilia contingentia huic positioni, si aliquis posuerit ipsam essentialiter. Et dixit, & etiam hoc procedit in infinitum, id est, &, si transmutatio sequitur transmutationem præcedentem essentialiter, contingit vt ante hanc transmutationem demonstratam sint transmutationes infinitę. D.d. necesse est enim vt prius sit, &c. i. & contingit huic opinioni vt ante transmutationẽ demonstratam sint transmutationes infinitę, quia necesse est, cum ante transmutationẽ fuerit transmutatio, & posuimus transmutationẽ posteriorem esse in actu, vt prior transmutatio sit actu ante: & hoc intendebat, cum dixit, & vt prius sit, & cum posterius fuerit futurum, id est, cum posterius fuerit, erit prius. D.d. V.g. &c. intendit per hunc sermonem destruere generationem habere generationem, & vniuersaliter motum habere motum, & fundatur super duas propositiones, Quarum altera est quod res generata, cum fuerit in generatione, nondum est illa res generata. V.g. quoniam homo, cum fuerit in generatione, nondum est homo: & hoc manifestum est per se: Secũda autem est, quod, cum generatio simpliciter fuit generata, tunc generatur. Si igitur aliquis posuerit quod generatio generatur, sicut generatur indiuiduũ substantiæ, sequitur ex prima propositione vt generatio non sit, dum generatur: sicut homo non est homo, dum generatur. Et sequitur ex secunda quod, cũ generatio simpliciter existat, completa non erit: quia positum est ipsam generari, cum fuerit, & ipsam non esse, cum generatur: ex quo sequitur vt sit, & vt non sit in eodem instanti: quod est impossibile. Impossibile igitur sequitur ex hoc, quod posuimus, quod generatio habet generationem. Et cum dixit, Verbi gratia quoniam, si generatio, &c. intendit, V.g. quoniam, si generatio simpliciter existit generata in actu, in aliqua hora cum generatur. D.d. necesse est igitur ex hoc, &c. id est necesse est igitur vt generatio simpliciter, dum generatur, nõ sit generata perfecte. D.d. sed cũ fuerit generata, &c. i. sed, cum fuerit generata, tũc inuenitur generatum: sed ante hoc hęc generatio, quæ est generata, in alio tempore, generabatur: & hoc intendebat, cum dixit & hoc etiam generabatur in aliqua hora. D.d. ergo necesse est, &c. id est, ergo necesse est vt generatio simpliciter nondum sit, scilicet in illa hora, in qua est: quod est impossibile: & licet, vt apparet, non induxit hoc exemplum, nisi ad destruendum hanc opinionem, ex hoc, quod contingit ei, scilicet infinitum esse, tamen continet aliã destructionem, cum hoc, quod dat exemplificationem, quam intendit. Et ideo [a] reuersus est ad declarandum illam primam destructionem, & dixit &, cum infinita, &c. id est, & cum ante transmutationem demonstratam in actu est alia transmutatio, & ante illam alia, & hoc est essentialiter, tunc inueniuntur transmutationes infinitæ: &, cum infinita non habent primum, ergo illę transmutationes non habent primã: &, cum prima transmutatio non est, non erit consequens: quoniam primum est necessarium in esse sequentis: &, cum sequens non erit, non erit ista transmutatio præsens: quod est impossibile: Ergo [b] ante transmutationem non est transmutatio essentialiter: per accidẽs vero est necessarium, scilicet quod ante omnem transmutationem sit transmutatio: quoniam necesse est hoc vt sit hic vnus motus ęternus, qui sit causa quod ante omnem motum factum sit motus, vt declaratũ est in octauo. Et, quia [c] moderni non distinguunt illud, quod est per se, & illud, quod est per accidens, existimauerũt quod sequit ex hoc qđ, si homo semper generatur ab homine, & primum

Res generata, cũ fuerit in gñatione, nondũ est illa res gñata. Idẽ ĩfra. cõ. 6, vide consimile. 6. ph. 99. & 8. ph. 69.

a Hic pficit primã demõstrationẽ.

b Ante trãsmutationem essentialiter nõ est transmutatio essentialiter, p accidẽs vero est necessariũ. idẽ. 1. cę. 2?. consimile. 8. phy. cõ. 47.

c Inuehit cõtra leges vi-

A mum non fuerit, postremum non erit. Et d non est ita: qm̃ primũ est, & est sol, & intelligentia operans. Hominem autem generari ab homine in infinitũ est verum per accidens, non per se. consimile. 8. ph. cõ. 15. & 47.

d In gñatione hoĩs primũ est, & ẽ sol, & intelligentia operans.

Amplius eiusdem est motus contrarius, & adhuc quies, & generatio, & corruptio. Quare & quod fit, cum fit, tunc corrumpitur. Neque enim cum mox fit, neque posterius. Esse enim oportet, quod corrumpitur.

Esse oportet illd, qd corrũpitur.

Et etiam motus per contrarium erit eiusdem rei, & quies etiam, & generatio, & corruptio. Si igitur tunc generatio est generata, quãdo generatur, quando igitur corrumpitur? quoniam impossibile est, vt generetur, & corrumpatur, dum generatur. Neq; in postremo: qm̃ corruptum indiget, vt generetur necessario.

14

Id est hoc, quod dixit & etiam, &c. fundatur super tres propositiones. Quarũ vna q̃ res mota in rebus, quæ mouentur motibus oppositis est eadem. V. g. qm̃ id, quod mouetur in loco, idem est cum illo, quod quiescit: & similiter illud, quod B generatur, idem est cum eo, quod corrumpit. Secunda autem propositio est, qd omne generabile est corruptibile: & hoc apparet per inductionem, & declarabit perfecte in primo cœli, & mundi. Tertia vero est quod corruptum non corrumpitur, dum generatur, neq; res mota quiescit, dum mouetur. Cum igitur posuerimus q̃ generatio habet generationem, sequitur vt habeat corruptionem: & cũ habuerit corruptionem, sequitur vt ipsa generatio recipiat corruptionem: & sic contrarium recipit suum contrarium: quod est impossibile. D. d. si generatio tunc, &c. i. si igitur generatũ dum generatur, est generatum, non corruptum, s. qa non potest corrumpi apud generationem, quando igitur corrumpitur, si generatis habet generationem? &c. Quoniam impossibile est corrumpi apud generationem, neq; quando completur generatio, qm̃ corruptum est ipsum generatũ, s. q̃ generatum est subiectum curruptionis. si igitur generatio corrumpitur tunc contrarium erit subiectum sui contrarij: & hoc intendebat cum dixit neq; in postremo, &c. i. quia res corrupta indiget vt illa sit generata, & vt sit generata, & vt sit in eadem hora cum corruptione.

Impossibile est cõtrariũ recipe suum contrarium. idem. 1. ph. cõ. 51. & q̃ ibi. & 2. de gña. te. c. 6. & quæ ibi.

Amplius oportet materiam subesse & ei quod fit, & ei q̃ mutatur. Quæ igitur erit materia sicut alterabile? aut corpus, aut aĩa, sic aliquid, quod fit, motus, aut generatio.

C Et etiam generatum transmutatum indiget, vt habeat materiã subiectam. Quæ igitur est ista materia? quoniã, quẽadmodũ alteratum est corpus, aut anima, ita generatũ est aliquid motus, aut generatio.

15

Ista est alia ratiocinatio: & est, qm̃, si transmutatio est generatio, & omne generatum habet materiam, necesse est vt transmutatio habeat materiam subiectã: & illa materia est, quæ disponitur per illam transmutationem, sicut corpus, aut anima disponitur per transmutationem, cum transmutatio fuerit in eis. Et dixit quæ igitur est ista materia, i. materia transmutationis, q̃ est genus, in quo est transmutatio, non materia in qua est transmutatio, s. quæ est de alio genere a genere transmutationis, si transmutatio fuerit transmutata. D. d. quemadmodum igitur alteratum, &c. i. quemadmodum igitur transmutationis in substantia subiectum est aut corpus, aut anima, similiter subiectum generationis, si generatur. s. genus, in quo est generatio, debet esse aliquid aliud, aut motus vniuersaliter quicunq;, aut generatio. Vtitur igitur hoc nomine alteratio pro transmutatione in substantia: qm̃, si non vteretur hic pro transmutatione in substantia, sed pro transmutatione in qualitate, tunc generatio non erit de substantia, Et quasi intendit de-

Documentum,

clarare per hunc ſermonem quod impoſſibilia contingentia ponentibus qđ motus habet motum, ita quod motus ſit ſubiectum motui, eadem contingunt ponentibus quod motus habet motum, ita ꝙ ſubiectum ſit aliud: qm̄ ſequitur ex hac poſitione vt motus moueatur, ſicut ſequitur ex prima: qm̄ ſicut in tranſmutatione de albedine in nigredinem ſequitur vt nigredo ſit tranſmutata, ſimiliter, ſi genus motus, in quo eſt, fuerit motus, ſequitur vt motus moueatur, & ſi non ponatur quod motus eſt ſubiectum motui, vt poſuimus in primo modo. Et hoc eſt ita, quoniam ſubiectum motus intelligitur duobus modis. Quorum vnus eſt illud, in quo eſt motus, ſcilicet corpus motum: & ſecundum hoc intelligitur primus modus in hoc, quod corpus moueatur, ſcilicet in hoc, quod motus ſit ſubiectum motui, ſicut corpus eſt ſubiectum ei. Secundus vero modus eſt genus, in quo eſt motus, ſcilicet qualitas transmutabilis, aut ſubſtantia, aut quantitas, aut vbi, hoc enim eſt ſubiectum motui etiam alio modo: & ex hoc modo etiam ſequitur vt motus moueatur, ſi motus habeat motum, & ita, quod ſubiectum eius ſi aliud a ſubiecto motus: & iſte eſt ſecundus modus.

Subiectum motus intelligit̄ duob' modis.

Et iterum aliquid, in quod mouetur. Oportet enim aliquid eſſe huius ex hoc in hoc motum, & non motum, aut generationem. Simul autem & quomodo erit? non enim erit doctrina, quæ doctrinæ generatio. Quare nec generationis generatio, neque quædam cuiuſdam.

Et etiam illud igitur, ad qđ eſt motus, quid eſt? neceſſe eſt enim vt motus huius demonſtrati ſit de hoc in hoc aliquid, non motus. &, cum hoc impoſſibile eſt hoc intelligi quomodo ſit: impoſſibile enim eſt vt ſcientia fiat ſcientia, ergo generatio non habet generationem omnino.

16 Dicit & etiam, ſi poſuerimus, ꝙ motus habet generationem, quid igitur eſt illud, ad quod generatur motus? qm̄ neceſſe eſt, vt motus rei ſit de hoc in hoc: & vt illud, ex quo eſt motus, & ad quod eſt motus, ſit aliud a motu: &, cum poſuerimus quod motus habet generationem, tunc illud, ad quod eſt motus, & ex quo eſt motus, erit motus: quod non eſt intelligibile, ſ. quomodo ſcientia fit ſcientia, & motus fit motus. Quoniam generatum eſt illud, quod nondum eſt in actu perfecto, ſ. quod eſt in uia generationis: nam ſi eſſet in actu, non eſſet illic generatio: quoniam generatio eſt exitus eius, quod eſt in potentia in actum, & eſt eſſe nō completum: ſi igitur motus haberet generationem, tunc eſſe rei in via generationis eſſet eſſe eius perfecte in actu: & ſic res, quę eſt iam completa generata, generaretur: & hoc intendebat, cum dixit, qm̄ impoſſibile eſt, vt ſcientia fiat ſcientia, id eſt, quoniam ſicut eſt impoſſibile vt ſcientia fiat ſcientia, ita eſt impoſſibile vt generatio generetur.

Gn̄atio eſt exitus eius, qđ eſt ī potentia in actū, & eſt eē nō cōpletū.

Amplius, ſi tres ſpecies ſunt motus: harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & in quæ mouetur: loci igitur mutationem alterari, aut ferri. Omnino autem, quoniam mouetur omne, quod mouetur tripliciter, aut in eo quod eſt ſecundū accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per ſe, ſecundum accidens ſolum contingit mutari mutationem: vt ſi, qui ſanus ſit, currat, aut diſcat: hoc autem ſecundum accidens dimiſimus olim.

Et etiam, ſi ſpecies motus ſunt tres, neceſſe eſt vt natura, ſubiecta iſti, ſit vna earum, & ſimiliter illud, ad quod mouetur: & ſic translatio alterabitur, aut transferetur. Et vniuerſaliter, cum omnę motū mo

D uetur tribus modis, aut per accidens, aut fcđm ptē, aut per fe, poſſibile eſt vt trāſmutatio transſmutetur, Verbi gratia, vt infirmus ecce ad huc iam medicinatur, aut addiſcit: & iam dimiſsimus ſuperius loqui de trāſmutatione per accidens.

17 Cum dixit ꝙ, ſi motus habet motum, ſequitur vt motus moueatur, incępit dicere inopinabile contingens in hoc. Et dixit, & ēt ſi ſpecies motus ſunt tres, &c.i. & etiam ſi in prædicamento motus, fuerit motus. ſ. ꝙ materia motus ſit motus, ſicut materia alterationis eſt in qualitate, & materia translationis eſt in vbi: & iam declaratum eſt prius ꝙ ſpecies motus ſunt tres, translatio, & alteratio, & diminutio: neceſſe eſt, ſi motus eſt in motu, ſicut alteratio in qualitate, translatio in vbi, vt idem motus ſit aut in ſua ſpecie, aut in alia: ſi in ſua, ſequitur vt tranſlatio transferatur, & alteratio alteretur: quod eſt inopinabile: ſi in alia, ſequitur translatio alteretur, & alteratio transferatur: quod eſt magis inopinabile. D.d. neceſſe eſt vt natura ſubiecta, &c. & intendit per naturam ſubiectam, genus, in quo eſt motus. i. neceſſe eſt vt materia ſubiecta iſti motui ſit vnus motuum: & ſimiliter neceſſe eſt vt iſte motus, qui eſt quaſi forma in hac materia, B ſit vnus trium motuum: & hoc intendebat cum dixit, & ſimiliter illud, ad quod mouetur, & ſimiliter eſt neceſſe, vt forma iſtius motus, ſit vnus trium motuum: & accipit illud, ad quod mouetur, loco motus, quia illud, ad quod eſt motus, eſt de natura motus. D.d. & vniuerſaliter, &c. & intendit declarare quomodo ſequitur vt motus ſit a motu per accidens: manifeſtum eſt enim ꝙ hoc eſt conſequens motum generatum: & apparet in principio octaui: & quaſi dicat, & quia omne motum mouetur aut per ſe, aut per accidens: & declaratum eſt ꝙ motus non eſt ex motu per ſe, neceſſe eſt vt motus fiat a motu per accidens. Et tacuit de illo, qui eſt ſecundum partem, quia omne, quod habet motum ſecundum partem, poſſibile eſt vt motus ſit in toto: quia, cum pars diuiditur, fit totum: ſi igitur eſſet poſſibile vt motus moueretur ſecundum partem, eſſet poſſibile vt moueretur ſecundum totum: & cum eſt impoſſibile vt motus moueatur per ſe, aut ſecundum partem: ergo eſt poſſibile per accidens: immo apparebit quod eſt neceſſarium. ſ. vt ante omnem transſmutationem ſit tranſmutatio. Deinde dicit. Verbi gratia. &c. i. Verbi gratia, vt transſmutatio de ęgritudine in ſcientiam: hæc enim eſt transſmutatio ex transſmutatione per accidens: & ſimiliter quando tranſmutatur de ęgritudine in diſciplinam.

Illud, ad qđ eſt motus, ē de nā mot'. Idē ſupra c. 9. & 3. ph. cō. 4.

Documētū. Oē, qđ habet motum ſecundū partē, poſe eſt, vt motus ſit in toto: quia cū ps diuiditur, fit totū. Idē ſupra c. 1. & ibi.

Motus eſt ī tribus prædicamentis.

C Quoniam autem neque ſubſtantiæ, neque ad aliquid, neque ipſius facere, & pati, relinquitur ſecundum quale, & quantum, & vbi motum eſſe ſolum: in vnoquoque enim horum eſt contrarietas. Motus igitur ſecundum quale alteratio ſit, huic enim alludit commune nomen, Dico autem quale non in ſubſtantia. (Etnamque differentia quale eſt.) Sed quod paſſiuum eſt, ſecundum quòd dicitur pati, aut impaſſibile eſſe. Qui vero ſecundum quantum eſt, ſecundum commune quidem innominatus eſt, ſecundum autem vtrunque, aut augmentum, aut decrementum. Qui quidem eſt in perfectam magnitudinem augmentum eſt, qui vero ex hac decrementum. Qui autem ſecundum locum, & ſecundum proprium, & commune, innominatus eſt. Sit autem loci mutatio latio vocata, quod commune eſt: quamuis dicantur ferri hæc ſola proprie, cum non in ſcipſis ſit, ſtare mutantibus locum, & quæcunque non ipſa ſcipſa mouent ſecundum locum.

Dīa ē qualitas quędā.

Et, cum motus non est substantiæ, neq; relationis, neq; actionis, neq; passionis, remanet vt sit in quantitate, & qualitate, & vbi tantu quoniam in vnoquoq; istorum est contrarietas. Motus igitur in qualitate sit alteratio: quoniam hoc nomen coniunctum est cum qualitate vniuersaliter. Et intelligo per quale non omne illud, quod est in substantia (quoniam differentia etiam est qualitas) sed qualitas, quæ attribuitur passioni, & est illa, per quam dicitur aliquid pati, aut non pati. Motus autem in quantitate vniuersaliter non nominatur. vnum autem eorum dicitur augmentum: aut diminutio. Motus vero ad magnitudinem completam dicitur augmentum: & motus ex hac dicitur diminutio. Motus vero in loco vniuersaliter, & proprie non nominatur. Dicatur igitur translatio: licet translatio non dicatur vere, nisi de illis rebus tantum quæ mutant loca: & non habent quiescere: & quæ non mouent se in loco. A

18 Ista est conclusio, quam intendit. qm̃, cum posuit ꝙ motus inuenitur in tribus prædicamentis, & declarauit ꝙ non inuenitur in substantia, neq; in relatione, neque in actione, aut passione, sequitur vt solummodo sit in istis tribus. Et dixit qm̃ in vno quoq; istorum est contrarietas: & innuit vl'r hoc, quod cã vl'r, pp quã est possibile vt motus solummodo sit in his tribus prædicamentis est, quia contraria existunt in eis: hæc .n. necessaria cã est in esse eorum. Et dixit motus igitur in qualitate, &c. i. & vocet' intentio vniuersalis, quæ est motuum in quale, alteratio: qm̃ hoc nomen positum est vl'r omnibus motibus, qui sunt in quale: & intendit per hoc, quod dixit coniunctum, i. positum ad placitum. D. d. & intelligo per quale, non illud, quod est substantia, &c. i. & intelligo per qualitatem, in qua inuenitur iste motus non qualitatem, quæ est in prædicamento substantiæ. V. g. differentias, quæ sunt qualitates substantiales, sed speciem qualitatis, cui attribuitur passio, aut passibilis qualitas: & hoc intendebat, cum dixit, & est illa per quam dicitur aliquid pati, aut non pati: & intendebat genus per hoc de prædicamento qualitatis passibilis, et potentiam naturalem, & impotentiam, qm̃ per hoc, quod dixit pati, continet duo genera simul, continet genus passiuum, & genus, quod dicitur secundum impotentiam naturalem, & per hoc, quod dixit, & non pati innuit potentiam naturalem. Et dixit hoc secundum considerationem large, sicut posuit generationem primo in definitione, qm̃ in septimo istius libri declarabit ꝙ motus alterationis non inuenitur in prædicamento qualitatis, nisi in genere qualitatis passiuæ secundum tactum, gustum, & visum: nam istæ qualitates recipiunt magis, & minus: & non est ita de qualitatibus, quæ sunt in anima, & in animato, & in qualitate, a quæ est scd̃m quantitatem. Illa autem, quæ dr̃ scd̃m potentiam, & impotentiam naturalem est propinquam passiuæ: & vr̃ ꝙ in ea nõ est motus: & in septimo b perscrutabit' de hoc: sed scd̃m verba eius in hoc loco apparet ꝙ secundum eam inuenitur motus. D. d. & motus in quantitate, &c. i. & motus cõis, qui est in prædicamento quantitatis, s. qui continet duas species, non habet nomen: sed altera duarum specierum dicitur augmentum, & reliqua diminutio. D. d. & motus in loco, &c. i. & intentio cõis omnibus motibus, qui sunt in loco, est etiam illa, quæ est tanquam genus istius motus, non habet nomẽ. Et intendit per proprium motum, qui ita se habet ad hunc motum gñalem sicut species: & hoc est scd̃m idioma græcorum. D. d. dicatur translatio, i. nos autem vocemus illud, quod inuenitur in speciebus istius motus, translationem. Et, quia hoc nomen translatio dicitur in idiomate eorum de eis, quæ mouentur in loco, & non habent cessare in eo ex se, s. quæ mouentur violente, & de corporibus ipsis simplicibus, narrauit hoc & dixit, licet translatio, &c. i. licet translatio in nostro idiomate dicat' vere de rebus, quæ mutant sua loca, & non habent cessare ex se, cum sint inanimata. D. d. & quæ non mouent se in loco: & forte addidit hoc,

Cã vl'r, pp ꝙ est posse, vt mot' solũ modo sit in tribus p̃dicamẽtis, est qa cõtraria existũt in eis.

Documẽtũ. 7. ph. t. c. 14 vsq; ad t. c. 20. Vide c. 14. 7 ph. cur de odore nõ fecit mẽtionem.

a Quæ sit qualitas in quantitate. Vide 7. ph. cõ. 15.

b In 7. perscrutabit' vtrã i scda spẽ qualitatis sit mot'. Vide calcẽ cõ. 20 7. ph. p hoc

A quia hoc nomen translatio apud eos dicebatur de motibus violentis tm̃, qm̄ c corpora quatuor simplicia existimantur mouere se in loco, sed non habēt quiescere ex se. d Et forte hoc nomen translatio apud eos dicebatur de omni, quod mouetur in loco, præterquam de habentibus animas: corpora e enim simplicia non mouent se in loco, nisi per accidens: & illa, quæ mouent se in loco, sunt animata: secundum hoc igitur animata sunt illa, quæ quiescunt ex se: &, cum dixit quia istę duę dispositiones non inueniuntur in eis, de quibus dicitur hoc nomen translatio apud eos, demonstrauit ꝙ hoc nomen translatio apud eos dicebatur de non animatis, siue moueantur naturaliter, aut violenter.

c Corpora quatuor simplicia existimant moueге se in loco, sed non hñt qescere ex se. Vide cōsilē. 2. ph. cō. 1. Et quę ibi. vide clarius ꝑ hoc cō. 29. 8. ph. &c.

d Scda expositio.

e Corpora simplicia ñ mouent se ĩ loco, nisi ꝑ accidens.

Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis, & minus alteratio est: Quæ enim ex contrario in contrarium motus est, aut simpliciter, aut sic. In minus enim cum sit, in contrarium dicetur mutari: in magis autem ex contrario in ipsum. Differt enim nihil secundū quid mutari, aut simpliciter: verum indigebit contraria esse. Magis autem, & minus est, in quo plus, aut minus contrarii inest, aut non. Quod igitur hi tres soli motus sint ex his manifestum est.

B Et transmutatio etiam, quæ est in eadem specie, in magis, & minus est alteratio: quoniam est motus, aut ex contrario, aut ad contrarium, aut simpliciter, aut quodammodo. Transmutatio igitur, cum est ad minus, dicitur quod res transmutatur ad contrarium: & si ad maius, dicitur quod transmutatur ad illam ex contrario. Quoniam non est differentia inter hoc quod res transmutetur quodammodo, & simpliciter, nisi in hoc, quod duo contraria necesse est vt sint existentia quodammodo. Et magis, & minus sunt, ut contrarium existens, aut non existens, sit quodammodo magis, & minus. Declaratum est igitur ex hoc, ꝙ isti tres sunt motus tantum.

19 Cum posuit quod motus sunt de contrario in contrarium, & quia latet hoc, qm̄ nos videmus eandem speciem transmutari de simili in simile, & cum album transmutatur ad magis album, aut nigrum ad magis nigrum, incœpit dissoluere hoc, Et dixit & transmutatio etiam, &c. i. & transmutatio non solummodo, quæ est de specie in speciem contrariam est alteratio, vt album in nigrum, sed transmutatio, quæ est in eadem specie secundum magis, & minus, vt album in magis album, & econuerso. C D. incœpit declarare quod ista transmutatio, quæ est in eadem specie est de contrario in contrarium, & dixit, quoniam est motus, &c. i. & diximus quod ista transmutatio est motus de contrario in contrarium, aut simpliciter, aut quodammodo, & iste motus, s. qui est in eadem specie, est de contrario in contrarium quodammodo. Et intendit, qm̄ qō sequeretur, si omnis motus esset de contrario in contrarium simpliciter: cum autem inuenitur duobus modis, s. in respectu extremitatum, & medii, non contingit qō. Et, cum narrauit ꝙ motus, s. qui est in eadem specie, est de aliquo contrario in aliquod contrarium, incœpit declarare hoc, & dixit & cum transmutatio fuerit ad minus, &c. i. & in transmutatione, quę est in eadem specie inuenitur magis, & minus ex contrarietate. Cum igitur transmutatio fuerit de magis in maius dicetur transmutari ad contrarium: qm̄ non fit minus, nisi ex mixtione contrarii. V. g. qm̄ id, quod est magis album, quod transmutatur ad minus album, dicitur transmutari ad aliquod nigrum: & cum, econuerso dicitur transmutari ad aliquod album. D. d. non est enim dr̃ia, &c. i. & hoc est necesse, quia non est dr̃ia inter hoc ꝙ res transmutetur quodammodo non simpliciter, & ꝙ transmutetur simpliciter in hoc, ꝙ vtraque transmutatio indiget vt sit de contrario in contrarium, nisi in hoc, ꝙ transmutatione simpliciter duo contraria sunt contraria existentia simpliciter, & in trans-

Non fit minus, nisi ex mixtiōe cōtrarij. idem infra. t. c. 43 Sed uide oppositū. 2. cę. cō. 15.

In transmutatione simpliciter contraria sunt simpliciter, & in transmutatione quodãmodo cõtraria sũt quodammodo.

mutatione quodammodo sunt contraria quodammodo. Et hoc intendebat cum dixit sed in contrariis, &c.i. sed contraria in transmutatione, quæ est simpliciter, sunt contraria in ea existentia simpliciter, & in transmutatione quodammodo sunt contraria quodammodo: & hoc intendebat cum dixit, sed in contrarijs, &c. id est, sed contraria in transmutatione, quæ est quodammodo, sunt contraria in ea quodammodo, & quasi per hoc dat causam, propter quam quædam transmutatio est de contrarijs simpliciter, & quædam de aliquibus contrarijs. D. d. & magis, & minus, &c. & quasi dicat & magis, & minus est vt contrarium, ad medium diuersentur secundum minus, & magis.

Idem supra cõ.6. Et infra cõ.52.

Immobile autem est quod omnino impossibile est moueri, sicut sonus est inuisibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur segniter moueri. Et quod aptum natum est moueri, & possibile, non mouetur aũt tunc, cũ aptum natũ est, & vbi, & sic: quod quidem quiscere voco immobilium solum. Contraria enim quies motui est, quare priuatio erit susceptiui.

Immobile tripliciter.

Et immobile est illud, quod non potest moueri omnino, V.g. sonus est inuisibilis. Et illud, quod mouetur tarde, & difficile est illud, quod dicitur difficilis motus. Et illud, quod innatum est moueri, & potest moueri omnino, sed non mouetur in illa hora, in qua innatum est, & vbi innatum est, & sicut est innatum. Et hoc solum inter alia immota dicitur quiescens: & quies est contraria motui.

20 Hic vult etiam declarare quid sit quies, quę opponitur motui in rei veritate, & incepit sermonem in declarando hoc, secundum quot modos dicitur immobile. Et dixit. Et immobile est illud, ꝙ non potest moueri, &c.i. & immobile dicitur multis modis. dicitur enim immobile illud, cuius species non est innata recipere motum, vt dicitur ꝙ sonus est inuisibilis, quia non est innatus vt videatur. D. d. & illud, quod mouetur tarde, &c. i. & vt dicitur immobile etiam illud, quod difficile mouetur, & tarde: & isti duo modi dicuntur immobile transumptiue. Et Alexan. dixit & ꝙ illud, quod est tardi motus, est aliud ab illo, quod est difficilis motus, quĩ illud quod est difficilis motus, est illud, ꝙ incipit tarde, non illud, quod mouetur tarde. Deinde dicit, & illud, quod est innatum, &c.i. & dicitur immobile tertio modo illud, quod habet naturam vt moueatur, sed non mouetur in illa hora, in qua innatum est moueri, & in loco, in quo innatum est moueri, & quando cessat a motu, quo innatum est moueri: & hoc intendebat cum dixit, & vbi est innatum, &c.i. est in loco, in quo innatum est moueri, & potest moueri illo motu, quo innatum est moueri: quiescens enim in rei veritate est hoc. s. illud, quod caret motu in tempore, in quo innatum est moueri, & in loco, in quo innatum est moueri, & in dispositione motus, secundum quam innatum est moueri. Sed ista quies videtur esse rei motæ ex se, & quies violenta, non quies naturalis. Quiescens enim naturaliter est illud, quod caret motu in loco, in quo non est innatum moueri. Sed forte contentus est a descriptione quietis per hoc, quia est manifestius, & notius: & intendit declarare ꝙ quiescens in rei veritate est illud, quod opponitur vero motui, & est illud, quod caret motu vero, & tacet descriptionem aliorum modorum quietis. Quiescens enim naturaliter innatum est moueri in alia hora. Et potest intelligi hic de innato, & possibili illud, quod est cõmune violento, & naturaliter. Terra enim, cum quiescit in suo loco naturali, caret etiam cum hoc illo, quod innatum est habere violenter ex motu, & in loco, in quo innata est habere hunc, s. motum violentum: & in tempore: & secundum hoc ista descriptio erit cõmunis omni quiescenti: & ideo intelligendum est hoc ex quiete priuatio motus dicti de tribus modis,

Cõsimilem diffinitionẽ vide de inuisibili. 2. de aĩa. t.c. 103. Et quæ ibi.

Dubium.

Solutio prima.

Solutio secunda.

A qui sunt motus in rei veritate. D.d.& hoc solum, &c.i.& hoc postremũ eius, quod dicitur immobile, est illud, ꝙ dicitur quiescens in rei veritate, & est id, quod dicitur esse contrarium vero motui.

*Agitur de vnitate, & pluralitate motus.* *Cap. IIII.*

QVid igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus, manifestum est ex dictis. Post hæc autem dicamus quid est Simul, & Separatim, & quid est Tãgere, & quid est Medium, & quid Consequenter, & quid contiguum, & quid Continuum, & in qualibet re vnumquodque horum esse aptum natum sit.

Manifestũ est igitur ex his dictis quid est motus, & quid est quies, & quot sunt transmutationes. Dicamus nunc igitur quid est simul,
B & quid est separatim, & quidem tangere, & quid est inter, & quid est sequi, & quid est succedere, & continuari, & vnumquodq; istorũ, in quibus innatum est inueniri.

DEclaratum est igitur, ex dictis quid est motus in rei veritate, & quorũ est definitio motus prædicta in tertio: qm̃ illic non distinxit inter generationẽ & corruptionem, & alios motus: hic autem declarauit ꝙ illa definitio non dicitur simpliciter, nisi de istis tribus tantum: perfectio enim, quæ accepta est in definitione motus, quæ est tanquam genus, non inuenitur in transmutatione, quę est in generatione, s. qm̃ [a] in ea non est perfectio diminuta de genere eius, ad quod est motus, s. a genere perfectionis completæ: & causa in hoc est, qm̃ forma est indiuisibilis, & quia generatio est de non esse. D.d. & quid est quies, s. qes opposita vero motui. D.d. & quot sunt transmutationes, i. transmutationes, quę non sunt motus, quę inueniuntur in substantia, & in aliis prædicamentis præter tria. Et intendit quod in hoc sermone distinxit veram transmutationem a vero motu. Et, quia in hoc sermone declarata sunt hæc dicta, incępit hic quærere secundum descriptionem, & sermones facientes scire illa, quæ accidunt motui, vt fiat præparatio ad illud, quod vult pescrutari de natura continui, Et dixit. Dicamus nunc, &c. i. dicamus igitur nunc intẽtionem eius, quod dicimus corpora esse insimul, & separatim, & continua, & consequentia, & quid est intentio istius præpositionis, inter, quæ est necessaria in motibus. D.d. & vnumquodque istorum, &c. i. &, cum exposuerimus istas intentiones declarabimus subiecta propria vnicuique eorum, V.g. qm̃ cum fuerit declaratum quid est continuatio, declarabitur, quæ sunt res continuæ, & quæ sunt res non continuæ, & similiter de alijs.
C

21 In tertio philosoph' non distinxit inter generationẽ, et corruptiotionẽ, & alios motus, sed bene in hoc quinto, &c.

a Cã, ꝙ gñatio nõ ẽ motus, est quia in ea nõ est ꝑfectio diminuta de gñe eius, ad qđ est motus, et cã in hoc, ẽ qm̃ forma ẽ ĩdiuisibilis. Sed vide op po.3.cę.67. de formis elementorũ, q̃ scd̃m ipsum intendũtur, et remittuntur.

Simul igitur dicuntur hæc esse secundum locum, quecunque in vno loco sunt primo. Separatim autem, quęcunq; sunt in altero. Tãgere autem, quorum vltima simul. Medium vero, in quod aptum natum est primum pertingere mutans, quam in quod ultimum, mutat, secundum naturam, continue mutandum. In minimis autem est medium, in tribus: vltimum enim mutationis contrarium est.

Dicimus igitur simul in loco in rebus, quæ sunt in eodem loco, s. in primo loco. Et dicimus separatim in rebus, q̃ sunt in locis di-

Quid simul sepatim, tangere, mediũ,

uersis. Et dico contigua, dum extrema sunt insimul. Et dico inter, intelligendo illud, ad quod primo transmutatio est innata ire, antequam eat ad illud, ad quod postremo transmutatur, cum transmutatio eius fuerit secundum cursum naturalem, & continua. Et inter saltem inuenitur in tribus, finis enim transmutationis est contrariũ.

22 Simul dicitur multis modis, vt dictum est in lib. de predicamentis: sed hic intẽdit describere de illis illum modum, qui est scdm locũ tm̃. Et intendit per primũ locum, continens proprium, qui non est locus mediante alio. Et dixit in eodẽ loco: quia, si continentia fuerint duo, erunt in duobus locis, non in eodẽ loco. Et, quia separata sunt opposita eis, quæ sunt insimul, incœpit describere illa, & dixit & dico separata in rebus, quæ sunt in locis diuersis, i. diuersis scdm demonstrationẽ, s. multis nõ vno. D.d. & dico cõtigua, &c. i. & contigua sunt corpora, quorũ vltĩa, sunt, s. supficies insimul, ita, ꝙ inter illas nõ est corp' extraneũ: & hęc est contiguatio naturalis, contiguatio vero b mathematica est in magnitudinibus, quorũ vltima supponunť. Si igitur fuerint corpora, supponunť superficies eorum contiguę &, si superficies, supponenť lineę: &, si lineæ, supponenť puncta: & aut dicimus ꝙ punctus superponitur puncto. Sed hic non intendit mathematicam: qm̃ in mathematicis c duo vltima reuertuntur in vnum, & sic assimilantur continuo. In naturalibus vero duo vltima remanent duo demonstrata: & ideo dixit, cum extremitates sunt insimul, i. & res contiguæ sunt, quarum vltima, quę sunt in actu sunt insimul, & dicuntur contigua, sicut dixit, dũ vltima sunt insimul: & hoc significat quod cõtiguatio significat hãc intentionẽ. Et p simul, intẽdit hic illa, q̃ sunt in loco: & scdm hoc erit in loco p accidens: qm̃ vltima a non sunt in loco essentialiter. D.d. & dico inter, &c. & inter est illud, ad qđ transmutatum transmutatur primo, i. anteq̃ transmutetur in illud, in qđ transmutatur in postremo. Istud. n. est primũ eius, ad quod transmutať transmutatũ, cũ nõ transmutatur ad ipsum per suã trãsmutationem ad aliud, nisi si motus haberet motũ, sed, cum motus non habet motũ, sicut prędiximus: & motũ, qñ est in illo, ex quo est motus, dicitur nondũ transmutari, & cũ fuerit in illo, ad qđ dr̃ iam transmutari, & desinere in trãsmutatione: ergo non dr̃ transmutari, nisi qñ fuerit inter. Et inter necessario est b de natura eius, ad qđ est motus: qm̃ si motus fuerit in loco, inter erit locus, s. primus locus, ad quẽ motũ moueť: & silr̃, si motus fuerit in q̃litate, tunc inter erit prima q̃litas, ad quam transmutatur transmutatũ. Quoniã autẽ necesse est vt sit hic primus locus, & qũo est primus apparet ex hoc, quod diximus, quod motus non habet motum. Et dixit ꝙ necesse est, vt motus sit secundum cursum naturalẽ: qm̃ si non fuerit secundum cursum naturalẽ, possibile est vt quiescat interim: & tunc inter erit ipsum, ad qđ est motus, & ideo dixit dũ fuerit continua. D.d. & inter est saltẽ in tribus, i. in duobus cõtrariis, & medio: qm̃, si medium non fuerit, non erit inter. D.d. finis. n. transmutationis est cõtrariũ, i. & inter inuenitur in tribus: qm̃ finis, & principium transmutationis sunt duo cõtraria, & inter illa est aliquid, s. inter contraria.

b In mathematicis ẽ cõtact'. Idem 4. ph. t. c. 70 Et primo de gene. 44.

c In mathematicis duo vltima reuertunť ĩ vnũ, & sic assimilanť cõtinuo. Sed in naturalibus duo vltima r̃manẽt duo demõstrata. Idẽ infra. c. 30. Vide clarius ꝓ hoc ĩfra. c. 30.

a Vltima ñ sunt in loco essẽtialiter, sed p accidens: opposĩtũ primo de gene. c. 29. vbi hr̃ ꝙ neque per se, neq; per accidens. &c.

b Medium est de natura ei', ad qđ est motus.

Continue autem mouetur, quod nihil, aut paucissimum deficit rei, non tempori. Nihil enim prohibet deficere rei, non tempori, & aut statim, aut post hypatem. i. primam sonare vltimam, sed rei, in qua mouetur. Hoc autem & in his, quæ sunt secundum locum, & in aliis mutationibus, manifestum est.

Quid continue.

Et illud, quod mouetur secundum continuationem, est illud, quod non deficit omnino, & saltem in illa intentione, in qua est motus, nõ in tempore. Quoniam nihil prohibet deficere, & statim euenit neuma, quod dicitur bã, cũ neumate, quod dicitur zir. Nos enim intelligimus p hoc intẽtionẽ, in qua est motus. Et hoc manifestum est in trãsmutationibus, quæ sunt in loco, & in aliis transmutationibus.

A Cum accepit in definitione eius, quod est inter, continuationem motus, incœpit exponere continuationem in motu. Et.d. & illud, qd' mouetur, &c.i. & illud, q' mouetur secundum continuationem, sic describitur: qm̄ est illud, qd' nō deficit omnino scdm intentionem, & scdm tp̄s: &, si defecerit secundum intentionem, erit paucum: secundum vero tp̄s deficit secundum intentionem, q̄ non deficit secundū illud: qm̄ plura mota non deficiunt secundum tp̄s, & motus eorum non est continuus: vt qui inducit neuma, qd' dicitur bam, post neuma, qd' dicitur zir: iste enim non desiscit secundum tp̄s: & desistit secundum motū: qm̄ neuma, qd' dicitur bam, est aliud in intentione a neumate, qd' dicitur zir, & in continuis non posuit necessario vt non deficiant omnino in intentione: quia plura mota continua deficiunt aliquantulum in intentione, vt animalia, quæ ambulant: illa autem, quæ natant, aut volant, nō deficiunt in intentione omnino. D.d. nos enim intelligimus per hoc illam intentionem, in qua est motus, idest, & nos descripsimus continuationem hac descriptione: quia, cum diximus motum continuum, intelligimus continuationem intentionis, in qua est motus, rei motæ, scilicet quoniam, si motus eius fuerit in loco, continuatio eius erit in loco: &, si in alteratione, continuatio eius erit in alteratione. D. d. & hoc manifestum est in transmutationibus, quæ sunt in loco, & in aliis transmutationibus, idest quoniam continuatio in eis est, in intentione, in qua est transmutatio.

B Contrarium autem secun dum locū est ꝙ secundum rectitudinē distans plurimū: minima enim finita, metrum autem finitum est.

Et contrarium in loco est distantissimum in rectitudine, quoniam minima linea recta est finita, & finitum est paruum.

Cum posuit ꝙ omnis motus est de contrario in contrarium, incœpit notificare quæ sunt contraria in loco, Et dixit & contrarium in loco, &c. id est, & loca contraria sunt illa, inter quæ est maxima distantia recta: & ista sunt superius & inferius simpliciter: & dixit, ~~in~~ rectitudine: quia distantia maxima & minima nō diffiniuntur, nisi per lineam rectā, & si nō, possibile est ponere inter quelibet duo puncta distantias infinitas arcuales diuersas. Et hoc intendebat, cum dixit, quoniam minima linea recta est finita, id est quoniam minima linea recta posita inter duas distantias est vna: & hoc, intendebat cum dixit finita: & quia minima linea inducta inter duo puncta est recta, Necesse est vt maxima linea in modo, cuius vnus finis est superius simpliciter, & secundus est inferius simpliciter, diffiniatur per rectam: quoniā hæc est finita, i. vna: Lineæ aūt arcuales sunt infinitæ: & ideo in eis non inuenitur maxima linea, neq; minima. D. d. & finitum est paruū: & intendit per finitum, rectū, quia inter duo puncta non cadit, ex eo nisi vnū tantum: & intendit per paruum breue, i. & linea recta est breuissima linea inducta inter duo pūcta opposita: & ista linea est mēsura cū mensura, sit minima. 24

Vide. 10. meta. 13. Distātia maxima, & minima, nō diffiniuntur, nisi p lineā rectā. Idē. 4. phy. cō. 5. Linea recta est breuissima inducta inter duo opposita. Idē primo cœl. 28.

C Consequēter autem est, ꝙ, cum post primum solum sit, aut positione, aut specie, aut aliquo alio sic determinatum, nullum medium est eorum, quæ sunt in eodem genere, & cuius consequenter est. Dico autem vt linea lineæ, secundum quod sunt lineæ, aut vnitatis vnitas, secundum ꝙ sunt vnitates, aut domus domus. Aliud autem nihil prohibet esse medium. Consequenter enim alicui est consequenter, ac posterius aliquid est. Non enim est consequenter vnum ad duo, neque noua luna secundæ consequenter, sed hæc illi.

Quid consequenter.

Et dico sequi in illo, quod est post principium, aut in situ, aut forma, aut in alia intentione, &, cum hoc fuerit positum, non erit inter illa aliquod illius generis, Verbi gratia, aut linea, aut lineæ sequantur lineam, aut vnitas, aut vnitates sequantur vnitatem, aut sequatur domus domum. Et nihil prohibet ut inter hęc duo sit aliquid

non illiusmodi. Sequens enim est sequens in aliquo priori, & in aliquo posteriori. Non enim vnum sequitur duo, neque nox nouilunii sequitur noctem futuram, sed ista sequitur illam.

25 Et dico sequi, &c. id est, & dicitur sequi in re, quæ est post aliam, quæ est quasi principiũ, aut in situ, vt cum dicimus domum sequi aliquam domum, aut in forma specifica, V.g. ꝙ animal ambulans sequitur hominem. Et intendit per aliam intentionem sequens secundum naturam. V.g. ꝙ dualitas sequitur vnitatem, & trinitas dualitatem, &, vt cum dicimus ꝙ in sermonibus narratio sequitur proemium: & existimatur ꝙ sub hoc collocatur sequens secundum placitum: & est oppositum ei, ꝙ est sedm naturam. D. d. & cum hoc fuerit positũ, &c.i. & est necesse vt inter hæc duo, q̃ dĩr sequi, non sit aliquid sui gñris, s. vt inter lineas consequentes non sit linea, & inter domos consequentes nõ sit domus: & nihil prohibet vt inter illa sit aliquid alterius generis. V.g. ꝙ inter domos cõsequentes sit aliquid, ꝙ non est domus. D. d. sequens enim est sequens, &c.i. sequens enim est sequens aliquod præcedens ipsum sui generis, & ipsum est posterius ab eo. Consequentia igitur sunt illa, in quibus sunt prius, & posterius, aut in situ, aut in specie, i. in natura: & sequens est posterius, non prius: vnde nullus dicit ꝙ vnum sequitur duo, & nox nouilunii sequitur futuram noctem, sed econtrario.

Quid habitum.

Habitum autem est, ꝙ consequenter est, cum tangat. Quoniam autem omnis mutatio in oppositis est, opposita autem contraria, & secundum contradictionem sunt, contradictionis autẽ nihil mediũ, manifestũ est ꝙ in contrariis erit medium. Continuum autem est, quod de habitu aliquid est. Dico autem esse continuum, cum idem fiat, & vnus vtriusque terminus eorum, quæ tanguntur, & vt significat nomẽ continui. Hoc autem esse non potest cum duo sint vltima.

Contradictionis nihil est mediũ.

Quid continuum.

Et sese succedere est illud, quod est consequens, & tangens: & quia omnis transmutatio est in oppositis, & opposita sunt contraria, & cõtradictoria, & inter contradictoria non est medium, manifestum est ꝙ inter est in contrariis. Continuum vero est quodãmodo sese, sed dico continuum, quando vltimum vtriusque, in quo tangunt se, fuerit idem, & fuerint continua, secundũ ꝙ significat hoc nomẽ. Quod est impossibile si vltima fuerint duo.

26 Et sese est illud, in quo inuenitur prius, & posterius, in quo ultima sunt insimul: q̃m hoc nomen sese significat consecutionem, & tactum insimul, significat igitur duo: & ideo dixit, & sese est illud, qđ est consequens, & tangens: sed tangẽtia sunt de speciebus diuersis, sese vero sunt eiusdẽ speciei, sicut cõsequẽtia. D. incœpit declarare vbi inuenitur inter, & dixit, ꝙ inter inuenitur in contrariis mediatis: & propter hoc impossibile est vt motus sit in contradictoriis, sed in contrariis immediatis: & sermo eius in hoc manifestus est. D. d. continua vero, &c.i. continua aũt sunt sese, i. quorum vltima adunantur apud contactum, & fiunt vnum: & in hoc differt continuum a sese. D. d. secundum ꝙ significat hoc nomen, idest in rebus naturalibus, & artificialibus: in naturalibus vero dicimus ꝙ continua sunt illa, quorum vltima sunt vnum naturaliter, vt in membris continuis, Et in artificialibus, q̃n vltima eorum fiunt vnum per artificium. In mathematicis vero dicimus continua, quando vltimum vnum imaginatur esse commune cum eis, vt punctus, qui est communis duabus lineis, & linea duabus superficiebus: & ista continuatio non est naturalis: & hic intendimus describere continuationem naturalem. D. d. quod est impossibile, &c. id est, & impossibile est vt continuatio sit duorum continuorum, quando vltima eorum non fuerint adunata: & hæc est differentia inter sese, & continua.

Continua sunt, quorũ vltima sunt vnũ naturaliter. Idẽ infra. te. c. 39.

No. [illegible] inter cõtinuitatẽ naturalẽ, artificia-

A Sed hoc determinato, manifestum est ꝙ in his est continuum, ex quibus vnum aliquod aptum natum est fieri secundum contactum. Et sicut fit continuum vnũ, sic & totum vnum erit, vt aut penetratione, aut conclauatione, aut colla, aut tactu, aut insertu. lium, & mathematicorum.

Manifestum est igitur ꝙ continuatio est in rebus, quæ innatæ sunt, vt ex eis fit vnum per coniunctionem. Et quemadmodum copulatũ fit vnum quandoque, similiter totum fit vnum. V.g. per applicationem, & conclauationem, & per contactum, & per consolidationem.

Cum definiuit continua, ꝙ sunt illa, que innata sunt vt vltima eorum sint vnũ, dixit manifestum est igitur ex hac descriptione ꝙ continuatio est in rebus, quæ innatæ sunt vt ex eis fit vnum per coniunctionem, s. aut per ligamentum, aut per applicationem, aut per consolidationem: illa autem, in quibus non aptantur hęc, non habent continuationẽ. D.d. & quẽadmodum copulatũ, &c. i. & quẽadmodum copulatũ fit in aliqua hora vnũ, scilicet per adiunctionẽ vltimorum, aut per ligamentũ, aut per aliud, Similiter vtrũque continuatorum fit vnum, qñ ibi non fuerit vltimum commune inter illa, scilicet qñ vltimum destruitur. Et quasi B intendit dicere quemadmodum sese transferuntur de cessatione ad continuationem, similiter transfertur de continuatione ad adunationem. 27 Documentum.

Manifestum autem est, ꝙ primum consequenter est: contactũ enim necesse est consequenter esse, quod autem consequenter non omne est tangere: vnde & in prioribus ratione consequente est, vt in numeris, tactus autem nõ est. Et, si quidem continuum est, necesse est tangere. Si vero tangit, nondum continuum est. Non enim necesse est vnum esse ipsorum vltima, si simul sunt. Sed si vnum sunt, necesse est & simul esse, quare vltimus insertus secundum generationem est. Necesse est.n. tangere, si adunata erunt vltima. Cõtacta aũt nõ omnia adunata sunt: in qbus aũt nõ est tactus, manifestũ est ꝙ nõ ẽ cõsertus in his.

Manifestum est etiam ꝙ primum istorum est sequi: tangens enim necessario sequitur, sed non omne, ꝙ sequitur, est tangens: & ideo sequi C inuenitur ẽt in principiis in ratione, V.g. in numeris, tangere aũt non est in eis. Et ꝙ est continuum necessario tangit, & quod est tangẽs, nondum est continuum: quoniam non est necesse vt extremitates eorum sint vnum, si fuerint insimul. Sed si fuerint vnum, erũt insimul: vnde sequitur vt adunatio sit postrema omnium eorum in esse. Illa enim, quorum extrema sunt adunata, necesse est vt sint se tangentia: & tangentia non necessario sunt adunata: & illa, in quibus non est cõtactus, manifestũ est ꝙ in eis non est continuatio, neque adunatio.

Intendit per primũ, prius naturaliter: quoniam omne tangens est sequens, & non omne sequens est tangens: & cum sequens non fuerit, non erit tangens: & hæc est dispositio prioris naturaliter. Et, cum narrauit ꝙ non omne, qđ sequitur, tangit, dixit & ideo sequi inuenitur in principiis in ratione: & intendit per principia in ratione, principia in definitione, scilicet quoniam inuenitur in pluribus rebus, & in eis nõ inuenitur contactus, vt est dispositio in numeris. Et intendebat qñ hoc est quasi genus, & genus est primum in ratione. Et, cum declarauit ꝙ sequens præcedit naturaliter tangens, declarauit etiam ꝙ tangens precedit naturaliter continuum: omne enim continuum est tangens, & non cõuertitur: qñ non sequitur vt omnia tangentia adunentur fedm vltima: & hoc intendebat, cum dixit qñ non est necesse vt extremitates eorũ sint vnum, si fuerint insi- 28

Adunatio est, qn̄ vltimũ commune, qđ est inter duo continua, destruitur, & hoc accidit necessario post continuationem. Hæc se habēt secundũ ordinẽ, videlicet consequenter ens, Cōtangens. Continuũ, & adunatum.

mul, idest, qm̄ si sequitur, si vltima eorũ fuerint insimul, vt sint vnum, ita, ꝙ omne tangens sit continuum. D. dicit sed, si extremitates, & c. i. sed sequitur econuerso, id est, quoniam, si fuerint continua, scilicet si extrema eorum fuerint vnum, necesse est qđ ante fuerint contacta, scilicet qđ extrema eorum fuerint insimul, idest, quoniam necesse est vt continuum sit prius contactum, & post consecutionem, & tunc continuatur. Et, quia adunatio est, quando vltimum commune, qđ est inter duo continua, destruitur, & hoc accidit necessario post continuationem, quemadmodum continuatio accidit post contactum, & contactus post consecutionem, dixit, necesse est igitur, &c. i. &, quia omne adunatum prius fuit continuũ, & omne continuũ prius fuit contiguũ: & non sequitur vt omne contiguũ sit continuũ, nedum sit adunatũ: & non sequitur similiter vt omne continuũ sit adunatũ: & cũ consecutio non fuerit, continuatio non erit: & cum continuatio non fuerit, adunatio nō erit: ergo hæc quatuor p̄cedunt se adinuicẽ secđm ordinẽ naturaliter.

Quare si est vnitas, & punctum, qualia dicunt separata, non possibile est esse vnitatem, & punctum idem: his enim inest tangere, vnitatibus autem consequenter. Et horum quidem contingit esse medium. Omnis enim linea medium punctorum est: harum autem non est necesse: nullum enim medium est inter dualitatem, & vnitatem.

Sequitur igitur ex hoc, ꝙ si sunt hęc puncta, & vnitas, absoluta, vt dicunt impossibile erit, vt vnitas, & punctum sint idem: quoniam punctus habet tangere, vnitates vero sequi habent se adinuicem. Et inter puncta potest esse aliquid: quoniam omnis linea est inter duo puncta: vnitates vero non habent hæc necessario: quoniam inter
29 vnitatem, & dualitatem, non est aliquid.

Prima differentia inter punctum, & vnitatem.

Et, cũ sequi sit, aliud a tangere, necesse est si fuerint puncta, & vnitas existentia per se, vt dicunt dicentes puncta esse elementa corporum, vt punctus sit aliud ab vnitate. Puncta enim possunt tangere, s. imaginari punctum tangere punctũ: & sic est possibile imaginari corpus componi ex eis: vnitates vero possunt sequi, & non tangere. i. & hoc ꝙ dixit est secundum opinionem eorum: quoniam ex sexto declarabit ꝙ impossibile est punctum tangere punctum. Et forte intendit per hoc, ꝙ dixit, ꝙ punctus habet tangere, i. ꝙ lineæ tangunt sese super punctũ, et non est ita in vnitatibus. Et similiter exponit Themistius hunc locum: & Alex. exponit hic tactum pro superpositione. D. d. & inter puncta, &c. id est hæc est differentia vera inter puncta, & vnitates, scilicet quoniam inter vnitatem, & vnitatem non est aliquid, & inter punctum, & punctum est linea. Et ideo dicitur quod differentia est inter vnitatem, & punctum: licet vtrumque sit aliquod indiuisibile: & est quod vnitas non habet situm, & punctus habet: quia est in aliquo loco demōstrato lineæ aut extremo, aut medio. D. d. omnis enim linea est inter duo puncta, i. inter quælibet duo puncta est linea, secundum quod puncta sunt in natura vltima lineæ. Et dixit, vt mihi videtur, quod inter puncta potest esse aliquid: quia dicentes puncta esse, habent ꝓ possibili inter illa non esse aliquid: sed non negauit hoc esse possibile, sicut negauit ipsum de vnitatibus. Et videtur mihi quod induxit conuersam, propositionis intente, s. dicentis quod inter quælibet duo puncta est linea, quia nondum apparuit: & conuersa eius est manifesta, & est quod omnis linea est inter duo puncta: quoniã, cum cōcedatur quod omnis linea est inter duo puncta, conuertetur particularis sic, quod inter aliqua duo puncta est linea: & etiam, cum concedatur quod omnis linea est inter duo puncta, declarabitur quod inter quælibet duo puncta possibile est vt sit linea: quoniam, si fuerit impossibile, non erit verum dicere, quod omnis linea est inter duo puncta: qm̄, cum fuerit verũ hoc, scilicet qđ nulla duo puncta sunt, inter quæ est linea, erit vera conuersa eius, quæ est, nulla linea est inter duo puncta: qđ est falsum manifeste, & hoc est apud me illud, quod intendit Aristo. quapropter dimisit hic propositionem & accepit conuersam: licet translator existimet quod hic fuit et

A ror in libro greco: & intelligendum est hic per lineam, lineam finitam.

Quid igitur est simul, & extra, & quid tangere, & quid medium, & quid consequenter, & quid habitum, & quid continuum, & quibus vnumquodque eorum inest, dictum est.

Et iam igitur posuimus quid est esse insimul, & separatim, & tangere, & inter, & sequi, & sese, & continuum, & in quibus inuenitur vnũquodque istorum. 30

Dicit quoniam ex hoc, quod declaratum est ex descriptionibus istarum, declarabitur in quibus inueniuntur. Et quæret aliquis, quoniam esse insimul est tangere, quoniam omnia contigua sunt insimul: & omnia, quæ sunt insimul in loco, sunt cõtigua: & similiter est dispositio in sese. Dicendũ est igitur ad hoc, vt videtur, quod licet esse insimul, & tangere sint idem secundum subiectum, tamen sunt duo secundum definitionem: qm̃ esse insimul opponitur ad esse solum: & tangere non opponitur ad esse solum, sed ad esse separatum. Et in definitione eius non apparet locus, sed in definitione eius, quod est esse insimul apparet locus. Sese autem separatur a contiguo: qm̃ sese est contiguum, & sequens: & sese etiam potest esse corpus, & potest esse non corpus. V.g. motus, aut tempus: motus enim est sese B ad motum, & tempus ad tempus: sed tempus non tangit tempus: quoniam contigua necessario sunt magnitudines. In naturalibus vero est corpus, in mathematicis autem potest esse linea, aut superficies: sed omne contiguum in mathematicis est continuum.

Dubium. Solutio. Prima differentia. Secunda differentia.

Contactus naturalis est per corpus, sed contact' mathematicus põt esse p lineã, aut, p supficiẽ. Idẽ pri. cœ com. 32. & pri. de aĩa. te. cõ. 13. & 3. met. cõ. 8.

Om̃e contiguũ in mathematicis est continuũ Idem supra cõmen. 22.

*Proceditur ad tractandum de vnitate, & diuersitate motus. Cap. V.*

VNus autem motus dicitur multipliciter: Vnum enim multipliciter dicimus. Genere quidem igitur vnus est secundum figuras predicamenti: loci mutatio enim omni loci mutationi genere vna est. Alteratio autem a loci mutatione altera genere est Specie autem vnus est, cum genere vnus, & in diuidua specie sit: vt coloris quidem sunt differẽtiæ. Iam igitur alius specie denigratio, & dealbatio. Omnis autem dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit. Et omnis denigratio omni denigrationi: albedini autem non amplius: Vnde specie Vna dealbatio al C bationi omni. Si autem sunt quædam, quæ & genere simul: & specie sunt, manifestum est quod specie quodamodo vnus erit, simpliciter autem vnus specie non: vt doctrinatio, si scientia est species existimationis; genus autem scientiarum aliarum.

Et vnus motus dicitur multis modis: quoniam vnum dicitur multis modis. Vnum igitur in genere est secundum figuras predicamenti: quoniam, quãdo translatio comparatur ad aliquam translationẽ, quæcũque sit, essentialiter erit vnum in genere. Alteratio vero est alia a translatione in genere: & Vnus in specie est, quando fuerit Vnus in genere, deinde fuerit idem specie, qua nõ diuiditur. V.g. quoniam color est multis modis & ideo nigrificatio est alia ab albificatione in specie. Et sic omnis albificatio conueniet in specie omni albificationi, & omnis nigrificatio omni nigrificationi: albificatio vero non conuenit: & ideo albificatio cum omni albificatione comparatur per illam vnum in specie. Conuenientes igitur in genere, & specie insi-

mul, manifestum est, quod sunt vnus motus in specie. Quod autem sit simpliciter vnus motus in specie, non. V.g. quando disciplina fit scientia, quoniam est species considerationis, & genus, scilicet scientiarum. V.g. grammaticæ, & geometriæ, & cæterarum scientiarum.

31 IN hoc capitulo incœpit dicere secundum quot modos dicitur motus vnus: quoniam hoc est vtile, & necessarium de perscrutatione de motu, vtrum sit æternus, aut non. Et dixit & vnus motus dicitur multis modis, i. & vnus motus dicitur multipliciter, quia vnum dicitur etiam multipliciter: motus enim dicitur vnus secundum genus: & est ille, qui est vnus secundum formam alicuius predicamentorum, in quibus sunt, s. quia communicant in vno predicamento predicamentorum, in quibus inuenitur motus. V. g. translatio ad superius, cum comparatur ad translationem ad inferius, quoniam est secundum genus, vnus, in quo est motus in loco, in predicamento vbi: & hoc intendebat, cum dixit. i. quoniam omnis translatio, cum comparatur ad aliam translationem diuersam in forma, tunc duæ translationes conueniunt vnum in genere. D. d. alteratio vero, &c. i. & hoc manifestum est, quoniam predicamentum alterationis, s. qualitatis aliud est a predicamento translationis, quod est vbi. D. d. & vnus in specie, &c. i. & dicitur vnus motus secundo modo, s. secundum speciem: & vnus motus in specie est, quando duo motus fuerint vnus in genere, & vnus in vltima specie, quæ non diuiditur in alias species. D. d. V. g. &c. i. & causa, propter quam quidam motus sunt diuersi secundum speciem, & quidam conuenientes secundum speciem, est diuersitas eius, ad quod est motus in specie, aut conuenientia eius in specie. V. g. quia colores, qui sunt fines motuum, qui sunt in coloribus, sunt multimodi, ideo motus, qui sunt in coloribus diuersis in specie, sunt diuersi in specie, & qui sunt in conuenientibus in specie, sunt cōuenientes in specie. V. g. quoniam nigrificatio, quia est ire ad nigredinem, & albificatio est ire ad albedinem, & nigredo differt ab albedine in specie, ideo nigrificatio, quæ est motus ad nigredinem, differt ab albificatione in specie, quæ est motus ad albedinem: &, quia hæc albedo conuenit in specie cum hac alia albedine demōstrata, ideo hæc albificatio conuenit cum hac albificatione in specie. D. d. albificationi vero non conuenit, i. motus vero, qui est in albedine, non conuenit in specie ei, qui est in nigredine: cum nigredo differat ab albedine in specie. D. d. conuenientes igitur, &c. i. manifestum est igitur quod, cum diximus quod oīs motus conueniens in specie est conueniens in genere, non sequitur vt omnis motus conueniens in genere, & specie, i. vnus in genere, & specie, sit vnus motus in specie simpliciter: quoniam quædam species sunt, quæ sunt genera. D. d. V. g. &, cum disciplina fuerit scientia, &c. i. & vnus motus in genere, & specie non est vnus in specie simpliciter, s. quod scientia ad disciplinam est species comprehensionis, cum comprehensio quędam est disciplina, i. ex disciplina, & quædam non ex disciplina: &, cum hoc, quod dixit species est genus plurium scientiarum disciplinatarum.

Oīs translatio, qñ cōparat ad aliam translationē diuersam in forma, tunc duæ translationes inueniuntur vnū in gñe. cōsidera instantiam de motu cęli, & de motu istorū, q̄ sunt hic.

Causa, propter q̄ qdam motus sūt diuersi in specie, & qdam cōuenientes secundū speciē, est diuersitas eius, ad qd' est mot' ī specie, aut conuenientia ei' in specie. cōsiře infra. t. cō. 35.

Comprehēsio q̄dam est ex disciplina, & q̄dam sine disciplina.

Dubitabit autem aliquis, si vnus specie motus sit, cum ex eodem in idem, idem mutetur: vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, & iterum. Si autem hoc est, erit circulatio rectitudini eadem, & volutio ambulationi.

Et est hic locus quæstionis, s. quando idem transfertur de vno loco ad alium, Verbi gratia, quando idem punctus transfertur de hoc loco in hunc locum vna vice post aliam, vtrum ille motus est vnus in specie: quoniam, si ita fuerit, tunc motus circularis conueniet motui recto, & tunc volutio conueniet ambulationi

32 Cum posuit quod motus, qui sunt vnus in specie, sunt illi, quibus illud, ad quod motum mouetur, est idem in specie, & non existimatur quod isti motus sunt conuenientes secundum speciem, sed motus, qui mouetur de eodem in idem, sed in temporibus diuersis, induxit questionem super hoc, Et dixit, & est hic locus quæstionis

A nis, i. & quæritur quando aliquid idem transfertur de eodem loco in eundem locũ multotiens. V.g. de puncto. b. ad punctum. c. vtrum isti motus numerentur in illis, qui sunt idem specie, aut non: quoniam, si ponatur quod motus, qui fuerint de vno puncto ad vnum punctum, sunt conuenientes in specie, & est possibile vt motum moueatur de eodem puncto ad idem punctum motu recto, & motu circulari, contingit ex hoc, vt motus circularis, & rectus sint idẽ specie: quod est impossibile. & si ponatur ꝙ sint idem numero, continget vt tp̃s eorũ sit idem numero: ꝙ est impossibile. Et, cum induxit quæstionem, incœpit dissoluere illam.

An determinatum est, id, in quo est, si alterum est specie, quoniam alter motus est: Circulare autem a recto alterum specie. Genere quidem igitur, & specie motus vnus sic est.

Circulare a recto alterũ specie est.

Ad hoc igitur dicamus, quoniam iam determinauimus, ꝙ illud, in quo est motus, cum fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie. Et circulare est etiam aliud specie a recto. Secundum hoc igitur dicitur ꝙ motus est vnus in genere, & specie.

Quia motus recti diuersantur secundum illud ex quo, & ad quod, & in motu circulari non est ex quo, & ad quod, & est dictũ in definitione motus, qui est idẽ in spẽ, ꝙ B est ille in quo, illud ex quo, & illud, ad ꝙ, sunt idẽ specie, in numero plura secundum idẽ tp̃s, V.g. motus, qui est ex eodẽ puncto ad idẽ punctũ, aut plures motus cadẽtes inter duo puncta in tp̃ibus diuersis, accidet quæstio prædicta: qm̃ possibile est vt inter duo puncta demonstrata sit motus circularis, & rectus. & similiter posse est vt inter duo loca conuenientia alijs duobus locis cadant duo motus, vnus rectus, & alius circularis: & sic accidit quęstio. Cũ igitur in definitione dicatur loco eius, quod est, ad ꝙ, & ex quo, illud, quod est, in quo est motus, scilicet ꝙ idem motus in specie est ille, in quo illud in quo est motus, est idem in specie, dissoluetur quæstio: qm̃ duo motus, qui sunt ex eodem loco ad eundem locũ, quorum vnus est rectus, & alius circularis, nõ erunt in eodem, s. per idem: qm̃ rectus erit per lineã rectam, & circularis per rotundam: & circulare est aliud a recto in specie. Et ideo dixit, Dicamus igitur, qm̃ iam determinauimus ꝙ illud, in quo est motus, cum fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie. Deinde d. & circulare est a recto aliud specie, idest & isti definitioni eiusdem motus in specie non contingit quæstio: quoniam illud, in quo est motus rectus, est aliud ab illo, in quo est circularis econtrario primæ definitioni. 33

Alter in circulo.

Questionis solutio.

Simpliciter autem vnus motus est, qui substantia vnus, & numero est: quis autem huiusmodi sit, manifestum est diuidentibus. Tria C enim sunt secundum numerum, circa quæ dicimus motũ vnũ, quod, & in quo, & quando Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquod, quod mouetur, vt hominem, aut aurum. Et in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione. Et qñ: in tp̃e enim omne mouetur.

Et dicitur ꝙ motus est vnus simpliciter, cum fuerit vnus in se, & in numero Et declaratur quis motus est iste motus secundũ diuisionẽ. Illa enim, in quibus dicitur motus, sunt tria, res, & quo est, & quando: & intentio eius est: quoniam necesse est vt sit hic aliquod motum, V.g. homo, aut aurũ. Et vt motus istius rei sit in aliquo, V.g. in loco, aut in passione. Et vt sit qñ: qm̃ omne, qđ mouetur, mouetur in tp̃e.

Omne, quod mouetur, in tp̃e mouetur

Cũ declarauit quid est idem motus genere, & specie, incœpit declarare quid est idem motus simpliciter, Et dixit cum fuerit idem in se, i. in sua substantia: & dixit & in numero: qm̃ motus, qui est idem in substantia, alius est genere, & alius specie, & alius numero: & innuit ꝙ diuisio, qua vsus est in motu, est diuisio ĩ substantia eius: qm̃ illud, quod significat hoc nomen vnum, & essentia, & quiditas 34

Illud, quod significat hoc nomen vnũ, & essentia,

& quiditas, in istis reb', est idẽ, vide cõsimile. 4. met. te. cõ. 3. Motus cõstituitur ex tribus, s. re mota, illo, in q̃ est mot', & tempore: sed oppositũ. d. supra cõ. 3. vbi dixit ꝙ motus nõ cõstituitur ex tpe, qa tps est de accñtibus motus. tñ vide cõsimilẽ sñiam huic in. 8. physi. text. cõ. 64.

Ad vnitatẽ numeralem mot' tria requiruntur.

Occurrit tacitę obiectioni, q̃ aliquis posset dicerẽ Arist. fuisse diminutum.

in istis rebus, est idem. D.d. & declaratur, &c.i. & scd̃m diuisionem motus r[illegible] motus, qui conueniunt, & differunt in rebus tribus, ex quibus constituitur motus, declarabitur quid est motus vnus in numero. Et cum narrauit qd ex [illegible] via põt declarari quid est vnus motus in numero: incœpit declarare hoc: & dixit: illa enim in quibus est motus &c.i. illa enim ex quibus constituitur mo[tus] sunt tria, res mota, & res in qua est motus. Verbi gratia, vbi in translatione qd' est genus, in quo est motus, & hoc intendebat cum dixit: & res in qua est: & intendit per qñ tempus: qm̃ ex istis tribus fit motus. Et cum numerauit ista tria: ex quibus constituitur motus, dixit & intentio eius &c.i. & hoc [illegible] manifestum est per se: ꝙ necesse est vt in omni motu sit aliquod motum. Verbi gratia, homo & frustum auri: & vt motus sit aliquo. Verbi gratia, in loco aut qualitate: intendit per illud in quo est motus materiam motus in qua est motus sicut formam: & hoc manifestum est ꝙ mouetur: & hoc distinctum est ap[ud] perscrutationem eius, quod est vtrum motus habet motum. D. d. & vt sit quando. i. in tempore: & hoc declarabitur in sexto. existimatur ꝙ aliquantulum, & ex eo declaratum est in sermone de tempore.

Horum autem trium genere quidem, aut specie esse vnum est in re, in qua mouetur: habitum autem erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est. Et enim in quo est, vnum oportet esse, & indiuisibile, vt speciem. Et quod est aliquando vnum tempus, & non deficiens. Et quod mouetur vnum esse, non secundum accidens, vt album nigrum fieri, & coriscum ambulare: vnum autem est, & coriscus, & album, sed secundum accidens, neque commune: erit enim duos homines simul sanari secundum eãdem sanitatem, vt ophtalmiæ: sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

Et motum esse in idem in genere, aut specie, est ex istis rebus, in quibus est motus. & sequitur hoc vt sit in tempore: Ipsum autem esse eidem simpliciter est in omnibus istis. Illud enim, in quo est motus, debet esse vnum, s. indiuiduum demonstratum, Verbi gratia, in specie. Et quando, Verbi gratia, quoniam tempus debet esse vnum siue defectu. & motum debet esse vnum non per accidens, Verbi gratia, vt albus niger fiat, & sor. ambulat, & albus & sor sunt idem. sed per accidens. Neque commune: quoniam possibile est vt homo sanetur vna sanitate ab ophtalmia oculi. sed iste motus non est vnus, nisi in specie.

35 Cum declarauit quid est motus vnus in genere & in specie: & declarauit ꝙ vnus motus simpliciter scitur per diuisionem eius in illa: ex quibus fit motus: & notificauit illa esse tria: incœpit declarare quando motus erit vnus in genere: & in specie: & in numero scd̃m ista. Et dixit & motũ esse vnum in genere & specie &c.i. & motus erit vnus in genere: aut in specie secundũ illud in quo est motus & motum. Et dimisit diuisionem quam innuit in motu, quia iam est declarata: quoniam antequam inciperet ad declarandum istos motus secundum conuenientiam & diuersitatem eorum in istis rebus: deberet incipere a diuisione, dicendo ꝙ omnis motus, aut non conuenit in aliquo istorum, aut conuenit in quibusdam, aut in omnibus: deinde conuenientes, aut sunt conuenientes in genere, aut scd̃m speciem, aut scd̃m numerum: sed quia hoc intelligitur ex hoc qd' dixit: & est manifestum per se, incœpit determinare species eius: & numerare diuisiones vtiles ad sciendum scd̃m quot modos dicit' vnus motus. Et dixit, & motum esse vnum in genere &c.i. & motus est vnus in genere, aut in specie secundum illud, in quo est motus. s. in natura ĩ qua est motus: quoniã si illa natura fuerit vna, scd̃m genus. Verbi gratia, qualitas, aut vbi, motus erit vnus secundum genus. & si illa natura fuerit vna secundum speciem, motus erit vnus secundum speciẽ.

V.g.

A Verbi gratia, vt duo motus sint albificatio, & nigrificatio, aut translatio. Et quia huiusmodi motus. s. vnus in genere, aut vnus in specie nō est necesse vt sit vnus secundum tempus: dixit & sequitur tempus hoc. i. & accidit huiusmodi motibus vt sint in tempore, aut vno, aut pluribus vno. s. quod non est necesse[a] in esse eiusmodi motus in genere: aut in specie secundum quod est vnus in eis: vt sint in vno tempore: sed hoc sequitur, & accidit naturæ motus, scdm quod est motus. s. vt sit in tempore, non qd sit, motus qui dicetur per tempus. Et cū declarauit dispositionem essentialem qua motus est vnus in genere, aut in specie ab accidentali. i. a dispositione accidentali, incœpit declarare illa quæ sunt necessaria in esse eiusdem motus simpliciter, qui est vnum secundum numerum. Et dixit ipsum aūt esse vnum simpliciter &c. i. motum aūt esse vnum simpliciter est, vt sit vnus simpliciter in omnibus istis tribus modis. s. vt sit vnus motus numero in moto: & in eo in quo est motus: & in tpe. D. incœpit declarare hoc & incœpit ab illo, in quo est motus, & dixit illud. n. in quo est motus &c. & hoc est ita, quia si motus est vnus numero, necesse est vt illa natura in qua est motus sit vna numero. s. indiuiduum demonstratum speciei illius naturę: & hoc intendebat cum dixit. Verbi gratia, in specie, id est, Verbi gratia, aliquod indiuiduum indiuiduorum speciei illius, in qua est motus. Et cum narrauit quod est B necesse in vno motu secundum numerum, vt illud in quo est motus. s. materia motus, sit vnum numero, incępit declarare etiam quod necesse est quod tempus sit vnum numero. Et dixit & qm̄ &c. i. etiā necesse est vt tp̄s motus sit vnū numero sine defectu, id est qd inter ipsum non cadat quies, sed erit continuus: qm̄ tunc non esset vnus motus, quia tempus eius non esset vnum: qm̄ illud in quo est motus licet sit unum numero: & similiter res mota si mouebitur in temporibus diuersis tunc motus eius non erit vnus in numero. D. induxit tertium necessarium, & est quod res mota debet esse vna numero, & hoc essentialiter, non accidentaliter, & dixit & motum est vnū non per accidens &c. i. & in hoc quod motus sit vnus in numero: necesse est quod res mota si vna in numero non per accidens: qm̄ si fuerit vna per accidens: tunc erit possibile vt moueatur duobus motibus insimul in eodem tempore. Verbi gratia, quoniam albus & sortes sunt idem per accidens, qm̄ accidit quod sor. sit albus: & ideo possibile est hoc vnum per accidēs moueri duobus motibus insimul, vt niger fiat, secundū quod est album, & ambulet secundum quod est sor. D. d. neq; commune: & intendit illud in quo est motus: quoniam cū declarauit quod necesse est vt illud, in quo est motus, & etiam tempus, sunt vnum in numero, vult declarare quod tempus esse vnum nemero non sufficit in hoc, quod motus sit vnus numero, cum illud in quo est motus fuerit commune non vnum numero: & quasi dicit, & impossi C bile est si illud in quo est motus fuerit commune, vt motus sit vnus numero, licet tempus sit vnum numero, qm̄ possibile est vt duo homines insimul sanētur ex vna infirmitate in specie in vno tempore, tm̄ sanatio eorum non erit vna in numero, sed in specie. s. motus, quo mouentur licet tempus sit idem.

Socratem autem secundum alterationem eandem alterari specie, in alio autem tempore, & iterum in alio. si quidem contingit corruptum iterum fieri vnum numero, erit & hic vnus. Si vero non, idem quidem specie, vnus autem numero non.

Si autem sor. alteratur eadem alteratione in specie, sed hoc in aliquo tempore, deinde iterum in alio tempore. Sed, si possibile est, vt illud, quod iam corruptum est, reuertatur, & fiat vnum in numero, tunc motus, possibile est, vt sit etiam vnus. Et, si illud fuerit impossibile, motus erit ille idem, sed non vnus.

Hæc est quæstio, circa hoc, quod dictum est, ꝙ in hoc, ꝙ motus sit vnus numero, necesse est vt tempus sit vnum numero: quoniam, potest aliquis dicere ꝙ, cum idem motum mouetur eodem motu in specie vna vice post alteram, id est 36

[a] Nō est necesse in esse eiusmodi motus in gn̄e, aut in sp̄ē, secundū quod est vnus in eis, vt sit in vno tpe, sed hoc accidit naturæ motus, scdm qd est motus, s. vt sit in tpe, non qd motus, qui dicetur per tp̄s. Vide cōsil'e supra cō. 3. & 4. huius cō. 98. & q̄ ibi. Sed vide oppositū 8. phys. cō. 32. quia vr̄ qd ista tria non sufficiant ad vnitatem numeralem motus. &c. Licet illud, ī quo est motus, sit vnū numero, & sil'r res mota sit vna numero, si tm̄ moueatur in tpibus diuersis, tunc motus eius non erit vnus numero, sed oppositū vr̄ dicere. cō. seq. scdm primā expōnem.

Prima expositio.
Quæstionis solutio.

pluries. Verbi gratia, vt modo moueatur, deinde quiescat, & inde reuertatur ad A
illum motum, quo mouebatur prius, qm̃ ille motus secundus, & primus, sunt vnus in numero, eodem modo in generatione, ꝙ cum idem indiuiduum corrumpitur, deinde reuertitur, sunt vnum in numero. Et ideo dixit si autem sor. &c. id est, sed, cum posuerimus ꝙ sor. mouetur in aliquo vno, iterum post primam vicem. Verbi gratia, alteratur iterum post, aliud autem transfertur, tunc, si corruptum, quando reuertitur est vnum in numero motus, sor. qui reuertitur, postquam quies interuenit, est vnus: & si illud non fuerit, hoc non erit: & hoc intendebat cũ dixit: si igitur possibile est, &c. id est motus sor. qui fuit modo: & post reuertitur, possibile est vt sit vnus. & ideo dixit post, si igit̃ illud fuerit impossibile, &c. hoc igitur est vnum eorum, quæ possunt intelligi ex hac quæstione.

a Expositio Themistij.

a Et forte intendit per hanc quæstionem venire ad quæstionem de motu continuo, quomodo motus est continuus cum hoc, quod in omni motu quædã pars corrumpitur, & quædam generatur: & cum corruptum non reuertitur: non est hic vnus motus in numero: & secundum hanc expositionem, cum dixit, tũc motus possibile est vt sit etiam vnus intendit, si igitur est possibile vt illud, quod est corruptũ reuertatur, & fiat vnũ in numero, possibile erit vt sit hic vnus motus in numero: &, si illud fuerit impossibile, non erit hic vnus motus in numero: sed impossibile est vt generatum, & corruptum sint idem numero: ergo impossibile est vt vnus motus sit in numero: licet sit vnius subiecti numero, & in eodem, & continuus: & hoc erit finis huius quęstionis. Si autem cõcesserimus, ꝙ illud, quod generatur post corruptionem est vnum numero: non sequitur vt motus continuus sit vnus motus tantum, sed etiam motus inter: quos est quies, cum subiectum eorum fuerit vnum numero, & illud, in quo est motus fuerit etiam vnum numero. Et videtur si ista quæstio intelligatur de motu continuo, quod differentia inter partes motus continui, & motus, qui reuertuntur iterum post alium, sit hæc, s. ꝙ generatum, & corruptum in istis motibus, vtrumque distinguitur a reliquo per quietem interiacentem, in motu vero continuo generatum non distinguitur a corrupto, neque demonstratur, sed est vnum numero: possibile est igitur dicere secundum hoc, ꝙ motus continuus est vnus numero, sed nõ magis diminutio quam modo, quo dicimus in re quiescente ipsam esse vnam secundum numerum: &, si intendit per hunc sermonem dubitare de motu, qui est iterum post primum: dissolutio est manifesta, cum fuerit concessum, ꝙ generatum & corruptum non sunt idem in numero. & hoc manifestum est per se. & illud, quod dixit post, significat quod non intendit, nisi quærere de motu continuo, quasi dicat si igitur posuerimus quod sor. transfertur. iterum post primum, si fuerit possibile, vt illud, quod est corruptum, reuertatur: & fiat vnum in numero, tunc motus iteratus, potest esse vnus in numero, nedum continuus, & F
sic est intelligendus iste locus, & sic non accidet quæstio valoris in hoc, quod cum aliquid fuerit corruptum, & post reuertatur, non est idem in numero. Et quia ita est, dixit si autem sor. &c. id est, sed, cum posuerimus quod sortes mouetur in aliquo vno iterum post aliud, Verbi gratia, quod alteretur, aut transferatur iterum post aliud, tunc si illud, quod iam est corruptum reuertatur, & fiat idem in numero, tunc motus sortes, qui heri fuit, reuertetur idem. quod est impossibile. Et forte ista expositio est difficilior, & manifestius est ex verbis eius hoc, quod ipse intendit declarare, quod necesse est in hoc, ꝙ vnus motus sit, quod tempus sit vnum, sed fecit quæstionem de continuo, aut forte intendit vtrumq;, quoniam ex illis, quæ dicit post, apparet quod ipse fecit quæstionem de continuo, quoniam duæ quæstiones sunt similes.

Quomodo potest esse vnus motus continuus, cum partes motus continue corrumpantur.

Dubitat qõo subiectum motus oporteat esse numero vnũ.

Habet autem dubitationem huic similem, & vtrũm vna sanitas, & omnino habitus, & passiones substantiæ sint in corporibus: moueri nãq; videntur habentia, & fluere. Si igitur eadem, & vna diluculo, & nunc est sanitas: quare non & cum non deficiens accipiat iterum sanitatem, & hæc, & illa vna numero erit?

A Et est etiam quæstio similis isti vtrum sanitas est eadem, & vniuersaliter vtrum formæ, & passiones sunt in corporibus in suis substantiis: qm̃ nos inuenimus illud, quod habent ex hoc in eis, dum mouẽtur, & fluunt, Si igitur sanitas, quæ fuit in mane, & quæ est nunc, est eadem, quare sanitas, quæ fuit, & destruit, & post reuertitur, illa, & ista non sunt eadem in numero?

37 Quia quæstio prædicta fundatur super hoc, scilicet vtrum generatum, postquam corrumpitur, sit idem in numero cum corrupto, & fuit positum quod, si fuerit idem in numero, continget vt motus qui fuit sortes hodie, & qui fuit heri, sint idem in numero: &, si posuerimus qđ est aliud, continget vt non sit vnus motus in numero. incœpit dicere quod talis quæstio accidit in formis quiescẽtibus, quia sunt in transmutato. Et dixit & est quæstio &c. id est, & est quæstio similis quæstioni dictæ de motu vno in numero, & de formis, & vniuersaliter de passionibus, quæ sunt in corporibus, quæ sunt in suis substantijs, vtrum sint eædem, dum corpus fuerit idem, aut non sunt eædem, si corpus deferens non fuerit idem, scilicet multiplicare secundum multiplicationem corporum, aut quomodo est. Nos enim videmus hanc formam existentem in corporibus, & corpus moueri. id est transmutari & fluere semper; vnde necesse est, vt ita sit in formis, quæ sunt in istis corporibus, cum sint in subã ̃tia corporũ trãsmutabilium; si igitur sanitas, quæ fuit hodie sor. & quæ fuit heri sit eadem in numero, necesse est vt sanitas eius, quæ est, deinde destruitur, deinde reuertitur, sit eadem in numero; &, si hoc est inopinabile necesse est vt non sit hic eadem forma in numero. Deinde dixit vtrum sanitas est eadem, id est in numero, scilicet quæ fuit heri in sor. & quæ est hodie. Deinde dixit & vniuersaliter, &c. i. & hæc perscrutatio vniuersaliter fundatur super hoc, s. vtrum formæ, & passiones existant in substantia corporum: quoniam, si ita fuerit, necesse est vt illud, quod inuenitur in corporibus motis, & fluentibus, moueatur, & fluat; vnde sequitur vt formæ moueantur, & fluant: &, si formæ fluũt, & sunt eædem in numero, necesse est vt forma, quæ fuit heri, deinde reuertitur hodie, postquam corrumpitur, sit eadem in numero; & hoc contingit in eodem motu, quoniam dictum est ꝙ necesse est vt subiectum eius sit idem numero; si igitur non est hæc eadem forma in numero; ergo neq; idem motus numero.

Eadem enim ratio est, nisi quòd intantum differant, quia si duo sunt hoc idẽ, sicut numero vnus, & habitus est necesse est. Vnus enim C numero actus vnius numero est: si vero habitus vnus est, fortassis nõ alicui videbitur vnus, & actus esse, Cum enim pauset ambulare, non amplius est ambulatio: iterum aũt ambulare erit. si igitur vnus, & idẽ est, contingit vtrum, & idem corrumpi, & esse multotiens. Hæ igitur sunt dubitationes extra, quæ nunc est, intentionem.

Quoniam eadem ratio est in hoc, præter hoc, scilicet in quo differunt: quoniam duæ actiones, & si sint duæ ex illo eodem, necesse est vt formæ etiam sint, sicut illæ duæ in numero: quoniam eadem actio in numero est eiusdem in numero: &, si forma fuerit eadem, dignius est vt nullus existimet quòd actio etiam est eadem. Quoniam homo, cum cessauit ab ambulare, non erit tunc illud apud ipsum ambulatio: &, cum reuertitur, & ambulat, tunc erit ambulatio: si igitur ambulatio est eadem, possibile est vt idem corrumpatur, & generetur multotiens: sed istæ quæstiones sunt extrinsecæ ab hac perscrutatione.

Conuenientia inter qõnes.
Probatio eius.
Prima expositio.
Differentia inter qõnes.
Drĩæ illius probatio.
Contra primam expositionem.
Dubiũ contra tex.
Secunda expositio.
Tertia expositio.
Quarta expositio.

38 **Cum narrauit ꝙ in hoc, ꝙ formæ etiam sunt eædem in numero,** accidit quæstio similis ei, quæ accidit ex hoc in eis de motibus in numero, & dedit similitudinem inter ista, incœpit dare differentiam, & dixit qm̃ eadem ratio est &c. i. in hoc, quod contingit in formis, & in ipsis motibus. Quoniam, si forma iterata est eadem motus; qui est huiusmodi, est idem: &, si forma, quæ est huiusmodi, est plus vna, motus, qui est huiusmodi, erunt plures vno: & similiter ecõtrario. Et, si forma, quæ habet continuum esse, fuerit vna, cum hoc, ꝙ suum subiectum est semper in transmutatione, ita motus continuus in esse erit vnus in numero, cum hoc, ꝙ suum subiectum demonstratum est transmutatum. Et, si ille, qui est huiusmodi, fuerit plusquam vnus, formæ, quæ sunt huiusmodi, erunt plures. Quia igitur inter motus, & formas est ista similitudo manifesta, non est differẽtia inter motus, & formas in quæstionibus accidentibus in eis, præterquam in hoc, ꝙ adunatio in motibus, & formis non est in rebus consequentibus. Quoniam, cum actio, s. motus fuerit eadem, sequitur vt formæ subiectæ illius actionis sint eædem: & similiter forma agens illam. Et, cum forma fuerit eadem, non sequit̃ vt motus sit idem: qm̃, cum Sor. ambulat hodie, & ambulauit heri, subiectũ est idẽ, & motus sunt plures: & similiter ab eadem forma inueniuntur plures actiones in temporibus diuersis. Si igitur diceret præterquam in hoc, ꝙ differunt: qm̃ actio, cũ fuerit vna forma, erit vna: cũ vero forma fuerit vna, non sequit̃ vt E actio sit vna: tunc sermo esset manifestus per se: sed dixit præterquam, &c. Et iste sermo, vt apparet, non est verus: qm̃ non sequitur, cum actiones fuerint plures in numero, vt formæ subiectæ illius actionis sint plures in numero, neq; formæ agentes: neq; sequitur ad hoc, quod si eadem actio in numero prouenit ab eadem forma, aut est in eadem forma, quod necesse est, vt plures actiones inueniantur, aut a pluribus formis, aut in pluribus formis, nisi esset verum qđ posset conuerti consecutio a destructione antecedentis. Sed ista differentia videtur differentia inter hoc, ꝙ accidit in primo aspectu: existimatur enim ꝙ cum vnus motus in numero fuerit vnius subiecti numero, quod sequitur, ꝙ plures motus sunt plurium subiectorum: existimatur tñ quod non ex eadem forma, aut in eadem forma, est eadem actio. Et sic iste sermo habet duas differentias: differentiam, s. secundum hoc, quod accidit in primo aspectu, & differentiam secundum ipsam rem: & ideo dixit dignius est igitur vt nullus, &c. i. & differẽtia inter illa est: qm̃, cum actiones fuerint plures, existimatur, quod necesse est vt formæ sint plures: quia existimatur, cum eadem actio fuerit ab eadem forma, quod sequitur plures actiones esse a pluribus formis: & nullus existimat quod, cum forma fuerit eadem, ꝙ necesse est vt actio, quæ prouenit ex ea, aut quæ est in ea, sit eadem. Iste enim homo demonstratus, quando cessat ab ambulatione, non prouenit ex eo ambulatio: & quando reuertitur ad ambulationem, tunc prouenit secunda ambulatio. F Et forte intendit, sed est differentia inter hoc, ꝙ sequitur ex hoc, secundam similitudinem, & secundum ipsam rem: quoniam ex similitudine, quæ est inter motus, & formas: sequitur, quod, cum posuerimus plures motus esse, sequitur plures formas esse: sed non est necesse: quoniam idem motus est eiusdem formæ: & ex eadem forma non est idem motus. Et forte intendit per duas actiones, duas passiones: quoniam cum passiones fuerint duæ, sequitur vt formæ sint duæ; quod non sequitur in actione: & quasi intendit dare differentiam in hoc inter actionem, & passionem, & super hanc expositionem est sustinendum. Et, cum scripseram hoc, nondum inspexeram librum Alex. in hoc capitulo, & post inueni ipsum dicere propinquum huic: dicit enim, ꝙ actio dicta in hoc loco dicta est æquiuoce, & ꝙ Aris. intendebat per actionem, cum dixit quoniam actiones si fuerit duæ, &c. i. subiectum actionis, & q. d. quod, si subiectum actionis fuerit duo, sequitur ꝙ formæ sint duæ. Deinde declarauit hoc, & dixit quoniam eadem actio in numero est eiusdem in numero: & hoc est ita, quoniam vnum subiectum in numero est vnius formæ. Et dedit rationem super hanc expositionem, & dicit de hoc, quod inuenitur in quibusdam libris loco istius sic, sed differunt: quoniam, si fuerint duæ in numero necesse est vt formæ sint sic: & non dixit actionem, Deinde reuersus est ad primam quæstio-

A nem,& dixit si igitur ambulatio &c.i. si igitur ambulatio sor.heri, & ambulatio hodie est eadem, possibile est vt aliquid idem generetur,& corrumpat mul totiens:& dicatur ipsum esse idem:quod est valde inopinabile. Et, quia quæstio dicens quomodo formæ sunt eædem, & corpora sunt semper in transmutatione,non est huius scientiæ,aut huius loci,dixit sed illę quęstiones, &c.id est, &,propter hanc quæstionem dixerunt quidam antiqui,quod non est hæc scientia necessaria,& ꝙ omnia sunt in transmutatione,& est sermo sophisticus:vnde loquentes in lege Mahumeti dicunt,ꝙ accidentia non remanent per duo tempora:& intendunt ꝙ omnia sunt mota præter substantiam.

Quoniam autem continuus est omnis motus,& simpliciter quidem vnum necesse est continuum esse:si omnis diuisibilis est: & si cõtinuus,vnus.Non enim fiet omnis continuus omni , sicut neq; aliud ullum con.ingenti contingens , sed quorum vnum sunt extrema . Vltima autem aliquorum non sunt quidem,aliquorum autem sunt, sed specie differentia,& equiuoca sunt:quomodo nãque tanget , aut fiet vltimum lineæ vnum, & ambulationis ?

Oĩs motus vnus simpl'r est cõtinuus & si continuus, vnus.

B Et,quia omnis motus est continuus, ideo motus, qui est simpliciter vnus,debet esse continuus,cum omnis motus est diuisibilis,&,si motus fuerit continuus,erit vnus: quoniam non omnis motus est cõtinuus cum omni motu.Quemadmodum in aliis non quilibet continuatur cum quolibet,sed illa,quorum vltima sunt vnum . Et quædã non habent vltima,& quædam habent,sed in forma sunt æquiuoca. Quoniam impossibile est vt vltimum lineæ tangat vltimum ambulationis,& fiant vnum.

Cum declarauit quod vnus motus in numero est motus, qui est in eodem in numero,& in eodem in tempore,& induxit quæstiones super hoc, incœpit dare rationem,propter quam necesse est in hoc,ꝙ motus sit vnus in numero,vt tẽpus sit vnum,& subiectum sit vnum:& est, quia est continuus,& dixit,Et,quia omnis motus,&c.id est,&, quia omnis motus est continuus , quia omnis motus est diuisibilis,necesse est vt vnus motus in numero sit continuus:&, cũ declarauit quod omnes motus sunt de natura continui, dicit & si fuerit motus cõtinuus &c.id est si igitur motus,qui est vnius subiecti numero , & in eadem re numero habuit partes continuas,tunc erit vnus:&,si partes eius non fuerint cõ C tinuæ,non erit vnus:& causa in hoc,ꝙ quidam motus sunt,qui non sunt continui est , quoniam non omnis motus potest continuari cum quolibet motu,quẽadmodum impossibile est in alijs , quæ sunt de speciebus continui, continuari ita,ꝙ quodlibet continuatur cum quolibet,quoniam, si ita esset tunc omnia essent continua:sed continua sunt illa,quorum vltima possunt esse vnum : & hoc intendebat,cum dixit quemadmodũ in alijs, &c.id est impossibile est,vt quilibet motus continuetur cum quolibet motu,sicut est impossibile quodlibet continuari cum quolibet. Deinde induxit determinationem,per quã res fiunt continuæ.& dixit sed illa,quorum vltima sunt vnum,id est entia cõtinua sunt illa , quorum vltima possunt esse vnum, sed in corporibus naturalibus continuatio fit qñ duo vltima fuerint vnum,absq; eo,ꝙ vltimum cõe,quod est vnum,corrumpatur:& similiter esse continuatio in magnitudinibus mathematicis: diffiniuntur enim ꝙ sunt illa,quæ possunt recipere vltimum cõe: & similiter videt esse in motibus:& sic,cum dixit sed illa quorum vltima sunt vnum, intẽdit aut in imaginatione:& hoc est in motibus,& in tempore,& in magnitudinibus:qm̃ ista scientia considerat etiam de istis quodammodo,aut in esse:& est hoc in corporibus naturalibus continuis,sicut est dispositio in membris animalium consolidatis. D.dedit causam,propter quam quædam entia recipiunt continuationem,& quædam non,& dixit & quædam non habent vltima,&c.id est, &,cũ

39 Causa,quare ad vnitatem motus requiritur vnitas tpis,et subiecti , est quia est continuus,&c. Oĩs motus est cõtinuus quia oĩs motus est diuisibilis. vide istantiam de motu augmenti.3.ph. com.6.& 8, phy,23.

Cōtinuatio in naturalibus fit, qñ duo vltima fuerint vnũ absq; eo, ꝙ vltimũ cōe corrumpat̃, talia aũt vltima posſũt effici vnum, vel ſecundũ imaginationẽ, ſicut eſt in ſucceſsiuis, vel ſcdm eſſe, ſicut eſt in permanẽtibus.

continua ſunt illa, quorum vltima ſunt vnum, videtur ꝙ cauſa in hoc, ꝙ non omnia ſunt continua, eſt ꝙ non omnia entia habent vltima, ſicut eſt diſpoſitio in numeris: neq; entia habentia vltima poſſunt continuari, neque etiam in imaginatione, quoniam quædam entia habent vltima diuerſa in forma, de quibus hoc nomen vltimum dicitur æquiuoce: & hoc intendebat, cum dixit ſed ſunt in forma æquiuoca. D.d. quoniam impoſsibile eſt vt vltimum lineæ tangat, &c.i. & impoſsibile eſt dicere, quod vltimum lineæ tangit vltimum ambulationis, cum magnitudo non tangat motum: qñ vltimum in eis dicitur æquiuoce.

Habiti quidem igitur ſunt, & qui neq; idem ſpecie, neq; idem genere ſunt: Currens enim aliquis, ſtatim febricitabit: &, vt lampas ex diffuſione loci mutatio eſt habita, continua aũt non: Ponitur enim continuum, quorum vltima vnum ſunt: quare habiti, & conſequenter ſunt, quia tempus continuum eſt. Cōtinuum autem eſt, quia motus continuus. Hoc autem eſt, cum vnum vltimũ fiat ambobus.

Dicamus ergo quod motus ſeſei erunt, & ſi non cōuenient in ſpecie, aut in genere. Verbi gratia, quod homo currit, & febricitat ſtatim: & ſicut motus candelæ ſucceſsiuus eſt tranſlatio ſeſea, continua vero non. Poſitum eſt enim continuum in rebus, quarum vltima ſunt vnum. Iſti igitur motus ſunt ſeſei, & conſequentes, quia tēpus eorũ eſt continuum: & continuatio temporis eſt per continuationem motus. Et hoc erit, quando vltimum amborum, fuerit vnum.

40 Cum deſcripſit motus continuos, incœpit poſt dicere motus ſeſeos. Et dixit & dicamus, &c.i. & motus dicuntur ſeſei. licet non conueniant in ſpecie, aut in genere, ſed eſt neceſſe ſolummodo, vt vltima eorum ſint inſimul, ſ. vt inter eos non ſit quies, vt dictum eſt in deſcriptione rerum ſeſearum ſimpliciter, ſiue fuerint motus, aut alia. Et, cum induxit hoc dedit duo exempla, vnum de motibus ſeſeis diuerſis in genere, & aliud in motibus ſeſeis conuenientibus in ſpecie. Et dixit. v.g. homo currit, &c.i. exemplum motuum ſeſeorum non conuenientium eſt quod homo currat, & ſtatim accidit ei febricitatio. Et exemplũ ſeſeorum conuenientium in ſpecie eſt candela, quæ intrat manus hominũ vnã poſt aliam. D.d. continua vero non, &c.i. & iſti motus, & ſimilia non dicuntur continua: qñ poſitum eſt quod continua ſunt illa, quæ poſſunt habere vltimum commune: ſed iſti non poſſunt habere vltimum cōe.

In illís, quæ diuerſantur ſpẽ, manifeſtum eſt, qđ vltima eorũ ſunt diuerſa

In illis autem, quę diuerſantur ſecundum ſpeciem, manifeſtum eſt, quod vltima eorum ſunt diuerſa. In eis autem, quæ conueniunt in ſpecie, vt motus candelæ de vna manu in alteram, eſt ſeſeus, quia quies non interponitur, & priuatur continuatione in rei veritate, quia motum non eſt vnum. D d. iſti igitur motus ſunt ſeſei, & conſequentes, quia tempus eorum eſt continuum, id eſt, & motus ſeſei dicuntur ſeſei, & conſequi, quia tempus eorum eſt continuum in rei veritate, aut exiſtimatur eſſe continuum, quia non interponitur illis quies ſenſibilis: & in rei veritate non eſt cōtinuum, niſi quando inſtans, in quo fuit vltimum primi motus. in eo erit initiũ ſecũdi motus vt motus mortis, qui ſequitur motum vitæ: & iſti ſunt ſeſei in rei veritate, ſcilicet quorum tempus eſt continuum in rei veritate, Deinde dixit

Mors cũ vita dſcit̃ motus ſeſeus.

& tempus eorum eſt continuum, &c. id eſt & tempus motus continui per ſe, eſt continuum per continuationem motuum cadentium in ipſum: & hoc erit, quando vltima illorum motuum fuerint vnum, vt mihi videtur: & continuatio temporis motuum ſeſeorum eſt ſecundum quod imaginatur: quod vltima eorum ſunt vnum.

Vnde neceſſe eſt eundem ſecundum ſpeciem eſſe, & vnius, & in vno, & eodem tempore ſimpliciter cōtinuum motum, & vnum Tempore quidem, vt non immobilitas interſit. In deficienti quidem enim

A quiescere necesse est. Multi igitur, & non vnus motus est, quorum quies in medio est. Quare si aliquis motus statu occupe ur, neque vnus est, neque continuus: intercipitur autem, si in medio tempus est. Qui autem specie non vnitur, non vnus motus est, & si non deficiat tempus. Tempus enim vnum est: specie autem motus alius. Vnum enim necesse est, & specie vnum esse: hunc autem simpliciter vnum esse non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus est, dictum est.

Multi, et nõ vnus est motus, quorum quies in medio est &c.

Et ideo necesse est in motu, qui est simpliciter continuus, & vnus, vt sit conueniens in specie, & eiusdem rei, in eodem tempore. In eodem vero tempore est, ne cadat interim defectus motus: quoniam in defectu necesse est vt sit quies. Et motus, in quo est quies, non est vnus, sed plures: ergo quilibet motus, in quo est quies, non est vnus, neq; continuus: & est in eo quies, quãdo in eo fuerit tempus. Motus B autem, qui non vnus in specie, licet non deficiat secundum tempus, est diuersus in specie. Quoniam vnus motus necesse est etiam vt sit vnus in specie: & non est necesse vt iste sit simplex, & vnus. Iam igitur narrauimus quis motus simpliciter est vnus.

Cum declarauit ꝙ vnus motus simpliciter, id est, in numero debet esse continuus, & iam declarauit, ꝙ vnus motus in numero simpliciter est conueniens in specie, & eiusdem rei, & in eodem tempore, incœpit declarare ꝙ sequitur ex hoc, vt motus, qui est cõtinuus simpliciter, sit vnus, scilicet qui habet has duas dispositiones, scilicet vt conueniat in illis tribus, scilicet in specie motus, & in hoc, ꝙ motum sit vnum motum, & tempus sit vnum, & dixit. Et ideo necesse est in motu, &c. id est, &, quia vnus motus in numero est continuus, necesse est vt motus continuus, & vnus simpliciter sit cõueniens in specie, & eiusdem moti, & in eodem tempore. Quoniam, cum fuerit necesse vt vnus motus conueniat in illis tribus: & motus continuus est vnus: sequitur vt continuus, & vnus cõueniant in illis tribus. Et, cum narrauit ꝙ necesse est, vt sit vnus secundũ tempus scilicet vnus continuus, dedit causam in hoc, & dixit in eodem vero tempore, &c. id est, & vnus motus continuus necesse est vt sit in eodem tempore: quia, si non fuerit eodem tempore: tunc in eodem subiecto interponitur defe C ctus motus: & in eodem subiecto necesse est vt quando motus deficit, sit quies, & hoc intendebat, cum dixit, quoniam in defectu: &, cum declarauit ꝙ motus, cuius tempus non est vnum, habet in se quietem, declarauit ꝙ motus, in quo est quies, est plures motus, non vnus: & intendit, sed positum est ipsum esse vnum, & hoc est impossibile, scilicet ꝙ in vno motu sit quies. Et, cũ declarauit hanc conclusionem, dixit quilibet igitur motus, &c. & hoc sequitur secundum destructionem consequentis: quoniam, cum fuerit verum, ꝙ vnus motus continuus non habet in se quietem, sequitur ex hoc, quod ille motus qui habet in se quietem, non est vnus, neq; continuus. D. d. & habet in se quietẽ, id est, & quies interponitur motui, quando ipsi motui interponitur tempus, in quo res nõ mouetur. Et, cum dixit ꝙ in hoc, ꝙ vnus motus sit, necesse est vt tempus sit vnũ, incœpit narrare, ꝙ hoc inuenire in motu conuenienti secundum genus, & diuerso secundum speciem, nõ extrahet ipsum a suo genere, s. vt sit diuersus secundum genus: sed cõueniens in specie, aut in numero: & dixit motus vero qui nõ est vnus in specie, &c. i. & sic est de motu conuenienti in specie diuerso numero, scilicet quod licet tempus non deficit, non facit ipsum esse vnum in numero. Deinde dicit quoniam vnus motus necesse est vt sit vnus in specie, &c. Et innuit quod motus, qui est vnus in specie, est prior naturaliter vno motu in numero, & similiter est dispositio vnius motus in genere cum motu

41

Motus cõtinuus, & vnus ĩ tribus debent conuenire.
Idem supra te. cõ. 34. & 4. phys. 105. & 7. phy. te. com. 5.

Documẽtũ: Motus, qui est vnus in

spē, est prior naturaliter motu, q est vnus in numero, & siľr est dispō motus vnius in genere, cum motu vno ī spē, & motus vnius in numero cū motu, cuius tps est vnū.

vno in specie: & siľr est dispositio vnius motus in numero cum illo: cuius tempus est vnum, s. quod cum vnus motus fuerit in numero, tempus eius erit vnū. &, cum tempus erit vnum, non sequitur vt sit vnus in numero. Et propter hāc similitudinem, quæ est inter illa, posuit hoc, quod si motus fuerit vnus in numero, erit vnus in specie, & non econuerso, tanquam causam huius, quod s. fuerit vnus in numero erit in vno tempore, & non econuerso: & etiam induxit sermonem in forma rationis, & dixit motus vero, qui non est vnus in specie, &c. id est, qm̄ dispositio in hoc, quod, si motus fuerit vnus in numero, sequitur vt tempus eius sit vnum, & non econuerso, est sicut dispositio in hoc, ꝙ si motus fuerit vnus in numero, sequitur ꝙ sit vnus in specie, & non est econuerso; & similiter vnus in specie est vnus in genere, & non econuerso. D. d. iam igitur narrauimus quis motus est. &c. i. & declaratum est igitur ex hoc sermone quis motus est vnus simpliciter, & est vnus in numero.

Amplius autem dicitur vnus, & perfectus, siue secundum genus, siue secundum speciem, siue secundum substātiam sit, sicut & in aliis perfectum, & totum ipsius vnius est Est autem aliquādo, & si imperfectus sit, vnus dicitur, si solum sit continuus.

Et dicitur etiam vnus motus, motus completus, si in specie fuerit completus, aut in substantia, quemadmodum in aliis rebus nō attribuitur vni, nisi illud, ꝙ est perfectum, & completum. Et forte dicitur motus vnus, & si non sit perfectus, dummodo sit continuus.

Motus completus in spē est cui nō pt fieri additio, aut diminutio, & ē motus circularis. Idem 8. phy. tex. cō. 73. & 76. Motus trāslationis est prior motuū naturaľr & perfectior. vide ꝓ hoc. 8. phy. supra tex. cō. 55. vsq; ad tex. com. 61.

42 Cum declarauit quid sit motus vnus numero, incœpit declarare quia ꝙ vnus motus in numero est duobus modis, cōpletus, & nō completus: & qa cōpletus est dignior hoc nomine vnus numero, incœpit declarare hoc, & dixit, Et dicitur ēt, &c. i. & vnus motus dr̄ de motu completo: siue fuerit cōpletus, quia est de specie completa, vt motus circularis: aut quia est de genere cōpleto, vt motus translationis, qui est perfectior cæteris motibus, cum sit perfectus in numero: & hoc intendebat, cū dixit vt mihi vr̄, aut in substantia: & completus in specie motus, est motus in quo non potest esse additio, aut diminutio, & est circularis finitus per se: in substantia aūt est motus, quia est prior motuū naturaliter & perfectior: & est motus translationis, vt post declarabitur. D. d. quemadmodū in alijs rebus, &c. i. & motus completus dignius est vt attribuatur vni numero: quemadmodum in alijs rebus non attribuitur vni in maiori parte, nisi illud, quod est perfectum, & completum: &, quia motus non completus dicitur vnus numero modo, secundo, induxit hoc vocabulum & dixit. Et forte dicitur vnus motus, &c. i. cum solummodo fuerit continuus, s. quia cum continuatione non erit perfectio: & hæc est dispositio motus recti.

Amplius aūt aliter præter prædictos, dicitur motus vnus, regularis: irregularis enim non videtur vnus, sed magis regularis, sicut rectus. Irregularis enim diuisibilis est: videtur aūt differre, sicut magis & minus. Est autem & in omni motu ꝙ regulariter est, aut non. Et ... alterabitur regulariter, & fertur in regulari, vt circulo, aut rectitudine, & circa augmentum similiter, & decrementum.

Et dicitur vnus motus alio modo ab istis dictis motus ęqualis: qm̄ motus diuersus quasi nō existimatur esse vnus: sed motus æqualis est dignior hic, vt linea recta: qm̄ motus diuersus est diuisibilis. Videtur igitur ꝙ diuersitas inter duos motus est quasi additio, & diminutio. Et in quolibet motu est æqualitas, & inæqualitas. Et qm̄ qnq; alteratur res ęqualiter, & transfertur ex aliquo æqualiter. V. g. per circulum, aut per lineam rectam: & similiter in augmento, & diminutione.

A Cum declarauit ꝙ vnus motus in numero est duobus modis, completus,& non completus,& quod completus est dignior vt sit vnus numero; vult declarare etiam ꝙ de isto est dignior vt sit vnus numero ille, qui est æqualis: & sic motus continuus perfectus æqualis erit ille, qui dicitur dignius vnus numero. Et dixit & dicitur vnus motus alio modo,&c. id est,& vnus motus in numero dicitur alio modo a duobus modis prædictis.s.motus continuus completus æqualis, qui est dignior vt sit vnus. V.g.motus per lineã rectã, qui est dignior, vt sit vnus ꝙ̃ motus per lineã tortuosam: [quoniam, quẽadmodum linea tortuosa existimatur esse composita ex recta,& circulari: similiter motus per illam est diuersus,& motus diuersus existimatur esse plus quam vnus motus: sed motus æqualis est dignior vt sit vnus:& est ille, qui est per lineam rectam. Deinde dedit causam propter ꝙ̃ motus diuersus non est vnus in rei veritate, & dixit, qm̃ motus diuersus est diuisibilis.i.& causa in hoc,ꝙ motus diuersus nõ est vnus simpliciter, est, quia diuiditur in velocitatem,& tarditatẽ,& iste modus diuersitatis est similis diuersitati, quæ est secundũ additionem, & diminutionem in rebus diuersis secundum magis,& minus. Et intendit: quoniã est diuersitas, quæ non extrahit motum de vna specie in aliam, sed facit aliquam multitudinem: & hoc intendebat, cum dixit videtur igitur, quod diuersitas,&c.i.quod ista di-
B uersitas est de genere diuersitatis, quæ accidit in rebus secundum additionẽ,& diminutionem. Et intendebat ꝙ velocitas,& tarditas non diuidunt motũ, secũdum ꝙ genus diuiditur in species,& dixit quasi additio,& diminutio, quia velocitas,& tarditas sunt de qualitate,& additio,& diminutio sunt de quantitate. Deinde dicit,& in quolibet [a] motu est æqualitas,& inæqualitas.i.& in quolibet genere motuum inuenitur æqualitas,& inæqualitas, quando in alteratione inuenitur inæqualitas: quoniam alteratio est in quibusdam partibus eiusdem motus intensior,& velocior,& in quibusdam partibus remissior,& tardior: inuenitur ẽt in ea æqualitas, quando partes eius motus sunt æquales in velocitate,& tarditate,& similiter est de augmento,& in translatione,& eius sermo in hoc est manifestus.

Irregularitatis autem differentia est aliquando quidẽ in quo mouetur: impossibile est enim regularem esse motum non in regulari magnitudine: vt reflexi motus, aut obliqui, aut alius magnitudinis: quorum non conuenit contingens in contingentem partem. Aliquando autem neque in vbi, neque in quando, neque in ꝙ, sed in
C eo,ꝙ sic est. Velocitate enim,& tarditate aliquando determinatur. Cuius enim velocitas est eadem, regularis est, cuius autem non, irregularis. Vnde neque species motus, neque differentiæ sunt velocitas,& tarditas, quia omnes sequuntur differentes secundum speciẽ. Quare neque grauitas, neque leuitas, quæ in idẽ est, vt terrę ad seipsam, aut ignis ad ipsum.

Et in diuersis est differentia, quæ forte est ex illo, per ꝙ est motus: impossibile enim est vt motus sit æqualis,& magnitudo, ꝑ quã est motus, non est æqualis. V.g.motus giratiuus, aut motus tortuosus, aut motus alterius quantitatis, quantitatum, quarum quælibet pars non superponitur cuilibet parti. Et forte erit non in re, neque in tẽpore, neq; in illo, ad ꝙ, sed vniuersaliter in illo, ĩ quo est, quasi in via velocitatis,& tarditatis in eo, ꝙ est solũ motus. Motus igitur, cuius velocitas est eadem, est motus æqualis,& qui non est talis, est diuersus. Et ideo velocitas,& tarditas non sunt species, neque differentiæ motus, quia sequitur omnes modos eius. Ergo neque graui-

43 Regulare, et irregulare ñ variant speciem motus, sed faciũt in eo aliquam multitudinẽ

Velocitas et tarditas nõ diuidũt motum vt differentiæ essentiales. cõsimile ĩ text. et cõsequẽti.

a In quolibet motu ẽ ęqualitas & inæqualitas qđ quõ sit ĩtelligẽdũ vide.4.ph.cõ.129.26.ph.c.15.& hic cõ.45.

Impossibile est regularẽ esse motũ nõ in regulari magnitudine.

tas, neque leuitas inducentes ad eundem locũ, Verbi gratia, inducentes terram ad terram, & ignem ad ignem, sunt species, aut differentiæ motus.

44 Cum declarauit ꝙ motus æqualis est dignior vt sit vnus, & dedit differentiã inter motum æqualem, & diuersum cuius generis est, & quare motus æqualis non est vnus, vult declarare hic causas inæqualitatis, & quod motus non diuiditur inæqualem, & in, inæqualẽ secundum ꝙ genus diuiditur in differentias, sed secundum ꝙ genera & species diuiduntur in modos, & accidentia, & prius incœpit declarare causas ex qbus motus est inæqualis. Et dixit & in diuersis, &c. id est, & in motibus diuersis sunt differentiæ: quoniam quidam sunt, quorum causę diuersitatis sunt ex illo, per quod est motus, quando fuerit inæquale: quoniam possibile est vt sit translatio inæqualis, sicut dixit si magnitudo, per quam fit translatio non fuerit æqualis scilicet recta. D.d. V.g. motus per lineam tortuosam, aut per lineam giratiuam, &c. id est, & vniuersaliter motus, qui est inæqualis per illud, per quod est motus est ille, qui est per aliquam quãtitatem, cuius omnes partes non superponuntur sibi adinuicem: quoniam illa quantitas est contraria quantitati rectæ: cum recta sit illa, cuius partes superponuntur sibi adinuicem. Et, cum dedit hanc causam inæqualitatis motus, incœpit dare causam secundam, & dixit, & forte erit non in re, &c. id est, & forte motus erit inæqualis, non per illud per quod est motus. Verbi gratia per locum, neque per tempus: neque per finem, & hoc intendebat, vt mihi videtur, cum dixit neque in illo ad ꝙ, sed vniuersaliter, &c. id est, sed ex ipsius motus natura aut moti scilicet, quãdo fuerit innata velocitari in quibusdam partibus, & tardari in quibusdam. Et hoc intendebat, vt mihi videtur, cum dixit in eo, ꝙ est in via velocitatis. i. in eo, ꝙ innatum est velocius fieri, aut tardari, est natura ipsius motus, aut moti. Et posuimus hunc sermonem sic: quia causæ omnis velocitatis & tarditatis omnis accidentis in motu sunt hæc quatuor. s. aut diuersitas eius, per quod est motus, aut diuersitas dispositionis moti in se, aut dispositionis motoris, aut dispositionis eius ad quod est motus: & intẽdit per hunc sermonẽ quasi determinare causas diuersitatis motus. D.d. in eo quod est solum. i. illud, quod est in via velocitatis, & tarditatis, scilicet quod aliquando velocescit, & aliquando tardat secundum quod solum habet hanc dispositionem proprie, scilicet quia habet velocitatem, & tarditatem proprie, & solum secundum quod est motum, D.d. motus igitur &c. i. cuius velocitas partium est eadem: quia hoc est in accidentibus eiusdem motus: & dixit & ideo velocitas, & tarditas, &c. i. & causa in hoc quod velocitas, & tarditas non sunt differentię motus, ita quod motus velox, & tardus sint species eius, est, quia velocitas, & tarditas sequuntur vnumquenque modum motus: & ista est dispositio accidentium separabilium, scilicet quod inueniuntur in qualibet specie quandoq;, & non inueniuntur quandoque in quibusdam speciebus. D.d. ergo neque grauitas, &c. i. & signum eius, quod velocitas, & tarditas non sunt differentiæ motus, ita quod per illas diuidantur in species est: quoniam graue, & leue, quando duo illorum mouentur ad eundem locum, & alterum est grauius, aut leuius reliquo: tunc alterum necessario erit velocius reliquo: & motus eorum est idẽ in specie: quoniã si mouentur ad locum terrę, tunc motus grauioris erit velocior: & vterque est motus in specie ad mediũ: & si mouentur ad locũ ignis, tũc motus leuioris erit velocior, & vterq; est idẽ motus in specie, & est motus a medio. & hoc intẽdebat, cũ dixit. V.g. inducens terram ad terram, &c. i. &. Verbi gratia motus, qui inducit terram ad terram, aut motus qui inducit ignẽ ad ignẽ, V.g. motus ad medium, aut a medio.

Quantitas tortuosa est cõtraria q̃titati rectæ.

Documẽtũ. Causæ oĩs velocitatis, & oĩs tarditatis accidẽtis in motu sunt hęc quatuor &c.

Ista est dispositio accidẽtiũ separabiliũ. s. ꝙ inueniunt in qualibet specie q̃nq;, & non inueniuntur q̃nq; in quibusdã speciebus, &c.

Vnus igitur irregularis est, qua est continuus: minus autẽ, quod reflexiuo motui accidit: hic aũt minus cõmixtio semper cõtrarii est. Si autem omnẽ, vnũ contingit, & regularẽ esse, & non, nõ erũt, qui non secundũ speciem habiti sunt ipsi, vnus, & continuus. Quomodo

A enim erit regularis motus ex alteratione compositus, & loci mutatione? indiget enim conuenire.

Et dicamus quod motus diuersus est vnus, cum fuerit continuus: sed est in hoc minus: & hoc accidit translationi secundū tortuositatem: & minus semper est per mixtionem contrariorum. Si igitur omnis motus vnus possibile est vt sit secundum æqualitatē, aut inęqualitatem, possibile est vt motus seseus non secundum speciem sit idē motus continuus. Quoniā impossibile est vt motus compositus ex alteratione, & translatione sit ęqualis: quoniam necesse est, si esset æqualis, vt superponeretur sibi.

Minus semper est per mixtionē cōtrarij.

Et dicamus &c. i. apparet, q̃d motus diuersus secūdū velocitatē, & tarditatē est vnus numero. cū fuerit cōtinuus: sed in vnitate est in dispositione minori, et ęqualis in hoc in dispositione perfectiori. D. d. & hoc accidit translationi secūdū tortuositatē. i. & hoc q̃ vnus motus numero qui necessario est inæqualis, accidit trāslationi, quę est per lineā rectā necessario. i. qui nō est vnus in numero. D. d. cām, propter, quā motus inęqualis, nō est vnus sed cōpositus, & dixit & B minus est per mixtionē cōtrariorū. i. &, cum motus inęqualis fuerit motus magis diminutus, in capitulo eiusdē motus numero: & diminutū in omni gñe est diminutū p̄ mixtionē cōtrarij, sequit̄ vt motus inęqualis sit cōpositus ex contrarijs: & sic nō est vnus in rei veritate. Et, cū narrauit q̃d motus inæqualis est inęqualis p̄ mixtionē cōtrarij, & mixtio est possibilis in omni motu, sc̄dm q̃d est motus, dixit: q̃m oīs motus vnus, &c. i. &, cū ita sit, possibile est vt oīs motus sit æqualis, & inæqualis. Sed queritur, q̃uo ista ꝓpositio est vniuersalis, & declaratū est in cœlo, & mūdo, q̃d motus corporis cœlestis nullā habet in se diuersitatē. Et ad hoc dicendū est quod hoc ꝓpriū est corporis cœlestis, secundū q̃d cœleste, nō inquantū motū: & sermo [a] in hoc loco est de motu, nō secūdum quod est motus alicuius corporis. Et, cū narrauit q̃d vnus motus numero recipit æqualitatē & inęqualitatē, incœpit declarare ex hoc quod motus seset non possunt cōtinuari, & dixit, & impossibile est, &c. i. & īpossibile est vt ex motibus seseis nō cōuenientibus in specie fiat vnus motus cōtinuus, q̃m motus continuus recipit ęqualitatē, & q̃d recipit ęqualitatē recipit superpositionē: & motus cōpositus ex trāslatione, & alteratione, nō recipit ęqualitatē. Et iste sermo est in secūda figura: & quia iste cōponit̄ ex duabus propositionibus, quarum affirmatiua declarata est. iā incœpit declarare secūdam, et dixit q̃m si esset ęqualis necesse esset, vt superponeretur. i. & signū eius, quod motus C compositus ex speciebus diuersis nō pōt recipere ęqualitatē, est, quia motus, qui possunt recipere æqualitatem sunt quorū partes possunt superponi sibi adinuicem: & motus diuersi secundū speciē non superponuntur sibi: quia impossibile est vt trāslatio superponatur alterationi, aut augmentum translationi: & iste sermo est in secunda figura. 45

Diminutum in omni genere est dimīnutū p mixtionē cōtrarij. idē supra com. 19. In 2. cę. t. c. 28. & c. 38.

Digressio q̃ querit, vtrū oīs motus possit eē irregularis.

a Sermo in hoc loco est de motu nō secundū q̃d est motus alicuius corporis.

*De contrarietate motuum.* *Cap. V.*

AMPLIVS aūt determinandū est qualis motus est cōtrarius motui, & de māsione eodem modo. sed primo determinādū est, vtrū cōtrarius motus sit, qui est ex eodē, ei, qui est in idē, vt qui est ex sanitate ei, qui est in sanitatē, vt generatio, & corruptio vr: aut qui est ex contrariis, vt qui est ex sanitate ei, q est ex ęgritudine: aut q est in cōtraria, vt q est i sanitatē ei, q est in ęgritudinē: aut qui est ex cōtrario ei q est i cōtrariū, vt qui est ex sanitate ei, q est in ęgritudinē: aut q est ex cōtrario in cōtrariū

ei, qui est ex cōtrario in cōtrariū, vt qui est ex sanitate in ęgritudinē ei, qui est ex ægritudine in sanitatem: necesse est enim aut vnū quēdā horū esse modorū, aut plures: non enim est aliter contraponere.

Et determinandum est etiam quis motus est contrarius cui, & de quiete etiam hoc modo: sed prius dicendum est vtrum motus de aliquo est contrarius motui ad ipsum, V. g. vtrum motus de sanitate est contrarius motui ad sanitatem, & secundum quod existimatur de generatione, & corruptione: aut qui sunt ex contrariis, V. g. quod motus ad sanitatem est contrarius motui ad ægritudinem: aut ad contraria. V. g. quod motus ad sanitatē est cōtrarius motui ad ægritudinem: aut motus de cōtrario est cōtrarius motui ad contrariū, vt motus de sanitate motui in ęgritudinē aut motus de cōtrario in suū contrarium est cōtrarius motui de hoc contrario in illud, V. g quod motus de sanitate in ægritudinem est contrarius motui de ægritudine in sanitatem. Quoniam necesse est vt sit vnus istorum modorū, aut plures vno: opposito enim impossibile est vt sit alio modo.

46 CVM declarauit quis motus est vnus motus, in numero in rei veritate, incœpit declarare de motu, & quiete: duo. s. qui motus sunt contrarij, & qui non, & etiam quæ duarū quietū coniunctarū cū motu. s. quies in eo, ex quo est motus, & quies in eo ad quod est, est contraria motui: & hoc intendebat, cū dixit & de quiete etiam hoc modo. i. quæ quies est cōtraria cui quieti, & quæ quies est contraria cui motui: & quis motus est contrarius cui motui. Deinde incœpit perscrutari de hoc: & dixit, sed prius dicendum est, &c. i. sed priusquā perscrutemur de hoc, diuidendum est & dicendum est de omnibus modis, quibus potest aliquis dicere quod motus est contrarius motui. D. considerandum quis eorum est possibilis, & quis non. Et primo vtrum motus ex aliquo est contrarius motui ad ipsum. V. g. motus de sanitate ad ægritudinem est cōtrarius motui de ægritudine in sanitatē: & secundū hunc modum contrarietatis existimatur, quod generatio est contraria corruptioni. motus enim de sanitate in ægritudinem est corruptio sanitatis, & de ægritudine in sanitatem est generatio. Et hoc intendebat cum dixit & secundum quod existimatur de generatione, & corruptione. i. & secundum hunc modum contrarietatis existimatur, quod generatio, & corruptio sunt contraria. D. induxit secundum modum, & dixit aut ille, qui est ex contrarijs. i. aut motus contrarij sunt illi, qui incipiūt a contrarijs secundum quod incipiunt ex eis. V. g. vt motus ex sanitate sit contrarius motui ex ęgritudine: quoniam iste incœpit ex ęgritudine, & iste ex sanitate, & sanitas est contraria ęgritudini. Et, cum induxit hunc modum, dedit tertium, qui est oppositus isti, & dixit aut illi, qui sunt ad contraria. i. aut motus contrarij non sunt contrarij, secundum quod sunt ex rebus contrarijs, sed secundum quod ad res contrarias. V. g. vt motus ex sanitate ad ęgritudinem non sit contrarius motui de ægritudine in sanitatem, secundum quod est ex rebus contrarijs, sed ex hoc, quod sunt ad contraria. D. induxit quartum modum & dixit aut motus de contrario est contrarius motui ad contrarium. i. aut motus cōtrarius motui est ille, qui incœpit ex aliquo contrario illi, ad quod peruenit secundus motus. V. g. quod iste motus demonstratus de hac ægritudine sit cōtrarius motui demonstrato ad hanc sanitatem, quia iste est de ęgritudine, & ille ad sanitatem. D. induxit quintum modum, & est verus, & dixit aut motus contrarij sunt illi, qui sunt contrarij secundum illud, ex quo, & secundum illud, ad quod.

Documētū, Et sciendum est quod contrarietas motus est in motibus, qui sunt ex contrarijs ad contraria: sed quæritur hic modus verus, quo sunt contrarij. Deinde cū complevit hanc diuisionem, dicit quoniam necesse est vt sit vnus istorum, &c. i.

A & dixit, quod motus contrarij necesse est vt sint contrarij aliquo istorum modorum, aut pluribus vno, quia apparet ꝙ necesse est, cum diximus in talibus istis motibus, qui sunt contrarij vt contrarietas sit in eis aliquo istorum quinque modorum, aut pluribus vno: motus enim de sanitate in ægritudinem si est contrarius motui de ægritudine in sanitatem, necesse est vt sit secundum, quod illud, ex quo incœpit iste motus, ad ipsum peruenit iste alius. Et sic oppositio inter eos erit de genere oppositionis, quæ est inter principium & finem. s. ꝙ illud, quod est principiũ in altero, erit finis in reliquo. Aut oppositio inter eos erit, secundũ ꝙ sunt ex rebus contrarijs, aut ad res cõtrarias, aut quia alter est ex aliquo contrario illi, ad quod est alius motus. Aut contrarietas erit inter eos secundum vtrunq;. s. secundum illud, ex quo, & secundum illud, ad quod. Manifestum est enim per se secundum diuisionem, ꝙ impossibile est vt alius modus sit, quo dicatur quod motus de sanitate in ægritudinẽ est contrarius motui de ęgritudine in sanitatẽ. Et, cum ita sit, necesse est vt contrarietas inter eos sit vno modo istorum modorum, aut pluribus vno, aut omnibus.

Est autem qui ex contrario ei, qui est in contrarium, non contrarius, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ęgritudinem. idem. n. & vnus est. Esse quidem igitur non idem est ipsis, sicut non idem est ex sani-
B tate mutare, & in ægritudinem.

Sed motus ex contrario non est contrarius motui ad contrarium. V. g quod motus de sanitate nõ est contrarius motui ad ęgritudinẽ: quoniã idẽ motus est, & si essentia non est eadẽ: quemadmodum motus de sanitate non est idem cum motu ad ægritudinem.

Cum numerauit oẽs modos, quibus põt imaginari ꝙ motus est cõtrarius motui, incœpit destruere illos, qui non sunt veri. Et dixit sed motus &c. i. sed motus non sunt contrarij secundũ contrarietatẽ eius, ex quo est motus & eius ad ꝙ est motus: qm̃ idẽ motus est cõtrarius sibi, secundũ illud ex quo & secundũ illud, ad ꝙ est. si igitur motus essent cõtrarij hoc modo: tunc eadẽ res esset contraria sibi: qđ impossibile est: & hoc intẽdebat, cũ dixit est. n. idem motus. i. in numero. D. d. &, si essentia nõ est eadẽ. i. licet non sit idẽ secundum diffinitionẽ. Motum enim de sanitate, secundũ ꝙ est motũ de sanitate, non est idem secundũ definitionẽ cũ motu ad ægritudinẽ, licet sit idẽ secundũ subiectum. s. qm̃ motum de sanitate est motũ ad ægritudinẽ, sed illa, quæ sunt idem secundũ subiectũ & diuersa secundum definitionem: non sunt contraria: & non posuit istum modũ
C in prima diuisione, qm̃ manifestũ est quod est idem motus. 47

Illa, q̃ sunt idem secũdũ subiectũ, & diuersa secũdũ definitionẽ, non sunt contraria.

Neq; qui est ex cõtrario ei, qui est ex cõtrario: simul. n. accidit mutare ex cõtrario in cõtrariũ, aut in mediũ: sed de hoc quidẽ posterius dicemus: sed magis in cõtrariũ mutare videbitur causa esse contrarietatis, quã ex contrario. hic enim mutatio contrarietatis, ille vero acceptio. Et dicitur vnusquisque in quod mutatur magis quam ex quo, vt sanatio in sanitatem, ęgrotatio aũt in ęgritudinẽ. Relinquit igitur qui est in contraria, & qui in cõtrarium ex contrarijs. Fortassis igitur accidit hos, qui in contraria, & ex contrariis esse, sed ipsum esse forsitan non idem: dico autẽ qui est in sanitatem ei, qui est ex ægritudine, & qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudinem.

Denominatio fit a termino ad quẽ nõ a termino a quo.

Neque enim motus ex contrario est idem ei, qui est ex contrario: quoniam necesse est vt cum motu ex contrario sit motus etiam ad contrariũ, aut ad medium: sed sermo de hoc post determinabitur: immo translatio ad contrarium magis existimatur esse causa

contrarietatis, quam translatio de contrario. Ista enim translatio est separatio a contrarietate, & ista est acquisitio eius, & quodlibet nominatur ab illo, ad quod transfertur, & non ex quo transfertur, Verbi gratia, quoniam diximus sor. sanari, quando transfertur ad sanitatem, & ægrotari, quando transfertur ad ęgritudinem. Remanet igitur motus ad contraria, & motus de contrariis ad contraria: & rectũ est vt illud, quod mouetur ad cõtraria, necesse est vt moueatur ex contrariis, sed forte essentia non est eadem. s. quoniam motus ad sanitatem non est idem cum motu ad ægritudinem.

48 Hic vult loqui de reliquis modis, & dicit, neq; motus ẽt est cõtrarius motui tm̃ secundũ cõtrarietatẽ eius, ex quo est alter motus, ei ex quo est reliquus: q̃m quilibet duo motus tales inueniũtur cõtrarij secundũ illud, ad quod, sicut inueniũtur cõtrarij secũdũ illud, ex quo. Et quia ista ratiocinatio nõ sufficit, s. vt motus nõ sint cõtrarij secundũ illud ex quo, tales motus inueniũtur cõtrarij secũdũ illud ad qđ, cũ aliquis põt dicere, ꝙ hoc accidit motibus cõtrarijs, s. hoc ꝙ sunt ad cõtraria, & ꝙ cõtrarietas nõ inueniť in eis nisi, secũdũ ꝙ sunt ex rebus contrarijs, dixit sed sermo de hoc, &c. i. & in fine istius sermonis, D. incœpit declarare, ꝙ nõ põt aliquis dicere, ꝙ cõtrarietas motuũ secundũ illud, ad qđ, est accidẽs, & secũdũ illud ex quo, est p se, & dixit, immo trãslatio, &c. i. immo magis est existimãdũ ꝙ trãslatio motuũ ad contraria est causa in cõtrarietate motuũ, q̃ trãslatio de cõtrarijs. D. dedit rationẽ super hoc, & dixit ista, translatio, &c. i. & causa in hoc est, quia trãslatio rei motę de cõtrario, a quo mouetur, est separatio ab illo, & translatio eius ad cõtrariũ, ad quod mouetur, est receptio, & acquisitio: & hoc est ita, quia motus nihil aliud est q̃ acquirere partẽ post aliã ex illo, ad qđ res mota mouetur, donec acquirat illud, ad quod mouetur pfecte, & tunc cessat: &, cũ motus dr̃ esse cõtrarius motui aliquo illorũ, dignius est vt sit cõtrarius secundũ illud, quod acquirit, & per qđ perficitur, nõ secundũ illud, a quo separatur: q̃m illud, a quo separatur, [a] non est pars substãtiæ eius, sed est accidẽs ei: & illud, qđ acquirit est pars substantię, & cũ ita sit, ergo motus aut sunt cõtrarij, secundũ illud ad quod, & nõ secũdũ illud ex quo, aut erũt cõtrarij magis secũdũ hunc modum. D. dedit aliã ratiocinationem, & dixit, & quilibet nominať, &c. i. &, quia substãtia motus est de natura eius, ad quod est, non eius, ex quo est, ideo motus denominatur ab illo, ad quod est: cũ dicitur ꝙ motus de albedine ad nigredinẽ est nigrificatio, non albificatio: & similiter dr̃ ꝙ illud, quod mouetur de ęgritudine ad sanitatẽ, est ipsum sanari, non infirmari. Et cũ posuit istos quinq; modos, & posuit ꝙ impossibile est vt motus sint contrarij secũdum cõtrarietatẽ eius, ex quo ad illud, ad qđ, & posuit, quod dignius est vt sint cõtrarij secũdum illud, ad quod, quã secundũ illud, ex quo, & nõ precise direxit sermonẽ in hoc, dixit remanet igitur &c. i. &, cũ destructi sunt duo illorũ modorũ, remanẽt tres. s. vt motus sint cõtrarij, aut secundũ translationẽ eorũ ad contraria, aut ex cõtrarijs, aut secundum vtrunque. D. d. & rectum est vt illud, quod mouetur, &c. i. & bene apparet ex dictis, quod necesse est vt omnia duo mota, quæ mouentur ad contraria moueantur ex contrarijs. & dixit hoc, quia transmutationes quæ sunt ad contraria sunt motus in rei veritate. s. de subiecto contrario in subiectũ contrariũ: quod non est ita de alijs transmutationibus. s. quæ sunt de affirmatione in negationẽ, & de negatione in affirmationẽ, & istæ sunt cõtrarie secundũ hoc, ꝙ altera est ex illo, ad quod est alia, vt generatio, et corruptio. Et cũ posuit ꝙ motus, qui sunt ad cõtraria, necesse est vt sint ex cõtrarijs, secũdum ꝙ sunt motus, & intẽdebat declarare ex hoc ꝙ motus contrarij sunt contrarij secũdũ vtrũq;. s. secundum contrarietatẽ eius ex quo, ad illud ex quo, & secundum contrarietatẽ eius ad quod, ad illud ad quod, & iã declarauit ꝙ motus, qui dicuntur esse contrarij secundum contrarietatem, eius ex quo, ad illud, ad quod, sunt idem motus, & ꝙ non est necesse propter hoc

Motus nihil aliud est, q̃ acqrere partẽ post aliã ex illo, ad qđ res mota mouetur, donec acquirat illud pfecte. Idẽ. 3. ph. c. 4. Idẽ hic infra cõ. 54.

a Illud, a quo separať motus, non est pars substantię eius, sed est accidens ei. sed oppositũ dixit supra, cõ. 3.

A & rectū vt dicantur contrarij, incœpit primo declarare de motibus, qui ponuntur contrarij secundum vtrūque, ꝙ non contingit eis illud impossibile, quod contingit primo modo. s. vt sit idem in numero, & fecit hoc, ne aliquis existimet, ꝙ in hac positione sequitur illud impossibile, quod cōtingit in primo. s. in hoc, ꝙ motus est cōtrarius motui secūdum illud, ex quo, & secūdum illud, ad quod. Et dixit sed forte essentia, &c. i. sed essentia duorū motuum, qui ponuntur cōtrarij secundum contrarietatem eorum, ex quo sunt, & secundum contrarietatem eorum ad quod sunt, non sequitur ex hoc vt duo motus sint vnus, sicut sequitur si ponantur contrarij per contrarietatem eius, ex quo ad illud, ad quod, quoniā motus ad sanitatē ex ægritudine non idem est cū motu de sanitate ad ęgritudinem, sed sunt duo. Deinde incœpit dare causam, propter quam necesse est, vt motus contrarij sint contrarij per vtrūque. s. secundū illud ex quo, & secundum illud, ad quod.

Quoniā autem differt mutatio a motu: ex quodam. n. subiecto in quoddam mutatio est. Motus igitur, qui est ex contrario in contrariū ei, qui ex contrario est in contrariū, motus contrarius est. Vt qui est ex sanitate in ęgritudinē ei, qui est ex ægritudine in sanitatem.

B Et quia trāsmutatio differt a motu in hoc, quoniā motus est trāsmutatio de subiecto in subiectū, motus igitur contrarius de contrario in contrarium. V. g. de sanitate in ęgritudinē est contrarius motui de ægritudine in sanitatem.

Dicit, & quia transmutatio differt a motu in hoc, ꝙ motus est transmutatio de subiecto contrario in subiectum contrarium, vt declaratum est in principio istius tractatus. Transmutatio autem est de non subiecto in subiectum, & de subiecto in non subiectum: necesse est vt motus contrarij sint contrarij secundum illud, ex quo, & illud, ad quod, ambo: quoniam eos esse de contrario essentialiter est eis, quemadmodum ipsos esse ad contrarium est eis essentialiter. &, cū vtrunque est eis essentialiter, & res contrariæ sunt contrariæ per differentias, & dispositiones contrarias, necesse est vt motus contrarij sint cōtrarij per istas duas dispositiones, s. per contrarietatem eius ex quo, & eius ad quod: licet magis sint contrarij secundum illud ad quod. 49 T. cō. 7.

Manifestū est aūt & ex inductione qualia videntur cōtraria esse: Egrotari enim ipsi sanari, & ipsi addiscere decipi non per ipsum: incontraria. n. sicut in sciētia est, sic & in deceptione est & per ipsum habere, & per aliū: & sursum motus ei, qui est deorsum: contraria. n. hec sunt in longitudine: & qui est ad dexteram ei, qui est ad sinistrā: cōtraria enim hæc sunt in latitudine: & qui est ante ei, qui est retro: contraria enim hęc sunt in altitudine.

C

Sursum deorsum sunt cōtraria longitudine.

Dextrū sinistrū in latitudine.

Ante retro contraria in altitudine.

Et declaratū est scdm inductionē, quę intētiones existimātur esse cōtrarię. Nos. n. videmus qđ contrariū eius, qđ est hoīem sanari, est ipsum infirmari, & ipsum addiscere est contrariū ad ipsum male scire, nō ex se: qm̄ hic est motus ad contraria: quēadmodū possibile est acquirere scientiam ex se, & ex alio, & similiter potest decipi ex se, & ex alio. Et translatio ad superius est contraria translationi ad inferius: quoniam hæc duo sunt contraria in longitudine. Et translatio ad dextrum est contraria translationi ad sinistrum: quæ sunt contraria in latitudine: & translatio ad anterius est contraria translationi ad posterius: quæ sunt etiam contraria in latitudine.

50 Cum declarauit per rationem qui motus sunt contrarij, & secundũ q̃ sunt contrarij, incœpit declarare quod secundũ inductionẽ etiã apparet hoc. Et dixit, & ex inductione ẽt, &c. &, intendit per intẽtiones motus, aut fines motuũ. D. d. nos. n. videmus, &c. quoniam ex inductione apparet q̃ motus contrarij sunt illi, qui sunt ex contrarijs, & ad contraria. Verbi gratia, motus ex ægritudine in sanitatem: q̃m manifestum est per se quod est contrarius illi, qui est de sanitate in ægritudinẽ: & similiter descendere est contrarium ad ascendere, & contrarium est augeri ad diminui. D. d. & addiscere, &c. i. &, similiter est dispositio in motibus contrarijs animæ. s. quoniam per inductionem, s. q̃m etiam apparet hoc & dixit quod contrarij sunt ex contrarijs, & ad contraria, vt addiscere, & decipi, quæ sunt contraria. s. motus de scientia falsi ad veram est contrarius motui de vera ad falsam: sed, quia translatio essentialiter de scientia ad errorẽ est ex deceptione, similiter, ex errore ad scientiam, tunc addiscere est contrariũ ad errare ex alio non ex se: cum homo non erret ex se, sed ex alio, sicut addiscit ex alio, non ex se: & ideo dixit, non ex se: ita dixit Alex. Et potest intelligi sic, quod scientia, quæ est ex alio, opponitur errori, qui est ex alio, &, quæ est ex ipsa anima opponitur illi, qui est ex ipsa anima: & testatur huic hoc, quod dixi post, & quemadmodũ possibile est, &c. D. d. & translatio ad superius, &c. & hoc est per inductionem, per quam vult declarare quod motus contrarij sunt contrarij, secundum illud, ex quo, & secundum illud, ad quod: & ideo debet legi continuum cum hoc, quod dixit nos enim videmus, &c. Et, cum declarauit quod duo motus, qui sunt in longitudine, sunt contrarij secundum illud, ex quo, & illud ad quod, notificauit etiam quod ita est de motibus qui sunt in latitudine, & profundo, & dixit, Et translatio ad dextrum, &c. & sermo eius est manifestus.

Expositio Alexan.

Expõ sua.

Gñatio albi ex non albo nõ est motus sed mutatio.

Qui aũt est in contrariũ solũ non est motus, sed mutatio: vt fieri album nõ ex quodã: quibus aũt non est contrariũ, motus qui est ex ipso, ei, quę est in ipsum mutatio cõtraria est: vnde generatio corruptioni cõtraria est, & remotio acceptioni. Hæ autẽ mutationes quidem sunt, motus autem non sunt.

Ire autẽ ad cõtrariũ non est motus, sed transmutatio, V. g. generatio albi nõ ex aliquo: omne igitur, quod non habet contrariũ, sua iteratio ex seipso ad seipsum sunt transmutationes contrariæ: & ideo generatio est contraria corruptioni, & denudatio formæ est contraria formæ inuestitioni: & ista intentio sunt modi transmutationis, non motus.

51 Ire aũt ad contrariũ, quãdo accipit, secundũ quod est ex nõ cõtrario, nõ est motus, sed transmutatio: est enim ire de non esse ad esse, & est declaratũ q̃ hic non est motus. Verbi gratia, q̃ album generatur non ex nigro, sed ex non albo: quoniam generatio albi, quando accipitur, secundum q̃ accidit ei, q̃ fuit ex non albo, est transmutatio nõ motus. Et intẽdebat declarare ex hoc, q̃ omne, quod generat̃ ex nõ cõtrario, nõ est motus, nõ q̃ albũ generatur ex non contrario: quoniam omne albũ generatur ex nigro, aut ex medijs: sed, cum consideratur secundum hoc q̃ accidit in nigro quod fuit nõ albũ, est trãsmutatio, non motus: sed hoc est ei per accidens, non per se. Transmutatio aũt, quæ est de cõtrario, non omnino est transmutatio per se, & non inuenitur in ea contrarietas scd̃m esse, nisi secundũ vnũ. s. quãdo accipitur q̃ trãsmutatio est ex illo, & ad illud. Et hoc intendebat, cum dixit omne igitur, quod non habet contrariũ, &c. id est, & omne ens, quod nõ habet cõtrarium, transmutatio eius, cuius principium est ex seipso, & est corruptio eius, & transmutatio eius ad seipsum, & est generatio eius, sunt transmutationes contrariæ in his duobus generibus, e contrario de transmutatione, quæ est motus in rei veritate, & est transmutatio, quæ est in rebus, quæ habent contraria. Deinde. d. & ideo generatio, & c. i.

Cũ albũ fit ex nõ albo, scd̃m q̃ accidit nigro q̃ sit nõ albũ, est transmutatio, nõ motus: & hoc ẽ ei p accidẽs, non per se. idem supra cõ. 8. & 12.

& propter

A & propter hoc, s. q̄m illud, quod non habet contrarium, contingit vt transmutationes contrariæ in eo sint de re in ipsam rem, ideo generatio est contraria corruptioni: & contrarietas accipitur hic ex vno extremo secundum diuersum respectum ad aliud, quia contrariũ est ad aliquod ens, & in hac transmutatione non est esse nisi in vno extremo, in generatione autem in fine, in corruptione vero in principio. Et intendit in hoc sermone declarare quod hoc, ꝙ apparet in generatione, & corruptione, non nocet ei, quod apparet ex inductione, s. ꝙ motus contrarij sunt de contrarijs, & ad contraria, cum generatio, & corruptio non sunt motus.

me. c. 6. Idē hic īfra. cō. 55.

Documētũ.

Qui autem in medium motus sunt, quibuscunq; contrariorũ aliquid est medium, tanquam in contraria quodammodo ponēdi sunt: Nam vt contrario vtitur medio motus, in vtraque vtiq; mutatur: vt ex fusco quidem in album, tanquam ex nigro, & ex albo in fuscum, tanquam in nigrum: ex nigro autem in fuscum, tanquam in albũ: fuscum enim medium ad vtrunque dicitur quodammodo vltimorum, sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est sic, qui est ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario in contrarium.

B Motus vero ad illud, quod est inter contraria, in contrariis habētibus inter, ponendi sunt tanquam illi, qui sunt ad contrarium quodammodo: quoniam apud motus inter, est quasi contrarium apud transmutationem, vtrumlibet sit transmutatio, Verbi gratia: quoniam transmutatione de viridi in album viride nominatur quasi nigrum, & similiter transmutatio de albo in viride, & transmutatio de nigro in viride nominatur quasi in albũ. Medium enim dicitur quodammodo vtrũq; extremũ, quādo cōparatur ad vtrũq; extremorũ, vt diximus superius: & secundum hoc motus erit contrarius motui, quando fuerit de contrario in contrarium.

Mediũ est quodāmodo vtrũq; extremũ. Idē supra. t. c. 6. 52

Cum posuit quod motus contrari sunt illi, qui sunt de rebus contrariis, & ad res contrarias, & accidit in hoc quæstio in motibus, qui sunt de extremis in media, incœpit declarare ꝙ isti motus sunt ad media, secundum illud, quod habent
C de contrarietate ad extremum, ex quo incipit motus. Et dixit motus vero, &c. i. motus vero, qui perueniunt ad vnũ mediorũ q̄ sunt inter illud, ex quo est motus, & illud, ad qđ est motus, debent reputari de specie motus, qui est de contrario in cōtrariũ quodāmodo, non simplr. Et dixit in contrarijs hñtibus inter, quia non sunt hic motus de contrarijs in contraria, q̄ non habent inter: q̄m hoc declaratum est in principio istius tractatus: sed. q. d. motus vero, qui sunt ad illud, ꝙ est inter contraria, quod accidit in contrarijs habentibus inter, ponendi sunt de numero motuum, qui sunt ad contraria quodammodo. Et dixit tanquam ad cōtraria quodammodo: quia medium [a] est contrarium vtrique extremorum, non simpliciter, sicut alterum extremum est contrarium reliquo: sed medium est cōtrarium vtriq; per illud, quod est in eo de reliquo extremo: & contrarietas eius differt a contrarietate extremi in hoc, q̄m contrarium in eo, s. vnum extremum non est in sua vltima perfectione, sicut est in ipso extremo. D. d. q̄m apud motus, &c. i. & causa in hoc, quod motus qui sunt ad inter, sunt ad contrariũ quodammodo est, q̄m inter est de motibus peruenientibus ad ipsum, quasi contrarium apud transmutationem eius ad vtrumlibet extremum: [b] q̄m inter est cōtrarium vtrique extremo: quia vtrũq; extremum inuenitur in eo non perfecte. V. g. q̄m in transmutatione, quæ fit de viridi in album, viride est quasi nigrum: viride enim non transmutatur in album, nisi secundum quod est in eo de nigro, non secundum quod est in eo de albo: & etiam, q̄n viride transmutatur in nigrũ, transmutatur secundum quod est in eo de albo, & similiter q̄n album transmuta-

a Mediũ ē cōtrariũ vtriq; extremorũ ñ simpliciter, sicut alterum extremũ est contrariũ reliquo. idem primo phy. com. 54.

b Medium est cōtrariũ vtrique extremo, quia vtrũq; extremũ inue-

nitur in eo nō perfecte. Idem supra 6.& 19.vide 10.me.6. & . 22 . 12. me.6. 1.ph. 56.& de anima. 95.& 205.

tur in viride, transmutatur in nigrum, quod est in viridi; & quando nigrū, transmutatur in viride transmutatur in album quod est in eo: & hoc intendebat cum dixit. V.g. qm̄ in transmutatione, &c.i. viride in eo reputatur, quasi nigrum qm̄ transmutatio ex eo non est, nisi ex parte nigra quæ est in eo. D.d.& similiter transmutatio de albo in viride, i. qm̄ tunc viride tenetur quasi nigrum. D.d.& transmutatio de nigro ad viride reputatur quasi album, i. quod viride tenetur in hac transmutatione, quasi album. D. d. medium. n. opponitur quodammodo vtrique extremo, quando comparatur, i.& causa in hoc, qm̄ medium est, vtrunq; extremum. D.d.& secundum hoc, &c.i. secundum hoc igitur omnis motus, qui est contrarius alij motui, est contrarius secundum illud, ex quo, & secundum illud, ad quod: siue fiant motus ad media, aut ad extrema duo: & sic est intelligendum de motibus, qui sunt de medio in medium.

*Determinat de contrarietate quietum.* *Cap. VI.*

QVoniam autem motui non solum videtur esse motus contrarius, sed & quies, hoc determinandum est: simpliciter enim contrarius est motus motui. Opponitur autem & quies, priuatio enim est. Est autem sic ꝙ priuatio quodammodo ao contraria dicitur motui. Qualis autem quali, vt ei, quæ est secundum locum ea, quæ est secundum locum. Sed hoc nunc dicitur simpliciter. Vtrum enim ei, quę est hic mansioni, qui est ex hoc, aut qui est in hoc, motus opponitur.

Et quia existimatur ꝙ illud, quod est contrarium motui, non est motus tātum, sed quies, oportet etiam nos determinare hoc. Dicamus igitur ꝙ motus opponitur motui, & etiam quieti, quia est priuatio. Et quodammodo dicitur ꝙ priuatio est contrarium, idest quod priuatio alicuius motus. V.g. quoniam contrarium motui in loco est quies in loco: sed hoc dictū est indefinite: qm̄ perscrutandum est vtrum illud, quod opponitur quieti, est motus ex hoc, aut motus ad hoc.

53 CVm declarauit qui motus sunt contrarij, & apparet vniuersaliter, ꝙ quies opponitur motui secundum priuationem, & habitum, vult hic perscrutari quæ duarum quietum opponitur motui, s. quies in eo, ex quo est motus, aut quies in eo, ad quod est motus & dixit. Et quia existimatur, &c.i.& quia videtur ꝙ motus non solummodo opponitur motui, sed etiam quieti: quoniam motus opponitur motui secundum contrarietatem, & quieti secundum priuationem, & habitum. D.d. dicamus igitur ꝙ motus opponitur motui, i. secundum contrarietatem. D.d.& quieti secundum priuationem. D.d. & quodammodo dicitur, &c.i.& iste modus oppositionis quodammodo dicitur contrarium: qm̄ aliquis motus est contrarius alicui priuationi. s. priuationi illius motus. Et dixit alicuius motus, ne aliquis existimet ꝙ intendebat priuationem motus simpliciter: hoc enim non uidetur esse, nisi secundum opinionem generantium corpus simpliciter. D.d. V.g. qm̄ cōtrariū motui in loco est quies in loco. i. V.g. qm̄ qes est cōtraria motui, tali modo, quod quies in loco est cōtraria motui in loco: &, quia hoc manifestum est per se, s. qd' quies in loco est contraria motui in loco secundum priuationem, & habitum, & hoc potest intelligi de quiete, quæ est in loco ex quo est motus, aut de quiete in eo, ad qd est mot', d. sed hoc dictū est simpliciter, i. sed hoc, quod dictū est hic, non est distinctū: quoniam nondū est determinatum hic quam quietem intendimus: & ideo perscrutandum est, vtrum quod opponitur motui est quies, quæ est ex hoc, i. quæ est ex illo, ex quo est motus, aut quies in illo, ad quod est motus.

A Manifestum igitur est, quoniam, quia in duobus motus subiectis est, huic quidem, qui ex hoc est in contrarium, quæ est in hoc, quies: huic autem, qui est ex contrario in hoc quæ in contrario quies (simul autem, & adinuicem contrariæ hæ sunt.) nã inconueniens est, si motus quidem contrarii sunt, quietes autem oppositæ non sunt. sunt autem in oppositis hæ, vt quæ est ex sanitate ei, quæ est ex ęgritudine quieti: motui autem qui ex sanitate in egritudinem. Ei enim, qui est ægritudine in sanitatẽ irrationabile est. Qui enim in ipso motus est, in quo steterit, quietatio magis est secundum quod accidit simile fieri cum motu. necesse autem est aut hanc, aut illam esse. Non enim quę est in albedine quies, contraria est ei, quę est in sanitate.

Dicamus igitur quod motus, quia est in duobus subiectis, tunc contrarium motui ex hoc ad suum contrarium est quies in hoc, & contrarium motui ex suo contrario ad ipsum est quies in suo contrario: & cum hoc hę duæ etiam sunt contrariæ: quoniam impos-B sibile est, vt in motibus sit contrarietas, & quies non sit contraria quieti: & non sunt nisi in contrariis. Verbi gratia: quoniam quies in sanitate est contraria quieti in infirmitate, & contraria motui de sanitate in ęgritudinem: quoniam impossibile est, vt sit contraria motui de ægritudine in sanitatem. Quoniam motus rei ad illud, apud quod erit quiescens, dignius est, vt sit faciens quietem. illud enim quòd generatur cum illo motu, necessario est contrarium huic. Et ideo impossibile est, vt quies in albedine sit contraria quieti in sanitate.

Dicamus igitur quod motus, quia est, &c. i. de subiecto in subiectum econtrario transmutationi, quæ est de affirmatione in negationem, aut de negatione in affirmationem. D. d. contrarium motui, &c. i. &, quia motus est de contrario in contrarium, ideo contrarium motui, qui est de hoc contrario ad hoc contrarium, demonstratum est quies, quæ est in hoc. s. ex contrario ex quo est motus. Et dixit C hoc, quia manifestum est per se: quod quies in eo ex quo est contraria motui: & contrarium motui, qui est de contrario quod est illud, ad quod peruenit iste motus positus, est quies in illo contrario. Verbi gratia, quoniam sanari est motus de egritudine in sanitatem: quies igitur contraria isti motui est quies in egritudine, non in sanitate: quoniam ista quies est perfectio motus: & perfectio non est contraria ei, cuius est perfectio: & similiter contrarium motui de sanitate in egritudinem est quies sanitate. D. d. &, cum hoc etiam hæ duæ sunt contrariæ. i. &, cum hoc, quod motus est contrarius quieti: istæ duæ etiam quietes sunt contrariæ: quoniã si in motibus est contrarietas, & in quiete etiam debet esse cõtrarietas. D. d. & non sunt, nisi in contrariis, id est, & quies non est contraria quieti: nisi quia duæ quietes sunt in contrarijs: quemadmodum motus non est contrarius motui: nisi quia sunt de contrariis, & in contraria. D. d. Verbi gratia quoniam quies, &c. i. quoniam quies in sanitate est contraria quieti in egritudine: quoniam sanitas est contraria egritudini, & est contraria ipsi motui: quia ĩpossibile est vt sit contraria motui de egritudine in sanitatem: cum quies, ad quam peruenit motus, dignior est vt sit perfectio motus, q̃ vt sit cõtraria. & hoc intẽdebat, cũ dixit qm̃ impossibile est motũ, i. qm̃ ĩpossibile est, vt quies, quæ est in sanitate sit contraria motui q est ad sanitatẽ: qm̃ dignius est, vt motus de egritudine ad sanitatẽ sit via ad sanitatẽ. Et hoc est ita, qm̃ motus est de gñe pfectionis, ad q̃ puenit: sed est pfectio diminuta, quia est coniuncta cum potentia, & esse vltimæ perfectionis 54

Quies contraria motui est quies in termino a quo, non in termino ad quem, quia illa est perfectio mot': sed oppositum vr̃ dicere infra t. c. 64. & ibi soluitur.

Documẽtum.

Motus ẽ de gñe pfectionis, ad quã puenit, sed ẽ pfectio diminuta, qa est coniũcta cã potentia, & esse vltimæ pfectionis est in qete. Idẽ sup̃ c.9. & 47. Idẽ.3.ph.cõmen. 4.

est in quiete: si igitur motus de egritudine in sanitatem est ad quietem in sanitate, necesse est ut motus de egritudine in sanitatem sit faciens quietem in sanitate scilicet quoniam in eo inuenitur vna pars post aliam quietis, ad quam peruenit: sicut inuenitur in eo, vna pars post aliam habitus, ad quam peruenit: & quia substantia motus est de genere quietis ad quam peruenit: & illa, quæ diuersantur secundum magis, & minus, non sunt contraria: ergo quies, ad quam peruenit motus, non est contraria motui, sed finis eius: ergo quies, quæ est in eo ex quo est motus, est contraria motui: & est illa, quæ corrumpitur per generationem motus, non quies, quæ generatur paulatim per generationem motus. Et ex hoc declarabitur quod quies, quæ est in re, ad quam est motus, est contraria quieti, quæ est in eo, ex quo est motus. Quoniam, cum motus est contrarius quieti in eo, ex quo est motus: & quies, ad quam est motus, generatur cum motu. Ergo ista quies est contraria quieti in eo ex quo est motus. Et intendebat cum dixit quoniam illud, quod generatur cũ illo motu, &c. id est, quoniam quies, quæ generatur cum generatione motus necessario est contraria quieti ex qua est motus: cum ista quies destruatur per generationem motus. Deinde dixit impossibile enim est, vt quies in albedine, &c. id est, quia quies in altero non corrumpitur per generationem quietis in reliquo, scilicet quod quies in albedine non generatur per corruptionem quietis in sanitate, & similiter quies in sanitate non generatur per corruptionẽ quietis in albedine.

Quibus autem non sunt contraria, horum mutatio quidem est opposita ea, quæ est ex ipso, ei, quæ est in ipsum. motus autem nó est: Vt ea, quæ est ex esse, ei, quæ est in esse. Et quies quidem horum nó est, immutabilitas autem est: &, si quidem aliquid erit subiectum, ea, quæ in esse est immutabilitas ei, quæ est in non esse, contraria erit. si vero non est aliquid, id quod non est, dubitabit aliquis, cui sit contraria ea, quæ est in esse immutabilitas an quies? si autem hoc est, aut non omnis quies motui est contraria, aut generatio, & corruptio motus sunt. Manifestum est igitur, quod quies non dicenda est, si non & hæ motus: simile autem aliquid est & immutabilitas. Contraria autem est, aut nulli, aut ei, quæ est in non esse, aut corruptioni. Hæc enim ex ipsa est, generatio autem in ipsam.

Intentiones vero, in quibus non est contrarietas, & sunt illa, quę transmutationem oppositam habent, scilicet transmutationem, quę est de aliquo opposito transmutationi, quę peruenit ad illud: motum autem non habent, Verbi gratia, quoniam transmutatio ex esse est opposita transmutationi ad non esse. Quoniam in intentionibus istis non est quies, sed illud, quod est in eis, est priuatio transmutationis, si non ens fuerit aliquod subiectum. Verbi gratia, quoniam, si transmutatio deficit in ente, transmutatio deficiet in nó ente. Si igitur non ens nihil fuerit, ambiget homo, & non videt q̃d priuatio transmutationis in ente, & quies in eo sit contraria alicui. Et, si hoc fuerit, tunc aut non omnis quies est contraria motui, aut generatio, & corruptio sunt motus. Sed est manifestum quod non debet dici quies, sed simile ei: & priuatio transmutationis, aut non est, contraria alicui, aut est contraria corruptioni: quoniam corruptio ex illa fit, generatio autem ad illam.

A Cum declarauit q̃ quies est cõtraria motui, vult perscrutari de eodem in trans- 55
mutatione, s. vtrum in transmutatione est quies opposita transmutationi, sicut est
in motu, aut non est quies. Et dixit. Intentiones vero, &c. i. transmutationes
vero, quæ sunt in intentionibus, in quibus non est contrarietas. D. d. & sunt il-
læ, quæ, &c. i. transmutationes vero, quæ sunt in intentionibus, in quibus non est
contrarietas, sunt illę, quæ habent transmutationes oppositas. Deinde expo-
suit hoc, & dixit, s. &c. i. s. q̃ transmutatio, quæ est de aliquo, est opposita in illo
genere transmutationi, quæ peruenit ad illud. D. d. motum vero non habent. i.
& in istis intentionibus, in quibus non est contrarietas, non est motus, nedum vt
sint contrarię illo modo, quo motus sunt contrarij. D. d. exemplum, & dixit,
V. g. q̃m transmutatio de esse, &c. i. & exemplum eius, quod est transmutatio sit
opposita transmutationi, s. q̃ ex illo, ex quo est altera transmutatio ad idem sit
reliqua, est transmutatio de esse in nõ esse, q̃ est corruptio, & transmutatio de nõ
esse in esse, quæ est generatio: & ista transmutatio non est opposita per illud ad
quod; & si esse opponitur ad non esse: quia non est hoc motus existens per se op
positus alii motui: quia transmutatio de non esse est per accidens, & transmuta-
tio de subiecto, s. de contrario est per se, aut est propinquius vt sit per se transmu-
tatio vero subiecti, quod defert contrarium ex illo contrario ad suum contra-
rium, est per se: & hoc non inuenitur in generatione, & corruptione. Et, cum
B narrauit q̃ contrarietas in talibus transmutationibus est secundum q̃ transmu-
tatio vna in eis est ad illud, ex quo est secunda transmutatio, cum esse in istis dua
bus transmutationibus non est, nisi in altero extremo: incępit narrare q̃ etiam
non inuenitur in talibus transmutationibus quies contraria quieti, sicut inuenitur
in motibus: neq; etiam quies est contraria transmutationi. D. d. q̃m in istis in-
tentionibus, &c. i. in istis enim intentionibus, in quibus est generatio, & corru-
ptio, non est quies omnino: sed est in eis priuatio transmutationis: & hoc erit, si
posuerimus q̃ non ens, ex quo est generatio, & aliud, ad quod est corruptio, est
aliquid actu: quoniam, si hoc posuerimus, tunc erunt illic duo non esse: & pri-
uatio in non ente, secundum quod posuerimus ipsum esse aliquid, & priuatio in
ente. Priuatio igitur, quæ est in ente, si posuerimus ipsam esse quietem, sequi-
tur vt sit contraria priuationi transmutationis, quæ est in non ente: est eadem cũ
priuatione transmutationis, quæ est in ente: &, sic inter illas non erit contra-
rietas omnino: q̃m quies in eo, ad q̃d est motus, non est contraria quieti in eo ex
quo, nisi quia sunt in duobus contrarijs. D. d. si igitur non ens non fuerit, &c. i.
si igitur non ens non fuerit subiectum, impossibile est imaginari q̃ priuatio trãs
C mutationis, quæ est in ente, est quies: q̃m impossibile est imaginari ipsam esse
contrariam motui: neq; priuatio existimatur esse quies: q̃m si non ens non est
aliquid: non erit illic priuatio, quę posset imaginari, quę est quies opposita quieti
quæ non est in ente: neque imaginatur, q̃ ista priuatio, quæ est in ente etiam
est quies opposita transmutationi ex eo: quoniam transmutatio ex eo non est mo
tus: & omnis quies est contraria motui, aut quieti. Si igitur posuerimus ipsum
esse quietem, tunc erimus inter duo, aut ponemus q̃ non omni quieti opponi-
tur motus: aut dicemus q̃ generatio, & corruptio sunt motus: & vtrunq; est im
possibile. D. d. sed est manifestum, &c. id est, quoniam non est quies in rei ve-
ritate: &, cum non fuerit quies in rei veritate, sed priuatio transmutationis, dis
soluetur quæstio dicens, q̃ non omnis quies est contraria motui, aut contraria
quieti: q̃m hæc in rei veritate non est quies, sed similis quieti. D. d. aut non
erit contraria alicui omnino, i. & ista priuatio, quæ est quies secundum simili-
tudinem, opinandum est, aut quod non est contraria alicui omnino, aut q̃ est cõ-
traria transmutationi, quæ est corruptio: quoniam ex eo est principium motus
corruptionis.

Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secundum Quæstio.
locum sunt & secundum naturam, & extra naturã, & quietes, et mo-
tus, in alijs autem non: vt alteratio hæc quidem secundum naturam,
illa autem extra naturã: nihil enim magis sanatio, aut egrotatio se-

cundum naturam, aut extra naturam, neq; dealbatio, aut denigratio: similiter autem est & in augmento, & decremento: neq; ad inuicem hi contrarii secundum naturam sunt, & extra naturam, neq; augmentum augmento. Et in generatione, & corruptione eadem ratio est: neq; generatio quidem secundum naturam, corruptio autem extra naturam: senescere enim secundum naturam est: neq; generationem videmus aliam quidem secũdum naturam, aliam vero extra naturã.

Et querit homo, quare in transmutatione in loco sunt modi motuum, & modi quietis naturales, & non naturales, ꝙ non est in aliis modis transmutationis. V.g. in alteratione scilicet ita, ꝙ alia est naturalis, & alia innaturalis: quoniam hominem sanari, aut infirmari, neutrum est dignius, vt sit naturalis, aut non naturalis, neq; albificatio, neq; nigrificatio: & secundum hoc est de augmento, & diminutione: quoniam contrarietas istorum duorum non est secundum naturam, & extra naturam: ergo augmentum non est contrarium augmento. Et iste idem sermo dicetur de generatione, & corruptione: quoniam generatio non est naturalis, & corruptio innaturalis: quia hominem senescere est naturale: & etiam non inuenimus aliquam generationem naturalem, & aliam innaturalem.

56 Quum narrauit qui motus sunt contrarij in specie, & quæ quies est contraria cui motui, & cui quieti, & in motibus in vbi inuenitur contrarietas secundum naturam, & non naturam, & similiter de quiete, incœpit perscrutari vtrum in cæteris motibus contrarijs inueniatur hic motus contrarietatis. Et dixit, & quærit homo, &c.i. quare in translatione in loco inueniuntur duo modi, s. naturalis, & innaturalis: qm̃ motus lapidis ad superius est violentus, & inferius econtrario, s. naturalis, & similiter inuenitur de eadem quiete in specie: qm̃ quies inferius est contraria quieti superius: qm̃ quies inferius est naturalis terræ, & superius innaturalis: & similiter quies superius est corporis leuis naturalis, & inferius innaturalis. Quæritur igitur quare in loco inueniuntur duo modi contrarij hoc modo, & non in alijs generibus motuum contrariorum. V. g. in alteratione: qm̃ non possumus dicere, ꝙ alia est naturalis, & alia innaturalis. V.g. hominem sanari, & hominem infirmari, non enim existimatᵣ, ꝙ hoc est naturale, & hoc est innaturale, s. in eadem specie. V.g. hominem egrotare. Et hoc intendebat, cum dixit qm̃ hominem sanari, aut egrotare, &c.i. qm̃ neutra istarum dispositionum est dignior vt sit naturalis alicui. & similiter est de albificatione, aut nigrificatiõe, s. qm̃ nulla albificatio, aut nigrificatio est dignior, ut sit magis nãlis q̃ alia. Et cum narrauit, ꝙ in primo aspectu non inuenitᵣ in modis alterationis iste modus contrarietatis quieti: fecit ꝙ neq; etiam in motu augmenti, & dixit, & secundum hunc modum est etiam de augmento, & diminutione, scilicet quia de augmento non inuenitur aliud naturale, & aliud violentum: & similiter in generatione, & corruptione: qm̃ hominem senescere est via ad corruptionem: sed fere ctus non diuiditur in naturalem & innaturalem. Et similiter iuuenescere est via ad generationem, sed non existimatur ꝙ illud est naturale & aliud innaturale.

**Hominẽ senescere est via in corruptionem.**

At, si est ꝙ violentia sit extra naturam, & corruptio erit corruptioni contraria, quæ violenta est, et quę extra naturam est, ei, quę secundum naturam. Ergo & generationes quędam sunt violentę, & non moderatę, quibus contrarię sunt, quę sunt secundum naturam. Et augmenta sunt violenta, & decrementa: vt augmenta, quæ veloci-

A ter propter alimentum pubescentium sunt, & tritica cito adaucta, & non constricta.

Dicimus igitur ꝙ, si id, ꝙ fit, violenter est extra naturam, tunc aliqua corruptio est contraria alicui corruptioni, s. corruptio violenta, quę fit extra naturam, corruptioni naturali. Sunt igitur modi generationis violenti: & generatio non est mensurata aliqua mensuratione. Erunt igitur contraria eiusmodi generationis naturalis: & sunt modi augmenti violenti, & modi diminutionis. V.g. augmentum puberum propter luxum in comestione, & semē luxuriosum, cuius corpus impinguatur, & non condensatur.

Cum narrauit ꝙ in primo aspectu existimatur ꝙ in vna specie motuum, qui sunt in alteratione, & qui sunt in augmento, & diminutione, & vniuersaliter in aliis transmutationibus non inuenitur contrarietas, sicut in motibus, qui sunt in loco. Incœpit narrare quod hoc accidit in primo aspectu: & cum hoc bene consideratur, apparet quod in vnaquaque specie istorum inuenitur contrarietas secundum naturam, & non naturam: & si hoc fuerit, possibile erit vt in speciebus oppositis inueniatur contrarietas hoc modo. Et dixit dicamus igitur, &c.i. qm̄ si hic fuerit corruptio violenta: quod est violentum, est extra naturam: sequitur vt sit cōtraria corruptio corruptioni. Et, cū in hoc sillogysmo hypothetico ponitur antecedens, erit cōclusio, ꝙ corruptio erit cōtraria corruptioni: & hoc est illud, quod intendebat declarare. Deinde declarauit quomodo cōsequēs sequitur antecedēs, & dixit corruptio, s. violenta, & c.id est quia corruptio violenta est extra naturam: & quod esse extra naturā est contrariū naturali. Ergo corruptio naturalis, & violēta sunt contrariæ. Et, cum narrauit ꝙ corruptio alia est violenta, alia non violēta. Incępit narrare, ꝙ in generatione inuenitur hoc similiter, & dixit, & sunt modi generationis, &c.id est, & generatio violēta est modorum: qm̄ generatio violenta non est terminata, id est, vna species tm̄: erunt igitur contraria istorum modorū modi generationis omnis naturalis. Et hoc quod dixit existimatur nō sequi: qm̄, & si infirmitas est multarum specierū, existimatur vt nō sequatur ꝙ contraria earū sint species sanitatis: qm̄ sanitas est vna, & egritudines sunt multæ. Sed forte videtur ꝙ vna sanitas cōtinet multas particulares oppositas illis multis ægritudinibus: sed nō habent nomina, & ideo latēt. Et, cū narrauit ꝙ in generatione, & corruptione inuenitur cōtrarietas, scilicet in vna specie, incępit narrare quod similiter inuenitur in augmēto, & diminutione, & dixit, & sunt modi augmēti, &c.id est, & similiter sunt modi violenti augmentationis, & modi non violenti: & sic etiam augmentatum, C etiam est contrarium augmentum secundum naturam, & non naturam: qm̄ violentum est extra naturam, & augmentum violentum est augmentum puberum, quod festinat ante tempus assuetum pp multitudinem in luxu, & sicut semē abūdans in aliquo, cuius corpus crescit, & non condensatur pp multitudinē humoris. 57

Dubium.

Tot sunt spēs sanitatis, quot sūt spēs ægritudinis, sed nō habēt nomina.

In alteratione aūt sic, aut similiter? erunt.n.alię quidem violentæ, aliæ vero naturales: vt dimissi non in criticis diebus, alii aūt criticis. Illi quidem extra naturam alterantur hi vero secundum naturam. Erunt ergo corruptiones contrarię adinuicem, non generationi solū & quid prohibet? est enim sic. Et enim si hęc quidem dulcis, illa vero tristis est: quare non simpliciter corruptioni corruptio cōtraria est, sed secundum hoc quidem hmōi, alia vero huiusmodi harum est.

Sed quomodo erit hoc in alteratione? dicamus igitur ꝙ similiter est de illa: quoniā possibile est vt sint aliqua ex ea violenta, & alia naturalia. V.g. quoniam quidam homines euadunt ab egritudine nō

in die critica, & quidam in die critica illi igitur sunt alterati non naturaliter, isti autem naturaliter: & sic corruptio est contraria corruptioni, non generationi: & nihil prohibet hoc, quoniam possibile est vt altera corruptio sit contristabilis, & alia delectabilis. Et erit corruptio contraria corruptioni, non simpliciter, sed quum altera corruptio fuerit talis dispositionis, & alia talis dispositionis.

58 Cum declarauit quod in generatione, & corruptione, & augmēto inuenitur contrarietas, incœpit declarare, ꝙ similiter est in alteratione. & quia: latet in alteratione magis quam in generatione, & corruptione. Dixit, sed quomodo dicitur hoc in alteratione. D. dixit dicamus igitur, id est, ꝙ in vno motu in specie inuenitur contrarietas in alteratione, sicut in generatione, & corruptione, & augmento, & diminutione. D.d. qm̄ possibile est, &c. id est, quoniam possibile est, vt quædam alterata alterentur violente, & quædam non violente. V.g. in alteratione infirmorum de egritudine in sanitatem: qm̄ quædam est in die critica, & est alteratio naturalis, & quædam non in die critica, & hęc est alteratio innaturalis. D.d. illi igitur sunt alterati, &c. i. ille, cui accidit crisis non in die critica, vt in sexta. D.d. isti autem &c. i. quibus accidit in die critica. V.g. in, ... Et quia hoc non est manifestum in omnibus alterationibus. di. possibile est igitur vt sint aliqua, &c. & non dixit possibile est igitur vt in qualibet specie alterationis inueniatur aliqua violentia, & naturalitas: & dimisit hoc, quia difficile est verificare hoc per inductionem. Deinde fecit rememorationem de istis, quæ declarauit, & dixit & sic erit corruptio contraria corruptioni, & non generationi, id est, non generationi tantum: sed ipsi corruptioni. Deinde dedit alium modum, ex quo imaginatur esse possibile vt corruptio sit contraria corruptioni, & dixit & nihil prohibet hoc, &c. & intendit per contristabilem, corruptionem violentam; & per delectabilem, corruptionem naturalem. Et forte intendit hoc per delectabilem id, quod est minoris contristationis: quoniam omnis corruptio est contristabilis necessario, sed violenta magis contristabilis. Deinde dixit & erit corruptio contraria corruptioni non simpliciter: sed cum altera corruptio fuerit in aliqua dispositione vno modo, & alia alio modo: cum sit species non [illegible] contraria: sed cum accidit alteri corruptioni vt sit vno modo, & alia alio modo contrario, vt natura, & violentia, & contristatio, & delectatio.

Oīs corruptio est contristabilis necessario, sed violenta est magis cōtristabilis.

Omnino igitur contrarii motus, & quietes dicto modo sunt: vt qui est sursum ei, qui est deorsum: loci enim cōtrarietates hæ sunt. Fertur autem quod quidem sursum est motus natura ignis, quod vero deorsum terra, & contrariæ ipsorum loci mutationes sunt. Ignis autem sursum quidem natura, deorsum autem extra naturam. Et contrarius quidem motus est, qui est secundum naturam ipsius ei, qui est extra naturam.

Secundum hoc igitur, quod narrauimus, vniuersaliter erunt modi motuum: & modi quietis contrarii. V.g. quoniam superius est hoc est contrarium inferiori: quoniam hæc duo sunt contraria in loco: & istę duæ intentiones vniuersaliter sunt digniores principaliter: quoniam illud, quod transfertur naturaliter superius, est ignis, & inferius est terra. Et translationes sunt eorum contrariæ: & locus ignis est superius naturaliter, & locus eius est inferius extra naturam. Et naturale est contrarium innaturali.

59 Hic facit rememorationem de modis prædictis, secundum quos, motus sunt contrarij, & quies est contraria, & dat exemplum de hoc, quod iam declarauit, quod motuum contrariorū quidā sunt diuersi in specie: & isti sunt cōtrarij

A secundum formas, quia sunt ad contraria, & ex contrariis, & contrariorum: & sunt contrarii secundum naturam. & non naturā in respectu eiusdem: & isti sunt idem in specie, & sunt contrarij scd̃m non naturam, & naturam tantum. Quies vero declaratū est de illa, qđ contrarium in eo motui est quies, quæ est in eo ex quo est motus, non quies, quæ est in eo, ad quod est motus, & qđ duæ quietes cōtrariæ, sunt quies in eo ex quo, & quies in eo, ad qđ. Et dixit secundum igitur hoc, qđ narrauimus, &c. & intendit per modos motuum, duos modos motuū cōtrariorū, s. contrariorum diuersorum in specie, & cōuenientium in specie, & contrariorum scd̃m naturam, & non naturam, & intendit per modos quietis, quietē quæ est contraria, motui, & quasi dicit secundum hunc igitur modum, quem narrauimus erunt modi motuum cōtrarii, & modi quietis contrarij motibus, & quietibus ipsis. Deinde induxit exēpla scd̃m speciem in translatione, & dixit. V. g. quū superius &. i. Verbi gratia quia superius est contrariū inferiori in loco, ideo illud, qđ transfertur naturaliter superius, est contrariū ad infertus translato naturali: & ideo translatio est contraria translationi. D. d. & istæ duæ intentiones, &c. & intendit, vt mihi videtur, qđ istę duæ contrarietates sunt illę, quæ dicūtur contraria principaliter, cum definitio contrariorum, quæ est, contraria sunt illa, q̃ maxime distant, non inuenitur primo, & principaliter, nisi in eis, quæ sunt

B in loco. deinde dicitur in qualitate scd̃m similitudinem. Et forte intendit qđ contrarietatem esse superius simpliciter, & inferius simpliciter, est dignius, quā vt sit in inferiori, & superiori non simpliciter, sed in respectu, vt in loco aeris, & loco aquæ: & forte propter hoc dixit illud igitur, qđ transfertur naturaliter superius, idest simpliciter. Et hoc capitulū diminutum est in quibusdam libris, & in libro Alex. inuenitur sic. ista igitur sunt sicut prīcipaliter, & primo. & Alex. exponit hæc verba duobus modis. dicit enim quod, cū dixit ista, innuit illa, q̃ disposuit prius per motus, & quietes contrarias, i. ista, quæ habent istas intentiones principaliter, & essentialiter: & ista expositio nō cōuenit verbis Arist. scd̃m, qđ accidit nobis. Et secūda expositio est propinqua nostræ. D. d. & translationes eorū sunt contrariæ. i. &, quia sunt contrariæ, ideo translationes eorū sunt contrariæ. D. d. & locus ignis est superius, &c. & intendit, vt mihi videtur, quod isti duo motus, s. ad superius, & ad inferius, qñ Imaginatur, secundum quod sunt duorum corporum naturaliter. V. g. ignis, & terræ, tunc vterque erit contrarius reliquo: secundum illud, ad quod mouetur naturaliter: & cum accipiuntur, secundū quod sunt vnius corporis. Verbi gratia ignis, aut terrę, tunc alter erit contrarius reliquo scd̃m naturā, & non naturā, V. g. motus lapidis ad inferius, & superius.

Contrarietas prio. & prīcipaliter nō īuenit' nisi in eis, quę sunt ī loco. Idē, 10. me. com, 13.

Et quietes aūt similiter: quę namque est sursum quies, ei, qui est de

C super in deorsum motui contraria est. Fit autem terrę illa quidem quies extra naturam, motus autem hic secundum naturam: quare motui quies contraria est, quæ extra naturam ei, qui est secundum naturam eiusdem. Et motus enim eiusdem contrarius sic est. Alter enim secundum naturam ipsorum est sursum, aut deorsum, alter autem extra naturam.

Et similiter etiam est de modis quietis: quoniam quies superior est contraria motui de superiori ad inferius. Et si quies illic erit terræ extra naturam, & iste motus erit naturalis. quies igitur contraria motui est quies, quæ est extra naturam motui naturali in eadē re. Motus enim, qui est in eadem re, non est in eo contrarietas, nisi hoc modo: quoniā alius est ei naturalis, aut ille, qui est ad superius, aut ille, qui est ad inferius, & alius non naturalis.

Cum narrauit quod motus contrarii sunt illi, qui sunt contrarij secundum illud, ad qđ, & illud, ex quo, vt superius, & inferius in motibus corporum sim- 60

plicium, & ꝙ accidit, quod in eadẽ re opponuntur sibi isti duo motus secundum naturam, & non naturã, incępit narrare, quod quies est contraria motui in eadem re hoc modo. Et dixit, & similiter, &c.i. & quemadmodum duo motus in eadem re, qui sunt ad loca contraria, sunt contrarij; quia sunt ad loca contraria; & quia alter est naturalis, & reliquus non naturalis; ita est de contrarietate quietis ad motum in eadem re, s. quod quies, quæ est in contrario loco, in quo est quies ad quam est motus; & quod si motus fuerit naturalis illi rei, erit quies non naturalis. V.g. qm̃ quies superius est contraria motui a superiori ad inferius. si igitur quiescens fuit illic, terra, s. superius erit secundum violentiam, & tunc motus ex illo loco erit naturalis; & si quiescens fuerit illic ignis; tunc quies erit naturalis ei; & motus ex eo erit violentus. D.d. quies igitur, &c.i. &, quies contraria motui naturali est quies violenta, quæ est extra naturam: & dixit in eadem re. quia quies superius est contraria motui de superiori simpliciter. & quies etiam simpliciter superius est contraria quieti in inferiori secundum naturam, & non naturam; secundum quod ambæ sunt naturales duobus contrarijs. Et quasi intendit declarare quod dispositio contrarietatis, existentis in eadem re, est secundum naturam, & non naturam; & siue fuerit cõtrarietas in motu, aut in motu, & quiete; & ideo dixit motus enim qui est, & c.i. qm̃ motus non est contrarius motui in respectu eiusdẽ, nisi secundum modum, quo quies in eadem re est contraria motui: & quies contraria quieti; non secundum modum, quo motus, qui sunt in pluribus vna specie, sunt contrarij: & quietes quæ sunt in pluribus vna specie: qm̃ isti sunt contrarij, quia sunt ex contrarijs, & ad contraria, & contrariorum. Et debes scire, quod intendebat declarare; qm̃ quemadmodum vni motui in numero accidit contrarietas secundum naturam, & non naturam; ita est de motibus contrarijs in specie in respectu eiusdem, scilicet quod accidit eis contrarietas secundum naturam, & non naturam; vt motus ad superius, & ad inferius: quoniam in respectu terræ, aut ignis alter est naturalis: & alter non naturalis: & similiter est de contrarietate quietis ad motum, s. quietis, ex qua est motus: sed quia ista contrarietas nõ imaginatur, nisi in eadem re; non accidit, vt ambæ sint naturales, sicut accidit in duobus motibus in specie cõtrarijs; quando accipiuntur in respectu duorum diuersorum: vt motus ignis ad superius, & terræ ad inferius: qm̃ sunt contrarij, & naturales, iste igni; & iste terræ.

Decumẽtũ.

Quæstio

Habet autẽ dubitationẽ, si est omnis quietis, quæ nõ semper est, generatio, hæc est ipsum stare. Manentis igitur extra naturam, vt terræ sursum, erit generatio. Cum ergo ferebatur sursum violentia, stabat: sed quod semper stat semper videtur ferri velocius. Quod aũt violentia est, contrarium est: non factũ ergo quiescens erit quiescẽs. Amplius videtur ipsum stare proprie dici, aut omnino esse in eo, ꝙ est secundum naturam in suum locum ferri, aut accidere simul.

Et est hic locus quæstionis: quoniam, si omnis quies nõ est semper generata, cum non est, deinde est, & generatio eius est cessatio, tunc quies rei quiescit non naturaliter. V.g. quies terræ superius habebit generationem: quoniam illud, quod transfertur superius violente, cessabit: sed illud, quod cessat semper, existimabitur quod translatio est velocior & quod transferrur violente est contrario: erit igitur quiescens absq; eo, quod quiescat: & existimatur etiam quod dicere aliquid cessare, aut est dicere quod transfertur vniuersaliter ad locum, quem habet, aut vt sequatur insimul.

61 Et est quęstio vtrum quies violenta habeat generationem; qm̃, si quies violenta non est semper: & omnis quies, quæ non est semper; est generata: necesse est vt quies violenta sit generata: & intelligo per generationem quietem factã cũ motu

D A & hoc intendebat cum dixit qm̃, si omnis quies, &c. i. qm̃, si omnis quies non est semper, qm̃ modo non est; deinde erit, necesse est vt quies violenta habeat generationem: & intelligo per cessationem ire ad cessandum. Et, cũ declarauit qđ ex hoc sermone sequitur, ꝙ quies violenta est generata. i. facta ex motu violento; in dixit imposibile, quod sequitur ex hoc; & dixit, illud enim quod transfertur superius violẽte cessabit, i. sed si posuerimus, ꝙ quies violẽta hẽt gñationẽ, sicut hẽt quies naturalis, sequit ex hoc, vt illud, qđ trãsfert uiolẽte, trãsferat, vt cesset, sicut illud, quod mouetur naturaliter. D. d. sed illud, quod cessat. &c, i. sed illud, qđ cessat secundum quod cessatio eius generatur, i. fit ex motu naturali, apparet ꝙ translatio eius erit velocior, quando appropinquat loco, in quo innatum est cessare: sicut est dispositio in moto naturaliter: & motum violentum est econtrario, s. qm̃ oĩs motus est remissior, qñ appropinquat loco, cũ quo cessat: & ideo motus eius nõ est ꝓpter quietẽ: & cũ ita sit; cessatio eius nõ erit gñata; & sic quiescet: ita, ꝙ nunq̃ venit ad quietẽ. Et hoc intẽdebat cũ dixit ergo erit quiescens, &c. i. &, cũ illud, qđ mouetur violẽte, nõ mouet vt cesset; tunc illud, quod mouet, erit quiescẽs absq; eo, qđ quies eius generetur; qđ est imposibile. D. d. & existimatur, &c. i. & apparet, qđ, cũ dicimus aliquid cessare, intendimus alterum duorum, aut ire ad cessandum & trãsferri ad ipsum; aut qđ motus, & q̃es sunt insimul idest, aut ꝙ quies est inseparabilis a motu, aut generata cũ motu: & hæc duo B nõ inueniũtur in illo, qđ q̃escit violẽte: ergo necesse est vt illud, qđ q̃escit violẽte nõ veniat ad quiescẽdum: & sic q̃es eius non habebit generationem.

Habet aũt, dubitationem, si contraria est quies, quę est hic, ei, qui hinc est motui: cũ. n. mouetur ex hoc, aut reiiciatur, adhuc videtur habere quod abiectum est. Quare si hęc quies cõtraria est ei, qui hinc est in contrarium motui, simul erũt contraria: aut sic quiescit, si adhuc manet. Omnino aũt eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem est, in quod mutatur. Vnde & magis motus motui contrarius est, quam quies. — Quæstio. — O ĩno eius, qđ mouet, aliud qdem ibi, aliud vero est in qđ mutat.

Et est quęstio vtrum quies hic est contraria motui ex hoc: quoniã, quando mouetur aliquid ab aliquo, & separatur ab eo, existimatur quod in eo est illud, a quo separatur. Si igitur ista quies est contraria motui, ex hoc erunt duo contraria insimul. Ad hoc autem dicamus, quoniam & si adhuc est quiescens, quies eius est quodãmodo: & vniuersaliter moti quoddam est illic, & quoddam in eo, ad quod transmutatur: quoniam motus dignior est, vt sit contrarius motui, quam quies.

Et est q̃stio de hoc, qđ posuimus prius, s. qđ q̃es, q̃ est in re, ex qua est motus, est cõtraria motui, ex hac quiete vt posuimus prius, Deinde induxit q̃stionẽ, & dixit, qm̃ qñ aliqd mouet, &c. i. apparet em̃ qđ qñ aliquid mouet de aliqua re, & separatur ab eo aliquid, ꝙ est in eo, de illa re a qua separat, s. dũ mouet; qm̃, qñ separatur ab eo totaliter, tunc ꝑficitur motus, & nihil remanet in eo de illo, a quo mouet. Et, cũ posuit, ꝙ, qñ aliquid incępit moueri ꝙ adhuc est quiescens in eo, ex quo mouet; dixit, si igitur ista quies, &c, i. si igitur res mota est quiescẽs in illo, ex quo mouetur, dum mouetur: & quies est contraria motui: tunc in re mota inueniuntur duo contraria insimul, s. quies, & motus. Et, cum induxit hãc q̃stionem, incępit dissoluere eam, & dixit, ad hoc aũt dicamus, &c. i. & quæstio, nõ cõtingit nisi ex hoc, quod accipimus ipsum quiescens simpliciter in eo, ex quo mouetur, & non est in eo quiescens, nisi quodammodo. Deinde declarauit hunc modum, quis est, & dixit motuum enim quoddam est illic, &c. i. &, cũ [a] omne motũ est diuisibile: vt post declarabit, [b] tũc motũ nõ est quiescens, in eo ex quo mouet, nisi scḋm ptẽ, nõ scḋm totũ, i. simpr: qm̃, dum mouet, q̃dã ps eius, est — 62 — a Oẽ motũ est diuisibile. idẽ. 6. ph. t. c. 32. & 39 48. & 1. de aĩa. t. c. 67. & 5. met. c. 18. idẽ 8. ph. te. c. 40. & 46. — b 6. ph. cõ. & t. 32.

in eo ex quo mouet̃, & q̃dam pars in eo, ad quod mouet̃: & sic non sequitur, q̃ A duo contraria inueniantur in eodem subiecto. Et, cum concesit in hac quæstione q̄, quies est contraria motui, incœpit etiam declarare, q̄ quies non est, nisi priuatio motus: & q̄ cõtrarium in rei veritate motui est motus oppositus ei. & ideo possibile est vt quies, & motus, inueniantur in duabus partibus moti: & non est possibile vt duo motus contrarii inueniantur in duabus partibus eius: sed necessario impediunt se adinuicem. Et ideo dixit quoniam motus dignior est, &c.i. & quia motus potest congregari cum quiete in eadem re mota, & non cum motu contrario, neque in duabus partibus diuersis. Et sciendum est quod, quies cõiuncta cum motu non est distincta a motu, i. in parte distincta: quoniam sequeretur ex hoc vt aliquid moueretur in aliqua parte, & quiesceret in alia: &, cum nõ est distincta, ergo est in potentia, non in actu.

*Quies non est, nisi priuatio motus, & cõtrariũ in rei veritate motui est motus oppositus ei. Idẽ supra cõ. 8.*

Et de motu quidem, & quiete, quomodo vtrunque vnum est, & quæ contrariæ quibusdam, dictum est.

Iam igitur narrauimus de motu, & quiete, quomodo vterque est vnus, & quomodo contrariantur sibi.

63 De motu quot modis est vnus iam dixit, & de quiete autem, innuendo per ipsum motum: & sic etiam quies erit vna tribus modis, scilicet vna genere, & vna specie, & vna numero, & illa, quæ sunt necessaria in vnoquoque istorum, sunt illa, quæ sunt necessaria in motu. B

Dubitabit autem quis & de ipso stare, si et quicunque sunt præter naturam motus, his est quies opposita. Si quidem igitur non, erit inconueniens: manet. n. sed violentia: quare quiescens aliquid erit non semper sine fieri: sed palam quod erit; sicut enim mouetur præter naturam, & quiescit vtique aliquid præter naturam.

Et quæret homo etiam de cessatione, vtrum omnes motus, qui sunt extra naturam, habent quietem oppositam. Quoniam, si hoc non fuerit, erit inopinabile: quoniam tunc remanebit res in violentia, & erit aliquid, quod nunquam quiescet sine generatione. ergo manifestum est q̄ habent. Quoniam, quemadmodum res, quæ mouetur extra naturam, quiescet extra naturam.

64 Ista est prima quæstio, quam induxit prius, & non inuenitur in quibusdam libris, & forte iterauit eam ad complendum sermonem: q̃m in illo sermone negauit vt quies, quæ est extra naturam, habet generationem. ergo est semper: quod est inopinabile: & quies, quæ est extra naturam, videtur fieri per sensum semper. Dissoluit igitur hanc questionem, ita q̄ generatio dicitur de illo, & de quiete naturali multipliciter, Et dixit & queret homo, &c.i. & quæret homo sicut diximus de cessatione, quæ est ire ad cessandum in motibus, qui sunt extra naturã, vtrum habent quietem intentam, sicut habẽt motus naturales. Et non intendit per quietem oppositam, quietem, de qua dixit prius, q̄ est contraria motui, scilicet quietem in eo, ex quo: sed intendebat quietem, ad quam est motus: & dixit oppositam, large. Et cum narrauit q̄ quæstio est de quietis esse non naturalis, quæ est motuum non naturalium, dixit si igitur non habent, hoc erit inopinabile. i. si igitur non habent quietẽ, vt dictum est prius, quia non habent generationem, erit inopinabile: apparet enim sensui, q̄ hic sunt aliqua, quæ quiescunt violente, & non naturaliter: & hoc intendebat, cum dixit q̃m aliquid remanet in violentia, idest q̃m apparet sensui q̄ aliquid quiescit in loco per violentiã. D. d. & sic erit aliquid, quod nunquã quiescit sine generatione, i. & nullum inopinabile est magis, quã ponere q̄ quies violenta est facta, & non habet generationem. Deinde dicit manifestum est igitur q̄ habent, &c.i. & cum quies violenta est motuum, postquã non fuit per sensum, manifestum est q̄ habent generationem, sed gene- C

A ratio in hac quiete non habet eandem intentionem cum generatione in quiete naturali: & hoc fuit negatū in sermone prædicto a motibus non naturalibus: sed ista quies fit a motu, qui est extra naturam, & modo, quo iste motus, qui est extra naturam inuenitur in corpore, s. quoniā, quemadmodum iste motus est a causa extrinseca violenta, similiter quies violenta inuenitur post istū motum, sicut quies naturalis, quæ est a causa, quæ est in re, inuenitur post motum naturalem, qui est in re a natura, idest, a causa existente in re. Et hoc intendebat, cum dixit quemadmodum illud, quod mouetur extra naturam, &c.i. & quies est ei, secundum quod est motus, quemadmodum quies est in re, secūdm quod est motus naturalis, s. qm̄, sicut motus dicitur multipliciter de naturali, & violento, ita est de quiete naturali, & violenta: & q̄stio accidit ex hoc, quod ponebantur vniuoca.

Quoniam autem est quibusdam motus secundum naturam. & præter naturam: puta ignis, qui sursum secundum naturam. qui autem deorsum præter naturam: Vtrum hic contrarius, aut qui terræ; hæc enim fertur secundum naturam deorsum. Aut palam quia ambo, sed non eodem modo: sed qui quidem secundum naturam, est secundum naturam existentis: eius autem, qui ipsius, qui sursum, ignis ei,
B qui deorsum, vt secundum naturam existens præter naturam existēti: similiter autem & in mansionibus. Forte autem quieti motus aliquatenus opponitur: cum enim moueatur ex hoc, & abiiciat, adhuc videtur habere quod abiicitur. Quare, si ipsa quies contraria ei. quę hinc in contrarium motui: simul existent contraria: aut aliquatenus quiescit, si adhuc manet: totaliter autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi, hoc autem in quod mutatur. Propter quod magis motus motui contrarium, quam quies. Quis quidem igitur motus simpliciter vnus, dictum est, & de motu quidem, & quiete, quomodo vterq; vnus, & qui contrarii quibusdam, dictum est.

Et, quia quædam habent motum naturalem, & quædam extra naturam, Verbi gratia, quoniam ignis habet motum ad superius naturalem, & ad infertus innaturalem: quærendum est, vtrum iste est contrarius illi, aut motui terræ, quoniam terra mouetur naturaliter ad inferius. Dicamus igitur, quoniam vtrunque istorum est verum, sed
C non eodem modo: sed motus naturales sunt contrarii contrarietate naturali: & in ipso igne est contrarius motus ad superius motui ad inferius secundum naturam, & non naturam: & secundum hūc modum sunt cōtrarii modi quietis: & dignum est vt quies sit opposita motui.

Et, quia quædā habent motum naturalem, & non naturalem, & motus non naturalis est naturalis alteri corpori, V. g. qm̄ terra habet motum naturalem, s. ad inferius, & non naturalem, s. ad superius: & ignis habet motū naturalem ad superius, & non naturalē, s. ad inferius, & iste, qui est ad inferius est naturalis terrę. Quærendum est igitur, quis istorum motuum est contrarius vni motui naturali, s. vtrum contrarium oppositum ei est, secundum ꝙ est naturalis alteri, aut secūm ꝙ est non naturalis illi, qui habet motum naturalem, Verbi gratia, vtrum motus cōtrarius motui terrę ad inferius est motus terræ ad superius, qui est violentus terræ, aut motus ad superius qui est naturalis igni. Et ipse dicit, ꝙ vtrunque est verum. s. ꝙ vterque motus est contrarius motui naturali, sed duobus modis diuersis, s. secundum quod est naturalis alteri, & secundū ꝙ est non naturalis ipsi, Verbi gratia. quoniam iam motus ignis naturalis ad superius est contrarius motui terræ ad inferius, secundum quod est naturalis terræ, & motui ignis ad inferius, se- 65

cundum quod est non naturalis igni. Deinde dicit & secundum hunc modum e... de modis quietis. i. quoniam vna quies naturalis habet duas quietes contrarias, ... quietem illius rei extra naturam, & quietem naturalem alteri, Verbi gratia, q... quies terræ inferius est naturalis terræ, & quies superius terræ est contraria h... quieti secundum naturã. ignis vero est contrarius huic quieti, secundum qđ ... naturalis est contraria alicui rei naturali: & similiter qes ignis supius habet d... quietes contrarias, scilicet quietem inferius violentã, & quietem terrę inferius n... taraliter. Et quia notificauit quod quies non opponitur motui in rei veritate, ... secundum priuationem, & habitum, notificauit hic quod quodammodo oppon... tur, licet non sicut motus opponitur motui.

Quies non opponitur motui in rei veritate, sed. sed'm priuationẽ & habitum. Idem supra, 8. & 63.

## Incipit liber Sextus. physi. Aristote. Stagy. qui est de motu.

*Summa lib. Sexti physicorum secundum Auerro.*

A textu primo vsq; ad. 24. declarat motũ non cõponi ex indiuisibilibus.
A. 24. vsq; ad. 40 docet motum non momento, sed tempore mensurari.
A. 40. vsq; ad. 75. pandit motus finem, non principium assignari.
A. 75. vsque in finem ostendit indiuisibile non moueri, & nullam mutationem esse infinitam.

### *Ostendit nullum continuum ex indiuisibilibus componi.* Cap. I.

Continuum ex indiuisibilibus esse, impossibile est.

SI autem continuum, & quod tangitur, & consequenter, sicut diffinitum est prius, continua quidem, quorum vltima sunt vnum: quæ vero tangũtur, quorum vltima sunt simul: consequenter aũt, inter q̃ nihil est mediũ proximi generis, impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid cõtinuũ: vt lineam esse ex punctis. Si vero linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile: neque enim vnum sunt vltima punctorum: Non enim est quidem vltimum punctorum aliud aliquod, illud autem aliqua pars indiuisibilis. Neque simul sunt vltima: non enim quidem vltimum vllum impartibilis: alterum enim est vltimum, & cuius est vltimum.

Impartibile nõ habet vltimum.

Si continuum, & continguum, & consequens sunt, secundum quod determinauimus prius, s. quod cõtinua sunt, quorũ vltima sunt vn... & contigua sunt, quorum vltima sunt insimul: & consequentia se ad... nuicem sunt illa, inter quæ non est aliquid sui generis, impossibile e... vt aliquod cóntinuum sit compositum ex indiuisibilibus, Verbi gratia, vt linea sit continua, & punctus sit indiuisibilis, & linea sit composita ex punctis: cum linea sit continua, & punctus indiuisibilis: quoniam punctus non habet vltimum vnum: quoniam indiuisibile non habet partem vltimam, & aliam partem vltimam: neque habent vltima in simul. Quod enim non habet partem, non habet vltimum omnino: nam vltimum est aliud ab eo, cuius est vltimum.

1 ISte tractatus, sicut dixit Alex. sequitur quintum, cum in principio eius vtatur illis descriptionibus, quas posuit in quinto istius rerum continuarũ, & contiguarum, & consequentiũ. Et dicit si illa, quæ dicta sunt de definitione continui, &

A contigui,& consequentis, sunt vera.s. quod continua sunt illa, quorum vltima sunt vnum:& contigua sunt illa, quorũ vltima sunt insimul: consequentia sunt illa, inter quæ nõ est aliquod sui generis, impossibile est vt aliquod continuũ cõponatur ex indiuisibilibus. Et, cũ posuit hoc,& positio antecedentis est manifesta ex hoc, qđ dixit in quinto, & consecutio non est manifesta per se, incœpit declarare eam, & .d. punctus enim non habet vltimũ, & vltimũ,&c. Et iste sermo cõponitur sic in secunda figura. Omnia, ex quibus cõponitur continuũ, diuiduntur in vltima,& in habens vltimũ: vltimũ enim est vltimũ alicuius rei. Et punctus nõ diuiditur in hæc duo: Ergo continuũ non cõponitur ex punctis, & vniuersaliter ex idiuisibilibus. Et etiam, antequã continuum continuetur, necesse est vt contiguetur: Et contigua etiam diuiduntur in vltimũ, & in habens vltimum. Puncta aũt non: Ergo ex punctis non componitur linea, neque ex lineis superficies, neque ex superficiebus corpus. D.d. q̃m quod non diuiditur, non habet partem,&c. i. q̃m omne indiuisibile non habet duas partes diuersas; quarum vna est vltimum, & alia illud, quod habet vltimum. Et in hoc syllogismo non expressit, nisi minorem propositionem, & pertransit maiorem, quia est manifesta. D.d. neque habent vltima insimul, id est, ꝙ contigua debent habere: continua enim, sicut diximus, contiguabuntur, antequam continuentur.

Oĩa, ex q̃bus cõponit̃ continuum, diuidunt̃ in vltima, & in hñs vltima.

Cõtinua cõtiguant̃ antequam continuentur.

B Amplius necesse est autem continua esse puncta, aut tangentia se adinuicem, ex quibus est continuum: eadem autem ratio est & in omnibus indiuisibilibus:& continua quidem nõ erunt, propter prædictam rationem. Tangit autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est indiuisibile, necesse est totum tangere totum. Totum, autem totum tangens, non est continuum. Continuum enim habet hoc quidem aliam, illud vero aliam partem, & diuiditur in sic diuisibilia,& loco discreta: At vero neque consequenter erit punctus puncto, aut ipsum nunc ipsi nunc, ut ex his sit longitudo aut tempus. Consequẽter enim est, quorum nullum est medium, proximum Punctorum autem semper est medium linea, & ipsorum nunc est tempus.

Et sequitur necessario, ut ista puncta sint aut contigua, aut continua, scilicet puncta, ex quibus fit continuum:& iste sermo sequitur in omni in diuisibili: Sed impossibile est ut puncta sit continua ex punctis:& contiguatio fit, aut ita, quod aliquid contiguetur secundum C totum, aut aliqua pars eius contiguetur cum aliqua parte alterius, aut aliqua pars cũ toto. Et, quia indiuisibile non habet partẽ, sequit̃ ut cõtiguetur secundum totum. Et, cum aliquod totum contiguabitur cum aliquo toto, non fiet ex hoc continuum: quoniam continuum habet partes diuersas adinuicem,& diuiditur in huiusmodi partes & segregatas in loco. Et impossibile est etiam vt punctus sequitur punctum, aut instans instans, ita, ꝙ ex eis fiat longitudo,& tempus: consequentia.n. sunt illa, inter quæ nihil est vnigeneũ: & inter q̃libet duo puncta semper est linea,& inter quælibet duo instantia semper est tp̃s.

Iste est secũdus syllogismus,& componitur sic. si continuum componitur ex indi- 2
uisibilibus. Verbi gratia, punctis, necesse est, cum continuum cõponitur ex illis, vt sint, aut continua, aut contigua, aut consequentia. Deinde excepit eã esse continua ex illo, quod declarauit in demonstratione prædicta:& hoc intendebat, cum dixit,& impossibile est vt puncta sint continua ex punctis. Deinde declarauit ꝙ impossibile est ẽt & puncta sint contigua,& dixit & cõtiguatio,&c.

& quasi dicat, &, cum non sunt continua, remanet vt sint, aut contigua, aut con- A sequentia: sed, si fuerint contigua, necesse est vt vnum contiguetur cum al- secundum totum, aũt secdm partem, aut vnum secdm totum, & aliud secdm partem. Deinde incœpit destruere vnũquodq; istorũ trium modorũ, & dixit &, cũ illud, quod non diuiditur, non habet partem, &c. i. sed quia illud, quod est indiuisibile, non habet partem, impossibile est imaginari aliquem istorum modorum trium, nisi illum, qui est secdm totum: qm̃ duo modi residui contiguationis non inueniuntur, nisi in habentibus partem: & indiuisibile non habet partem: & iste sermo est in secũda figura: &, cum posuit, quod si fuerint contigua, necesse est vt contiguentur secdm totum, induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, & dixit, & cum aliquod totum contiguabitur, &c. idest sed contiguatio rei secdm totum cum alia re secdm totum est superpositio: & ex superpositione non fit magnitudo, quę ante non erat, neque aliquid habens partes: vnde ex superpositione lineæ super lineam non fit magnitudo in latitudine: cum non superponatur, nisi ex parte latitudinis, secdm q̃ est linea indiuisibilis: & similiter superpositio superficierũ non facit profundam: & quia punctus est indiuisibilis in omni parte, non facit aliquid habens partes: & continuum habet partes. Et compositio istius sermonis est in secunda figura. Continuum fit ex rebus, ex quarum continuatione fiet magnitudo, & est id, quod habet partes. Et omne indiuisibile non fit ex sua continuatione magnitudo, neque aliquid habens partes, cum continuatur, quoniam continuatio, & contiguatio eius nihil aliud est quam superpositio. Ergo continuũ nõ componitur ex indiuisibili: & hoc intendebat, cum dixit quoniam continuum habet partes diuersas adinuicem, i. & superpositum non habet partes. D. d. & diuiditur in huiusmodi partes, &c. idest & continuum diuiditur in huiusmodi partes, non solummodo in mente, sed in loco: aut intendit non in qualitate, sed in quantitate. Et cum destruxit continuum componi ex indiuisibilibus secundum continuationem, aut cõtiguationem, & aliquis proteruus posset dicere illud componi ex illis secdm consecutionem, incœpit destruere istum modum compositionis, & dixit impossibile est etiam vt punctus consequatur punctũ, &c. & iste sermo etiã componitur in secunda figura sic. Et consequentia sunt illa, inter quæ nihil est vnigeneum. Sed inter puncta, & instãtia semper aliqd est vnigeneum. s. puncta, & instantia. Ergo continuum non componitur ex consequentibus: & declaratur quod inter quælibet duo puncta est linea ex hoc, quia punctus non contiguatur cum puncto, & hoc declaratum est ex partibus istius syllogismi, & ex hoc quod puncta impossibile est vt separentur a linea: & hoc manifestũ est ex hoc, q̃ puncta sunt vltima lineæ: & destruxit illum modum ad confirmandum, cum notum est per se quod continuum non cõponitur ex consequentibus tantum: quia consequentia sunt non contigua: & inter illa est aliquod ætherogeneum: & impossibile est vt vnum secundum contiguationem componatur ex diuersis in specie: & etiam impossibile est imaginari quod inter consequentia sit vacuum: quoniam vacuum iam destructum est: & etiam istud vacuum aut est indiuisibile, aut diuisibile. Si diuisibile, tunc illę partes indiuisibiles erunt vltima eius, & tunc contiguum componetur ex vacuo. Si autem indiuisibile, & partes sunt indiuisibiles, tunc ex eis non fit diuisibile. B

Ex superpositione indiuisibilis super indiuisibile, ex parte, qua est indiuisibile, non fit diuisibile.

Amplius autem diuideretur in indiuisibilia, si quidem ex quibus est vtrũque, in ipsa diuiditur: sed nullum est continuorũ in impartibilia diuisibile. Aliud aũt genus non potest esse medium punctorum, & ipsorum nunc nullum. Si namque est, manifestum quod aut etiam diuisibile, aut indiuisibile est. Et si diuisibile, aut in diuisibilia, aut in semper diuisibilia: hoc autẽ est continuum. Manifestum autem est quod omne continuũ diuisibile in semper diuisibilia: si enim in indiuisibilia diuideretur continuum: esset indiuisibile indiuisibili contactum. Vnum enim vltimum, & tanguntur, continuorum est.

Vnum quodq; diuiditur in ea, ex quib' componit.

Et

A Et etiam, si ita esset, tunc diuideretur in indiuisibile, cum in illa, ex quibus componitur, vtrumque diuiditur. Sed iam declarauimus quod nullum continuum diuiditur in aliquod non habens partes: & impossibile est vt inter hæc duo sit medium genus. Res enim est aut indiuisibilis, aut diuisibilis: si diuisibilis, aut diuiditur in indiuisibile, aut in diuisibile semper: & hoc est continuum. Et manifestum est etiã quod omne continuum diuiditur semper in diuisibile. Continuum enim si diuiditur in indiuisibile tunc indiuisibile continuatur cum indiuisibili: qm̃ partes continuorum sunt continuæ, & sunt vnum.

Hæc est quasi alia declaratio super hoc, quod continuum nõ componitur ex indiuisibilibus: & istæ declarationes sunt quasi abundãtes: & ipse procedit ex hoc ad declarandũ quod continuum diuiditur semper in diuisibilia. Et dixit & etiam, si ita esset, &c. i. &, cum etiam manifestum est quod, si continuum esset cõpositum ex indiuisibilibus, tunc continuum diuideretur in indiuisibile, id est tunc diuisio eius perueniret ad partes indiuisibiles: cum omne compositum diuiditur & in minima eorum, ex quibus componitur. & hoc intendebat, cum B dixit, cum in illa, ex quibus cõponitur, &c. i. quoniam cum posuerimus duas partes, quarum vtraq; componitur ex duabus partibus indiuisibilibus, tũc vtraq; diuiditur in indiuisibile: cum illa, ex quibus componitur vtraq; pars, in illa diuiditur. Et, cum induxit syllogismum hypotheticum, in quo dicit quod si ita esset, &c. D. induxit cathegoricum ad probandum consecutionem in hoc syllogismo, in quo dixit cum illa ex quibus componitur &c. destruxit consequens ad concludendum oppositum præcedentis: & est quod continuum non diuidit in indiuisibile: & hoc fecit innuendo quod ista sunt manifesta ex prædictis: & dixit sed iam declarauimus quod nullum continuum &c. i. qm̃ si diuideretur in indiuisibile, tunc indiuisibile haberet partes: & tunc illud, ꝙ poneretur in diuisibile, esset diuisibile, & cum dixit quod continuum non diuiditur in indiuisibile, incœpit declarare quod ex hoc sequitur, vt continuum diuidatur semper in diuisibile, & dixit impossibile est vt inter hæc duo sit medium genus, &c. i. inter diuisibile, & indiuisibile. D. d. qm̃ res aut est indiuisibilis, &c. i. qm̃ omnis res necessario aut recipit diuisionem, aut non recipit: & si recipit diuisionem sicut est dispositio in continuo, aut diuiditur in indiuisibile, aut in semper diuisibile. D. d. & hoc est continuum, &c. i. & ista est descriptio continui, s. quod est illud, quod semper diuiditur in diuisibile, vt apparet etiam ex hoc sermone. D. declaC rauit quõ sequitur hoc ex hoc sermone, & iterauit ipsum, vt sit magis manifestum, & dixit & manifestum est etiam, &c. i. & manifestum est ex sermone prædicto, cum posuerimus quod inter illud, quod diuiditur in indiuisibile, & in diuisibile non est medium, quod omne continuum semper diuiditur in diuisibile: quoniam si diuidatur in indiuisibile, tunc aliquid indiuisibile contiguatur cum aliquo indiuisibili: qm̃ continua sunt contigua: & declaratum est quod indiuisibile non contiguatur cum indiuisibili, quia contigua sunt illa, quæ habent vltima alia a se: vnde apparet quod sunt diuisibilia. 3

Omne cõpositum diuiditur, & in minima eorũ, ex qbus ipsum cõponitur. idem infra com. 11.

Eiusdem autem rationis est & magnitudinem, tempus, & motũ, ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil.

Magnitudo, tẽpus, & motus eiusdẽ rationis sunt, quantũ ad diuidi, & componi.

Et ratio eadem est in magnitudine, & tempore, & motu, scilicet quoniam sunt composita ex indiuisibilibus: & quod diuiduntur in indiuisibilia, aut quod nullum eorum est tale.

Dicit & ratio eadem est in hoc, in tribus speciebus continui. s. in magnitudine, & motu, & tempore: qm̃ illud, quod contingit in aliquo eorum, contingit in reliquis, s. quod, si vnum fuerit indiuisibile, sequitur vt reliqua sint indiuisibi- 4

lia, s. composita ex indiuisibilibus. Et si fuerit vnum compositum ex indiuisibilibus, sequitur vt reliqua sint talia. Et, cum dixit quod eadem ratio est in eis, incœpit declarare hoc esse impossibile in motu ad declarandum hoc esse impossibile in magnitudine: & incœpit prius declarare quod si magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus, contingit vt reliqua sint talia. A


Si magnitudo ex indiuisibilibus cōponitur, & motus etiā.

Manifestum autem ex his: si enim magnitudo ex indiuisibilibus cōponitur, & motus, qui huius est, ex æqualibus erit motibus indiuisibilibus: vt, si ipsa. a. b. c. ex. a b. c. est indiuisibilibus, motus in quo d. h. z. secundum quem motum est ipsum. k. in spatio quod est. a. b. c. vnamquanque partem habet indiuisibilem.

Et hoc declarabit̄ ex hoc, qđ narrabo: qm̄ si magnitudo cōponatur ex indiuisibilibus, tunc motus istius ēt erit compositus ex motibus æqualibus indiuisibilibus, V. g. qm̄, si magnitudo. s. a. b. c. fuerit composita ex partibus indiuisibilibus. a. b. c. tūc motus per illā. d. h. z, quo mouebitur. k. per longitudinē. a. b. c. q̄libet pars eius erit indiuisibilis. B

*Demonstratio probans quod partes motus correspondent partibus magnitudinis.*

Motus.




5 Vult declarare quod, si magnitudo componatur ex indiuisibili, necesse est etiam vt motus componatur ex indiuisibili. D. cum hoc declarauerit, inducet impossibile sequens ex hoc, quod motus sit compositus ex indiuisibili: ex quo declarabitur quod neque magnitudo etiam est composita ex indiuisibili: & hæc est eius intentio. Et manifestum est quod si magnitudo fuerit composita ex indiuisibili, quod motus etiam erit compositus ex indiuisibili: quoniam causa continuationis motus est continuatio magnitudinis: & quod motus est æqualis magnitudini: & partes eius partibns istius. Et, quia hoc est manifestum per se, contentus est in hac declaratione solo exemplo, & posuit magnitudinem hanc. a. b. c. compositam ex tribus magnitudinibus indiuisibilibus. s. a. b. & c, &, cum ita fuerit, manifestum est quod motus per magnitudinem. a. b. c. erit æqualis ei: similiter partes partibus: ponatur igitur, sicut dixit, motum. d. h. z. per magnitudinem. a. b. c. & manifestum quod totus motus. d. h. z. erit æqualis magnitudini. a. b. c. & partes partibus: erunt igitur tres partes motus. h. d. z. æquales tribus partibus magnitudinibus. a. b. c. & partes. a. b. c. sunt indiuisibiles, ergo partes tres. d. h. z. sunt indiuisibiles: & sic erit pars d. æqualis parti, a. &, h, parti, b, & z, parti, c. & quia magnitudines sunt indiuisibi

Causa continuatiōis motus est continuatio magnitudinis. Idem c. 7. & 39. & 73. & 88. idem 8. phy. te. com. 68. & 2. de gene. cō. 61.

A les, motus erunt indiuisibiles. Et, cum declarauit, quod cum magnitudo fuerit composita ex indiuisibili, quod motus erit compositus ex indiuisibili, declarauit etiam quod cum motus fuerit indiuisibilis, res mota etiam erit indiuisibilis, f.k.

Si igitur, præsentis motus necesse est moueri aliquam partem, &, si mouetur aliquid necesse est ad esse motum, & mouere erit ex indiuisibilibus; secundum quidem igitur. a. motum est ipsum. k. motu quo. d. mouetur, secundum vero. b mouetur motu quo ipsum. h. & secundum. c. quo ipsum z.

Si igitur necesse est, cum motus fuerit, vt aliquid moueatur, & cum aliquid mouetur, vt motus sit, necesse est vt motum sit compositum ex indiuisibili. k. igitur mouetur perfecte per. a. motu. d, & per b. motu. h. & per. c. similiter motu. z.

5

Cum posuit quod, cum fuerit motus, necesse est vt res mota sit, & iam posuerat quod mota, quæ sunt super magnitudinem indiuisibilem, sunt indiuisibilia, sequitur vt isti motus indiuisibiles habeant rem motam; nam omnis motus inuenitur in moto; & quia isti motus sunt indiuisibiles, necesse est, vt res mota sit indiuisibilis; impossibile est vt motum sit maius motu. Et induxit B hunc sermonem in forma syllogismi hypothetici, & dixit si igitur, &c. id est, si igitur necesse est, cum fuerit motus, vt res mota sit: & posuerimus motus indiuisibiles per magnitudinem indiuisibilem; & res mota non est maior motu, neque magnitudine, per quam mouetur: necesse est vt res mota primo sit indiuisibilis: ex quo sequitur vt mota composita sint composita ex indiuisibilibus, scilicet mota non primo. Deinde dedit exemplum, & dixit. k. igitur mouetur &c. id est. k. igitur, quod est res mota, mouetur per. a. indiuisibile quod est pars a. c, motu indiuisibili, qui est pars. d. z. scilicet motu. d. & mouetur per. b, quod est pars magnitudinis motu. h, & mouetur per partem indiuisibilem, quæ est. c, motu indiuisibili quod est etiam. k, igitur quod est res mota, necessario est indiuisibilis.

*Impossibile est vt motũ sit maius motu.*

Si igitur necesse est, quòd mouetur vnde, & vbi, non simul moueri, & motum esse, quo mouit, quando mouit: vt, si thebas aliquis it; impossibile est simul ire thebas, & itum esse thebas: secundum a quidem igitur impartibilem motum est ipsum. k, secundum quòd C ipsum. d. motus aderat. Quare, si quidem posterius deuenerit, ad quam venit, diuisibile vtique erit. a. Cum enim veniret, neque quiescebat, neque transierat, sed in medio erat. Si autem simul veniret, & venit, veniens cum venit, ventum ibi erit, & motum esse, vbi mouetur.

*Impossibile est simul ire thebas, & itum esse thebas.*

Si igitur necesse est in moto de vbi in vbi, vt non insimul moueatur, & iam est motum ad illud, ad quòd mouebatur, Verbi gratia, quoniam si aliquis ambulat ad aliquam ciuitatem, impossibile est vt insimul ambulet ad illam ciuitatem, & iam ambulauit ad illam ciuitatem; & in moto., per spatium. a. quòd non habet partem, fuit motus existens. d. ergo necesse est, si motum non pertransit spatium, nisi postquam mouetur per illud, vt sit diuisibile: quoniam, dum mouetur per illud spatiũ impossibile est vt sit quiescens, aut pertranseat illud, sed est in dispositione media. Et, si insimul sunt pertransire, & pertransisse, tunc ambulans, dum ambulat, iam ambulauit,

& peruenit ad illud, quòd intendebat, & mouebatur ad illud, quo mouetur.

7 Cum declarauit ꝙ, cum magnitudo fuerit indiuisibilis, necesse est vt motus sit indiuisibilis, & motio, scilicet passio sit indiuisibilis, & similiter motū cum causa continuationis motus est continuatio magnitudinis, incœpit declarare impossibile, & accidit ex hoc, ꝙ motum sit indiuisibile, & super magnitudinē indiuisibilem, Et dixit si igitur, &c. i. si igitur necesse est vt in omni motu de loco in locum vt non insimul moueat, & perficiat motum, & perueniat ad locum, quo mouebatur, dum mouetur: qm̄ motus inuenitur, anteq̄ motus perficiatur. Et, cum posuit ꝙ impossibile est vt res mota moueatur insimul, & ꝙ iam perfecit motū. s. ꝙ in eodem instanti sunt vera hęc duo: nam instans, in quo mouetur per magnitudinem est aliud ab instanti, in quo perficitur motus: dedit exemplum de hoc, Et dixit, v. g. &c. i. qm̄ instans, in quo dicitur ambulare, est aliud ab instanti, in quo dr̄ ambulasse. Et cū posuit hanc propositionem, quæ est manifesta per se, coniungit ei propositionem, quam intendebat destruere, & dixit, & in moto. k. &c. i. &, cum declaratum est ꝙ impossibile est vt res mota insimul pertranseat spatium, & ꝙ iam pertransiuit ipsum, & fuit positū quod motum. k, quod est indiuisibile, per spatium. a. quod est indiuisibile, habet motum existentem. s. z, qui est pars motus. d. h. z, ergo necesse est vt istud spatium indiuisibile, quod est contra positum: ergo impossibile est vt motus indiuisibilis sit per spatium indiuisibile. Et, cum posuit in hoc sermone ꝙ qn̄. k. mouetur per spatium. a. b. c, quod est compositum ex magnitudinibus indiuisibilibus, quod habet motum per partem. a. indiuisibilem, & potest aliquis dicere ꝙ. k. non habet motum existentem, nisi per totam magnitudinem, non per partes, incœpit declarare ꝙ, cum fuerit motū per totam magnitudinem, sequitur vt habeat motum per vnamquāq; partium, & dixit qm̄ dum mouetur &c. i. & necesse est vt motum. k. habeat motū existentem per vnamquāq; illarum partium indiuisibilium: quia motum. k, dum mouetur per illud spatium, ꝙ est. a. b. c, impossibile est vt quiescat in vnaquaq; illarum partium: sed necesse est vt moueať per vnāquāq; earum; Motum enim, dum mouetur, non est in eo ex quo, neq; in eo ad quod, sed sicut dixit inter vtrumq;. Et cum declarauit ꝙ motum indiuisibile per vnamquāq; partium indiuisibilidm facit motum, dixit si igitur insimul &c. id est, si igitur istud motum mouebatur per vnamquāq; istarum partium indiuisibilium, necesse est sc̄dm hoc, quod vnaqueq; earum est indiuisibilis, vt insimul pertranseat, & quod iam pertransiuit, s. quod instans, in quo dr̄ ipsum pertransire eam, sit idem cū instanti, in quo dicitur ipsum pertransiuisse; & hoc sequitur necessario pp hoc, quod magnitudo, & motus sunt indiuisibiles. D. induxit inopinabile, ꝙ est in hoc, & dixit si igitur insimul &c. i. & ex quo sequitur vt ambulans dicatur vere iam ambulasse in loco, in quo ambulat, & in loco, in quo vere dicitur iam ambulasse, dicatur vere ambulare: & sic motus eius erit ociosus: qm̄, si homo, quando ambulat ad balneum, est in balneo, motus eius est ociosus: & similiter, si ambulat ad balneum, quando est in balneo.

> Motū, dum moueť, non est in eo, ex quo, neq; in eo, ad quod, sed iter vtrūque. idē infra te. c. 32. idem 5. phy. 54, & 62.

> Si homo, qn̄ ambulat ad balneum, est ī balneo, motus eius est ociosus.

Si vero secundum totum. a. b. c. moueatur aliquid, & motus, quo mouetur, d. h. z. est, secundum autem impartibilem. a. nihil mouetur, sed motum est, erit vtiq; motus non ex motibus, sed ex momentis, & motum esse aliquid non motum: secundum. a. enim transiuit nō transiens. Quare erit aliquid transitum esse non aliquando iens, vel transiens, hoc enim transiuit, non transiens hoc.

Et, si aliquid mouetur per spatium. a. b. c, motus, quo mouetur est. d. h. z, sed nihil mouetur omnino per aliquid, quòd non habet partem, & est pars. a, sed iam mouebatur, motus igitur erit compositus non ex motibus, & aliquid mouetur, & iam mouebatur absque

A eo, quòd semper mouebatur, Iam enim pertransiuit per spatium.a, absque eo, quòd sit iens. Erit igitur aliquid, quòd iam ambulauit, absque eo, ꝙ in omni hora ambulabat. Iam enim ambulauit per hoc spatium, absque eo, ꝙ fuit ambulans in hoc spatio, id est, in omni, ꝙ innatum est moueri.

Cum induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, ꝙ motum indiuisibile habeat motum per vnāquamq; partium indiuisibilium, & aduersarius forte non 8
concedit hoc, licet iam declarauit ipsum, incœpit inducere impossibile, ꝙ sequitur, si non fuerit motum per vnamquāq; earū, & est illud quod sequitur ex ipsa re: contingit enim ei, vt motus per magnitudinē indiuisibilem sit compositus ex finibus motuum, non ex motibus: & est aliud impossibile: aut cōcedit quod mouetur per vnamquāq; partium: & tunc contingit impossibile prædictū. Et dixit & si aliquid mouetur per spatium, &c.i.& si posuerimus ꝙ aliquod indiuisibile mouetur per totū spatium.a.b.c, absq; eo, ꝙ mouebatur per vnāquāq; partium indiuisibilium.a.b.c, sequitur vt motus per hanc totam magnitudinē sit compositus ex motibus.d.h.z.D.d.sed nihil omnino mouetur, &c.i.&, cum motus per totam magnitudinem.a.b.c.fuerit compositus ex motu, qui est per B magnitudinem.a, & per magnitudinem.b, & per magnitudinem.c, & nihil omnino mouetur per aliquid, quod non habet partem, sed non vere dicitur de illo, quod mouetur in vnaquaq; istarum partium indiuisibiliū, nisi ipsum iam fuisse, id est, perficere motum, & quiescere non moueri, ex quo sequitur vt motus, qui est per magnitudinem compositam ex indiuisibilibus, sit compositus ex vltimis motuum, non ex motibus, sed ex quietibus: & secundum hoc erit aliquid, quod iam mouebatur, absq; eo, quod prius mouetur. Et intendebat hoc, cum dixit & erit aliquid motum & iam mouebatur, &c.i.contingit enim in moto per magnitudinem.a, indiuisibilem vt moueatur per illam absq; eo, quod in alia hora fuisset ad ipsam. Deinde induxit exemplum impossibilitatis in hoc, & dixit erit igitur aliquid, &c.sequitur enim ex hac positione vt sit aliquid, qđ iam ambulauit per aliquod spatium absq; eo, quod in aliqua hora esset ambulās ad ipsum: quod est valde impossibile. D.d.sed in omni, quod innatum est moueri, &c.& hoc necesse est in omni, quod innatum est moueri, s.vt non vere dicatur quod iam est motum, nisi postquam mouetur, s.quod hoc est inopinabile in omni, quod innatum est moueri, scilicet dicere quod iam est motum, absque eo, quod prius mouebatur.

> Inopinabile est in oī eo, quod innatū est moueri, s. dicere quod iam est motum, anteꝗ prius moueretur.

Si igitur necesse est aut quiescere, aut moueri omne, quiescit autē C per vnumquodq; eorum, quæ sunt.a.b.c. Ergo est aliquid continue quiescens simul, & quod mouetur: per totam enim.a.b.c.mouebatur, & quiescebat secūdum quamlibet partem, quare & per omnem. Et, si quidem indiuisibilia, quæ sunt d.h.z.motus sunt, motu præsente, continget vtiq; non moueri, sed quiescere. Si autem nō sunt motus, motum non ex motibus esse.

Si igitur necesse est in quolibet, aut vt sit quiescens, aut vt moueatur, sequitur vt sit quiescens in vnaquaq; partium.a.b.c. ex quo sequitur vt aliquid sit insimul continue quietum, & moueatur. Quoniam est motum in toto spatio.a.b.c, & quiescens in vnaquaq; partium, ergo est quiescens in toto; & si partes motus.d.h.z.indiuisibiles sunt motus, possibile est vt motus sit, & nihil mouetur, sed est quiescens. Et, si non fuerit motus, possibile est vt motus non sit compositus ex motibus.

Hic congregat prædicta, & vult inducere impossibile, quod sequitur ex om- 9

nibus diuisionibus, quibus vsus est in destructione eius, quod motus sit indiuisibilis, aut compositus ex indiuisibili. Et abbreuiatio istius syllogismi est talis. Si omnis res necesse est vt sit aut quiescens, aut mota, tunc motum .k. indiuisibile per spatium .a.b.c, quorũ vnumquodq; est indiuisibile, aut est motum per vnamquanq; partium .a.b.c, aut quiescens: & si k iam est motũ, & impossibile est vt moueatur: qm̃, qñ aliquid fuerit in indiuisibili, dicitur iam esse motũ: ex quo sequitur vt aut insimul moueatur, & iam est motum, aut vt sit motum, absque eo, quod prius mouebatur: & totum hoc est impossibile. Et, si nõ fuerit motum in aliqua hora per vnamquanq; partium .a.b.c, necesse est vt sit quiescens in vnaquaq; earum: quoniam, si innatum est moueri, & non mouetur, erit quiescens. Et sic motus per magnitudinem .a.b.c. est compositus ex quiete: & erit quiescens in tota magnitudine, cum est quiescens in vnaquaq; partium. Sed positum est ipsum moueri per totam magnitudinem: quod est inconueniens. Et, cum declarauit impossibile, quod sequitur ex hoc, quod motũ sit quiescens in vnaquaq; partium magnitudinis indiuisibilis, declarat impossibile, quod sequitur ex hoc, quod sit motum, & dixit &, si partes motus .d.h.z.&c. id est impossibile erit, vt motus sit sine moto: impossibile enim est, vt motum moueatur per indiuisibile, & vniuersaliter per æquale sibi, cum fuerit diuisibile, nedum cum fuerit indiuisibile: &, cum non fuerit motum, erit quiescens. Deinde dicit: possibile est vt sit motus compositus non ex motibus, sed aut ex quietibus, aut ex vltimis motuum: & totum hoc est impossibile. Et, cũ destruxit consequens in hoc syllogismo, quẽ primo posuit, dicentẽ quod, si magnitudo fuerit indiuisibilis, quod motus erit indiuisibilis, id est compositus ex indiuisibili, concludit oppositum præcedentis, & est quod magnitudo non est composita ex indiuisibili. Et iste sermo componitur ex syllogismis hypotheticis, quorum primus est. Quod, si magnitudo fuerit indiuisibilis, motus erit indiuisibilis. Secundus autem est. Quod si motus fuerit indiuisibilis, motum erit indiuisibile. Tertius vero est. Quod si motum fuerit indiuisibile, tunc motum insimul iam est motũ, & mouetur, aut motus erit compositus ex quietibus.

Quod est innatum moueri, & non mouetur, de necessitate quiescit.

Abbreuiatio totius sermonis.

Similiter autem necesse est longitudini, & motui indiuisibile esse tempus, & componi ex ipsis nũc entibus indiuisibilibus. Si enim omnis diuisibilis est, in minori tempore autem æqualiter velox transibit minorem, diuisibile erit & tempus. Si autem tempus diuisibile erit, in quo fertur aliquid per ipsum .a, & quæ est ipsum .a. erit diuisibile.

Et ad modum longitudinis, & motus necessario sequitur vt tempus sit indiuisibile, & compositum ex instantibus, quæ sunt indiuisibilia. Si igitur hoc fuerit diuisibile, & illud, quod est æqualis velocitatis, pertransit in minori tempore per minus spatium, tunc tempus erit diuisibile. Et, si tempus, in quo illud, quod mouetur per spatium a, fuerit diuisibile, tunc spatium quod est pars .a. erit diuisibile.

20 Cum declarauit quod magnitudo non est indiuisibilis, quoniam si fuerit indiuisibilis, motus erit indiuisibilis: & si motus erit indiuisibilis, motus non erit: incœpit declarare quod similiter declarabitur & ex tempore etiam. s. quod cũ fuerit positum quod magnitudo est indiuisibilis continget in tempore illud, quod contingit in motu. s. vt sit indiuisibile: ex quo accidit vt non sit velocius, & tardius, vt post dicet. Et hoc intendebat, cum dixit & ad modũ, &c. id est & sicut contingit in longitudine, & motu, quod si longitudo fuerit indiuisibilis, sequitur vt motus sit indiuisibilis. Similiter contingit in longitudine, & tempore, scilicet quod, cum longitudo, per quam est motus, fuerit indiuisibilis, sequitur vt tempus etiam sit indiuisibile, id est compositum ex instantibus, quæ sunt indiuisibilia. Et, cum narrauit quod, cum magnitudo fuerit compo-

A sita ex indiuisibilibus, sequitur vt tempus sit compositum ex indiuisibilibus, incœpit declarare quomodo sequitur, qnod si alterum fuerit diuisibile, reliquũ erit diuisibile, quoniam hoc declarato declarabitur contrarium, &.d. si igitur fuerit diuisibile, &c. id est si igitur magnitudo, per quam est motus, fuerit diuisibilis, & est notum per se, quod illud, quod est æqualis velocitatis, si pertransit per aliquam magnitudinem in aliquo tempore, necesse est vt pertranseat per quandam partem illius magnitudinis in quodam illius temporis: quoniam, cum magnitudo fuerit diuisibilis, necesse est vt tempus sit diuisibile. Nam cum posuerimus magnitudinem diuisibilem, per quam mouetur idem motum in aliquo tempore, possibile est vt moueatur per medietatem illius in medietate illius tẽporis: & sic tempus diuidetur necessario: & cum dixit & illud, quod est ęqualis velocitatis, pertransit, &c. intendit conuersum. s. ꝙ illud, quod est æqualis velocitatis, pertransit spatium minus in tempore minori: & propter hoc verificabitur quod, cum magnitudo diuiditur, tempus diuidetur. Et forte erat error in scriptura: quoniam in libro Alexan. inuenimus loco istius, & in minori æqualis motus pertransit minus, id est & in minori magnitudine illud, quod est æqualis motus, pertransit per tempus minus. Et forte, cũ declarauit, quod, cum magnitudo fuerit diuisibilis, tempus erit diuisibile, declarauit etiam conB uersam, quod intendebat, scilicet ꝙ cum tempus fuerit diuisibile, magnitudo erit diuisibilis. & hoc manifestum est ex hoc, quoniam, cum motum, quod est æqualis velocitatis, mouetur per aliquam magnitudinem, cum diuidit tempus, diuidit magnitudinem: & cum declarauit quod si tempus fuerit diuisibile, magnitudo erit diuisibilis, fuit declaratum quod, si magnitudo fuerit indiuisibilis, tempus erit indiuisibile: quoniam destructo consequenti sequitur oppositũ præcedentis. & in hoc capitulo intendebat declarare habitudinem, quæ est inter spatium, & tempus, sicut est dispositio inter spatium, & motum.

*Ostendit quod ad diuisionem magnitudinis sequitur diuisio temporis: & econuerso. Cap. I I.*


QVONIAM autem omnis magnitudo in magnitudines est diuisibilis: ostensum est enim quoniam impossibile est ex atomis continuum esse aliquod. (Magnitudo autem omnis continua) necesse est velocius C in æquali tempore maius, & in minori plus moueri: sicut diffiniunt quidam ipsum velocius. Sit enim ipsum, in quo. a, eo, in quo. b, velocius. Quoniam igitur velocius, quod mutatur in quo tempore ipsum. a. mutatum est ab ipso. c. in ipsum. d, scilicet in tempore. z. h, in hoc ipsum. b. non erit iuxta ipsum. d, sed deficiet. Quare in æquali tempore plus abibit velocius.

Et, cum omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines: nã declaratũ est quod impossibile est vt magnitudo componatur ex indiuisibilibus. Et omnis magnitudo est continua: necesse est vt velocius in æquali tempore cum motu tardioris moueatur per maius, & in mi nori tempore per æquale: vt quidam determinant velocius. Sit igitur. a. velocius, quàm. b. quoniam velocius est illud, quod citius mutatur, & tempus, in quo mutatur. a. de c. in d, & sit. z. h, non potest in eo. b. peruenire ad. d. ergo in æquali tempore velocius pertransit per maius spatium.

**Ois magnitudo est diuisibilis in magnitudines.**

**Velocius in æquali tpe pertrãsit maius spatium.**

*Demonstratio, quod mobile velocius moueatur in æquali tempore per maiorem magnitudinem, quam mobile tardius.*




CVM declarauit quod magnitudo, & tempus consequuntur se in diuisibilitate, & in indiuisibilitate, & intēdit declarare quod per velocius, & tardius, quę sunt infinitum in motu, apparet quod tempus est diuisibile, & quod magnitudo est diuisibilis semper, & qui aufert diuisibilitatem a tpe, & a magnitudine, aufert velocitatem & tarditatem. s. ponit velocissimum, quo nihil est velocius, & tardissimū, quo nihil est tardius, Et dixit & cum omnis magnitudo diuiditur in magnitudinem id est diuisibilem. D. d. nam declaratum est, &c. id est quoniam omne compositum diuiditur in ea, ex quibus componitˀ: & est declaratum qđ impossibile est vt aliqua magnitudo cōponatˀ ex indiuisibilibus : manifestū est qđ oīs magnitudo diuiditˀ in magnitudinē. i. diuisibilem: qm̄ non est illic, nisi diuisibile, aut indiuisibile. Et, cū posuit quod oīs magnitudo diuiditˀ in magnitudinē diuisibilem, dixit & oīs magnitudo est cōtinua. i. sequitˀ ex hoc, qđ omnis magnitudo diuidatur in continuū. Et, cū posuit qđ oīs magnitudo diuiditˀ in continuum loco p̄cedentis in hoc syllogismo induxit consequēs & dixit necesse est velocius, &c. i. &, cū magnitudo diuiditur semp̈ in diuisibile, & tp̄s, sequitˀ vt velocius, & tardius sit, vt quidā determinant: velocius. n. dr̄ in respectu tardioris, & est illud, qđ pertransit in tpe æquali tpis per trāsitus tardioris maius spatiū: immo pertransit maius ē̄t in minori tpe, & ē̄t pertransit æquale. Et intēdebat per hoc, qđ cū velocius habeat has tres dispōnes, manifestū est quod pertransit spatiū, per qđ mouetur tardius in minori tpe, & pertransit tardius in tpe æquali motu velocioris per minus spatiū. Si igitˀ magnitudo non diuideret in rem diuisibilē, non esset possibile, cū velocius moueretˀ per magnitudinē indiuisibilē in aliquo tpe, vt moueretur tardius in illo tpe: qm̄ tunc diuideretur illud, quod non est diuisibile: & sic destrueretˀ definitio tardioris : & est qđ mouetˀ in tpe, in quo mouetˀ velocius per spatiū minus: &, cū destruitˀ definitio tardioris, destruetˀ definitio velocioris, & est qđ mouetur in tpe æquali per maiorem magnitudinē: & tacuit definitionē tardioris, quia intelligitur ex definitione velocioris, & dixit mouetˀ in minori tpe per spatiū maius : vt appareat ex eo magis qđ cum minori tpe mouetˀ per spatiū maius, quanto magis mouebitˀ in eo per spatiū æquale. Et cū declarauit qđ, ponendo magnitudinē esse cōpositā ex diuisibilibus, verificabuntˀ definitiones, quibus definitˀ velocius, & tardius, incœpit declarare hoc, & primo declarare quod velocius pertransit in ęquali tpe maius spatiū, & dixit sit igitˀ. a. &c. i. ponantˀ igitur duo mota, s. a, & b, & sit. a. velocius. b, & moueatˀ per spatiū. c. d. &, quia velocius, s. a, peruenit ad. d. in minori tpe, quam tp̄s, in quo peruenit. b, quod est tardius, quod est velocioris translationis, sit hoc tp̄s. z. h. & manifestū est quod in hoc tpe non peruenit tardius de c. ad. d, ergo necessario mouebitur per minus spatiū, quam spatium. c. d. sit igitˀ. c. k. ergo velocius est illud, quod semper mouetur in æquali tpe per spatiū maius

Qui aufert diuisibilitatē a tpe, & a magnitudine, aufert velocitatē, & tarditatem

A ius,& tardius per ſpatium minus. Et,cũ declarauit hoc per exemplũ, incępit declarare ẽt q̃d in minori tpe mouet̃ p maius ſpatiũ: & eſt ſcđa demõſtratio.


At vero & in minori plus. In quo enim ipſum.a. factum eſt iuxta ipſum.d ,ipſum b.erit iuxta.K,licet tardius exiſtens. Ergo, quoniam ipſum.a.ad ipſum.d.factum eſt in omni, in quo eſt.z.h. tempore , ad ipſum.t.erit in minori hoc: & erit in quo.z.l. Ipſum quidem igitur. c.t, quod tranſibit ipſum.a,maius eſt ipſo.c.K. Tempus autem, quod eſt. z.l minus eſt cum eo quod eſt.z.K.quare in minori abibit maius.

Et etiam in minori tempore pertrãſit maius. Ponatur igitur ꝙ in tempore,in quo.a.peruenit ad.d.peruenit.b, quod eſt tardius ad.K. Et,quia.a.peruenit ad. d.in toto tempore. z.h, peruentus ergo eius ad.t.erit in minori hoc tempore:ſit igitur in tẽpore.z.l.b.igitur pertranſit.c.K.in tempore.z.h,& .a pertranſit.c.t.in.z.l,ergo illud, quod pertranſit.a,eſt maius quam.c.K.& tempus.z.l.eſt minus,quam totũ

B z.l.h,ergo in minori tempore pertranſit maius.

*Demonſtratio quod mobile velocius pertranſeat maiorem magnitudinem in minori tempore,quam tardius mobile.*

12




Vult declarare etiam per exemplum quomodo ſequitur quod omne velocius pertranſeat in minori tempore ſpatium maius , ponendo ꝙ velocius eſt .a, & tardius. b. & velocius mouetur per lõgitudinem. c. d. in tempore. z.h. tardius igitur,ſcilicet b, pertranſit in hoc tempore dimenſionem minorẽ, quam c. d.ſit igitur.c. k. & ponamus igitur quod velocius, quod mouetur per longitudinem


C maiorem, c. k. minore, c. d. & ſit longitudo.c.k.t. manifeſtum eſt igitur quod pertranſibit illam in minori tẽpore quam tempus ,in quo pertranſiuit totum. c.d,ſcilicet tempus.z.h. ſit igit̃ hoc tempus.z.l.ergo a. velocius pertranſit in tempore. z. l, quod eſt minus tempore.z,h, ſpatiũ c.k,t,quod eſt maius in ſpatio. K.c, quod pertranſiuit tardius in tempore.z.l.h, maius:& hoc intendebat declarare,cum dixit ergo peruentus eius ad. t.&, cum intendit peruentum.a, de.c. ad. t, quod eſt poſitum inter.k,&.d,ita,quod magnitudo.c,k. ſit maior.k.t,& minor. c.d, & pertranſitus eius in illa erit in minori tẽpore, quam ſit tempus,in quo velocius peruenit de.c.ad.d,& tardius de. c.ad.K.& ſermo reſiduus eſt manifeſtus. Et ex hoc manifeſtum eſt,quod neceſſe eſt vt magnitudo diuidatur ſemper in diuiſibilia:quemadmodũ,cum fuerit poſitũ quod magnitudo eſt talis , ſequitur vt velocius,& tardius ſint talia. Sed prima cõſecutio eſt cõſecutio præcedentis ex poſteriori. Secũda vero eſt poſterioris a priori: & ideo in hac declaratione non eſt contrarietas ,vt exiſtimant quidam.

Hic cõmentator innuit aperte dari regreſſum. Vide conſimile.8.phy. c.53. Idẽ habetur hic infra.cõ.15. Et primo de anima,cõ.11.

Manifestum autem est ex his & quod velocius in minori tempore abibit æquale. Quoniam quidem enim maiorem in minori transit, tardiori. Ipsum autem secundum seipsum acceptum in pluri tépore maiorē minori, vt quæ est.l.m, ea, quæ est.l. n, plus vtique erit tépus quod est.z.h, in quo ipsum a.transit.l.m.quam quod est. z. q, in quo transit ipsum.l n. Quare, si quod est.z.q.tempus, minus est in eo qđ est.z.h, in quo quod tardius est, transit ipsum.l.n.& quod est. z.f.tempus minus est, in quo est z.h.ipso.n.z.q.minus est: minore autem minus, & ipsum minus est. Quare in minori mouebitur æquale.

Et apparet ēt ex hoc, quod velocius in minori tempore pertrāsit spatium æquale. Quoniam cum pertransit spatium longius in minori tempore, quam sit tempus, in quo pertrāsit illud tardius, cum accipitur per se, tunc pertransibit spatiū lōgius in maiori tēpore, quā tēpus, in quo pertransiuit breuius spatiū. V.g.ꝙ spatium.l.m. est longius spatio.l.n, & tēpus.z.h, in quo pertransit spatium. l.n, est maius tēpore.z.q.in quo pertransit spatiū.l.m. Ex quo sequitur, ꝙ si tépus. z.q. fuerit minus tempore.z.h, in quo tardius pettransit spatium.l. n, vt z.f.sit minus tēpore.z.h. quoniam est minus tempore.z.q. & qđ est minus minore, est etiam minus. Ergo necesse est vt moueatur in tempore minori æqualiter.

*Demonstratio, quod mobile velocius moueatur per æqualem magnitudinem in minori tempore, quam mobile tardius.*




13 Vult ēt declarare ꝙ velocius pertransit in tēpore minori spatiū æquale. Quoniā, cū pertransit in tpe minori spatiū maius, quam illud, qđ pertransit tardius, necesse est vt pertrāseat spatiū, qđ pertransiuit tardius in minori tēpore, ꝙ̄ tēpus, in quo pertrāsiuit maius spatiū: & qđ est minus minore, est minus necessario. Et dixit, qm̄ cū pertransit, &c.i. quoniam cū velocius pertransit longius spatium in minori tēpore, quam tempus, in quo pertransiuit illud tardius vt declaratum est, tunc cum velocius accipitur per se, & fuerit consideratum quomodo pertransit vtrunque spatium, scilicet spatium, quod pertransit tardius, & spatium quod est maius illo, scilicet quod velocius pertransit in minori tempore, tunc pertransibit spatium, quod est maius in maiori tempore, in quo pertransiuit spatium breuius, scilicet per quod mouebatur tardius, & quia maius istorum duo-

A rum temporum est minus tempore, in quo tardius pertransit illud spatium terminatum, manifestum est quod minus tempus tempore maiori, & est illud, in quo pertransit velocius breuius spatium, scilicet spatium, per quod mouetur tardius est minus multum, quam tempus, in quo pertransit illud tardius. Deinde dicit, Verbi gratia, &c. id est ponatur igitur spatium. l.m, longius spatio. l. n, & ponatur tempus. z.h, in quo tardius pertransit spatium. l.n, & tempus. z. q, in quo velocius pertransit spatium. l. m, maius, & minus, quam tempus. z.h, vt prius declaratum est: &, cum posuit duo spatia inæqualia, & posuit quod velocius mouetur per maiorem longitudinem in minori tempore, quam sit tempus, in quo mouetur tardius per minorem longitudinem, & accepit loco spatij maioris. l.m, & minoris. l.n, & loco temporis maioris. z. h, & minoris. z.q, dixit ergo si tempus. z.q, &c. i. sequitur ergo, quod si tempus. z.q, in quo velocius mouetur per maiorem magnitudinē, quæ est magnitudo. l. m, fuerit minus tempore. z.h, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem, scilicet per spatium. l.n, vt tempus, in quo velocius mouetur per minus spatium, scilicet. l. n, & si tempus. z.f. sit minus multum, quam tempus, in quo tardius pertransiuit hoc spatium, scilicet minus: & est tempus. z. h, quia necesse erit minus tempore. z.q, cum idem motum mouetur per minus spatium in minori tempore. Ergo tempus. z.f, in quo velocius mouetur per spatium, per

B quod mouetur tardius, est minus necessario tempore, in quo mouetur per magnitudinem maiorem hac magnitudine. Et iam posuimus quod istud tempus est minus tempore, in quo tardius mouetur per minorem magnitudinem. Ergo tempus, in quo velocius mouetur per minorem magnitudinem est minus multum, quam tempus, in quo tardius mouetur per hanc magnitudinem. D.d. sequitur igitur vt moueatur in minori tempore æqualiter. i. declaratum est igitur ex hoc quod possibile est in velociori, vt pertranseat spatium æquale ei, per quod tardius mouetur in tempore minori: & hoc intendebatur.

Amplius autem, si omne necesse est aut in æquali, aut in minori, aut in pluri moueri, & quod quidem in pluri tardius est, quod autē in æquali æque velox, velocius autem, non est æqualiter velox, neque tardius, neque vtique in pluri, aut æquali mouetur ipsum velocius, relinquitur igitur in minori tempore transire velocius. Quare necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire velocius.

C Et etiam, si omne motum necesse est vt moueatur, aut in tempore æquali, aut in minori, aut in maiori, & illud, quod mouetur in tempore æquali est æquale in velocitate, & velocius non est æqualis velocitatis, neq; tardius, impossibile est vt velocius moueatur in æquali, aut maiori tempore. Ergo remanet, vt velocius transeat in minori tempore.

Hæc est alia declaratio, quod velocius pertransit spatium æquale in minori tempore: & compositio eius est talis. Quælibet duo mota, quæ pertransēūt idem spatium, quorum alterum est velocius reliquo, necesse est vt velocius pertranseat illud spatium, aut in æquali tempore, tempori pertransitus tardioris, aut in minori, aut in maiori. Sed impossibile est vt velocius pertranseat illud in maiori tempore, quoniam illud, quod mouetur in maiori tempore est tardius. Et similiter etiam est impossibile vt pertranseat illud in æquali tempore. Et, cum velocius non mouetur per illud spatium in maiori tempore, neque in æquali, necessario mouetur in minore. 14

Quoniā aūt omnis motus in tempore est, & in omni tpe possibile est moueri. Omne autem, quod mouetur, conuenit & velocius mo-

ueri, & tardius. In omni tempore erit velocius, & tardius. In omni tempore erit velocius, & tardius moueri. Hæc autẽ cum sint, necesse est & tempus continuum esse. Dico autem continuum, diuisibile in semper diuisibilia: huiusmodi enim supposito cõtinuo, necesse est continuum esse tempus. D

Et, quia oĩs motus est in tpe, & in omni tpe põt esse motus. Et omne motũ possibile est vt moueatur velocius, & tardius: ergo in omni tempore est motus tardior, & velocior. Et, cũ ita sit, necesse est vt tempus sit continuum: & intelligo per continuum diuisibile semper in diuisibile. Continuum enim, cum tali modo est positum, necesse est vt tempus sit continuum.

15 Cum prius declarauit ꝙ, si magnitudo fuerit diuisibilis in infinitum, quod velocius, & tardius inueniuntur in infinitum, vult declarare econuerso, & est illud, quod intendit in hoc sermone: & est quod, ex hoc ꝙ velocius, & tardius pertranseunt in infinitum, sequitur ꝙ magnitudo semper diuidetur in diuisibile: & prius declarauit ꝙ si magnitudo fuerit diuisibilis, ꝙ velocius, & E tardius erunt diuisibilia in infinitum, quia diuisibilitas magnitudinis est causa in diuisibilitate velocitatis, & tarditatis in infinitum, & velocitas, & tarditas sunt signa diuisibilitatis: & signa demonstratiua sunt illa, quæ conuertuntur cum suis causis, scilicet ꝙ, cum ponatur causa, sequetur signum, & ecõuerso: & ideo incœpit primo declarare consecutionem signi ex causa. Deinde consecutionem causæ ex signo, Et dixit & quia declaratum est ꝙ omnis motus est in tempore: & est manifestum per se, quod in omni tempore potest esse motus: & ꝙ omne motum aliquo motu potest moueri velocius illo motu posito, & necessario cadet in aliqua parte illius temporis: &, cum hoc fuerit positum, scilicet ꝙ in omni tempore potest esse motus velocior motu posito, ita ꝙ sit in parte illius tpis, necesse est vt tẽpus sit continuũ. Quoniam autem omnis motus est in tempore, declaratum est in sermone de tempore: quoniam in omni motu est prius, & posterius. Et prius & posterius sunt in tpe. Ergo omnis motus est in tempore: & hoc declarabitur post: & induxit hanc propositionem, scilicet ꝙ omnis motus est in tempore: & non est contentus hac conclusione, quam intendebat per duas propositiones, quæ, vt videtur, sufficiunt ad illam conclusionem, scilicet dicentes, ꝙ in omni tempore potest esse motus: & ꝙ omnis motus potest esse velocior, & tardior. quoniam ex hoc sequitur ꝙ in omni tempore potest esse motus velocior, & tardior. Sed quia potest aliquis F dicere, etiam si concedamus ꝙ in omni tempore potest esse motus velocior: sed ille motus velocior cadet non in tempore, sed in instanti: ideo indiget conuersione, scilicet ꝙ omnis motus est in tempore. Et quæritur de hac propositione dicente ꝙ omne motum potest moueri motu velociori suo motu. Nam declaratum est ꝙ motus motorum naturalium terminatus est in velocitate, & tarditate. Et cœlum impossibile est vt sit velocius, vt post [a] declarabitur. Ergo propositio, quæ ponitur hic possibilis, est impossibilis. Ad hoc autem dicamus, ꝙ [b] omne motum, secũdum ꝙ est motum, possibile est vt moueatur motu velociori suo motu, secundum ꝙ est motus. Et causa in hoc est, quoniam motus est de continuo, & velocitas, quæ est in motu, est similis diuisibilitati in continuo. Quemadmodum igitur diuisibilitas procedit in continuo in infinitum, similiter velocitas in motu: quoniam, si velocitas finiretur in motu, secundum ꝙ est motus, esset possibile motum fieri in instanti: & forte ꝓpter hoc dixit prius ꝙ omnis motus est in tempore: & sic ista propositio est possibilis [c] per se, impossibilis per accidens. s. quia accidit motui, quod fuit in rebus naturalibus, i. materialibus. Cum igitur coniuncta fuerit huic propositioni propositio, in qua dubitatur, & cõcludetur impossibile, scietur ꝙ illud impossibile nõ sequit̃ ex possibili, scdm ꝙ est possibile, Et Alex. respõdet huic quæstioni duobus mo-

**Signa demõstratiua sunt illa, quę conuertuntur cũ suis causis. s. ꝙ cũ ponat̃, causa, sequetur signũ, & econuerso.**

**Digressio, q̃ querit̃ vtrũ omne motũ põt moueri motu velociori suo motu.**

**a 2. cę. c 38.**

**Solutio.**

**b Oẽ motũ, scdm ꝙ est motũ, possibile est vt motus eius sit velocior q̃libet motu, scdm ꝙ est motus.**

**consimile. 5. ph. cõ. 45.**


**c Aliqua ꝓpositio ẽ possibilis per se & impossibilis per accidens.**

A dis. Primo quod corpora cœlestia, secūdū quod motus eorū est voluntarius, possunt moueri velocius, & si nō mouentur quēadmodū boni possunt moueri ad nō bonū, licet nō moueātur. Secūda respō sio est ꝙ ista possibilitas nō pēdet a moto, sed a motu: omnis. n. motus positus in aliquo moto possibile est, vt imaginetur in alio moto velocior, & tardior, & hoc impossibile est in codē moto, cū motus omnis moti est terminatus. Nos autē dicamus ꝙ hęc est responsio Eudemi: & est considerandū in hoc, ꝙ dixit corpora cœlestia possunt moueri velocius. Et, cū posuit hāc propositionē, incœpit declarare qūo accidit, si tempus, & magnitudo fuerint cō polita ex indiuisibilibus, vt velocitas, & tarditas non procedant in infinitū, & dixit continuum. n. cum fuerit tale, necesse est vt tempus sit cōtinuū. i. qm̄ cum continuum ponatur huiusmodi, & tempus etiam fuerit huiusmodi, sequitur vt tempus sit continuum.

Quoniam enim ostensum est quod velocius in minori tempore transibit æquale, sit quidem, in quo est. a, velocius, quod autem est, in quo est. b, tardius, & sit motum tardius, per magnitudinē, quæ est c. d, in quo est. z. h. tempore: manifestum est igitur, ꝙ velocius in minori, quā hoc, mouebitur per eādem magnitudinē. Et sit motū. a. in tem B pore. z. t. Iterū autem, quoniam a. qđ est velocius, in eo quod est. z. t. transiuit totā magnitudinē, quæ est. c. d, ipsum tardius in eodē tempore minoré transibit. Sit igitur in qua est. c. K. Quoniā autē tardius, quod est ipsum. b, in eo, quod est. z. t tempore ipsam, quæ est. c. K. trāsiuit, velocius in minori transit. Quare iterum diuidetur quod est. t. z. tempus: hoc autem diuiso, &. c. K. magnitudo diuidetur secundum eandem rationem. Si vero magnitudo, & tempus · & hoc semper erit, accipientibus a velociori tardius, & a tardiori velocius, & eo, quod demonstratum est, vtētibus. Diuidet enim, quod est velocius, tempus, tardius autem longitudinē. Si igitur semper verum est conuerti, conuerso autem, semper fit diuisio. Manifestum est quoniam omne tempus continuum est.

Quoniā, cū declarauimus quod velocius pertrāsit in minori tēpore æqualiter, sit. a. velocius, & b. tardius, & moueatur tardius per mē- C suram. c d. in tēpore. z. h, manifestum est igitur quod velocius in minori, hoc tempore mouebatur per hanc mensuram. Moueatur igitur in tempore. z. t. & etiam, quia velocius pertransit in tempore. z. t. totum spatium. c. d. ideo tardius pertransit in tempore. z. t. minus spatium, quam spatium. c. d. Sit igitur spatium. c. K. &, quia tardius, scilicet. b. pertransit in tempore. z. t. spatium. c. K, ideo velocius pertransit illud in minori: ex quo sequitur vt tempus. z. t. sit diuisibile: & cum fuerit diuisibile, tunc magnitudo. c. K, erit etiam diuisibilis secundum illam proportionem: &, si magnitudo fuerit diuisibilis, tempus etiam erit diuisibile. Et hoc sequitur semper, si translati fuerimus de velocius in tardius, & econuerso. Nam velocius diuidit tempus, & tardius magnitudinem. Et, cum ista reflexio semper est vera, & cum hoc vsitatur, semper sequitur diuisibilitas, manifestum est quod omne tempus, necesse est, vt sit continuum.

*Demonstratio, quod similiter diuiditur tempus, & magnitudo.*




16 Cum posuit quod velocius pertransit magnitudinem, quam pertrãsit tardius in minori tempore, & quod tardius pertransit in illo tẽpore, in quo pertransit velocius magnitudinem minorem magnitudine, quam pertransit velocius, & quod velocitas, & tarditas procedunt in infinitum, conclusit ex hoc, quod diuisibilitas in magnitudine, & tempore procedit per diuisionem temporis a velociori, & magnitudinis a tardiori in infinitum: &, cum diuisio est in eis semper: & hæc est definitio continui: necesse est vt magnitudo, & tempus sint continua. Et declarauit hoc, ponendo quod tardius mouetur per aliquã magnitudinem terminatam in tempore terminato, & ꝙ velocius mouetur per illam in tempore minori tempore, in quo mouetur tardius. Velocius igitur diuidit tempus, in quo mouetur tardius: & cum posuerimus ꝙ tardius mouetur in hoc tempore, in quo mouetur velocius per illam magnitudinem terminatã, non est dubium ꝙ mouebitur per magnitudinem minorem illa: &, si non, tunc tardius, & velocius mouerentur in eodem tempore per eandem magnitudinẽ: &, cum tardius mouetur in tempore, in quo velocius pertransit minorẽ magnitudinem, necessario diuidet magnitudinem. Cum igitur posuerimus ꝙ velocius mouetur per illam magnitudinem, per quam tardius mouetur, pertransit ipsam etiam in minori tempore q̃ minus tempus, scilicet quam tempus, in quo mouetur per illam magnitudinem. Et, cum posuerimus etiam ꝙ tardius mouetur in hoc tempore per illam magnitudinem, per quam mouetur velocius, necessario mouetur per magnitudinem minorem illa minore. Et sic in infinitum semper velocius diuidit tempus, & tardius diuidit magnitudinem. Arist. vtitur in hoc literis, vt sit hoc magis manifestum: & sermo eius in hoc est manifestus: & intendit per reflexionẽ hic, quod velocius semper diuidit tempus, & tardius magnitudinem: & quod hoc est quasi circulare, & reciprocum.

Definitio cõtinui est, vt sit semper diuisibile. con simile, supra com. 3.

Arist. vtitur in hoc literis, vt sit hoc magis manifestum. Sed videt oppositũ. 4. phy. cõ. 71.

Similiter autem manifestum quod magnitudo omnis continua est. per easdem enim, & æquales diuisiones tempusque, & magnitudo diuiditur. Amplius autem ex consuetis rationibus dici manifestum est quod, si tẽpus quidem continuum est, quia & magnitudo. Si quidem in medio tempore medium transit, & simpliciter in minori minus. Eædem namque diuisiones temporis, & magnitudinis sunt.

Eędem sunt diuisiones tẽporis, & magnitudinis.

Et cum omnis magnitudo etiam est continua: quoniam eisdem partibus, & æqualibus diuiditur tempus, & magnitudo. Et hoc apparet ex hoc, quod homines sunt assueti ad dicendum, scilicet q̃d, si tempus fuerit continuum, magnitudo etiam erit continua. Cum

A dicunt quod in medietate temporis pertransit medietatem spatii, & vniuersaliter pertransit in minori tempore minus spatium. Partes enim eædem ponuntur temporis, & magnitudinis.

Cum declarauit ꝙ magnitudo, & tēpus sunt continua, dicit & apparet ꝙ magnitudo est continua ex tempore: magnitudo enim, & tempus in diuisibilitate sunt in eadem dispositione. Apparet enim quod tempus, & magnitudo diuiduntur eisdem, & æqualibus partibus, ꝙ cum aliquod motum pertransit per aliquā magnitudinem in aliquo tempore, pertransibit in medietate illius tēporis medietatem illius magnitudinis, & in medietate illius medietatis medietatem illius medietatis. Si igitur medietates procedunt in tempore infinitum, quia est continuum, vt quidam dicunt, in hoc necessario procedunt in magnitudine in infinitū: quoniā partes in eis sunt eædem in numero, & proportione. 17

Et vnum infinitum est, & alterum: & sicut alterum, & alterum est: vt siquidem in vltimis infinitum est tempus, & longitudo in vltimis. Si vero diuisione & longitudo. Si autem in vtrisque tempus, in vtrisque & magnitudo.

B Et, cum alterum fuerit infinitū, reliquū erit infinitum, & sicut dispositio alterius in hoc erit dispositio reliqui, V.g. quod, si tempus secundum vltima est infinitū, & etiam longitudo secundum vltima erit infinita. Et si tempus secūdum diuisionem erit infinitum, etiam longitudo secundum diuisionē erit infinita. Et si tempus vtroq; modo fuerit infinitum, & etiam magnitudo vtroq; modo erit infinita.

Dicit & tempus, & magnitudo sequuntur se adinuicē omnibus modis, quibus dicuntur infinita. V.g. quod, si tēpus fuerit infinitū ex duobus extremis, longitudo etiam erit infinita ex duobus extremis. Et si tēpus etiam fuerit infinitū secundum diuisionē, longitudo ēt erit infinita secundū diuisionē. Et, si tēpus fuerit infinitū vtroq; modo. s. actu. i. in duobus extremis, aut altero, & secūdum diuisionem, tunc longitudo etiam erit infinita vtroque modo. 18

Vnde & zenonis ratio falsum opinatur, ꝙ non est possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundū vnūquodque in finito tēpore. Dupliciter enim dicitur & longitudo, & tēpus infinitū, & omnino omne continuum, aut secundū diuisionē, aut in vltimis. Infinita quidem igitur secundū quantitatem non contingit sese tangere in finito tempore: quæ vero sunt secundum diuisionem, contingit. Etnanq;, ipsum tempus sic infinitum est. Quare & infinito tēpore, & non finito accidit transire infinitum, & tangere infinita ipsis infinitis, & non finitis. Neque iam infinitū potest in finito tpe pertransire, neq; in infinito tpe trāsire, neq; in infinito finitū. Sed siquidē tempus infinitū sit, & magnitudo erit infinita. Et si magnitudo, & tēpus. Secūdum diuisionem. Infinitum. C Secūdū extrema.

Et ideo sermo zenonis est sermo, in quo accipitur falsum: & est, quod impossibile est, vt infinitum pertranseatur, aut vt infinita contingantur secundum indiuidua in tempore finito. Quoniam longitudo, & tempus, & vniuersaliter omne cōtinuū dicitur infinitū duobus modis, aut secūdū diuisionē, aut scd̄m vltima. Quod aūt est infinitū, impossibile est, vt tāgat in tpe finito. Quod aūt est infinitū scd̄m diuisionē, possibile est vt tāgat, qm̄ tēpus eodē modo est īfinitū: vnde necesse est, vt infinitū pertrāseat in infinito tpe, non in finito, & vt

infinita tangāt infinita, nō finita. Impossibile est igiť vt infinita pertranseant in tēpore finito, aut vt finitū pertrāseatur ī tēpore infinito. Sed si tēpus fuerit infinitū, & magnitudo erit infinita: &, si magnitudo fuerit finita, & tempus etiam erit finitum.

19 Dicit & quia tempus, & magnitudo cōsequuntur se adinuicē secūdū modos, quibus dicūtur infinita, aut finita, & hęc dicūtur multis modis, non bene dixit zeno in suis propositionibus quas posuit in destructione motus: dicit n. ꝙ magnitudo, per quā est motus, diuiditur in duo, & vtraque ī duo, & sic in infinitū: contingit quod, cum aliquod mouetur de extremo spatij finiti, impossibile est vt perueniat ad extremum spatij positi: quia pertrāsit magnitudines infinitas. Et hoc intēdebat, cū dixit & est, quod impossibile est, &c. i. & ex hoc apparet, ꝙ sermo zenonis in destructione motus, collocatur in eo falsum. & est ꝙ, si motus fuerit, possibile est vt motū pertrāseat spatiū infinitū, ita, quod vnum indiuiduū tangat indiuidua magnitudinis infinita in tēpore infinito, D. d. qm̄ longitudo, & tēpus, &c. i. sermo zenonis est corruptus, qa lōgitudo, & tp̄s, & vniuersaliter omne cōtinuū vidētur dici infinita duobus modis, aut secundū diuisionē, aut secūdū extrema. i. in actu: & hoc intēdebat, cū dixit aut secundū vltima: qd aūt est infinitū ex extremis, impossibile est vt motū in eo tangat magnitudines infinitas in tp̄e finito: & hoc intēdebat, cū dixit infinitū vero impossibile vt tangat in tēpore finito. quod aūt dr̄ infinitū secūdū diuisionē, & finitū secūdū extrema, possibile est vt motū in eo tāgat partes spatij infinitas secundū diuisionē, in tēpore infinito secundū diuisionē. Et hoc intēdebat, cū dixit quod aūt est infinitū secundū diuisionē, &c. i. magnitudo aūt infinita secundū diuisionē possibile est vt in ea tāgat motū magnitudines infinitas secūdū diuisionē in tempore infinito secūdū diuisionē, & finito secundū extrema. Si igitur accepisset finitū in magnitudine, & tēpore, eodē modo, tūc sermo eius esset verus. zeno igitur decipitur in argumētatione, quia vtitur nomine æquiuoco. Et dicitur ꝙ ista cōtradictio est cōtradictio secūdū sermonē, nō secundū rē: quia Ari. cōcedit in hoc falsum: & est ꝙ motū pertransit de magnitudine, per quā mouetur, partes infinitas. D. ex hoc sequiť verū: & est qđ si pertārsit magnitudines infinitas, ptrāsit eas in tp̄e infinito: & sic destruitur cōclusio eius dicēs ꝙ pertrāsit magnitudines infinitas in tp̄e finito. In octauo vero cōtradicit ei secūdū rem: & est qđ non pertransit medietates infinitas. D. d. necesse est igiť ꝙ infinitū pertranseat, &c. id est, sequitur igitur ex hoc, quod diximus, ꝙ infinitū, quocunq; modo accipiatur, siue secundū extrema, siue secundū diuisionē pertranseat de tempore infinito, scilicet quod si magnitudo fuerit infinita secundum extrema, vt tempus similiter, & si secundum diuisionem, & similiter tempus: non vt infinitum pertranseat in infinito, vt zeno fingit. D. d. & vt infinita tangant, &c. id est, & illud, quod sequitur, est vt motum tangat spatia infinita secundū diuisionem in temporibus infinitis secundum diuisionem, non infinitis secundū extrema, vt existimauit zeno. D. d. impossibile igitur est vt pertranseat, &c. i. manifestum est igitur ꝙ impossibile est vt pertranseat spatium infinitum in tempore finito: quoniam intelligitur de infinito in spatio, & in tempore eodem modo: & etiam pertranseat spatium finitum in tempore infinito.

Documētū.

8. phy. t. cō. 67. & 79.

Sit. n. magnitudo finita, in qua est. a. b. Tēpus autem infinitum, in quo est. c. d. Accipiatur igitur temporis aliquid finitū, in quo est. h. In hoc ergo transibit aliquid magnitudinis. Et sit ꝙ transitū est, in quo est. h. K. hoc autem aut mensurabit quod est, in quo est. a. b, aut deficiet, aut excellet: differt enim nihil. Sed enim semper æqualem ei, quę est in. b. K. magnitudinē in ęquali tēpore transibit: hoc autem mensurat totum: finitum erit omne tempus, in quo transibit. In æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.

Sit igitur

A Sit igitur magnitudo finita.a.b.& tempus infinitum.c.d,& ex tempore accipiatur aliquod finitum, & sit.h.d. In hoc igitur tempore ptransit quãdam partem illius spatii. Sit igitur. b.K.& ista pars aut mẽsurat.a.b.aut est minor, aut maior. Si igitur magnitudo fuerit æqualis, scilicet. b. K, pertransit in tempore æquali:& ista magnitudo est æqualis toti: necesse est vt totum tempus, in quo pertransit, sit finitum. Diuiditur enim per partes æquales magnitudini.

*Demonstratio prima, per quam probatur ꝙ si magnitudo est finita, ꝙ tempus est finitum, & sumitur hæc demonstratio ex proportione partis ad totum.*

20




Vult demr̃are illud, qđ posuit prius, s. ꝙ ĩpossibile ẽ, vt magnitudo finita ꝑtrãseat ĩ tpe ĩfinito, ponẽdo magnitudinẽ terminatã, & quia poſſe ẽ vt per illã moueat aliquíd in B tpe infinito: deinde abscidit de illa magnitudine partẽ terminatã, & posuit ꝙ manifestũ est, ut motũ moueat ꝑ illã partẽ magnitudinis in tpe minori, q̃ in quo mouet ꝑ totũ, & illud tp̄s necessario est finitũ, & quia motũ æqualis velocitatis mouet ꝑ magnitudines æquales in tpibus æqualib', necesse est, vt motũ moueat ꝑ partes æquales magnitudinis positæ parti positę, & in tpib' ęqualibus tpi, in quo ꝑtrãsit partẽ positã, Et pars posita magnitudinis, aut mẽsurat magnitudinẽ, aut excedit illã, aut diminuit ab illa, & q̃uocũq; fuerit, cõsumit illa. Et cũ diuisio magnitudi- C nis ꝑ hãc partẽ cõsumit, & illę partes æquales magnitudinis ꝑtrãseunt in partibus æqualibus tpis, in quo ꝑtrãsit totã magnitudinẽ, & hẽt eũdẽ numerũ. Manifestũ est ꝙ tp̄s est finitũ: nã illud, ꝙ cõponit ex partib' finitis ĩ numero, necessario est finitũ, Dixit sit igitur magnitudo finita &c.i.ponamus igit magnitudinẽ finitã a b.& pertranseat ista magnitudo, vt dicit aduersarius in tempore infinito.i. in tempore.c.d.quod est finitum ex parte.d. &, cum posuit hoc dubitatum, dixit & accipiatur ex tempore, &c.i.possibile est vt ex hoc tempore infinito accipiatur ex extremo finito.s.d.pars finita; & sit de.h.d. hoc igitur tẽpore pertransit, &c.i.& cum acceperimus partem finitam ex tempore infinito, in quo motum ꝑtransit totum spatium; tunc in hoc tempore, quod est pars, pertransiuit quandam partem illius spatij necessario; nam positum est ꝙ pertransit totum in tempore infinito; & impossibile est vt petranseat totum, & partem in eodem tempore idem motum æqualis velocitatis, nedum vt pertranseat illa tempore infinito. Et, cũ declarauit ꝙ necesse est, vt motum pertranseat in hac parte temporis finita partem magnitudinis etiam finitam, d.ista igitur pars aut mensurat, &c.i.& ista pars mensuræ, quam pertransit in parte temporis finita, necesse est, secundum ꝙ mensura est finita, q̃ñ mẽsurat ꝑ illã, aut excedat illã, q̃ñ ex magnitudine remanet minus, ꝙ minus mẽsurat ꝑ illã, aut vt excedat, q̃ñ nõ mensurat ꝑ illam illud

Illud, ꝙ cõponit ex ꝑtib' finitis ĩ numero, necessario est finitum.
Idẽ c. sequẽti, & co.60.
Impoſſe ẽ, ut ꝑ trãseat totũ, & ꝑtẽ, idẽ motũ ęq̃lis velocitatis, nedũ vt ꝑ trãseat illa in tpe infinito.

minus. Et cū posuit ꝙ ista pars magnitudinis necesse est vt cōsumat per mēsurationē totā magnitudinē, incępit declarare ꝙ illa pars tpis, in quo ptrāsit illā partē magnitudinis, necesse est vt cōsumat tēpus per mēsurationē etiā, scilicet aut ꝙ mēsuret illud, aut qđ excedat illud, scilicet tēpus, in quo pertrāsit illā totā magnitudinē, & omne, qđ cōsumit a mēsuratione finiti est finitū: sed positū est esse infinitū: qđ est inconueniens. D. d. Si igit magnitudo, &c. id est, si oēs partes æquales parti. b. k, quæ cōsumūt totā magnitudinē pertrāsit illas motu ęqualis velocitatis in tēpore æquali, necesse est vt tēpora, in quibus pertrāsit istas partes sint æqualia etiā, & vt numerus earū sit sicut numerus partiū magnitudinis: & cū partes magnitudinis cōsumant magnitudinē, necesse est vt partes tēporis consumant tempus, in quo motum mouetur per totā magnitudinē: vnde necesse est vt tempus, in quo pertrāsit totā magnitudinā, sit finitum.

Oē, qđ consumit a mēsuratione finiti, est finitū. Idem. 1. ph, c. 37.


Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tempore transibit, sed contingit aliquam in finito tempore transire, vt quæ est. b. K. hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit: quare & finitum erit tempus. Quod autem non in finito tempore transit, quæ est. b. K, manifestum est si accipiatur in altera finitum tempus. Si enim in minori partem transit, hanc, necesse est, finitā esse altero termino existente.

Et etiam, si non omnis magnitudo pertransitur in tempore infinito, sicut magnitudo b. K. & hoc mensurat totum. Et æqualis magnitudo pertransitur in tempore æquali: necesse est vt tempus ēt sit finitum. Et apparet ꝙ pars, quæ est. b. K, non pertransitur in infinito, si posuerimus ipsam finitam ex altera parte. Quoniam, si pars pertransitur in minori tempore, necesse est vt hoc sit finitum: quoniam altera pars est finis eius.

*Demonstratio secunda, per quam probatur idem, quod supra, & sumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum assumendo tempus infinitum, & magnitudinem finitam.*

21 Cōtinuatio,

Cū declarauit ꝙ impossibile est vt motū ptrāseat spatiū finitū in tpe infinito, & posuit ꝙ ptrāsit ptē illius magnitudinis in pte illius tpis, & ꝙ illa magnitudo consumit totā magnitudinē, et qđ totū tps diuidit in tpa æqualia numero magnitudinū, in quas diuidit magnitudo, cū q̄libet magnitudo earū pertrāseat in tpe finito, & omne, ꝙ cōponit ex finito in numero, & magnitudine, est




finitum, & ista demonstratio fundat sup hoc, qđ concedit ꝙ non omnis magnitudo ptransit in tpe infinito, & incœpit notificare q̄uo istud positum est necessariū in hac demonstratione, & verificare ꝓpōnem, dicentē ꝙ non oīs magnitudo pertransitur in tpe infinito. Aduersarius. n. cum posuerit ꝙ aliqua magnitudo pertransitur in tpe infinito, non pōt ponere hoc, nisi in toto, non in parte, & si non tunc totum, & pars pertransirentur in eodem tpe, qđ est impossibile: hæc est eius intentio in hoc capitulo: & incœpit declarare q̄uo verificabitur demonstratio eius cū aduersarius cōcesserit ꝙ nō oīs magnitudo ptransitur in tpe infinito, Et dixit

Textus expositio.

A & ēt si non oīs magnitudo, &c.i. & manifestū est, ꝙ cū posuerimus ꝙ non omnis magnitudo ptrāsit in tpe infinito. V.g. magnitudo, q̄ est pars totius magnitudinis, s.b.k. & posuerimus qđ ista magnitudo, q̄ ptrāsit in tpe finito mēsurat totum, & posuerimus ꝙ magnitudines æquales ptrāsit illud, qđ est æqualis velocitatis in tpibus æqualibus, necesse est vt tp̄s, in quo ptransit ptē magnitudinis, mēsuret totum tēpus, sicut illa pars magnitudinis mensurat totam magnitudinē. Et, cum ita sit, necesse est ꝙ tp̄s, in quo pertransit totam magnitudinē, sit finitū. Et, cū posuerit ppōnes, ex quibus sequit̃ vt oīs magnitudo ptranseat in tpe finito, & vna carū fuit, qđ q̄dā magnitudines ptrāseant in tpe finito, qa aduersarius forte nō cōcedet hanc, incœpit declarare illā, &.d. & apparet, &c.i. & apparet qđ pars magnitudinis necesse est vt pertranseatur in tpe finito: qm̄, cū posuerimus tp̄s finitū ex altero extremo: & est extremū, in quo incœpit motū moueri, & posuerimus, qđ motum incœpit moueri in extremo istius tpis, & ex extremo illius magnitudinis, & pertransiuit ex illo aliquā partē: manifestū est qđ pertrāsiuit istā partē ī tpe finito. Nā notū est per se, qđ in minori tpe pertransitur pars, q̄ tp̄s in quo p̄transitur totū: & minus, q̄ infinitū, est finitū necessario. D.d, ergo necesse est, vt sit finitum, &c.i. qm̄ cū posuerimus tp̄s finitū ex altero extremo, s. ex vltimo, ex quo motū incedit ptrāsire spatiū, & posuerimus ipsum ptransire partes magnitudinis, & totum tp̄s partis distinguetur per duo vltima, s. vltimum, ex quo motū

B incœpit moueri ex extremo magnitudinis, & vltimū, s. ad ꝙ peruenit motū ad vltimam partem magnitudinis: & posuit tp̄s finitū ex altero extremo: qm̄ difficile est, aut impossibile imaginari qđ aliquod motū pertrāseat magnitudinē finitā ex vtroq; extremo tpe in finito ex vtroq; extremo: nā illud tp̄s manifestū est ꝙ est finitū ex extremo, in quo incœpit motū moueri, & ex extremo magnitudinis.

Notū est p se, qđ in minori tpe pertransit pars q̄ tp̄s, ī quo ptrāsitur totū, & minus, q̄ infinitū, est finitum necessario.

Eadem autem demonstratio est, & si longitudo quidem infinita sit, tempus autem finitum. Magnifestum igitur ex dictis est ꝙ neq; linea, neq; planum, neq; omnino nullum continuorum erit atomus, non solum propter quod id nunc dictum est, sed & quia diuidi atomum accidet.

Et ista eadem demonstrato sequitur, si magnitudo fuerit infinita, & tempus fuerit finitum. Manifestnm est igitur ex dictis ꝙ neq; linea, neq; superficies, neq; aliquod continuum est indiuisibile. Et declaratio illius est, ex hoc, ꝙ nunc diximus, & ex hoc, quia sequitur ꝙ

C indiuisibile, sit diuisibile.

Id est demonstratio, per q̄ declaratur ꝙ īpossibile est vt spatium finitum pertranseatur in tpe infinito, p illam eandē declarabitur ꝙ impossibile est ēt, vt aliquod motum ptranseat magnitudinem infinitā in tpe finito: qm̄ qn̄ idem motum ptransibit illam magnitudinē infinitam in tpe finito, necessario ptransibit partē illius magnitudinis in parte illius tpis, & illa pars consumet totū tp̄s, & mensurat illud, cum fuerit finitū, & in tpibus æqualibus finitis pertransit motum magnitudines æquales scdm numerū tp̄um: ex quo sequit̃ vt tota magnitudo sit finita. D.d. manifestū est igit̃ ex dictis, &c.i. declaratū est igit̃ ex dictis qđ īpossibile est, vt aliqđ continuū cōponat̃ ex indiuisibilibus, V.g. linea, aut superficies, aut corpus, aut tempus, aut motus. D.d. & declaratio illius, &c.i. ex demonstrationibus prædictis: illa.n. ex quibus declarauit quod magnitudines non sunt indiuisibiles, sunt tria genera quorum vnum est ex natura continuorū, & contiguorū. Secundum aūt est ex natura moti, & motus. Tertiū aūt ex natura velocioris, & tardioris. Et ipse vult etiam inducere aliam demonstrationē ex natura velocioris, & tardioris, in qua declarat quod qui ponit magnitudinem indiuisibilem contiget ei quod velocior non diuidatur. & hoc intendebat, cum dixit & quia sequitur vt indiuisibile sit diuisibile, id est & hoc apparet etiam, secundum quod declarabitur: qm̄ sequitur vt indiuisibile sit diuisibile.

22


Illa ex quibus Ari. declarauit qđ magnitudines nō sunt indiuisibiles sunt tria genera.

Velocius in æquali tpe maius spatium pertrã sit.

Quoniam autem in omni tempore velocius,& tardius est, velocius autem plus transi: in æquali tempore, contingit autem & duplicem,& hemoliam transire longitudinem. Sit enim hæc ratio velocis. Adducatur igitur velocius secundum hemioliam in eodem tempore,& diuidantur magnitudines,quę quidem velocioris sunt in quo est.a.b.c.d,in tres atomos. Quæ vero sunt tardioris in duas,in quibus sunt.e.z i. Itaq; & tempus diuidetur in tria aoma. Aequale enim in æquali tempore pertransibit. Diuidatur igitur tempus in ea,quæ sunt.K.l m.n. Iterum autem quoniam tardius deductum est per.e.z.i.& tempus separabitur in gemina. Diuidetur ergo atomus, & impartibile· non enim in atomo transit,sed in pluri. Manifestum ergo est quod nihil continuorum est impartibile.

Quoniam,quia in omni tempore inuenitur velocius,& tardius,& velocius pertrãsit maius in ęquali tempore,& potest transire longitudinem duplam longitudinis,aut ęqualem, & dimidiam, & contigit ex hoc vt velocitas sit in hac proportione. Ponatur igitur quod velocius pertranseat ęqualem, & dimidium illius, quod pertransit alterum in ęquali tempore, & diuidamus mensuras velocioris,scilicet.a.b.c.in tria indiuisibilia, & mẽsuras tardioris in duo,s.h z, ergo necesse est etiã vt tp̃s diuidatur in tria tpa indiuisibilia. Mensura enim æqualis pertrãsitur in tpe æquali .Diuidemus igitur tp̃s in.q m.n.Et etiã,qa tardius pertrãsit spatiũ . h z.necesse est etiã vt tp̃s diuidatur in duo æqualia.Ergo diuiditur illud,qđ est indiuisibile,quoniã pertransitus eius nõ erit in tpe ĩdiuisibili: sed in maiori quã tp̃s velocioris. Manifestũ est igitur quod nullum continuum est indiuisibile.

*Demonstratio,quod nullum continuum est compositum ex indiuisibilibus.*



A Ista declaratio fundatur super propositiones, quarum vna est, quod velocius pertransit in æquali tempore maius spatium, quam illud, quod pertrāsit tardius: & cum ita sit, & velocius, & tardius sunt multis modis, possibile est, vt cum posuerimus quod aliquod tardius mouetur per aliquod spatium in aliquo tempore, inuenire aliquod velocius, quod mouetur illo tempore per æquale, & dimidium illius spatij, & quod motum pertransit medietatem spatij, per quod mouetur in medietate illius temporis. Et, cum declarauit hoc, posuit aliquod tardius, quod mouetur per aliquod spatium compositum ex duabus partibus indiuisibilibus in aliquo tempore, & posuit aliquod velocius moueri in illo tempore per æquale, et dimidium illius spatij: & hoc possibile est: vnde necesse est vt spatiū, per quod mouetur hoc velocius, componatur ex tribus partibus indiuisibilibus: cum proportio trium & duorum sit sexquialtera. &, quia tempus, in quo pertransitur magnitudo, est æquale magnitudini, & diuisibile in partes æquales numero partibus, quibus diuiditur magnitudo, vt declaratū est ex prædicta demonstratione, sequitur vt illud tempus, in quo velocius pertransit magnitudinem compositam ex tribus magnitudinibus indiuisibilibus, sit ēt cōpositū ex tribus tpibus indiuisibilibus. Et quia tardius pertransiuit in hoc tempore magnitudinem compositam ex magnitudinibus indiuisibilibus, pertransibit medietatem istius magnitudinis compositæ ex duabus partibus indiuisibilibus, in medietate illius temporis. Et, quia B illud tempus componitur ex tribus partibus indiuisibilibus, sequitur vt pertranseat illam in tempore, & dimidio temporis, & sic diuiditur indiuisibile. Et hoc intendebat, cum dixit, & etiam quia tardius, &c. id est quando tardius pertransit medietatem spatij. h. z. quoniam notum est quod, cum aliquod motum pertransit aliquod spatium in aliquo tempore, quod pertransibit medietatem illius spatij in medietate illius temporis. Et etiam, si posuerimus hoc motum tardius moueri per totum spatium, per quod velocius mouetur, pertransibit illud in maiori tempore, & mouebitur in medietate illius temporis per medietatem illius spatij compositi ex tribus partibus indiuisibilibus. Et sic diuiditur indiuisibile: & hoc intendebat, cum dixit, quoniam pertransitus eius non erit in tempore æquali in tempore maiori nedum, vt sit in tempore indiuisibili.

*Ostendit ꝙ indiuisibile temporis est ipsum nunc: & ꝙ in ipso nunc non contingit esse motum, neq; quietem.* Cap. III.

C Necesse autem est & ipsum nunc, quod non secundum alterum, sed per se, & primum dictum indiuisibile, & in omni tempore huiusmodi esse. est enim aliquid vltimum eius, qđ est factum, cuius super hoc nihil futuri est. Et iterum futuri est, cuius super hoc nihil est illius, quod factum est. Quod vtique diximus vtrisq; esse terminum.

Instans est Indiuisibile secundū subiectū, & diuisibile scđm rōnem.

Et necesse est vt instans etiam, quod non dicitur per aliquod, sed per se, & principaliter vt sit indiuisibile, & quod est in toto tempore vnum vno modo. est enim vltimum eius quod fuit, & nihil ex eo est futuri. & est vltimum futuri, & nihil ex eo est eius, quod fuit. & hoc est, quod diximus, quod est extremum vtriusque.

Idē 4. ph. c. 121.

a Instās dr vere, & trāsūptiue. idē infra. 54.

VVLT declarare & instans, quod dicitur finis præteriti, & principium futuri, est vnum indiuisibile secundum subiectum, sed est diuisibile secundum rationem. s. qđ vltimum præteriti non est aliud in subiecto a principio futuri. Et, quia instās in rei veritate dr̄ de illo quod non diuiditur oīno, & dicitur transumptiue a de tempore breui, in cuius medio est hoc instans, qđ vulgus appellat tempus præsens. Et hoc tempus b in rei veritate componitur ex duobus tēporibus. s. præterito & futuro, dixit, & necesse est vt instans etiam, &c. i. præseruando se ab isto tempore, de quo dicitur instans non principaliter. D. narrauit ꝙ verum instans necesse est vt sit indiuisibile, & vt sit vnum in toto tēpore. Et, cū 24

b Tp̄s presens ī rei veritate cōponit̄ ex duobus tpib', s. pterito, & futuro.

narrauit qd' necesse est vt sit vnum indiuisibile, incœpit declarare hoc, & di) xit, est enim vltimũ, &c.i. & necesse est vt sit indiuisibile: quia est vltimum non temporis præteriti, & non est pars temporis futuri: & est etiam principium temporis futuri, & non est pars temporis præteriti. D. d. & hoc est, qd' diximus, etiã, &c. id est, & istud instãs est illud, de quo diximus, cũ locuti fuimus de tempore, q est extremũ tpis p̃teriti, & futuri, scilicet finis p̃teriti, & princ'piũ futuri.

Hoc autem, si demonstretur, quoniam huiusmodi est per se, & secundum ipsum, simul manifestum erit quod indiuisibile est.

Et, cum declaratum est in hoc quod est tale, & quod est vnum, appaiet cum hoc quod est indiuisibile.

25 Et cũ declaratũ est qd' verũ instãs est tale. s. q nõ est pars tpis p̃teriti, aut futuri, manifestũ est qd' est vnũ, & qđ cũ hoc est indiuisibile Et nõ intẽdit qd', cum fuerit declaratũ qd' est vnũ, apparebit p mediũ, qd' est indiuisibile: qm̃ scire ipsum esse vnũ, & scire ipsum esse ĩdiuisibile est in eodẽ ordine: & iõ dixit, apparebit cũ hoc: nã aliquis potest dicere, etiam, si concedamus quod instans est indiuisibile, tñ non cõcedemus qd' est vnum, sed duo: vnum finis præteriti, & sed'm principium erit futuri: & ambo sunt indiuisibilia. Cũ igitur apparet qd' est vnum, declarabitur cum hoc quod est indiuisibile sed'm dualitatem. Hoc igitur, q declarauit hic de indiuisibilitate, est aliud ab illo, qd' declarauit in tẽpore, & fundatur super duo fundamenta: quorum vnum est, qd' instans non est pars præteriti, aut futuri. Secundũ vero est qd' indiuisibile nõ cõtinuatur cũ indiuisibili. Et, cum narrauit qd', cum instans fuerit tale, necesse est vt sit vnum non diuisibile in duo, ñ declaratum est qd' in se non est diuisibile: sed quæritur hic quare non diuiditur in duo, & ideo incœpit declarare hoc, & dixit.

Scire instãs esse vnũ, & scire instãs esse indiuisibile est ĩ eo dẽ ordine. p hoc vide c.3.4. met.

Necesse est igitur idem esse ipsum nunc, quod vltimum vtrisque temporibus est. Si enim alterum est, consequenter non erit alterum alteri pp id qđ nõ est continuũ ex impartibilibus. Si aũt seorsum est, vtrisque inter mediũ erit tp̃s. Omne enim cõtinuũ huiusmodi est, vt inter fines aliquid sit vniuocũ. At vero, si tp̃s medium est, diuisibile erit. Omne enim tp̃s, ostensum est, q diuisibile sit: quare & diuisibile erit ipsum nũc. Si aũt diuisibile ipsum nũc, esset aliquid, quod factum est, in futuro, & fututũ in eo, quod factũ est, secundũ quod enim diuidetur, hoc determinat præteritum, & futurum tempus.

Necesse est vt instans, quod est vltimum duorum temporum, sit vnum. Quoniam, si fuerit vnum post aliud: impossibile est vt vnum sequatur aliud, quoniam tunc continuum erit compositum ex indiuisibilibus. Et, si vtrũq; fuerit separatũ a reliquo, tunc inter illa erit tempus. Quoniam hæc est dispositio cuiuslibet cõtinui. Ergo necesse est, vt inter duo extrema sit aliquod vnigeneum. Sed, si inter duo extrema fuerit tempus, diuidetur. Nam declaratum est, q omne tempus est diuisibile, & sic instans erit diuisibile. Et, si instans fuerit diuisibile, sequitur vt aliquod præteritũ sit in futuro, & aliquid ex futuro sit in præteritum. Quoniam vbi hoc distinguitur, illic est differentia inter præteritum tempus, & futurum.

26 Et, cum hoc sit declaratum, necessario sequit' vt instans, quod est finis præteriti, & principium futuri, sit idem indiuisibile, nisi secundum definitionem [illegible] Et, cum narrauit q est vnum, dedit rationem super hoc, & dixit, qm̃ si fuerit vnũ post aliud, &c. i. qm̃ si finis præteriti fuerit vnũ instans, & principium [illegible] fuerit aliud instans, necesse est, aut vt instans sequat' instãs, & tãgat ipm, aut vt al

A terum non tangat reliquũ: sed impoſsibile eſt vt alterũ tangat reliquum: qm̃ tũc cõtinuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus: ꝙ eſt impoſsibile: & etiam impoſſibile eſt vt alterum ſit ſeparatum a reliquo non tãgens: qm̃ tũc ſequit' vt inter illa ſit tp̃s: nã impoſsibile eſt vt continuũ ſit compoſitum ex ſegregatis, inter quæ impoſsibile eſt vt ſit aliquid etherogeneum: & hoc intendebat, cum dixit, qm̃ hęc eſt diſpoſitio cuiuslibet continui, &c. i. qm̃ in omni continuo neceſſe eſt vt inter duo vltima poſita ſit aliquid de gñe illorũ duorũ vltimorum. Si igitur fuerint pũcta, neceſſe eſt vt inter illa ſit linea: &, ſi ſuperficies, neceſſe vt inter illas ſit corpus: & ſi lineæ, neceſſe eſt vt inter illas ſit ſuperficies: & ſi inſtantia, neceſſe eſt vt inter illa ſit tempus. Vltima enim nõ inueniunt', niſi in habentibus vltima. ſ. ꝙ pũcta non ſunt niſi in linea, & inſtantia in tempore. Et impoſsibile eſt vt cõtinuũ componatur non ex ſuo gñe, aut ex rebus ſeparatis: & etiam impoſsibile eſt vt vltima ſegregentur. Deinde dicit, ſed ſi inter duo extrema fuerit tp̃s, &c. ſ. nã poſitum eſt ꝙ inſtans eſt indiuiſibile: qm̃ nõ eſt pars tp̃is pręteriti, aut futuri. Dein de induxit impoſsibile, quod ſequit', ſi fuerit diuiſibile, & dixit, & ſi inſtans fuerit diuiſibile, &c. i. qm̃ inſtans, ſi ponat' tp̃s, diuidet' per verum inſtans in præteritũ, & futurum: &, quia eſt terminus inter præteritũ & futurum, vt deſcribitur, neceſſe eſt vt pars præteriti, quæ eſt in eo, ſit futura: quia diſtinguetur ab vltimo, ꝙ eſt inter tempus præteritum, & inſtans diuiſibile. Et ſimiliter ſequitur vt pars futu
B ra ſit præterita: qm̃ erũt illic tria vltima, ſ. vltimũ, per qđ' diuiditur inſtãs; & vltimũ, per qđ' continuatur cũ præterito & vltimum, per qđ' cõtinuatur cũ futuro. Et vniuerſaliter, cũ illud tempus accipit', ſcđ'm ꝙ eſt poſt præteritũ, erit futurũ: & cum accipit', ſcđ'm qđ' eſt ante futurũ, erit præteritũ. & ſimiliter partes eius, qñ cũ diuidit' in duo, diuidit' in p̃teritum, & futurũ: & vtrũq; eſt præteritũ, & futurum inſimul. quod eſt impoſsibile.

Simul autem, & non per ſe erit hoc nunc, ſed ſecundum alterum. Diuiſio. n. non eſt illius, ꝙ ſecũdum ipſum eſt. Adhuc autem ipſius nunc hoc quidem factum erit, illud autem futurum, & non ſemper idem factum eſt, & futurum. Neq; itaq; ipſum nũc idem eſt ſimul, multipliciter enim diuiſibile eſt tempus.

Et erit cum hoc inſtãs nõ illud, quod eſt per ſe, ſed illud, qđ eſt alio modo. Diuiſio. n. non eſt ei in ſe. Et cum hoc inſtãs nõ habet quandam partem præteritã, & quãdam futurã, & quod eſt vnum non fuit, & erit. Et inſtãs non erit idẽ tp̃s. n. diuiditur in multis diuiſionibus.

Cũ declarauit qđ' vnũ impoſsibiliũ cõtingẽtiũ ponẽtibus qđ' inſtãs eſt tẽpus, 27
C eſt, vt ſit pars futuri p̃terita, & pars p̃teriti ſit futura, incœpit inducere aliud impoſſe. et dixit, & erit cũ hoc inſtans non illud, qđ' eſt p ſe, i. & cum hoc inſtãs, nõ eſt inſtãs, qđ' eſt p ſe primo, & principaliter, ſed illud, qđ' dicit' ſcđ'm ſimilitudinẽ. D. d. diuiſio enim, &c. i. & iſta impoſsibilia contingunt ponẽtibus ꝙ inſtãs eſt tẽpus: quia diuiſio nõ eſt in eſſentia. i. in natura inſtantis, niſi per accidẽs, cũ ſit terminus inter præteritũ, & futurum. D. induxit etiam aliud impoſsibile, & dixit, & cum hoc, &c. & etiam ſequitur tertiũ impoſibile, ſi inſtans fuerit tp̃s. ſ. vt quædam pars inſtantis ſit præterita, & quædam ſit futura, & vnius quædã pars nõ eſt futura, & quædã pręterita, nã vtraq; pars nõ eſt: & impoſsibile eſt vt vnũ ens cõponat' ex duobus nõ entibus. D. induxit quartã rõnẽ, & dixit, & iſtãs nõ erit idẽ, i. & ipoſſe eſt, ſi inſtãs fuerit tp̃s, vt ſit indiuiſibile. nã oẽ tp̃s eſt diuiſibile.

Quare, ſi hoc impoſſibile eſt in eſſe ipſi nunc, neceſſe eſt idem eſſe ei, quod in vtroq; eſt nunc: At vero, ſi idem eſt, manifeſtum ꝙ eſt indiuiſibile. Si enim diuiſibile eſt, iterum cõtingẽt eadem, que & prius. Cum igitur iſta ſunt impoſſibilia, neceſſe eſt, vt inſtans ſit idem, ſ. inſtans quod eſt in vtroq;. Sed, ſi fuerit idem, manifeſtum eſt quod

In oĩ continuo, neceſſe eſt, vt inter duo vltima poſita, ſit aliquid de gñe illorũ continuorum.

Diuiſio non eſt ĩ eẽntia, id eſt, in natura inſtantis, niſi per accidens: qđ quõ ſit intelligendũ. vide 4. ph. c. 121.

est etiam indiuisibile. Quoniam, si fuerit diuisibile, sequuntur ex hoc etiam illa, quæ prius sequebantur.


28 Cum declarauit primo ꝙ instans impossibile est vt diuidatur in indiuisibile. D. declarauit secundo ꝙ impossibile est etiam vt diuidatur in diuisibile. Dixit cum igitur ista sunt impossibilia, &c & cum ista impossibilia prædicta sequantur ponentes ꝙ instans est indiuisibile, siue indiuisibile, necesse est, vt instans sit idem, s. instans commune vtrique tempori præterito, & futuro: & hoc intendebat cum dixit, s. instans, quod est in utroque, i. instans, quod est differentia communis vtriq; tempori. Et cum declarauit quod necesse est, vt sit idem, quia est indiuisibile, declarauit etiam conuersam. scilicet quod cum fuerit idem sequitur vt sit indiuisibile: & quasi intendebat quod conuersio est manifesta per se: & ipsum esse indiuisibile non est manifestum per se. & ideo dixit sed si fuerit vnum, &c.

**Quod mot' in īstanti nō possit fieri.**

Quod quidem igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipm nunc, manifestum est ex hic, quæ dicta sunt. Quod autem nihil in ipso nunc mouetur ex his manifestum est. Si nanque est, contingit & velocius moueri in ipso nunc, & tardius. Sit igitur ipsum nunc, in quo n, moueatur autem velocius in ipso per, a, b. Ergo tardius in ipso per minorem quam sit, a, b, mouebitur, vt per, a, c. Quoniam autem tardius in toto ipso nunc mouetur per a c, velocius in minori, quam hoc mouebitur. Quare diuidetur ipsum nunc: sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri in ipso nunc.

Declaratum est igitur ex dictis ꝙ in tpe est aliquod indiuisibile, quod dicitur instans: & nos declarauimus prius ꝙ nihil mouere in hoc instanti. Si igitur possibile est vt moueatur velocius, & tardius. Sit igitur instans n, & moueatur in illo aliquod velocius per spatiū a b, ergo tardius mouebitˀ in illo per minus spatiū, quā p spatiū, a, b, v.g. spatiū, a, c. Si igitˀ tardius in toto instanti mouetˀ p spatiū, a, c, tunc velocius mouebitur per minus. Vnde sequitur vt instans sit diuisibile. Sed est indiuisibile: ergo impossibile est vt aliquid moueatur in istāti.

*Demonstratio ostendens quod in ipso nunc motus esse non potest.*




29 Cum declarauit ꝙ, instās est indiuisibile, vult declarare ꝙ impossibile est vt motus fiat in instanti declaratione perfecta: & preponit ad hoc, ꝙ in qualibet parte temporis, in qua motus potest fieri possibile est, vt duo mota moueantur, vnum velocius, & aliud tardius. Cum igitur hoc fuerit positū, & posuerimus duo mota vnū velocius, & aliud tardius moueri in instāti per aliquod spatium, non est dubium quin tardius moueatur in illo per spatium minus. Et, cū posuerimus ꝙ velocius mouebitur per illud spatium minus: & motū velocius mouetur per spatiū minus in minori tpe. Manifestum est quod velocius per-

A transibit hoc spatium in tempore minori instāti: quod est contra positum. Et sermo eius in hoc capitulo est manifestus: & iam declaratum est quod impossibile est vt motus fiat in instanti ex prędictis, s. quia omne velocius possibile est ponere velocius ipso. Quoniam non potest aliquis dicere quod illud, quo nihil est velocius, est illud, quod mouetur in instanti: & illud, quo nihil est tardius, est illud, quod mouetur per magnitudinem indiuisibilē: &, si hoc esset, non esset proportio inter illū motum, & alios motus, s. qui est in maxima velocitate, & maxima tarditate, quia non est proportio, inter lineam, & punctum. Notum est per se quod motus sunt proportionales secundum velocius, & tardius.

At vero neq; quiescere. Quiescere enim diximus aptum natum moueri, quod non mouetur, quando aptum natum est, & quo, & vbi. Quare, quoniam in ipso nunc nihil aptum natum est moueri, manifestum est, quia neq; quiescere.

Neq; et est possibile quiescere: quoniam, iam diximus ꝙ quies non dicitur, nisi in eo quod innatum est mouei, cum nō mouetur, quando innatum est moueri, & quo innatum est moueri, & quo est. Et B quia impossibile est aliquid innatum esse moueri in instanti, manifestum est ꝙ nihil omnino est innatum quiescere in eo.

Cum declarauit quod impossibile est motum fieri in instanti, vult declarare, quod similiter est in quiete: & posuit quod quiescens non dicitur quiescere, nisi qn̄ secundum suam naturam, & locum, & tempus fuerit innatum moueri, & non mouetur. Et hoc intendebat cum dixit qm̄ iam diximus, quod quies, &c. & intendebat, cum dixit in eo, quod innatum est moueri, in eo, quod habet naturam recipiendi motum. Et cum dixit & quando intendit in tempore, in quo innatum est moueri. Et, cum dixit, & in quo innatum est, intendit & ad locū, quo innatum est moueri. Et, cum dixit secundum quem innatum est: intendit, & cum fuerit in ea dispositione, quæ innatum est moueri. Et, cum posuit quod quiescens est illud, quod innatum est moueri in tempore, in quo est innatū, & ad locum in quo est innatum, & similiter in aliis dispositionibus, dixit, quia igitur impossibile est, &c. Et consecutio istius sermonis est manifesta: qm̄, qa quiescens non quiescit, nisi in tempore, in quo innatum est moueri: & instans non est tempus, in quo potest aliquid moueri: concluditur in secunda figura, qđ tempus, in quo aliquid quiescit, non est instans.

Amplius, si idem quidem nunc in vtrisq; temporibus est, contin- C git autem hoc quidem moueri, illud autem quiescere per totum: Quod autem mouetur in tempore & toto, in quolibet mouebitur huiusmodi, secundum quod aptum natum est moueri, & quiescens similiter quiescet, continget idem simul quiescere & moueri. Idem enim vltimum corporum vtrorumq; ipsum nunc. Amplius autem quiescere quidem dicimus quod similiter se habet ipsum, & partes, nunc & prius. In ipso aūt nunc non est prius: quare neq; quiescere. Necesse est ergo & moueri quod mouetur in tpe, & quiescere quiescens.

Et etiam, si instans est idem in vtroq; tempore: & est possibile vt secundum aliquid totum moueatur in altero, & quiescat. Et illud, quod mouetur secūdum totum in aliquo tempore, mouetur in quolibet loco demonstrato locorum, in quibus innatum est vt motus fiat. & quod quiescit, similiter quiescit illo modo. Sequitur necessario vt idem sit motum, & quiescens. Nam instans idem est vltimum duorum temporum.

**Ista est alia declaratio**, & intentio eius est: qm̄ quia motum mouetur in tempore, & quiescit in alio, & instans, quod diuidit hæc duo tempora, est idem vt prædictū est, & oīs pars in qua demonstrat᷑ res mota in tpe, in quo mouet᷑ est mota in ea. & oīs pars, in qua demonstrat᷑ res quiescens in tpe, in quo quiescit, est in ea quiescēs, si dispō motus in instāti, qđ diuidit hæc duo tpa, s. tp̄s quietis, & tp̄s motus sit ista dispō, sequit᷑ vt in hoc instanti sit quiescens, & motū insimul: quia est cōe vtriq; tpi: & illud, qđ mouet᷑ in vno tpe est quiescens in toto, vel in oībus ptibus, & in toto alterius est motum. Si igitur quiescit in hac pte cōi, necessario mouebit᷑ in ea: ex quo sequit᷑ vt illud sit in instanti quiescens, & motū simul. D. d. & ēt, si instās, &c. i. & cū posuerimus qđ instans est, vt declaratum est, & cōe vtriq; tpis, & est poſſe, ut illud moueat᷑ scd̄m totū in altero duorū tpum, q̄ diuidit instans, & quiescit in altero. Et, cū posuerit hāc ꝓpōnē, cōiunxit & aliam, & dixit & illud, qđ mouet᷑ scd̄m totū, &c. i. & oē totū qđ mouet᷑ scd̄m totū in toto aliquo tpe, necessario mouet᷑ in qualibet parte illius tpis, cū sit positū ipsum moueri in oīb' partibus eius, s. ꝙ motus eius est poſſis in qualibet pte tpis, in quo mouet᷑ scd̄m totū. Et silr, qđ quiescit est qescēs in oīb' ptibus tpis, ī quo quiescit. Et cū posuit has ꝓpōnes, quasi p̄cedētes, quarū vna est, ꝙ instās est cōe duobus tpibus insil', & est vnū indiuisibile. Et scd̄a est, qđ poſſe est vt illud scd̄m totū moueat᷑ in uno tpe scd̄m totum, & quiescat in alio, s. in duobus tpibus, q̄ diuidit instās cōe. Et tertia est, qđ in qualibet pte tp'is, in quo res mota mouetur, est mota, & in qualibet parte temporis in quo quiescit, est quiescens, induxit consequens, & dixit sequitur necessario, &c. & ista consecurio manifesta est: qm̄, cum instans fuerit commune vtriq; tpi motū mouet᷑ in oībus ptibus vnius tp'is, & quiescit in oībus ptibus alterius temporis. Si fuerit possibile ipsum quiescere in instāti, necessario mouebitur in eo: & sic erit in eo quiescens, & motū: ꝙ est impossibile. Ergo in hac parte neq; quiescit, neq; mouet᷑. Et cū verificauit quod impossibile est vt aliquid moueatur, aut quiescat in instanti, necesse igitur est, vt motum non moueatur, & quiescens non quiescat, nisi in tempore. A B

Quod mutatur aūt omne diuisibile esse necesse est: quoniam. n. ex quodam in quod dā omnis mutatio est. Et cū quidem sit in hoc, in qđ mutatum est, nō amplius mutatur. Cū aūt est in eo, ex quo mutatū est, & ipsum & partes eius non mutantur. Qđ. n. similiter se habet, & ipsum & partes oēs non mutantur. Necesse igitur hoc quidē, aliquid in hoc esse, aliud v. ro in altero mutantis. Nō. n. in vtrisq;, neq; ī neutro possibile est ess Dico aūt in quod mutatur primū scd̄m mutationem, vt ex albo in fuscū, non in nigrū. non. n. necesse est, ꝙ mutatur in quocunq; esse vltimorū. Manifestam igitur est ꝙ omne, quod mutatur, erit diuisibil.

Et omne trans mutabile necessario est diuisibile. Quoniam, quia omnis transmutatio est de aliquo, & ad aliquid. Et quando res manet in illo, ad qđ transmutatur, tunc non transmutatur. Et, cum etiam manet in ill, a quo transmutatur omnibus suis partibus, tunc non transmutatur. Et quoniam illud, quod est, & suæ partes eodem modo non est transmutatum. Sequitur necessario vt transmutatum scd̄m quandam partē sit in hoc, & scd̄m aliam sit in hoc. Quoniā impossibile est, vt in vtroq; sit, aut sit in neutro. Et intelligo per hoc, quod dico, in quo transmutatur primum in transmutatione, V. g. ex albo in pallidum, non in nigrum. Quoniam non est necessarium vt transmutatum sit, aut in hoc extremo, aut in hoc. Ergo manifestum est quod illud, quod transmutatur, est diuisibile.

A In hac qõne accidit expositoribus qõ quasi ĩsolubilis cõtra Ari. dicũt. n. qđ, si intelligit per transmutabile mobile, s. illud, qđ ꝓprie cadit in tria p̄dicamẽta tm̃, s. in quanto, & vbi, & quali, tunc sermo eius non continet transmutationẽ in substantia: & manifestũ est qđ illud, qđ transmutať in substantia est diuisibile sicut illud, qđ transmutatur in alijs motibus. Et ẽt iam dixit super hoc, qđ transmutatio in substantia, non collocať sub hac declaratione, vnde opinandũ est qđ vtitur hic transmutatione, pro tribus transmutationibus: sed si hoc mõ fuerit intellectus iste locus, excipiunť tunc tansmutationes, quæ fiunt non in tpe: & ista transmutabilia sunt diuisibilia, & corpora: & sic demonstratio erit particularis. & deberet esse vl'is. Et, si intellexerimus per transmutabile illud, qđ transmutatur in tpe, & in nõ tpe, tũc demõstratio nõ erit vera: nã trãsmutatũ nõ in tpe non erit sedm quãdã partẽ in eo, ex quo, & sedm aliã in eo, ad qđ. Et ideo expositores ambigũt in respõsione in isto loco, & dicũt qđ Alex. exponit ꝙ oĩs trãsmutatio est in tpe, sed q̃dã latet sensum. Themistius vero dixit qđ Arist. nõ loquitur hic de illo, qđ trãsmutatur nõ in tpe: fingit enim istã trãsmutationẽ esse diuisibile: & qđ manifestũ est per se trãsmutationẽ esse ĩ tẽpore: & intẽtio eius est trãsmutatio in omnibus partibus. Alex. autem contradicit in hoc famoso, vel magistro magno: qm̃ Arist. & omnes peripathetici dicunt hic esse transmutationes, quę fiũt non in tempore: & hoc est manifestum in illuminationibus, & similibus. Ergo B nihil est ponere quod omnis transmutatio est in tempore. Dissolutio autem Themistij corrumpitur ex hoc: quoniam ignorare transmutatum esse diuisibile, aut indiuisibile per transmutationem diuisibilem, aut indiuisibilem est in eodem ordine. Sed dignius est, ut sit latentius naturaliter transmutatum esse diuisibile per transmutationem indiuisibilem. Existimatur enim quod transmutatio indiuisibilis debet esse in indiuisibili. Et etiam demonstratio, qua Aristo. vtitur in hoc, non erit prima, & essentialis: quoniam diuisibilitas eius, quod transmutatur in tempore, non est ei, secundũ quod est in tempore, cum inueniatur in eo, quod non transmutatur in tempore. Et sic illud, quod accipitur causa in hac demonstratione, non est causa: & erit, ac si aliquis diceret, ꝙ homo est ambulans, quia est rationabilis rationabilitas enim non est causa ambulationis, nisi per accidens. Auempace respondit ad hoc, quod diuisibilitas, quam Aristo. intendit in hoc loco, non est diuisibilitas secundum vltima, sed diuisibilitas, quę est in corpore per accidentia opposita: quoniam, cum transmutatum trãsmutatur de contrario in contrarium, necessario diuiditur per duo contraria, dum transmutatur: & certe ista diuisibilitas est prima transmutatio in tempore, & non accidit C ei idem, quod accidit Themistio. Sed ista diuisibilitas est per accidens in continuo. & Aristote. non considerat in hoc loco nisi diuisibilitatem, quæ est continui essentialiter, s. secundum vltima. Ego autem diu sustinui opinionem Auempace, sed modo non: quoniam transmutationes sunt duobus modis: modus existens per se, & est transmutatio, quæ est de quiete in quietem: & modus existens non per se, & est transmutatio, quæ est finis alterius transmutationis. Verbi gratia, illuminatio domus, quæ fit a motu candelæ, & mutatio colũnæ de dextro in sinistrum a motu columnæ. Et manifestum est quod istę transmutationes sunt non in tempore: quia sunt fines transmutationũ: & finis est indiuisibilis, & differt ab illo, cuius est finis. Et est manifestum quod impossibile est vt sit p se: ergo transmutationes, quæ sunt principales sunt duobus modis, Aut transmutatio, cuius finis est de genere illius transmutationis, Aut trãsmutatio, cuius finis est de alio gñe: & vtraq; est transmutatio in tempore: & quædã est in eo, ex quo, & quædam in eo, ad quod: & indifferenter, siue finis transmutationis fuerit de genere ipsius, aut non de genere. Ergo transmutabilia, quæ sunt nõ in tempore eadem ipsa sunt transmutabilia, quæ sunt in tempore. Ergo, cum fuerit declaratum de istis, quæ sunt in tempore, quæ sunt diuisibilia, declarabũtur omnia transmutabilia esse diuisibilia. Cum omne transmutabile non in tempore est transmutabile in tempore. Et etiam transmutari aliquid non in tempore est per accidens, cum consequatur transmutationem aliam. Quomodo igitur accusatur Arist. si demonstratio ipsius non continet ipsam: cum illud, quod est per accidens,

32 Quæstio, vtrũ Philosophus in hoc loco intelligat ꝑ transmutabile id qđ solũ in trib' p̄dicamẽtis ẽ trãsmutabile.

Rõ Ale.

Rõ Them.

Cõtra Ale.

Cõtra Themist.

Rñsio Auempace.

Contra Auempace.

Trãsmutatio duplex. ꝑ se, & non per se.

Vide consimilẽ distinctionẽ 4. ph. c. 129.

Finis est ĩdiuisibilis, & differt ab eo cuius est finis. Idẽ ĩfra t. c. 46.

non habeat demonstrationem cum hoc, quod cognitio eius collocatur in cognitio ne transmutabilis per se: quoniam illud, quod est per accidens, sequitur illud, quod est per se: & etiam finis transmutationis non est transmutatio: quoniam finis rei non est illa res. si igitur dicatur transmutatio, erit per æquiuocationem: & ideo Arist. non apponit illi, cum hoc, quod apparet in sua declaratione: & sic Arist. intentio latet omnes expositores. D.d. omnis transmutatio est de aliquo, i. de aliquo, in quo est quiescens: & quia ista, sicut diximus, est transmutatio, quæ est essentialiter, s. de quiete in quietem. Transmutatio vero, quę sequitur transmutationem, non est de quiete, in quietem: & ideo non est transmutatio existens per se. Et, cum posuit quod omnis transmutatio est de quiete in quietem, dixit & res quoniam manet in illo, &c. i. & res transmutabilis, quoniam quiescit in illo: ad quod transmutatur, tunc non transmutatur: quoniam iam transmutata est. Et similiter, quoniam quescit in illo, a quo transmutatur secundum omnes suas partes, non dicitur tunc transmutari ipsam. Et cum posuit, quod cum aliquid secundum suas omnes partes fuerit in illo, ad quod transmutatur, non transmutatur: quoniam iam transmutatum est. Et similiter quoniam fuerit secundum omnes partes in eo, a quo transmutatur, quoniam nondum transmutatur, dixit, sequitur necessario, &c. i. sequitur necessario vt transmutatum in prima transmutatione sit secundum quandam partem in eo, a quo est transmutatio, & secundum aliam in eo, ad quod est transmutatio primo. Nam impossibile est vt in tempore transmutationis sit in vtroque insimul secundum omnes partes; quoniam tunc esset quiescens, & motum insimul. Et impossibile est etiam, vt in prima transmutatione sit in neutro, s. neque in illo, ex quo est transmutatio, neque in eo, ad quod est transmutatio primo. Quoniam inter illud, ad quod est transmutatio, & illud, ex quo est transmutatio primo, non est medium. Et cum posuit hoc, dixit ergo necesse est vt transmutatum, &c. D. declarauit quæ sunt hæc duo, & dixit & intelligo, &c. i. & intelligo per hoc, quod dixit, quod, transmutatum in prima transmutatione debet esse secundum quandam partem in eo a quo est transmutatio, & secundum aliam in eo, ad quod est transmutatio primo, non postremo: quoniam non est necesse vt transmutatum in prima transmutatione sit secundum quandam partem in eo, ex quo, & secundum aliam in eo, ad quod est transmutatio in postremo: cum inter hæc duo sit medium. Et dixit exemplum de transmutatione in qualitate, & de qualitate in coloribus: cum primum appareat in hac transmutatione: bene apparet enim quod in coloribus est color, inter quem, & illum, a quo est transmutatio, non est medius. Et considerandum est quid sit primum in vnaquaque quatuor transmutationum: nam ista demonstratio fundatur super hoc, quod hoc primum inuentatur in omnibus transmutationibus. Dicamus igitur quod hoc primum est naturaliter in transmutationibus, quæ sunt in qualitate: & manifestum est in coloribus, cum bene apparet quod inter colores sunt media finita in numero naturaliter. Et intelligo hic per medium non illud, quod diuersatur secundum magis, & minus, sed illud, quod diuersatur secundum formam, & qualitatem. Quoniam pallidum non differt ab albo secundum magis, & minus; sed secundum qualitatem: & si non, essent eiusdem speciei. In gustabilibus autem videtur quod ita est, sicut in coloribus. In primis aut in qualitatibus. s. caliditate, & frigiditate videtur quod medium est reparatum. Transmutatum.n. in primo, cum transmutatur de calido in frigidum, dicit quod quoddam est in calido, & quoddam in temperato: cum inter calidum, & temperatum non est qualitas media diuersa secundum formam, sed secundum magis, & minus. Quoniam manifestum est per se, quod cum transmutatum amittit partem calidi, & acquirit partem frigidi, quod quædam pars eius est in calido, & quædam in temperato: quoniam non est calidum secundum totum, neque temperatum secundum totum. Et similiter, quoniam amittit aliquam partem albi, & acquirit aliquam partem pallidi, non est in albo secundum totum, sed quiddam in albo, & quiddam in pallido: licet hoc quiddam non distinguatur in actu, sed in potentia: quoniam cum fuerit in actu destruetur motus. Primum in translatione est locus, qui sequitur locum, ex quo mouetur res mota. Si igitur motum fuerit naturaliter, & finitum de primo extremo ad vltimum extremum, tunc erit illic primum naturaliter. V.g. quod, si terra moueatur de superiori in inferius. V.g. de vltimo ignis ad locum inferiorem, tunc primum erit locus aeris: quoniam non est locus medius inter locum ignis, & aeris: & si, non fuerit motum naturaliter, non erit illic primum naturaliter. Sed, quia locus, ex quo mouetur res mota est alius a loco, in quo quescit necessario, & inter quaelibet duo loca est corpus: cum inter quaelibet

Finis transmutationis non est transmutatio, & sic dicatur transmutatio erit secundum æquocationem. Cosimile. 5. ph. c. 8. & 4 ph. si. c. 129 Idem. 8. ph. c. 7. Idem 5. ph. t. com. 62.

Quid primum in qualitatibus.

Digressio, quæ quærit quid sit primum in unaquaque transmutatione. Medium secundum magis, & minus & medium secundum formam et qualitatem. Idem 3. Meteororum. c. ultimo.

Quid primum in loco.

A duas supficies ẽ corp'. Quoniã supficies nõ seqt̃ supficiẽ, necesse ẽ vt motũ qddã sit in loco, a quo mouet̃, & qddã in loco, qui est inter locũ, a quo mouet̃, & locũ ad quẽ mouet̃, s. in corpe, ꝙ est in potẽtia loc' inter hęc duo loca, s. primũ, & postremũ. Et iõ inter q̃libet duo loca est loc': &, si loc' seq̃ret̃ locũ, & posuerim', ꝙ motũ, qñ fuerit totũ in loco, a quo mouet̃, ẽ quiescẽs: & qñ ẽt fuerit totũ i loco, a quo mouet̃, & quiddã in loco, ad quẽ mouet̃ ẽ quiescens, necesse ẽ, cũ fuerit motum vt quiddã sit in loco, ad quẽ mouet̃: & si posuerim' motũ esse indiuisibilẽ, & loca esse indiuisibilia, & cõsequẽtia sequit̃ vt motũ sit diuisibile. Et iõ Ari. non vtit̃ in hac declaratione ꝙ inter q̃libet duo loca est locus, & ꝙ loc' nõ seqt̃ locũ: sicut opinatus est Auẽpace, s. ꝙ ista demõstratio non pficit̃, nisi vtẽdo hac ꝓpositione. Primũ aũt in gñatione, & corruptiõe est minima pars, quę potest inueniri de gñato: minimũ. n. de omni gñato est terminatę quãtitatis. V. g. qd' minima pars ignis est terminata, scilicet minima pars, q̃ põt esse ignis. D. d. manifestum est igitur qd' oẽ, ꝙ trãsmutatur, est diuisibile: & hoc demõstrat qd' intendebat diuisibilitatẽ simpl'r, s. secundum vltima, nõ sicut existimauit Auẽpace.

Apostrophat contra Auẽpa. quid primũ ĩ motus gñatiõe. Minima ps ignis est terminata. Idẽ infra c. 91. idẽ. 8. phy. 44. idẽ primo phy. 36. 37. & 38. idẽ 2. de aĩa. 41 & 97. idem 33. 7. ph. cõ. 2. & ĩ 8. ph. 61. & in primo c. 116. idem hic infra. c. 49. & 59. & 3. coeli. c. 9.

*Quotupliciter diuidatur ipse motus.* *Cap. IIII.*


Motus aũt est diuisibilis dupliciter: vno quidẽ mõ tpe, alio
B vero scd̃m partiũ illius, qd̃ mouet̃ motus, vt, si ipsum. a. b. c mouet̃ totũ, & a. b. mouebit̃, & b. c. Sit igit̃ ipsius quidẽ. a. b. motus qui est. d. h, ipsius. b. c. qui est. h. z. motus partium. Necesse igit̃ totũ, in quo est. d. h. z. ipsius. a. b. c. esse motũ, mouebit̃. n. scd̃m hũc. Qm̃ q̃dẽ vtraq; ptiũ mouebit̃ scd̃m vtrũ q;. Nulla. n. mouebit scd̃m alterius motũ Quare totus mot' totius ẽ magnitudinis mot'.

Et motus ẽ diuisibilis duob' modis, vnus ẽ ĩ tpe, & alius scd̃m ptes moti. V. g. qm̃, cũ mouet̃. a. b. c, mouebit ẽt similiter ps. b. c. Sit igit̃ motus partis. a. b, d. h. & motus. b. c, h. z, Erit igit̃. h. d. z. motus partiũ. a. b. c. Vnde necesse est, vt totus motus. d. h. z. sit motus magnitudinis. a. b. c. Cũ vtraq; pars eius moueatur vno motu illorũ, & neutra moueatur hoc motu toto: vnde necesse est vt iste motus totus sit istius totius magnitudinis.

Dupl'r motus diuidit̃, & scd̃m tps & scd̃m magnitudinẽ.

*Prima demonstratio, ostendens quod motus diuiditur scd̃m diuisionẽ mobilis.*

Cum declarauit ꝙ omne motũ est
C diuisibile, fuit necesse, vt diuisibilitas accidat motui secundum tempus, & secundum motum, Incepit notificare hoc. Et dixit, & motus est diuisibilis duobus modis, &c. & intendit per partes moti, partes, quæ mouentur de principio spatij vsque ad finem: & similiter est intelligendum de partitione motus secundum partitionem partium: qm̃ ista partitio differt a partitione eius secundum partitionem tẽporis. D. induxit exemplum, & dixit. V. g. &c. i. qm̃. vtraq; istarũ partiũ mouebitur de initio spatii vsque ad finem, sicut totum mouetur. D. d. sit igitur motus, &c. i, &, cũ fuerit necesse, vt vtraque pars. s. a. b, & b. c. moueatur apud motum totius, a. b. c.




33

necesse est vt vtraque pars a. b, &.b. c habeat motum. Sit igitur.d,h.motus partis. a.b.&.h.z.motus .b.c.erit igitur motus compositus ex duobus motibus.d.h, &.h.z. D.d. vnde necesse est. &c.id est, vnde necesse est vt iste totus motus, qui est compositus ex duobus motibus partiū.d.h, &.h.z.sit motus magnitudinis.a.b.c, cuius partes sunt.a.b,&.b.c. D.dedit causam huius consecutionis, & dixit cum vtraque pars, &c.id est, & causa in hoc est, quoniam tota magnitudo.a.b.c non dicitur moueri secundum totum, nisi cum vtraque pars eius mouebitur vno motu; & hoc intendebat, cum dixit cum vtraque pars, &c.&, cum declarauit quod aliquid non dicit̃ moueri secundum totum, nisi cum quælibet suarum partium moueatur motu vno, & dixit, & neutra moueatur, &c.id est, & quia motus, quem habet tota magnitudo, non est ei nisi cum partes eius fuerint motæ, & est impossibile vt motus totius attribuatur parti, sequitur vt motus totius sit omnium partium. Nam impossibile est vt motus alicuius attribuatur alij, ab eo, qđ mouetur illo motu. Et intendit in declaratione eius, ꝙ est, motus partium sit motus totius declarare ex hoc ꝙ motus totius etiam sit diuisibilis secundum diuisibilitatem moti; & quia iste motus diuisibilitatis est alius ab eo, quem habet secundum suam extensionem cum tempore.

**Ad idem.** Amplius, autem si omnis motus alicuius est, totus autem motus qui est in quo est.d.h.z, neq; partium est alterius: partis vtraq; enim est. Neq; alterius ullius. Cuius enim totus totius, & partes partium sunt. Partes autem ipsius.d.h.z.sunt ipsarum quæ sunt.a.b.c, & nullarum aliarum. Plurium enim non erat vnus motus, & vtiq; totus motus est ipsius.a.b.c.magnitudinis.

Et etiam si omnis motus est alicuius, & motus. d.h.z. est neutrius partis. Quoniam vtraq; pars est pars partis, non alterius omnino. Qm̃ illud, cuius est totus est totius motus, partes motus, sunt partium eius, Et partes eius sunt partium.a.b.c, non alterius omnino. Quoniam, si vnus motus non est plurium vno. Necesse est vt iste motus totus etiam sit magnitudinis.a.b.c.

34 Ista est alia, demonstratio quodammodo, & confirmat prædictam alio modo. Et dixit, & etiam, &c.i.si omnis motus est moti, & motus cōpositus ex motibus partium. V.g.motus.d.h.z, qui est cōpositus ex motibus.d.h, & h.z.qui sunt partium, a.b, &.b.c, & non est alterius partis istius moti, necesse est vt totus sit totius. Sed, antequam induceret exemplum, incępit verificare hoc, quod posuit in præcedenti, scilicet ꝙ motus congregatus ex partibus moti, cū non fuerit alterius partium moti, necesse est vt sit totius moti. Et hoc acceptum fuit in prima demonstratione pro manifesto, & dixit qm̃ vtraq; pars est pars, &c.i.motus cōgregatus ex motu partis nō est vnius partiū ita, ꝙ totū, & ps sit eiusdē, qm̃ quælibet ps habet partes illius motus: & impossibile est vt motus congregatus ex motibus istarum partium sit vnius istarum partium ita ꝙ, totum, & pars sint eiusdem: ergo necesse est vt sit totius. D.induxit alium sermonem, ex quo sequitur ista cōclusio prima consecutione, & dixit qm̃ illud, cuius totius, &c.id est, qm̃ non est dubiū in hoc, s.ꝙ partes motus, cuius totum est totius moti, sunt partium moti: sed est dubium de conuerso.s.ꝙ motus, qui est partium moti, est motus totius.s.oim partium. Sed dicimus ꝙ ista conuersio est vera: qm̃ cum fuerit impossibile vt partes sint alterius rei a partibus moti, necesse est ut motus totius sit congregatus ex motibus partium: quoniam, si hoc non fuerit, tunc motus totius erit magis vniuersalis, q̄ȝ id, quod congregatur ex motibus partium: & sic erunt partes motus totius in partibus totius in aliquo alio a partibus totius, si motus eius, ꝙ cōgregatur ex partibus, fuerit magis particularis quam motus totius. Et hoc intendebat cum dixit, qm̃, si vnus motus non fuerit, &c.i.quoniam, si partes motus totius nō fuerint, nisi partium totius, cum sit impossibile vt vnus motus sit plurium vno


A moto, necesse est vt motus congregatus ex motibus partium sit motus totius: quemadmodum partes motus totius sunt partium moti, s. quod ista propositio conuertitur. Et ista declaratio est vtilis in eis, quibus vtitur in fine octaui, s. quod motus infinitus non est corporis finiti. Te.c.79.& ide.

Amplius autem, si quidem est totius alius motus, in quo t. f. remouebitur ab eo qui sit vtrarunq; partium motus. Hi autem ęquales erant his, qui sunt d.h.z. vnius motus. Quare si totus quidem diuidetur, qui est.t.f. in partium, motus, æqualis erit qui est.t.f. ei. qui est. d.z. Si vero, deficit aliquid, vt quod est q.f. qui nullius est motus: neq; enim totius, neq; partium: propter id quod vnius vnus est, neq; alterius ullius. Continuus enim motus est continuorum quorundam. Similiter autem est & si excellat secundum diuisionem. Quare, si hoc impossibile est, necesse eundem motũ esse & æqualem. Hæc quidem igitur diuisio secundum partium motus est, & necesse est omnis esse partibilis ipsam. Ad idẽ.

Et etiam, si motus totius magnitudinis sit alius ab isto, Verbi gratia.t.f. diuidetur ex eo, quod motus vtriusq; partis, & erunt isti duo ęquales duobus motibus. d.h. z. quoniam vnum habet vnum motũ. Ergo necesse est, si motus.t.f. totus diuidatur in duos motus partium, vt motus.t.f. sit ęqualis duobus motibus.d z. Si igitur diminuit aliquid, Verbi gratia, pars q.f. tunc ista pars non est alicuius omnino. Nam iste motus non est totius, neque partium: quoniam vnum nõ habet nisi vnum motum. Neque est alterius omnino: quoniam motus continuus est rerum continuarum. Et similiter est, si addet apud diuisioné. Vnde necesse est, si hoc est ĩpossibile, vt sit idẽ æqualis illi. Ergo ista diuisio est sc̃dm partes, & necessario inuenitur in omni partibili.

*Demonstratio tertia ostendens idem, quod supra.*

Ista est tertia declaratio, & dicit & si motus totius magnitudinis fuerit alius, i. alius a motu composito ex duobus motibus partiũ magnitudinis, d.h.z. V.g. motus.t.f. Deinde.d. diuiditur ex eo, &c. id est, quoniã magnitudo, quam diuidimus in duas partes æquales, scilicet, a.b, & b.c, & posuimus. d. h. motum. a.b, & h.z. motum. b.c. si posuerimus quod motus istius totius magnitudinis, scilicet a.b.c. sit alius a moto cõgregato ex d.h.h.z. qui sunt motus partiũ illius, scilicet a.b.b.c. Verbi gratia, motus.t.f. necesse est vt iste motus.t.f. diuidatur in duos motus, s. in motu vtriusque partium magnitudinis, scilicet, a.b.b.c. quoniam, cum totum mouetur partes mouebuntur. Et. d. d. & erunt isti duo, &c. id est erunt isti duo motus, in quos diuiditur motus.t.f, quem posuimus esse aliũ motũ a motu.d,z, ęquales duobus motibus, in quos diuiditur motus.d.z. s. motus.d. h.z. & cum isti duo motus fuerint æquales eis, s. motus duarũ magnitudinũ, ergo sunt vnus motus idem, s. quod motus.t.q. erit motus.d.h, & motus.q. f. erit motus. h.z. quia impossibile est vt vna magnitudo habeat, nisi vnum motum, scilicet magni-



Impoſſe eſt vt vnā magnitudo habeat, niſi vnū motum.

tudo .a .b, & magnitudo.b.c, quæ ſunt partes totius magnitudinis. Et hoc intendebat, cum dixit, quoniam vnū habet vnum motū, id eſt, cum fuerint motus.t.f, quæ ſunt partes motus.t.f. ęquales duobus motibus.d.h.h.z.quę ſunt partes duorum motuum,d.z, & partes,t.q, & d.h. ſunt vnius magnitudinis, ſcilicet magnitudinis.a,b, & ſunt æquales, & motus.q.f, &,h.z. ſunt vnius magnitudinis eiuſ, ſcilicet.b,c, & ſunt etiam æquales, & vna magnitudo non habet niſi vnum motum: ergo motus.t.q.eſt idem cum motu.d.h.& motus.q.t.eſt id eſt cum motu.h.z, Et, cum declarauit hoc dixit, ergo neceſſe eſt, ſi motus. t.f. &c.id eſt, & cum motus t. f, quem poſuimus alium a motu. d. z, & poſuerimus quod motus magnitudinis diuiditur in duas partes motus .d, z, quæ ſunt partes. a.b. b.c.neceſſe eſt vt motus,t .f, ſit æqualis motui. d. z. &, cum ſint æquales, & ſunt in vna magnitudine, ergo ſunt idem: cum vnum motum non habeat, niſi vnum motum. Et, cum voluit confirmare eos eſſe æquales, dixit, ſi igitur diminuit, &c. id eſt, & totus motus. t,f, ſi diminuitur a toto moto.d.z, tunc nihil inuenitur, cui attribuatur iſte motus diminutus, neque toti neque parti: toti vero; quia illud, quod diminuitur ab hoc motu, eſt motus partium, aut quia motus diminutus eſt ille, qui diuiditur in omnes, ſcilicet partes moti, & ideo dixit, ſi igitur diminuit, &c. id eſt, & iſta pars diminuta a motu non inuenitur aliquid de magnitudine, cui attribuatur, niſi eſſet poſſibile vt vna magnitudo haberet plus quam vnum motum: vnde impoſſibile eſt vt hæc diminutio attribuatur alicui omnino toti, aut parti quoniam totum, & partes habent motus alios ab iſtis, Deinde dicit neque alterius omnino, &c.id eſt, & iſta diminutio, quæ eſt in motu, impoſſibile eſt vt attribuatur alij moto a toto, & a parte: quoniam impoſſibile eſt vt diminutio exiſtens in moto iſtius magnitudinis attribuatur alij moto; quoniam, cum duo mota fuerint diuerſa abinuicem, tunc motus eorum non erit continuus: &, cum non fuerit continuus, non erit vnus. Deinde dicit, & ſimiliter, &c. id eſt, ſimiliter motus additus non erit alicuius moti omnino, quia addidit ſuper partes moti, & quia vnum motum non habet, niſi vnum motum, & vniuerſaliter ſequitur vt motus ſit partis, et non ſit. Motum autem non eſſe partis eſt, quia motus totius diuiſus eſt in omnes partes, & diminuitur ex eo iſte motus. Ipſum vero eſſe partis eſt, quia iam poſuimus primo quod eſt vnus motuum partium; quoniam per illum excedit illud, quod congregatur ex motibus partium motuum totius poſitum.

Cū duo mota fuerint diuerſa ab inuicē, motus eorū nō erit continuus. Idē.5. ph. t. c.34. 41. & 4. ph. 105.

Alius autem ſecuudum tempus eſt: quoniam, omnis motus eſt in tempore: tempus autem omne diuiſibile eſt, in minori autem minor motus eſt: neceſſe eſt autem diuidi motum ſecundum tempus.

Et alia diuiſio eſt ſecundum tempus: quoniam omnis motus eſt in tempore. Et omne tempus eſt diuiſibile, & motus in minori tempore eſt minor; & ſequitur neceſſario vt omnis motus ſit diuiſibilis ſecundum tempus.

36 Cum declarauit quod motus eſt diuiſibilis ſecundum diuiſibilitatem moti, vult declarare ipſum eſſe diuiſibilem ſecundum diuiſibilitatem temporis, Et ſyllogiſmum componit ſic. Omnis motus eſt in tempore; & hoc declaratum eſt. Et tempus omne eſt diuiſibile, & hoc etiam declaratum eſt, & exiſtimatur quod ſequitur ex hoc, quod omnis motus eſt diuiſibilis: ſed non eſt ita, donec probetur quod omnis motus eſt in tempore ſibi æquali. Et ideo.d.& motus eſt in tempore minori minor: quoniam, ſi hoc non eſſet, eſſet poſſibile motum eſſe indiuiſibile, & tempus diuiſibile: vnde neceſſe eſt dicere quod omnis motus eſt in tempore æquali ei, & omne tempus eſt diuiſibile ergo omnis motus eſt diuiſibilis: ergo diuiſibilitas motus eſt ſecundum motum, & ſecundum tempus. Et, quia diuiſibilitas in eo eſt diuerſa, quia motus ſunt in generibus diuerſis, incœpit rememorare hoc, & dixit, & neceſſe eſt vt ſit in omni partibili, & poteſt intelligi ſubiectum motus, non diuiſio eius per rem motam, ſecundum quod eſt res mota: quoniam hoc declaratum eſt. Et intelligo per ſubiectum motus, illud, in quo eſt. Verbi gratia, locum in motu locali & Alex, dicit & omnem motum habet motum,

Quoniam


A Quoniam autem omnẽ, quod mouetur, in aliquo mouetur, & quodam tempore, & omnis moti est motus, necesse est eadem diuisiones esse temporis, & motus, & ipsius moueri, & quod mouetur, & in quo motus est. Sed non omniũ similiter est, in quibus motus est, sed quantitatis quidem secundum seipsum, qualis etiam secundum accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo sit.a, & motus, in quo b, si igitur per totum in omni tempore est motum, in medio per minorem; & iterum hoc diuiso per minorem hoc, & sic semper. Similiter autem & si motus diuisibilis sit, & tempus diuisibile. Si enim per totum, in omni, per medium in medio, & iterum per minorem in minori.

Necesse est eadẽ esse diuisiones temporis, & motus, & ipsius moueri, & quod mouetur.

Et quia omne motum mouetur in aliquo tempore, & omnis motus habet motum, necesse est vt tempus, & motus, & motum, & motio, & illud, in quo est motus habeant eandem diuisionẽ preter hoc, B quod non sunt eodem modo in omnibus, in quibus est motus, sed sunt quantitatis essentialiter, & qualitatis per accidens. Sit igitur tẽpus, in quo est motus.a, & motus sit.b. si igitur iste totus motus est in hoc toto tempore, ille, qui erit in medietate erit minor, & cum hoc diuidetur, iste erit minor. Eodem modo si motus etiam erit diuisibilis, & tempus etiam erit diuisibile: quoniam, si in toto est totus, medietas erit in medietate, deinde minor in minori.

Si motus diuisibilis & tempus diuisibile.

*Demonstratio ostendens quod motus diuiditur secundum diuisionem temporis.*




**Et, quia omne motum mouetur ĩ aliquo, id est aut in vbi, aut in quale, aut in quanto, & omnis motus est in istis tribus, scilicet in moto, & in eo, in quo est motus, & in tempore. Et videt mihi quod illud, quod iacet in textu, est melius ꝙ correctio Alexan. quoniam si posuerimus quod tẽpus, & motum & genus, in quo est motus haberẽt motum, sequeretur necessario vt tempus sit diuisibile, &** 37 motum, & motio: quoniam si ista habent motum aliquem: & omne, quod habet motum, est diuisibile: concludetur ex hoc, quod omnia ista sint diuisibilia: quod non concluditur, si posuerimus, quod omne motum habet motum. Et, cum dixit quod motus attribuitur vnicuique istorum trium corporum, d. necesse est vt tempus, & motus, & motio, & motum, &c. id est &, cum motus dicitur esse in illo, in quo mouetur, & in tempore, & in moto, necesse est vt ista diuidantur per diuisiones æquales, scilicet quod medietas motus sit in medietate temporis, & in medietate eius, in quo est motus, & in medietate moti, & similiter de medietate medietatis, et sic in infinitũ. Deinde dixit preter hoc, &c. id est & licet motus, & illud, in quo est motus, & tempus diuidatur diuisionibus æqualibus, tamen diuisio in illo, in quo est motus non attribuitur ei, in quo

Diuisio est essentialis quãtitati. Idem 5. me. 18, et 3, cę. 7.

est motus eodem modo, sed attribuitur motui in quantitate per se, cum diuisio sit essentialis quantitati, & attribuitur motui in qualitate per accidens. Et intelligendum est hic de quantitate cum motu augmenti & diminutionis, & motu locali: locus enim numeratur in quanto, & accidet ei diuisio essentialiter. Deinde induxit exemplum de literis. Et sermo eius in hoc est manifestus: & intentio eius est, si posuerimus quod si aliquis totus motus est in aliquo toto tempore, medietas erit in medietate, & vniuersaliter minor in minori: &, sicut motus diuiditur per diuisionem temporis, similiter tempus diuiditur per diuisionem motus.

Locus numeratur in quanto. Idē 5. met. 18.


Eodem autem modo, & ipsum moueri diuidetur: sit enim in quo est. c, ipsum moueri: secundum igitur medium motum minor est toto, & iterum secundum medietatis medium, & sic semper. Est autem &, ponentem secundum vtrumq; motuum ipsum moueri, vt secundum. c. d, &. d. h. dicere quod totum erit secundum totum. Si namq; aliud, plus erit ipsum moueri secundum eundem motum, sicut determinauimus, & motum diuisibilem in partium motus esse. Accepto enim ipso moueri secundum vtrumq;, continuum erit totum. E

Et secundum hunc modum etiam diuiditur motum: si igitur motum. c. in medietate igitur istius motus erit motum minus, quàm totum motum, similiter in medietate medietatis, & sic semper. Et debemus etiam ponere, & dicere quod moueri vtroque motuum, verbi gratia. c. d, & motum. d. h, totum etiam est illud, quod est totius illius. Quoniam, si fuerit aliud, tunc plusquam vnum mouebitur vno motu, vt declarauimus, cum motus etiam diuidatur in motus partium: quoniam, si partio accipiatur vtroque eorum, totum erit continuum.


38 Cum declarauit quomodo motus, & tempus diuiduntur diuisionibus æqualibus, vult declarare etiam quomodo ipsa motio etiam diuiditur per diuisionē motus, scilicet motio moti. Et dixit & secundum hunc modū etiam diuiditur motio, id est & cum posuerimus quod tota motio est totius motus, manifestum est quod motū etiam diuiditur per diuisionem motus, scilicet quod medietas motus erit medietatis moti, quod pertransit spatium de initio vsq; ad finem: quoniā istæ partes, sunt illæ, per quas diuiditur totus motus,

*Demonstratio ostendens quod motus diuiditur secundum diuisionem ipsius moueri.*

F



*Demonstratio ostendens quod moueri diuiditur secundum diuisionem motus.*




A vt dictum est, non partes, quę sunt secundum diuisionem temporis. Deinde dixit si igitur tota motio, &c. id est quod pars moti, quæ mouetur per medietatem istius motus de initio spatij ad finem, erit necessario motus minor, quam illud, quod mouetur toto motu, & illud, quod mouetur in medietate illius, necessario erit minus. D.d. Et debemus etiam ponere.&c. id est & debemus etiam dicere quod, cum posuerimus duas motiones vtriusque motuum, qui sunt partes vnius motus, Verbi gratia, motionem, quæ B est motus.c d, & motionem, quæ est motus.d.h, dico quod tota motio, quæ est congregatum motionis duorum motuum, est tota motio, quæ est totius motus, qui congregatur ex duobus motibus.c.d,d.h. Deinde induxit demonstrationem, & dixit quoniam si fuerit aliquid, &c. id est quoniam, si tota motio, quæ congregatur ex duabus motionibus, quæ duarum sunt partium motus, fuit alia a motione, quæ est totius motus, & fuerint partes motionis, quæ est totius motus, vt narrauimus, motionis partium motus, tunc plusquã vna motio erit vnius motus: quando vnaqueq; pars habebit duos motus, motum sui ipsius, & motum, qui est pars motus totius: nam positum est quod partes motus totius spatij sunt partium moti. D.d. vt declarauimus, &c. id est vt declarauimus quod motus diuiditur in partes, & motus partium in partes motuum totius. Deinde dixit quoniam, cum accipiatur motio, &c. id est quoniam, cum motio accipiatur vtriusq; partium motuum, id est auferatur finis, quæ imaginatur inter illas, tunc motus erit continuus, & tota motio erit continua, & vna: & cum finis imaginatur, erunt plures.

Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino illud omne, in quo est mutatio: præter quædam quæ secundum C accidens. Quod enim mutatur est diuisibile: vno enim diuisio omnia diuidentur. Et in ipso finita esse, aut infinita, similiter se habebit de omnibus. Secutum autem maxime est, diuidi omnia, & infinita esse ab ipso mutante. Mox enim inest mutanti diuisibile, & infinitum. Diuisibile quidem igitur ostensum est prius. Infinitum autem in sequentibus erit manifestum.

Et eodem modo declarabitur quod longitudo diuiditur, & vniuersaliter omne, in quo est transmutatio: sed quoddam diuiditur per accidens. Quia transmutatum est diuisibile: quoniam cum vnum diuiditur, omnia diuiduntur. Et in hoc, quod diuisiones eorũ sunt finitæ, aut infinitę, eodem modo est de omnibus eis. Sed necesse est proprie vt omnia ista sint diuisibilia, & vt diuisio sit infinita eorum propter transmutatum. Quoniam, cum intelligis transmutatum, statim intelligis diuisionem, & quod est infinita, Diuisio aũt in eo declarata est superius. Ipsam aũt esse infinitam declarabiĩ post.

Dicit, & eodem modo declarabitur quod spatium, per quod est motus, in vbi 39

**diuiditur per diuisionem motus:& vt̃r omne** [a] **prædicatum,in quo** inuenit̃ trãſ mutatio,inuenitur in eo diuiſibilitas:ſed in quibuſdam per ſe,ſ.in quantitate,& in quibuſdam per accidens , ſcilicet in qualitate:& [b] tranſmutatio, quæ eſt in vbi, numeratur in quantitate. Deinde dixit quia tranſmutatum eſt diuiſibile, id eſt & diuiſibilitas accidit tranſmutationi per tranſmutatum : quoniam omne tranſmutatum eſt diuiſibile eſſentialiter , vt declaratum eſt : & ſunt æqualia in accidentibus diuiſionis , ſcilicet ꝙ ſi vnum erit diuiſibile , omnia erunt diuiſibilia , ſcilicet quod ſi vnum ponatur diuiſibile , declarabitur ꝙ alia ſunt diuiſibilia.D.d.& in hoc quod diuiſiones,&c.i.& illud,quod contingit in vno definitate,aut infinitate contingit in alijs.Deinde dixit & ſequitur proprie vt omnia iſta ſint diuiſibilia,&c,id eſt & neceſſe eſt vt motus,& tempus , & motum ſint diuiſibilia in infinitum,& vniuerſaliter vt ſint continua: quia tranſmutatũ eſt diuiſibile,& de natura continui. Quoniam cauſa [c] in hoc, ꝙ tempus ſit cõtinuum,eſt motum eſſe continuum:& cauſa in hoc, quod motus ſit continuus, eſt quia motum eſt cõtinuum. D.d.quoniã cum intellexeris tranſmutatũ,&c. id eſt,quoniam ſi tu intellexeris tranſmutationem,ſtatim intelliges diuiſibilitatem in infinitum:diuiſibilitatem autem, quia tranſmutatum [d] non intelligitur eſſe in tranſmutatione,niſi qñ imaginatur eſſe in eo , ex quo , & in eo ad quod. Ipſam vero eſſe infinitã declarabitur poſt, cum declarabit ꝙ omne,quod tranſmutatur prius tranſmutabatur,& **omne quod tranſmutabatur prius tranſmutabatur,& ſic in infinitum.**

*Determinat de ordine partium motus , & primo an ſit primum in motu.* *Cap. V.*

QVONIAM autem omne, quod mutatur, ex quodam in aliquid mutatur,neceſſe eſt quod mutatur,cum primũ mutatum eſt, eſſe in quo mutatum eſt. Quod mutatur.n. ex quo mutatur,diſtat,aut deficit ipſa:& aut idem mutari eſt,& deficere,aut ſequitur ad mutari ipſum deficere ; Nam quod eſt mutatũ eſſe defeciſſe: ſimiliter enim vtrumq; ſe habet ad vtrũq;.

Et,quia omnis tranſmutatio eſt de aliquo, & in aliquid,neceſſe eſt vt illud, quod tranſmutatur : quando eſt in principio tranſmutationis,ſit in illo,in quo tranſmutatur : tranſmutatum enim remouetur ab eo,a quo tranſmutatur,& ſeparatur ab eo : licet tranſmutatio,& ſeparatio ſunt idem,aut ſeparatio ſequitur tranſmutationem,neceſſe eſt vt illud,quod trãſmutatur ſeparetur:quoniam eodem modo ſe habent adinuicem.

40 VLT hic declarare ꝙ tranſmutatum in initio tranſmutationis dicit̃ iam tranſmutatum eſſe,non tranſmutari: qm̃ hæc duo ſunt oppoſita. Et intendit hic per tranſmutationem, tranſmutationẽ,quæ dicitur de quatuor tranſmutationibus.ſ.ſubſtantiam,& vbi,& quale,& quantum;& dixit de aliquo,in aliquid.i. de aliquo,in quo eſt quieſcẽs,& in aliquid,in quo eſt quieſcens. D.d. neceſſe eſt, &c.i.& cum omnis trãſmutatio eſt de aliquo & in aliquid, inter q̃ eſt tranſmutatio :& inter primam tranſmutationem ,& quietem,quę eſt in eo, ex quo non eſt medium,neceſſe eſt vt tranſmutatum primo, cum tranſmutatur, recedat ab eo,a quo tranſmutatur,& veniat ad illud,ad quod tranſmutatur primo,non ſecundo: quoniam cum ſeparatur a quiete,quæ eſt in eo ex quo ſtatim veniet ad primum,ad quod eſt tranſmutatio neceſſario. D.d.licet tranſmutatio,eſt ſeparatio,&c.id eſt trãſmutatum primo,cum tranſmutatur ſeparatur ab eo,a quo tranſmutatur in inſtãti,aut quia ſeparatio, & tranſmutatio ſunt idem, aut quia ſequuntur ſe. **Et non curat in hoc,quomodo eſt,cum ſit manifeſtũ eas**

a Omne prędicatum , in quo inuenit̃ trãſmutatio, inuenitur in eo diuiſibilitas vel per ſe, vel per accidẽs. Vide ſupra te. com.37.

b Tranſmutatio, q̃ eſt, vbi, numeratur in quantitate , ex q̊ patet quod locus,& ubi ſunt idem.

c Cã in hoc, quod tp̃s ſit continuũ,eſt motum eſſe continuum : Idem ſupra 5.& 7.

d Tranſmutatum nõ intelligit̃ eſſe in tranſmutatione.

A eſſe inſimul. Et cum poſuerit hoc, dixit neceſſe eſt vt illud, quod tranſmuta-
tur,&c,id eſt & cum tranſmutatio,& ſeparatio ſint conſequentia, ſequetur vt
illud,quod tranſmutatur ab aliquo,ſeparetur ab illo: &, quia inter quietem in
eo,ex quo & initium eius,ad quod eſt tranſmutatio,non eſt medium, ſequitur,
vt cum tranſmutatum ſeparatur a quiete,ſit in eodem initio eius,ad quod trāſ-
mutatio eſt neceſſario,cum eodem modo habeat ſe ſcilicet quod,cum tranſmu-
tatio fuerit,ſeparatio erit,& econuerſo.

Quoniam ergo vna mutationum eſt ſecundum contradictionem,
cum mutatum eſt ab eo,quod non eſt in eſſe, deficit non ens, eſt igi-
tur in eſſe.Omne enim neceſſe eſt eſſe,aut non eſſe.Manifeſtum igi-
tur eſt quod in mutatione ſecundum contradictionem quod muta-
tum eſt erit in quo mutatum eſt.Si autem in hac,& in aliis eſt. Simi-
liter enim in vna,& in aliis eſt.

Et,quia vna tranſmutationum eſt illa, quæ eſt ſecundū contradi-
ctoria,quando aliquid tranſmutatur de non ente in ens,tunc ſepara
B tur a non ente: erit igitur in ente. Quoniam neceſſe eſt vt omne aut
ſit ens, aut non ſit ens. Declaratum eſt igitur ꝙ in tranſmutatione
ſecundum contradictoria illud, quod tranſmutatur, erit in illo, in
quo tranſmutatur.Et,ſi hoc erit neceſſarium in hac tranſmutatione,
neceſſarium eſt etiam in aliis tranſmutationibus.Diſpoſitio enim in
vno modo tranſmutationū eſt ſicut in aliis modis.

Tranſmutatio in ſubſtātia dr̄ principaliter tranſmutatio.

41

Vult declarare quod hoc,quod dictum eſt de tranſmutationibus vniuerſali-
ter,manifeſtum eſt per ſe in tranſmutatione,quæ dicitur tranſmutatio principa
liter,& eſt illa, quæ eſt de affirmatiua in negatiuā, & de negatiua in affirmati-
uam,quæ dicitur generatio, & corruptio. Et dixit &, quia vna tranſmutatio-
num,&c.id eſt,& quia hoc nomē tranſmutatio dicitur principaliter de ea,quæ
eſt de non ente in ens,& de ente in non ens, vt dictum eſt in quinto. [a] & eſt ma
nifeſtum in hac tranſmutatione quod non habet medium,quod,cū aliquid trāſ-
mutatur a non ente,ſtatim ſeparatur a non ente, vnde neceſſe eſt vt ſit in ente:
quia non eſt [b] medium inter ens,& non ens. Et,cum dixit quod iſta eius intē
tio manifeſta eſt in tranſmutatione,quæ eſt in ſubſtātia,& dixit & ſi hoc eſt ne
C ceſſarium in hac tranſmutatione,&c. Et hoc,quod declarauit, non eſt declara-
tio exemplaris,ſed eſt declaratio ad dirigendum conſiderationem:nō quia hoc
declaratur in alijs tranſmutationibus,ſecūdum quod declaratur illud, quod eſt
ignotum naturaliter a noto,ſed ſecundum quod declaratur illud, quod eſt mino
ris latentiæ eo, quod eſt ignotum naturaliter,per illud,quod eſt manifeſtius. Et
ſecundum hunc modum [c] vſitatur in deſcriptionibus,& definitionibus via di-
uiſionis,& exemplificationis, Quoniam terminus medius in iſtis eſt idem: &
eſt quod illud,quod tranſmutatur,ſtatim ſeparatur ab eo,a quo tranſmutatur,&
venit ad illud,ad quod tranſmutatur: cū non ſit medium inter illud, a quo tranſ
mutatur primo,& illud,ad quod tranſmutatur primo: ſed hoc apparet magis in
tranſmutatione,quę eſt in ſubſtātia,cum illic non eſt medium inter illud,a quo,
& illud poſtremum, ad quod eſt tranſmutatio: ſed primum medium eſt in alijs
tranſmutationibus,quaſi illud,ad quod in hac tranſmutatione. Iſta igitur tranſ-
mutatio in duobus extremis habet diſpoſitionem, ſicut eſt diſpoſitio aliarum
tranſmutationum inter illud,a quo,& illud,ad quod primo venit tranſmutatū.

Oppo. dixit ſupra cō.32. & 5.ph.c.8. & in cō.45. infra.

a Tex. cō. 7.& 8.

b Nō eſt mediū iter ens, & non ens. op.1.ph. 78. & 12,meth. com.11.

c Nota qualiter ī deſcriptionibus, & definitionibus vſiteŕ via diuiſionis, & exemplificatiōis, vide conſiŕe primo priorum in digreſsione de ſyllogiſmo hypotheti-


Amplius & ſecundum vnamquanque accipientibus manifeſtum
eſt, ſi quidem neceſſe eſt quod mutatum eſt eſſe alicubi, aut ex quo
mutatum eſt, aut in aliquo. Quoniam autem ex quo mutatum eſt

co, Et in 2. phys.c.3. Et 1.cœ.com.2

deficit, necesse est autem alicubi, aut in hoc, aut in alio erit. Si quidem in alio, vt in ipso.c, quod in ipsum.b.mutatum est, iterum ex c, mutatur in b, non enim erit contiguum ipsi b, mutatio enim continua est. Quare quod mutatum est, quando mutatum est, mutatur in quod mutatum est. Hoc autem est impossibile: necesse ergo quod mutatum est esse in hoc, in quod mutatum est.

Et etiam hoc apparet illi, qui consideraverit vnumquenq; modum transmutationum, cum sit necessarium quod omne, quod transmutatur, sit in aliquo vbi, aut in aliqua re. Quoniam, cum separatur ab illo, a quo transmutatur, necesse est vt sit in aliquo vbi, aut in aliqua re, aut in hoc. Si igitur illud, quod transmutatur ad b, est in alio, Verbi gratia, in c. semper etiam transmutabuntur de c. ad b, quoniam c, non est continuum ad b, & transmutatio est continua. Vnde necesse est vt illud, quod iam transmutatur, cum transmutatum est semper transmutetur ad illud, ad quod transmutatur, quod est impossibile. Ergo necesse est vt illud, quod iam transmutatur sit in illo, ad quod transmutatur.

*Demonstratio probans quod illud, quod mutatum est, est in eo, in quod mutatum est.*




42 **Cum declarauit ostensiue, & post secundum exemplificationem, vult etiam declarare hoc ducendo ad inconueniens, Et dixit & etiam &c. id est, & nō solum modo apparet hoc in alijs trāsmutationibus, ex hoc quod apparet in transmutatione, quæ est in substantia, sed** hoc apparet vniuersaliter in omnibus transmutationibus: quoniam omne transmutatum cum transmutatur venit in aliud ab eo, a quo transmutatur, aut vbi, aut quale, aut quantum. Deinde dixit quoniam cum separatur ab illo, &c. F
id est & hoc quod diximus necesse est: quoniam, cum transmutatum separatur ab eo, a quo transmutatur, necesse est vt sit in aliquo: & illud, aut erit ad quod est transmutatio primo, aut erit aliud ab eo, ad quod est transmutatio non primo. Et cum dixit aut in hoc: intendit illud, ad quod transmutatum transmutatur primo. Et cum dixit aut in alio, intendit ab eo, ad quod est transmutatio non primo, quod est medium in transmutationibus habentibus medium, aut illud, ad quod est transmutatio postremo in transmutationibus, quæ sunt secundum continuum, vel habitum. Et cum dixit ꝙ, cum transmutatum separatur ab eo, a quo transmutatur, & est in aliquo, aut in illo, ad qđ est transmutatio primo, aut in alio, dixit si igitur, illud, quod transmutatur ad.b.&c. id est ponatur igitur aliquod transmutatum separari ab eo, a quo transmutatur, & venire ad illud, ad qđ transmutatio est primo, & sit.b, & ponatur ꝙ cum hoc transmutatū transmutetur ad.b, quod est in alio, Verbi gratia, in c, sequitur necessario vt semper in c, transmutetur ad b, & vt in b, sit iam transmutatum. D. dedit causam in hoc, & dixit quoniam.c.non est continuum ad b, &c. id est & necesse est vt sit in c, continuæ transmutationis, quia c, non est continuum ad b. vt transmutatum sit in eo quiescens: & cum in c. non fuerit quiescens, necessario est in eo transmutatum. **Et, cum declarauit hoc, dedit impossibile, quod sequitur, &**

A transmutatum fuerit in aliquo, alio ab eo, ad quod est transmutatio primo, & dixit ergo necesse est vt illud, quod iam transmutatum est, &c. id est ergo necesse est vt transmutatum transmutetur semper ad illud, ad quod iam transmutabatur: &, cum posuit quod est in primo, a quo transmutatur, sequitur vt transmutetur ad illud, ad quod transmutabatur: & sic ambulans ad aliquem locum est in illo loco, dum ambulat ad ipsum: & cum contingit ei in hoc impossibile, sequitur, vt transmutatum in primo, cum transmutatur, sit iam transmutatũ: quoniam sequitur, si hoc non fuerit, vt transmutatum transmutetur ad illud, in quo est, scilicet transfertur ad illud in quo est aut transfertur cum translatum est, & sic præteritum erit futurum. Et, cum declarauit impossibile, quod sequit hoc, dedit conclusionem, quæ est contradictoria impossibili, & dixit ergo necesse est vt illud, quod transmutatur, sit in illo, ad quod transmutatur primo.

Manifestum igitur est, & quod factum, cum factum est, erit: & quod corruptum est, cum corruptum est, non erit. Vniuersaliter autem dictum est de omni mutatione: & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quod quidem igitur quod B mutatum est, cum mutatum est primum, in illo est: manifestum est. *Factũ, cum factũ est, habet esse & corruptum, cũ corruptũ est, habet nõ esse.*


Manifestum est igitur ꝙ illud, qđ fuit, est, cum fuit ens, & illud, quod corrumpitur, non est ens. Quoniam iam diximus vniuersaliter in omni transmutatione: & hoc manifestius est in ea, quæ est secundum cõtradictionem. Manifestum est igitur quod illnd, quod transmutatum est in initio transmutationis est in illo, ad quod transmutatur.

Vult notificare quod hoc, quod intendebat declarare, est manifestum in transmutatione, quæ est in contradictoria ex declaratione, quæ continet alias transmutationes. Et si manifestius est in hac transmutatione, scilicet quæ fit secundum contradictoria, quoniam hic est manifestum per se, & in alijs per medium. Et quasi dicit manifestum est igitur in alijs transmutationibus ꝙ illud, quod iam transmutatum est in initio transmutationis est in illo, ad quod transmutatur: quemadmodum apparet in hac transmutatione, quæ est secundum contradictionem: licet hoc sit manifestius in hac transmutatione. Deinde dixit manifestum est igitur, &c. id est manifestum est igitur quod illud, quod generatur C est ens in initio, cum fuerit in ente, & separatur a non ente, & similiter illud, quod corrumpitur in initio eius, cum corrumpitur, est in non ente: & hoc intendebat, cum dixit & illud, quod corrumpitur non est ens. Deinde dixit iam igitur diximus vniuersaliter in omni transmutatione, id est iam declarauimus hoc: licet sit manifestius in transmutatione in substantia, & causa in hoc est, quia non habet medium. 43

In quo autem primo mutatum est, quod mutatum est, necesse est atomum esse. Dico autem primum, quod non per alterum aliquid ipsius esse, huiusmodi sit. Sit igitur diuisibile quod est a.c, & diuidatur secundum b, si quidem igitur in a, b, mutatur, est aut iterum in b, c, non vtique in primo, quod est a, c, quod mutatum est, erit. Si autẽ transmutatur in vtroque: necesse est enim in vtroque transmutatum esse, aut transmutari: & vtique in toto transmutabitur; sed erat mutatum. Eadem ratio autem est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est. Erit enim aliquid primo prius: quare non erit vtique diuisibile in quo mutatum est.

Et illud, in quo fuit tranſmutatum in initio tranſmutationis neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile. Et intelligo per initium, illud, quod eſt tale, non propter hoc, quod aliud eſt tale. Sit ergo, a, c, diuiſibile, & diuidatur in b; ſi igitur tranſmutatur in, a, b, & in b, c, tunc initium tranſmutationis non erit in, a, c. Qm̄ in vtroque eorū aut tranſmutatum eſt, aut adhuc tranſmutatur: vnde neceſſe eſt vt in toto ēt tranſmutetur: ſed iam tranſmutatum eſt. Et iſta eadē ratiocinatio ſequitur, ſi aliquid pro parte tranſmutetur, & pro parte tranſmutatum eſt. Quoniam ſequitur vt ſit prius primo: vnde neceſſe eſt vt idem, in quo eſt res non ſit diuiſibile.

*Demonſtratio oſtendens quod id, in quo aliquid primo mutatum eſt, non eſt tempus, neq; aliquid diuiſibile, ſed inſtans, & indiuiſibile.*




44 **Cū declarauit quod in initio eius, quod tranſmutatur, res tranſmutabilis venit in illud, in quo tranſmutatur, vult declarare quod initium illius, in ꝙ eſt tranſmutatio, eſt indiuiſibile. Et dixit & illud in q̄, &c. id eſt & illud, in quo tranſmutatum erit in initio tranſmutationis, neceſſe eſt, vt ſit indiuiſibile, & ſimiliter id, ad quod peruenit: & hæc eſt cauſa in hoc, quòd finis, & principiū tranſmutationis, ſint indiuiſibilia. Et cum dixit ꝙ initiū eius, in qđ trāſmutatū tranſmutatᷓ, & finis eius debet eſſe indiuiſibile, expoſuit illud, ꝙ intēdit, & dixit & intelligo per primū, &c. id eſt & intelligo per primum, illud, quod dicitur trāſmutari, non quia aliqua pars eius eſt talis: primum enim eſt illud, quod non prædicatur de aliquo propter aliud. D. incœpit declarare quod primum, quod tale, debet eſſe indiuiſibile, & dixit ſi igitur. a. c, &c. id eſt dico quod initium eius, in quod tranſmutatur, debet eſſe indiuiſibile: ſi autē ſit diuiſibile, & ſit. a. c, & diuidatur in b, dico igitur ꝙ, ſi magnitudo. a. b. c. fuerit diuiſibilis, neceſſe eſt vt tranſmutatum ſit tranſmutatum in vtraque parte. a. b c, aut adhuc tranſmutetur. Si autem tranſmutatum eſt in vtraque parte, tunc tranſmutatio eius in a. b. c. toto non erit prima. Sed poſitum eſt ita: quod eſt inconueniens, Et, ſi in vtraque adhuc tranſmutetur, & non eſt tranſmutatum, continget vt in toto tranſmutetur. Sed poſitum eſt ipſum iam tranſmutatum eſſe. Et hoc intendebat, cum dixit ſi igitur tranſmutatum, id eſt ſi igitur tranſmutatum in vtraque parte. a. b. c, non vere dicitur iam eſſe tranſmutatum: quoniam ſequitur ex eo, vt non ſit initium tranſmutationis, ſed ſemper tranſmutatur: ergo neceſſe eſt vt ſit in toto, ſcilicet in. a. c. ſemper tranſmutari: quia neceſſe eſt vt ſit in vtroque, aut vere dicatur ſemper tranſmutari, aut iam tranſmutatum eſſe. Si igitur non vere dicitur iam tranſmutatum eſſe, neceſſe eſt: in vtraque tranſmutetur vt ergo in toto eſt tale, ſcilicet tranſmutari. Et poſitum eſt quod in toto tranſmutatur: ergo in eodem ſemper tranſmutatur, & eſt tranſmutatum inſimul: quod eſt impoſſibile. Et abbreuiatio huius demonſtrationis eſt talis. Neceſſe eſt vt illud, quod tranſmutatur in tota magnitudine, ſit in vtraque parte, ſcilicet cum eſt in altera parte, aut nondū tranſmutatur, aut iam tranſmutatū eſt, aut ſemper tranſ-**

Abbreuiatio rōnis.

A mutatur. Si aũt nondum transmutatur, ergo est quiescens in omnibus partibus magnitudinis, & in toto iam transmutatum est: & hoc est inconueniens. Et si iam transmutatũ est in vtraque, tunc in magnitudine iam transmutatum est, nõ in primo: & si in eis semper transmutetur, ergo in.a.b.c.toto transmutatur. Sed positum est iam transmutatum esse: ergo in eodem transmutatur, & est iã trãsmutatum: & hoc est impossibile. Sed Aristo. tacuit diuisionem, dicentẽ, quod in vtraque erit quiescens, quia est manifesta, & quia iam vsus est in hac propositione in initio huius tractatus. D.d. & ista eadem ratiocinatio sequitur, &c.i. & istud impossibile sequitur etiam, si posuerimus ipsum in vna parte iã transmutatum esse, & in alia adhuc transmutari. V.g. in parte.a.b. iam transmutatũ esse, & in parte, b.c. adhuc transmutari: quoniam ratio in hoc eadem est, s. quia sequitur vt illud, quod positum est primum, non sit primum. D.d. ergo necesse est vt illud, &c.i. sequitur igitur ex hoc sermone vt illud, quod est initium, in quo est transmutatio, non sit diuisibile, neque vltimum eius, in quo est transmutatio. Et intelligendũ est hoc etiam in tempore transmutationis, scilicet quod initium eius est indiuisibile, & quod non est tempus, sed instans. Initiũ trãsmutationis est ĩdiuisibile.

Manifestũ igitur quia & quod corruptũ est, & quod factum est, in B atomo hoc quidem corruptũ, hoc aũt factum est. Dicitur autem in quo primo mutatum est dupliciter, aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio: tunc enim verum est dicere quod mutatũ est: aliud vero, in quo primo cœpit mutari.

Manifestum est igitur quod illud, quod corrumpitur, & quod est, est in indiuisibili. Et hoc quod dicimus initiũ eius, in quo est transmutatio, est duobus modis. Quorũ vnus est illud, in quo perficitur transmutatio: quoniam tunc dicitur vere aliquid iam transmutatum esse. Alius vero est illud, in quo incœpit transmutatio. Omne factũ & corruptũ est in indiuisibili.

Ista demõstratio prædicta est in trãsmutationibus diuisibilibus, quæ habent principiũ, & finem. trãsmutationes vero indiuisibiles, s. quę sunt ĩ indiuisibili. V.g. gñatio, & corruptio sunt ĩ forma: & forma est indiuisibilis. Manifestũ est igit de eis, ꝙ istę trãsmutationes sunt in rebus indiuisibilibus. D.d. manifestũ est igit, &c.i. manifestum est igit quod illud, qđ corrũpitur, corrũpitur in indiuisibili, & illud, ꝙ fit, fit in indiuisibili. Et nõ intendit ꝙ hoc apparet ex prædicta demonstratione. nam generatio, & corruptio non sunt diuisibiles ita quod C habeant, principiũ, & finẽ: sed forte trãsmittit nos ad hoc, quod dictũ est prius, qđ gñatio, & corruptio sunt fines transmutationis. Et declaratũ est hic ꝙ finis transmutationis est indiuisibilis. Et intelligo per transmutationem illud, cuius finis est gñatio, & corruptio. s. transmutationẽ alterationis, & generatio est finis alterationis, & nõ est transmutatio, sed est sequens transmutationẽ: quia nõ diuiditur in magis, & minus: quia nõ intelligitur homo esse magis quã homo, neq; ęquus est magis quã ęquus, sicut intelligitur albedo magis quã albedo: & ideo generatio, & corruptio nõ sunt motus, neq; existunt per se, sed sequuntur motũ: & ideo forte intendit per indiuisibile in generatione, & corruptione formã. D.d. & hoc, quod diximus, &c.i. & dixit hoc, quia non est locutus nisi in principio tantum: quoniam demonstratio super ea, eadẽ est: & forte hoc nomen primum in idiomate eorũ significat principium, & finem. Forma est ĩdiuisibilis. 45 Idẽ, 3. ph. c. 68. Documentũ Nõ intelligĩtur homo, magis quã homo, nec ęquus magis quã ęquus, sicut intelligiť albedo, magis ꝙ albedo.

Secundũ quidẽ igitur finem mutationis primum dicitur, existit, & est: contingit enim perfici mutationem, & est mutationis finis: quod ostensum est indiuisibile esse, propter id quod finis. Quod autem, secundum principium est, omnino non est: non enim principiũ est mutationis, neque in quo primo quis mutabitur. Sit enim primum, in quo sunt.a.d. hoc igitur indiuisibile non est: accidit enim Datur vltimũ motus, & non primum.

contigua esse ipsa nunc: amplius, si in. c. a. tempore omnino quiescit ( ponatur enim quiescens) & in.a. quiescit. Quare, si impartibile est.a.d, simul quiescit, & mutatum est. In.a. quidem enim quiescit, in d.autem mutatum est.

Primum vero, quod dicitur propter complementum transmutationis, est existens per se: quoniam possibile est vt perficiatur transmutatio: & vltimũ trãsmutationis est illud, quod iam declarauimus esse indiuisibile, quia est finis. Primum vero, quod dicitur pro principio, non est ens omnino: quoniã trãsmutatio non habebit principiũ, neque erit ex primo tẽpore aliquid, in quo transmutetur res. Sit igitur primum.a.d. istud igitur primũ non est indiuisibile: quoniam sequitur in omni indiuisibili vt instantia sint sesea. Et etiam, si in tempore toto.c.a.fuerit quiescens, ponemus ipsum esse quiescens in.a. etiam. Sequitur igitur, si.a.d.fuerit quiescens, & indiuisibile, vt sit quiescens, & iam transmutatum insimul. Quoniã in.a. erit quiescẽs, & in.d.erit iam transmutatum.

**Ratio finis in indiuisibili consistit.**

46 Cum declarauit quod in principio eius, quod transmutatur, cum separatur ab eo, in quo transmutatur, veniet in illud, in quo primo transmutatur, & quod initium & finis transmutationis sunt indiuisibilia, vult declarare quod initium transmutationis non est in actu, sed in potentia: & similiter initiũ eius in quo est trãsmutatio nõ est in actu, sed in potẽtia: finis aũt transmutationis in actu est, & demonstratio: & similiter finis eius, in quo est transmutatio. Quoniã, si est necesse vt transmutatum in initio trãsmutationis sit in illo, in quod trãsmutatur primo, & nõ trãsmutatur, nisi in indiuisibili, & initium eius, in quo trãsmutatur, est indiuisibile, sequit vt non transmutatur in initio transmutationis. Et, cũ in transmutato nõ inuenitur transmutatio, nisi sit iã trãsmutatũ, manifestũ est quod trãsmutatio nõ habet principiũ, nisi transmutatio esset cõposita ex indiuisibili, & tẽpus similiter. Ergo istud principiũ necessario est in potẽtia: & est illud, de quo declaratũ est in sermone prædicto ipsum esse indiuisibile. Et expositores dubitabant in hoc: quia existimabãt quod isti sermones sunt contradictorij. s. dicens quod est indiuisibile, & dicẽs ꝙ nõ est ens: & non sunt contradictorij, nisi esset declaratũ, quod nõ est ens omnino. Sed nõ fuit declaratũ, nisi quod est non ens in actu: & hoc ignorant omnes expositores in hoc loco: ideo inuenimus Alex. transtulisse declarationẽ ad tp̃s. s. hoc, quod declarauit, qđ initiũ transmutationis est indiuisibile. D.d. ipsum esse non ens, & forte intẽdit per hoc, ꝙ declarauit ipsum esse indiuisibile, ipsum esse non ens in actu: & quasi dicit si istud principiũ fuerit ens in actu, necesse est, vt sit indiuisibile, Deinde declarauit ꝙ, si fuerit indiuisibile, necesse est, vt non sit ens: & si poneret esse, accidet impossibile: & iste modus declarationis est modus verus. Expositores aũt non fecerũt dr̃iam inter sermonẽ de principio, & fine in hac demõstratione, & dixerũt quõ motus habebit finẽ, & nõ habebit principiũ: & hoc, quod existimauerunt de hoc, est in primo aspectu a deceptione. D.d. primũ vero, & c. id est indiuisibile vero, ꝙ dicitur de fine transmutationis, & fine eius, in quo est trãsmutatio, est existens in actu, & põt demonstrari. Et, cũ narrauit hoc, dedit causam, & dicit qm̃ possibile est, vt perficiatur &c. i. & hoc est ita: quia transmutatũ potest perfici in sua transmutatione: & perfectio trãsmutationis est res existens in actu, sicut aliȩ perfectiones, & demonstrata magis q̃ in vno instanti. Et hoc manifestum est in omni trãsmutatione: qm̃ perfectio in vbi est superius, & in qualitate est album, & nigrũ, & in quãtitate est quãtitas terminata. Ista igitur, inquit, sunt in actu, ideo finis in eis, quȩ est indiuisibilis, & est vltimũ trãsmutationis, est ens in actu: principiũ vero trãsmutationis, quia non est


**Perfectio trãsmutationis est res existens in actu, sicut aliæ perfectiões, & demõstrata magis quam in vno instãti.**

A principium alicuius permanentis, sicut est dispositio in principio lineę, & illud, quod est ens in actu, est ipsa transmutatio, & in transmutatione non est initium naturaliter, necesse est vt istud principium non sit ens, neque existens. Cum igitur posuit quod possibile est vt perficiatur transmutatio transmutationis, & qđ ista perfectio est in actu, & quod habet finē, fuit necesse vt finis eius sit in actu, sicut est finis lineę, & finis superficiei. Et causa in hoc est, quia motus, & tēpus nō habēt sitū, & linea habet sitū, declaratū est qđ est indiuisibilis, ergo finis motus indiuisibilis est in actu. D. reuersus est ad principiū motus, de quo declaratū est quod, si fuerit ens, nō erit indiuisibile, & declarauit ipsum esse non ens, nisi in potentia. scilicet scđm quod instās est in tpe, & dixit primū vero, &c. i. principiū vero trāsmutationis, de quo diximus qđ, si fuerit ens, qđ non erit diuisibile, nō est necesse vt sit ens omnino, quia est indiuisibile in sua natura. s. principiū, secūdū qđ est principiū, D. d. qm̄ trāsmutatio nō habebit principiū, &c. i. qm̄ transmutatio nō habebit principiū, quę est trāsmutatio: nā principiū est īdiuisibile, & trāsmutatio est diuisibilis: neq; ēt in hoc tpe, quod est indiuisibile cadit trāsmutatio: qm̄ transmutatio est diuisibilis, & nō cadit, nisi in tpe diuisibili vt declaratū est in initio istius tractatus: & hoc intēdebat, cū dixit sit igit̄ primū, &c. i. sit igitur primū eius, in quo est transmutatio, V. g. primū spacij. a. d. D. d. istud primū igitur, &c. i. sequit̄ igitur vt primū spacij, in quo est motus in B actu, nō sit indiuisibile, sed diuisibile necessario. Et, cū narrauit qđ istud primū debet esse diuisibile ex cōtrario primo, quod est principiū eius, ī quo est motio moti in initio eius, quod mouetur, & est principiū motus, dedit impossibilia cōsequētia, si ponatur indiuisibile, & dixit, sequitur si fuerit indiuisibile, &c. i. qm̄, si principiū eius, in quo demōstrat̄ motus, fuerit indiuisibile, ita, qđ sit pars motus, contingit motū inueniri in spatio indiuisibili, & tp e indiuisibili, s. instanti: & sic tps, & motus erūt cōposita ex indiuisibilibus: qđ est impossibile. D. d. & ēt, si in tēpore. c. a, &c. i. & si pars tpis, in qua est initiū quietis, fuerit pars, ī qua est vltimū motus, secūdū quod est aliquod indiuisibile, cū instans nō sequitur instās, neq; inter finē quietis, & initiū motus est tēpus, manifestū est qđ, si in hac parte tpis indiuisibilis fuerit possibilis motus, possibilis erit quies: & sic res erit mota, & quiescēs in eodē: quia finis est quietis, & initiū motus. Ponatur igitur. s. motū moueri in toto tēpore. a. d, & ponatur ēt ipsum quiescere in fine istius tēporis. s. d. mouetur igit̄ ēt in initio eius, ꝙ est. a. ergo necesse est si ille finis, & initiū, quod est indiuisibile, posset in eo fieri motus, & quies, vt illud, quod mouetur in eo sit quiescēs, & motū insimul: qm̄ in. a. d. quod est indiuisibile, erit quiescēs, secūdū quod est finis quietis, & erit in. a. motū, scđm qđ est initiū motus: & sic in eadem re erit quiescens, & motum insimul.

C Quoniam autem non est impartibile, necesse est diuisibile esse, & in quolibet huiusmodi mutatum esse. Diuiso enim ipso. a. d. si quidē in neutro mutatū est, neq; in toto. Si autem in ambobus mutatur, & in omni. Si vero in altero tantum mutatnm est, non in toto primo. Quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est qđ non est in quo primo mutatū est: infinitæ. n. diuisiones sunt.

Si igitur. a. d. non est indiuisibile, necesse est vt sit diuisibile, & in quolibet istius accipiatur, transmutabitur in eo, quando. a. d. diuidetur. Et si non transmutetur, neque in altera duarum partium, ergo neque in toto transmutabitur. Et, si in eis semper transmutatur, ista erit dispositio eius in toto. Et, si transmutatur in altero, non erit primum eius, in quo transmutatur totum. Ergo necesse est vt transmutetur, in quocunque eius accipiatur. Ergo manifestum est quod non est primum eius, in quo transmutatur, quoniam diuisio eius est infinita.

*Demonstratio prima sumpta ex parte temporis ostendens quodnon est accipere primum, in quo mutatum est ex parte principii.*



Aliquid tp̄is in quo mobile primo mutatū est.

47 Dicit Si igitur.a.d, in quo posuimus principium transmutationis existenti in actu, non fuerit indiuisibile, necesse est vt semper diuidatur in diuisibile, & in qualibet parte ponatur transmutari in actu, necesse est vt prius transmutetur, scilicet quod ante hanc transmutationem positam sit transmutatio: quoniam magnitudo, in qua posita est transmutatio, est diuisibilis necessario. Et hoc intendebat cum dixit cum diuidatur.a. d. & cum narrauit ꝙ, cum transmutatur in hac magnitudine, necesse est vt sit transmutatum in partibus, incœpit declarare hoc, & dixit, &, si non transmutatur, &c. id est, & cum posuerimus ꝙ primum eius in quo demonstrantur transmutatum, & eius, in quo est transmutatio est diuisibile. Verbi gratia. a.d. diuidetur in.b. si igitur nō transmutatur in altera parte, scilicet in a.b. b.d. ergo neque in tota magnitudine.a.d, quod est contra positum: & si trāsmutatur in eis semper, tunc dispositio eius in toto erit talis: sed positum est quod ista transmutatio est principii transmutationis: & hoc est impossibile. Et, si transmutatur in altera, & non in reliqua, tunc totum non erit principium eius, in quo transmutatur: sed positum est primum: & hoc est inconueniens. Et hoc intendebat, cum dixit, &, si transmutatur in altera, &c. & cum sit impossibile vt in vtraque sit quiescers, aut in eis semper transmutetur, & in alia non transmutatur, sequitur ex hoc vt in vtraque sit iam transmutatum: & dixit ergo necesse est, &c. id est, quæcūq; pars accipiatur ex illo primo, necesse est vt transmutatum in eo sit iam transmutatum: ergo transmutatio erit ante transmutationem, & ante hanc alia, sicut est dispositio in diuisione magnitudinis in infinitum: & hoc intendebat, cum dixit ergo manifestum est, &c id est. ergo manifestum est quod in eo non est principium eius, quod transmutatur: quia diuisio eius est in infinitum.


Neque itaque eius, quod mutatum est, aliquid primum est, quod mutatum est. Sit enim. d.z. primo mutatum ipsius.d.h. omne enim. F quod mutatur diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem, in quo d.z. mutatum est, sit in quo est.b.c. Si ergo in omni.d.z. mutatum est indimidio minus est, quod mutatum est, & prius ipso.d.z, & iterum hoc aliud, & illo alterum, & sic semper: quare eius, ꝙ mutatur, nihil est primū, quod mutatum est.

Neque ex illo, quod transmutatur, est aliquid, quod est primum eius, quod transmutatur. Sit ergo.d.z. primū eius, quod transmutatur ex.d.h. quoniam iam declarauimus, quod omne transmutatum est diuisibile: & tempus sit.b.c. Si igitur.d.z. transmutatur in hoc tempore, ergo in sua medietate erit illud, quod transmutabatur prius, & ante istud aliud minus prius, & sic semper: vnde necesse est vt in transmutato non sit aliquid omnino, quod sit primum eius, quod transmutatur.

A *Demonstratio secunda, ostendens idem, quod supra, sumpta ex parte mobilis.*

Vult declarare etiã quod transmutatum non est aliqua pars, quæ sit primum eius, quod transmutatur, id est, q̃ ante ipsum nõ est alia pars, quæ dicatur transmutari: quoniam autẽ transmutatum debet habere partem, manifestum est ex prędictis: nam omne transmutabile est diuisibile. Quoniam vero in ista diuisione non inuenitur pars prima, manifestũ est ex hoc, quod est declaratum, q̃d transmutatum, & tempus, & transmutatio omnia sunt de B natura continui, & q̃ continuũ semper diuiditur in diuisibile. Et, quia diuisibilitas moti est manifestior ex diuisibilitate eius, in quo mouetur, incœpit declarare q̃, si esset hoc primum transmutatũ, tunc esset prima longitudo, & primum tempus: sed quia hoc est manifestius in tempore, Dixit nec sit ex illo, quod transmutatum est, &c. id est, neque in transmutato inuenitur pars, quæ sit primum eius, quod transmutatur. Deinde posuit transmutatum. D.H. & posuit partem illius primo. d. z. vt declararet, ducendo ad inconueniens, quod ista pars non est primum, & dixit, d. z. &c. & quia aliquis potest dicere quod ista positio non est vera, nisi esset verum, quod omne transmutatum est diuisibile, dixit quoniam iam declarauimus q̃ omne transmutabile est diuisibile. Et, cum posuit hoc, & iam declarauit quod omne transmutatum transmutatur in tempore, necesse est vt ista pars transmutetur in tempore, & dixit, & tempus, in quo transmutatur, sit. b. c. &, cum declarauit quod ista transmutatio debet esse in tempore, dicit sit igitur illud tempus in quo pars. d. z. transmutatur, b. c. D. d. si igitur. d. z, &. c. scilicet pars transmutati, quam posuimus primum eius, quod transmutatur, tunc in medietate istius temporis erit illud, quod transmutatur de illa parte minus. Quoniã illud, quod transmutatur in minori tempore, est minus, scilicet in æquali ve-C locitate. Et erit transmutatio, quæ est in medietate istius ante transmutationẽ, quæ est in toto illo tempore, quæ posita est prima, & sic erit non prima. Et, quia tempus diuiditur in medietates in infinitum, necesse est vt diuidatur in minus, & minus in minori secundum diuisionem temporis in infinitum. Et similiter in prius, & in prius priori, & sic in infinitum. Et, cum declarauit quod trãsmutatum non habet primum, dixit necesse est igitur, &c. id est, sicut est necesse in ipsa transmutatione, & in eo, in quo est transmutatio.

48





Quod igitur neque eius, quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquam sit, manifestũ est ex his, quę prius dicta sunt. Ipsum autem, quod mutatur, aut id secundum quod mutatur, non ẽt similiter se habebit Tria nanq; sunt, quę dicuntur secundum mutationem. Quod mutatur. Et in quo. Et etiã in quod mutatur: vt homo, tempus, & album. Homo mutatione igitur, & tempus, diuisibilia sunt. De albo autem alia ratio est, verum secundum accidẽs omnia diuisibilia sunt: cui.n. accidit albũ, aut quale, illud diuisibile est. Quoniam in his erit primũ quæ secũdũ se dicuntur diuisibi-

lia, & non secundum accidens, vt in magnitudinibus. Sit enim in quo est a.b. magnitudo, motum autem sit ex. b. in c. primũ. Igitur, si indiuisibile quidem est. b. c, impartibile impartibili erit contiguum. Si vero diuisibile: erit aliquod ipso. c. prius, in quod mutatum est, & illo iterũ aliud, & sic semper: propter id quod nullo modo deficit diuisio. Quare non est primũ, in quod mutatum est. Similiter autem et & in quantitatis mutatione, etenim hæc in continuo est. Magnitudinis igitur est, q in sola mutatione, quæ est secundũ qualitatẽ, contingit indiuisibile per se esse.

Manifestũ est igitur ex dictis, q neque ex transmutato, neque ex tempore, in quo est transmutatio, est aliquid omnino, quod sit primũ. Et illud ipsum, in quo est transmutatio, non habet talem dispositionem. Sunt enim tria, quæ sufficiũt in trãsmutatione, scilicet trãsmutatum, & illud, in quo est transmutatio, & ad quod. Verbi gratia, homo, & tẽpus, & album Homo vero, & tempus sunt diuisibilia. Sermo autem de albo est alius a sermone de istis: sed oĩa sunt diuisibilia per accidens. Illud. n. cui accidit albũ, & quale, est diuisibile. In illis aũt omnibus, quæ dicũtur diuidi per se, non per accidẽs, non est etiam primũ. V. g. in magnitudinibus. Sit igitur. a. b. c. magnitudo, & moueatur de. a. ad. b. primo motu. Si igitur. a. b. fuerit indiuisibile, tunc impartibile sequitur impartibile. Et, si fuerit diuisibile, tũc erit aliquid ante. b, in quod cecidit transmutatio, & ante illud aliud, & sic semper. Quoniam non euadet a diuisione aliquo modo. Ergo nõ est hoc primum eius, in quod cadit trãsmutatio. Et similiter de trãsmutatione quantitatis: quoniam ista transmutatio etiam est in continuo. Ergo manifestũ est quod in motu in qualitate sola inter alios motus potest esse indiuisibile per se.

*Demonstratio tertia ostendens idem, quod supra sumpta ex parte magnitudinis.*




49 **Dicit Manifestum est igitur ex prædictis, quod non est aliquod primum, scilicet indiuisibile ex transmutatione, neque ex tempore, in quo fit transmutatio, secundum quod est transmutatio, & secundum quod est tempus, neque per se, neque per accidens. Deinde d. & illud ipsum, &c. & intendit illud, in quo est genus trãsmutationis: & dixit hoc, quoniam transmutabilium sunt quædam, in quibus non inuenitur primum per accidens, scilicet quæ sunt in qualitate. In eis autem, quæ sunt in vbi, & quando non inuenitur primum omnino, neque per se, neque per accidens. Et, cum narrauit quod dispositio in eo, in quæ est transmutatio, in hoc non est sicut dispositio in transmutato, & tempore, incœpit exponere hoc, & dixit sunt enim**

A tria,&c.i. sunt enim tria in transmutatione: & sunt illa, de quibus diximus ipsa non habere primum. D.d. scilicet trāsmutatum, & intēdit per illud, in quo est trāsmutatio, tēpus, & per illud, ad quod est trāsmutatio, genus motus. V.g. homo, qui albescit: quōm sunt in eo tria, homo, & tēpus, & color albus: & dixit motum, qui est in qualitate, notificando quod in isto non inuenitur primū per accidens, scilicet in eo, ad quod est motus, nō in moto, neq; in tēpore: & hoc intendebat, cum dixit homo vero, &c. id est, homo vero, quod est transmutatū in hoc motu, & tēpus, in quo est motus, non habent primum omnino, neque per se, neq; per accidēs, quia sunt diuisibilia per se. Album vero, & similiter de rebus, ad quas fit transmutatio in qualitate, non habent talē dispositionē: quoniam ista non diuiduntur per se, scilicet qualitates, sed per accidens. Deinde dicit sed omnia sunt diuisibilia per accidens, id est, omnes qualitates. Deinde narrauit quomodo diuiduntur per accidens, & dixit illud.n. cui accidit album, &c.i. album vero, & vniuersaliter qualitates sunt diuisibilia, quia sunt in corpore, quod est diuisibile per se. Et, cum narrauit quod diuisibiliū ex istis tribus quædam sunt, quę semper diuiduntur per se. s. tēpus, & transmutatū, Et quædā sunt, quorū quædā diuiduntur per se, & quædam per accidens, & est illud, ad quod est transmutatio, narrauit quod in illo, quod diuiditur per se, in istis non inuenitur primū per B se, & in illo, quod diuiditur per accidens, inuenitur primum per se, & non per accidens: & dixit in illis autē omnibus, &c.i. in transmutato, & tempore, & transmutatione, quæ est in vbi, & quanto: quōm ista sunt diuisibilia per se. Et, cum narrauit quod in istis non inuenitur primum diuisibile, iterauit suam demonstrationem super ista diuisibilia, cū in declarationibus prædictis non distinguitur illud, quod diuiditur per se, ab illo, quod diuiditur per accidens. Et dixit sit igitur.a.b.c. &c. id est, sit igitur spatium, per quod motum mouetur primum spacium.a.b,c.& motus eius ex.a. ad. b. sit primus motus. D.d. si igitur a.b,&c. id est si igitur.a.b, quod est ex spatio primum eius, per quod fit primus motus, fuerit magnitudo indiuisibilis, tunc motus per illud erit indiuisibilis: & sic indiuisibile sequitur indiuisibile: & sic magnitudo, & motus erunt cōpositi ex indiuisibilibus: quod est īpossibile. Deinde.d.&, si fuerit diuisibile, &c. id est si igitur spatium.a.b. fuerit diuisibile, tunc erit hoc spatium ante spatiū.a.b, in quod cecidit transmutatio, antequā caderet in spatium.a.b. V.g. medietas spatij.a.b.& similiter sequitur vt ante transmutationē, quæ est in medietate istius spatij sit minor transmutatio: & est illa, quæ fit in medietate istius medietatis: & sic proceditur in infinitum. Deinde dixit ergo hic nō est primū, &c. id est, in motu locali. D.d.& similiter est de transmutatione quantitatis. id est, in augmento, & diminutione. Et causa in hoc est, quod transmutatio in quāto C est transmutatio in continuo per se, & declaratum est quod continuum semper diuiditur in diuisibile, econuerso transmutationi in qualitate, scilicet quia nō est in continuo. D.d. manifestū est igitur quod in motu, &c. id est, & possibile est vt in eo sit primū indiuisibile per se, & si sit diuisibile per accidens, & hoc est ita, quia minimus [a] color est terminatus per se, quemadmodum minima forma est terminata, scilicet quod minimum eius, quod potest esse coloratū in actu est terminatum: quemadmodum minimū eius, quod potest esse aliquod demonstratum est terminatum. V.g. quoniam minima aqua est terminata; & similiter de alijs corporibus simplicibus, & compositis.

Qualitates non diuidūtur p se, sed per accidēs. Idem supra com.37.39. & infra.59.

a Minimus color ē terminatus per se, queadmodū minima forma est terminata, sicut minima aq̄ ē terminata. Idem supra c.32.& quę ibi.

*In quo ostendit quomodo ea, quæ sunt in motu, præcedunt, seinuicem, &c.* Cap. VI.

QVONIAM autē omne, quod mutatur, in tēpore mutat. Dicitur aūt in tépore mutari & sicut in primo, & sicut secundum alterum, vt in anno, quia in die mutatur. In quo primo tēpore mutatur id, quod mutat, & in quo-

Oē quod mutatur, in tpe mutatur.

libet huius neceſſe eſt mutari. Manifeſtum igitur & ex defini- D tione: primum enim ſic diximus.

Et, quia omne, qđ trāſmutatur, tranſmutatur in tempore. Et di citur aliquid trāſmutari in tēpore, quia eſt primū tēpus, in quo trāſmutatur, & quia trāſmutatur in aliquo eius, V.g. qm̄ dicitur aliud tranſmutari in tali anno, quia tranſmutatur in aliqua die illius anni. Quoniam primum tempus, in quo tranſmutatum tranſmutatur, neceſſe eſt vt in qualibet parte illius tranſmutetur. Et hoc manifeſtum eſt ex eius definitione: quoniam hoc intelligimus per primum.

50 CVM DECLARAVIT quod motus non habet principium, neque illud, in quo eſt motus neque tempus, vult declarare quod illud, quod trāſmutatum eſt, prius tranſmutabatur, Et dixit, quia omne tranſmutatū, &c. id eſt, vt declaratum eſt ſuperius. Deinde d. & dicitur aliquid tranſmutari, &c. id eſt, & manifeſtum eſt per ſe, quod dicitur aliquid tranſmutari in aliquo tempore, quia illud tempus eſt minimum tempus, in quo poteſt tranſmutari: & hoc intendebat, cum dixit, quia eſt primum tempus, &c. quoniam omne, E quod attribuitur rei non propter ſuam partem eſt primum illius rei, vt declaratum eſt: & quia tranſmutatio non attribuitur tempore æquali ei, quia inuenitur in tempore minori ipſo, ideo neceſſe eſt, vt iſtud tempus ſit primum illius tranſmutati: econtrario de tempore, quod excedit tranſmutationem, ſcilicet quia non eſt primum: quoniam tranſmutatio non attribuitur ei, niſi gratia ſuę partis: & hoc intendebat, cum dixit, & quia tranſmutatur in alio, id eſt, & attribuitur etiam tranſmutatio tempori: quia tranſmutatur in alio, cum tempus, cui attribuitur, exceſſerit idem tempus æquale ei. Deinde d. Verbi gratia, &c.i. V.g. quoniam bellum fuit in tali anno, quia fuit in tali die illius anni: vnde attributio eius ad annum non eſt prima. D. d. quoniam primum tempus, &c.i. & cū res habuit tēpus primū, in quo tranſmutatur, neceſſe eſt vt in qualibet parte illius temporis inueniatur illa res tranſmutari: quoniam hoc eſt manifeſtum ex definitione primi: quoniam primum eſt tempus æquale tranſmutationi, cui tranſmutatio non attribuitur gratia partis. Ergo neceſſe eſt in toto: quoniam omnis tranſmutatio, quæ attribuitur tempori, neceſſe eſt vt attribuatur ei, aut propter partem, aut propter totum: ſed primo non attribuitur propter partem: ergo propter totum.

**Datur minimū tempus, in quo aliq̄d poteſt trāſmutari.**


Sed ex his manifeſtū eſt. Sit.n.in quo primo mouet̄ id, quod mo- F uetur. z.b.c.& diuidatur ſecūdū.b.Omne.n.tempus diuiſibile eſt: in z.b.tēpore, aut mouetur, aut nō mouetur: & iterū in b.c. ſimiliter. Si igitur in neutro mouetur, quieſcit itaq; in omni: moueri.n.in nullo huius, quod mouet̄ impoſsibile eſt. Si vero in altero ſolū mouetur, non vtique in primo mouetur: quod eſt.z.c. ſecundū enim vtrunque motus eſt. Neceſſe eſt igitur in quolibet ipſius.z.c. motum eſſe.

Et hoc apparet etiam ex hoc, quod narrabimus. Sit igitur tempus, in quo motum mouetur primo. z. c. & diuidatur in.b. Si igitur omne tempus eſt diuiſibile. Et motum aut in tempore.z. b.c. mouetur, aut non mouetur, & ſimiliter etiam in duobus temporibus.z.b.c. Si autem non mouetur in altero eorum, ergo quieſcit in hoc toto tempore. Nam impoſsibile eſt vt ſit motum, et nō moueatur in altera partium. z.b. c. Et ſi mouetur in altero eorum tantum, tunc tempus.z.c.non eſt primum tēpus, in quo mouetur Quoniam

A niam motus eius est in vtroque eorum. Ergo necesse est vt moueatur in qualibet parte.z.c.

*Demonstratio probans quod id, quod mouetur primo in aliquo tempore, mouetur in qualibet parte illius temporis.*

51




Dicit, & hoc apparet ex hoc, quod dico: q̄m, cum primum tempus fuerit demonstratum, V.g. tempus.z.c, & fuerit diuisum in duo in.b.cum omne tempus sit diuisibile, & illud, quod mouetur necesse est ipsum moueri in tempore, &c. positum primum, aut non moueri, & manifestum est quod non est quiescens in eo, ergo mouetur. Et, cum posuerit B quod in hoc tempore necesse est vt sit motum in toto, & quod aduersarius non potest ponere ipsum in eo quiescens, dixit & similiter etiam, &c. i. & similiter etiam interrogabimus aduersarium, & dicemus ei quod istud motum, quod tu concedis moueri in tempore. z. c, aut concedis etiam ipsum moueri in vtraque parte eius, aut quiescere in vtraq; aut moueri in altera, aut quiescere in reliqua. Deinde dixit si igitur non mouetur, &c. id est, quæ sunt partes magnitudinis, cum sit impossibile vt in ea sit qe-scens: & quasi dicit, quod si fuerit quiescens in vtraq; parte magnitudinis, sequitur maximum impossibile, scilicet vt aliquid moueatur per aliquid, & quiescat in omnibus partibus eius. Et, cum destruxit ipsum quiescere in vtraque parte destruxit etiam ipsum quiescere in altera, & moueri in reliqua, & dixit si mouetur in altera tantum, id est, tunc tempus congregatum ex istis duobus temporibus non erit tempus primum: sed positum est primum. Et hoc est ita, quia C primum est illud, in cuius omnibus partibus est motus: & hoc intendebat, cū dixit, motus eius est in vtraq;, id est: q̄m necesse est, cum sit primum vt motus sit in vtraq; parte eius. Et, cum destruxit ista duo condiuidentia, conclusit tertium, & dixit ergo necesse est, &c, & hoc manifestum est.

Primū tp̄s ē illud, in cuius oib' partibus est motus.


Ostenso autem hoc, manifestum est quod omne, quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si enim in.z.c.primo tempore per q.l. motum est magnitudinem. in medietate quod æque velociter mouetur, & simul inceptum est per dimidium est motum. Si autem eque velox motum est aliquid in eodem tempore, alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem. Quare est motum prius, quod mouetur.

Oē moueri p̄cedit mutatum esse.


Hoc quidem declarato manifestum est quod omne, quod mouetur, necessario mouebatur prius. Quoniam, si moueatur per spatium q.l. in tempore.z.c, quod est primum tempus, tunc æquale ei in velocitate motus, & incipiens cum ipso moueri, mouebitur per medietatem in medietate. Si igitur illud, quod est æquale ei in velocitate, moueatur per aliquid in hoc tempore, necessario aliud etiam mouebi

tur per illud ſpatium. Vnde neceſſe eſt vt illud, quod mouetur, iam D
mouebatur.

*Demonſtratio prima probans quod omne moueri præcedit mutatum eſſe.*




52 Et cum hoc ſit declaratũ, ſcilicet φ illud, quod mouetur in primo tempore, neceſſario mouetur ĩ omnibus partibus illius temporis. Manifeſtum eſt ex hoc quod in quolibet inſtanti, ante quodlibet inſtans, in quo demonſtratur moueri, ſit motum. Deinde incœpit declarare hanc conſecutionem, & dixit, quoniã ſi moueatur, &c. i. V. g. quoniam ſi aliquod motum moueatur per aliquod ſpatiũ in aliquo tempore, Verbi gratia, per ſpatium. q. l. in tempore. z. c. & illud tempus fuerit primum illius moti, Tunc, ſi poſuerimus aliquod motum æquale in uelocitate incipere cum illo moueri, in medietate illius temporis tantum, neceſſe eſt vt pertranſeat medietatem illius ſpatii. Deinde dixit, ſi igitur mouetur per aliquid, &c. i. ſi igitur motum, quod eſt æquale in velocitate moto poſito pertranſire illud ſpatium terminatum in illo tempore terminato, pertranſiuerit aliquam partem magnitudinis in aliqua parte illius temporis poſiti, neceſſe eſt vt primum motum, cum pertranſiuit, pertranſeat ſpatium, per quod ſecundum motum mouebatur, antequam pertranſeat totum ſpatium. Deinde dicit ergo neceſſe eſt vt primũ motum demonſtratũ, quod mouetur in ultimo ſpatii, quod prius mouebatur, id eſt, compleuit motum, quo mouebatur illud, quod eſt æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis: & ſimiliter, ſi poſuerimus primum motum in demonſtratũ in vltimo ſpatii, per quod ſecundum motum mouebatur, ſequitur quod prius mouebatur: nam illud ſpatium diuiditur in duas medietates, & poſſumus ponere aliud motum æquale ei in velocitate pertranſire illud in medietate illius temporis, & ſic in infinitum. Et cauſa in hoc eſt, quia magnitudo, & tempus diuiduntur in infinitum, unde neceſſe eſt, vt ante quodlibet vltimum, in quo res mota demonſtratur, moueatur. Sed ipſe vſus eſt in hac declaratione ſecundo moto, quia eſt manifeſtius. Nam aduerſarius poteſt concedere ipſum pertranſire totum ſpatium, ſed non pertranſit medietatem antequam pertranſeat totum, cum pertranſire medietatem ſit pertranſire in potentia, non in actu: & ideo vtitur ſecundo moto, & poſuit ipſum pertranſire in actu, quoniam hoc non poteſt aduerſarius negare. Et, cum conceſſit hic eſſe ſpatium, quod pertranſit motum æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis, neceſſario concedet quod primum motum, quando mouetur per totum ſpatium, pertranſibit illud ſpatium, quod pertranſiuit illud, quod eſt æquale ei velocitate, ſ. illud, quod mouetur in minori illo tempore.




Pertranſire medietatẽ ẽ ptrãſire ĩ potentia, nõ in actu cõſiſte. infra. c. 57.

Amplius autem, & ſi in omni tempore, quod eſt, z, c, motum eſſe dicimus, aut omnino, aut in quolibet tempore, in accipiendo vltimũ

D A ipsius nunc (Hoc enim est id, quod terminat & medium ipsorum nūc tempus est:) & in aliis dicetur similiter motum esse. Medietatis autem vltimum diuisio est. Quare & in dimidio motum erit, & omnino in qualibet partium. Semper enim simul secundum diuisionem tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne tempus diuisibile est: medium autem ipsorum nunc tempus est: omne, quod mutatur, infinities mutatum est.

Et etiam si dicitur aliquid moueri in tempore, z, c, toto, & vniuersaliter in aliquo tempore, quodcunq; sit, cum acceperimus instans, quod est vltimum eius. Quoniam hoc determinat illud, & inter duo instantia est tempus: & in aliis instantibus dicitur in eo, quod mouetur, iam moueri. Et vltimum medietatis est differentia. Necesse est vt in medietate etiam moueatur, & vniuersaliter in qualibet parte: quoniam, cum casu diuisionis determinatur tempus per instantia.
E B Cum igitur omne tempus est diuisibile: & inter duo instantia est tempus. necesse est vt omne, quod transmutatur, transmutatetur in infinitum.

Ista declaratio est alia, quia prima est ex spatio, & ista ex tempore. Et dicit, 53
& est etiam aliud signum: qm̄ non dicimus aliquid moueri in aliquo tempore, nisi, cum acceperimus instans, quod est finis transmutationis, & instans, quod est principium eius: qm̄ per hæc duo instantia determinatur tempus, in quo est transmutatio. Sed tacuit instans, quod est principium, quia hoc intellectum est: nam omne tempus finitum non fit finitum, nisi accipiendo illud inter duo instantia. & ideo dixit: & inter duo instantia est tempus, i. cum posuerimus quod omne tempus terminatur per duo instantia, & inter quælibet duo instantia est tempus, vt declaratum est, & posuerimus quod finis medietatis istius temporis, in quo motum totum mouetur, s. tempus, z. c. determinatur ab instanti, quod est differentia inter istas duas medietates, Manifestum est, quod cum motum fuerit in hoc instanti, s. quod diuidit hoc tempus in duas medietates, dicetur vere iam motū esse, & in alia medietate moueri, ergo illud, quod mouetur iam motum est. Et simili
C ter, cum diuiserimus illam medietatem in duas medietates, tunc in alia medietate vere dicetur moueri. ergo & in differentia, quæ est inter duas medietates manifestum est quod cum moueri fuerit ipsum iam esse motum; & similiter in medietate medietatis, & sic in īfinitū, ergo omne, quod mouetur iam mouebatur. Et hoc intendebat, cum dixit, & finis medietatis est differentia, i. & instans, quod est finis alterius medietatis, & principium secundæ, est differentia inter has duas medietates: ergo necesse est vt motum in prima medietate dicatur iam motū esse, & in alia dicatur moueri, ergo antequam moueatur iam mouebatur. D. d. & vniuersaliter, &c. i. quoniam quælibet pars temporis, cum accipiatur, potest diuidi in duas medietates, & motum in vltima medietate dicitur moueri, & in alia dicitur iam motum esse. Si igitur diuisio tēporis in medietates procedit in infinitum, ergo omne, quod mouetur necessario mouetur. Et hoc intendebat cum dixit, & cum omne tempus sit diuisibile, &c. i. & vniuersaliter cum posuerimus quod omne tempus est diuisibile per instantia, inter quælibet duo instantia est tempus, & quod ista diuisio procedit in tempore demonstrato in infinitum, & quod in quolibet instanti transmutatum dicitur iam esse transmutatum, & in quolibet tempore dicitur transmutari necessario, aut illud transmutabatur infinities.

Amplius autem, si continue quod mutatur, & non corrumpitur, neq; pausat a mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in

quolibet: in ipso autem nunc, non est mutari: necesse mutatum esse D secundum vnunquodq; ipsorum nunc. Quare si ipsa infinita nunc sunt. necesse est omne, quod mutatur, infinite mutatum esse.

Et etiam si omne, quod transmutatur continue absq; eo, quod corrumpatur, aut cessat transmutari, aut transmutatur, aut iam trāsmutatum est, necessario in quacunque parte accepta fuerit ex eo, & est impossibile aliquid transmutari in instāti. Necesse est vt in vnoquoq; instantium sit iam trāsmutatum, & si instantia sint infinita.

54 Hæc est declaratio quasi vnius propositionum, quibus vsus est in prædicto sermone, s. dicentis ꝙ in quolibet instanti dicitur transmutatum iam esse transmutatum. Et declaratio eius est talis, s. Omne transmutatum continua transmutatione, dum transmutatur dicitur in tempore, in quo iam transmutatur ipsum esse transmutatum in quacunque parte temporis demonstretur: Et omne tempus diuiditur in tempora & instantia determinantia illa tempora infinita: & est impossibile ipsum transmutari i instantibus, qm̄ in instanti non fit transmutatio: ergo necesse est vt in instanti sit iam transmutatum: &, si instantia sint infinita: sequitur vt illud quod transmutatur sit transmutatum iam infinities. D. d. aut transmutatur, aut iam transmutatum est, &c. i. qm̄ omne transmutatum transmutatione continua dicitur in quolibet instanti temporis esset transmutatum & transmutari, & cum posuit hanc propositionem & iam prædixerat quod omne tempus est diuisibile in tempora infinita: & in instantia infinita: dixit & est impossibile aliquid transmutari in instanti, &c. i. & si in instanti non dicitur transmutari, ergo necesse est dici iam esse transmutatum: & hoc est ita: quia omnis pars temporis in quo est motus necessario attribuitur ei motum. Et quia impossibile est ipsum attribui instantibus, s. transmutari in eis remanet vt attribuatur eis ita quod sit iam transmutatum. Quoniam si hoc non fuerit non habebit attributionem ad istas partes. Sed positum est ipsum attribui omnibus partibus temporis diuisibilibus & indiuisibilibus: & hoc est impossibile. Et vocare hoc instans partem est transumptiue: & intendebat quod, quia instans est differentia inter tempus primum & secundum manifestum est quod omne quod mouetur in secundo tempore iam motum est in tempore quod est inter illud & primum.


Vocare instans ptem tpis est trāsumptiue, vide supra. c. 24.

Oē mutatū p̄cessit mutari.

Non solum autem quod mutatur necesse est mutatum esse, sed etiā mutatum necesse prius mutari. Omne enim quod ex quodam in quoddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim in ipso F nunc ex, a, in, b, mutatum. ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso, a, non mutatum est. Simul enim esset in ipso, a, & in, b. Quod enim mutatum est, cum mutatum est, quod non est in hoc, ostensum est prius. Si vero in alio est, in medio est tempus. Non enim contigua erant ipsa nunc.

Et non solummodo illud, quod transmutatur, est necesse vt iam sit transmutatum, sed etiam illud, quod est transmutatum ad aliquid, necesse est quod prius transmutabatur. Quoniam omne, quod transmutatum est de aliquo in aliquid, transmutatum est in tempore. Sit igitur aliquid, & transmutetur de, a, in b, ergo necesse est vt in instanti, in quo est in, a, non sit iam transmutatum. Quoniam erit in, a, & in, b. Nam iam declarauimus superius quod illud, quod transmutatum est, non est in hoc, sed in alio. Ergo inter illa est tempus. Quoniam instantia non sunt sesea.

*Demonstratio probans quod oportet quod omne, quod mouetur, moueatur in tempore.*




Cum declarauit quod omne, quod transmutatur, iam prius trāsmutatum est, vult declarare conuersum, s. qđ omne, quod transmutatū, est prius etiam transmitabatur. Et ideo dixit & non solummodo, &c,i.qm̄ hoc similiter est in eis. D.incœpit declarare hoc, & dixit, omne enim, quod trāsmutatū est, &c.id est, & ista propositio declarata est, s.quod omne transmutatum est in tempore:& cum posuit hoc, posuit transmutatum aliquod de aliquo terminato in aliquod terminatum, quod est principium eius, ad quod transmutatur. V.g. de a.in b.& dixit, sit igitur aliquod, &c.i.de aliquo contrario, s.ad contrarium, ad quod primo fit transmutatio, s.inter quæ non est medium, vt declaratum est superius, quod illud, quod transmutatur primo, cum transmutatur, est in illo ad quod, non in illo ex quo: & hoc intendebat, cum dixit, est enim in a. &c.i.est enim in instanti alio ab instanti, in quo est in.b.quoniam declaratum est quod illud, quod transmutatur, non est in hoc, id est, in eo, ex quo est transmutatio. D. d.si igitur fuerit in alio, &c. i. si igitur fuerit in eo, ex quo, in alio instanti ab eo, quo est in eo, ad qđ, tunc inter illa erit tempus:& in hoc tempore mouebitur necessario: & omne, quod dicitur iam esse, dicitur prius moueri: quemadmodum illud, quod transmuiatur, dicitur prius fuisse transmutatum. 55

Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile, in medio aliud est mutatum. Et iterum in illius medio aliud, & sic semper. Quare mutabitur prius.

Et etiam, quia transmutatum est in tempore, & omne tempus est diuisibile, in medietate eius erit transmutatio. Et etiam in medietate illius medietatis transmntatur aliud, & sic semper. Quare necesse est quod prius transmutabitur.


Hæc est alia declaratio, & est quod, si omne transmutatum transmutetur in tempore, & omne tempus est diuisibile, tunc in medietate illius tēporis dicetur transmutatum transmutari, & tunc dicetur ipsum iam esse transmutatum in medietate illius medietatis: & similiter, quando fuerit in medietate illius medietatis, dicetur transmutari, & in medietate medietatis illius medietatis ipsum esse transmutatum, & sic in infinitum, ergo illud quod transmutatur, iam est transmutatum. 56

Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dicitur, propter id, quod continua est magnitudo, in qua mutatur, quod mutatur. Sit enim mutatum ex.c.in.d.quod mutatur. Si quidem indiuisibile est ipsum.c.d.impartibile est impartibili coniunctum. Quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse, quod inter, est, & in infinita esse diuisibile. Quare in illa mutatur prius, necesse est ergo omne, quod mutatum est, mutari prius.

Et etiam declaratum est hoc manifeste in magnitudine. Magnitudo enim est cōtinua, & est illud, in quo transmutatum transmutatur. Transmutetur igitur aliquid de. c. in. d. Vnde necesse est, si. c. d. est indiuisibile, vt illud, quod est indiuisibile, sequatur indiuisibile. Sed hoc est impossibile. Ergo inter illa est magnitudo, & est diuisibile in infinitum. Ergo transmutabatur, antequam transmutaretur de. c. ad. d. Vnde necesse est, vt omne, quod trāsmutatū est, prius transmutabat.

*Demonstratio probans quod ante omne mutatum esse præcedit mutari.*

57 Cum declarauit quod omne transmutatum transmutabatur, antequam transmutaretur: qm̄ oē transmutatum est in tpe, & omne tp̄s est diuisibile in infinitum, declarauit hoc idem per magnitudinem. Et dixit declaratum est hoc, &c. i. & declaratum est illud, qd̄ declarauimus p tp̄s, per magnitudinem: & hoc est in transmutato in loco, & in quātitate: & ista declaratio est manifestior. Quoniam magnitudo est manifestior ī hoc, qd trāsmutatio fit talis: sed nō est ita in tpe. Et Ale. dicit ꝙ non intendit, ꝙ declaratio, q̄ est ex magnitudine, est manifestior q̄ꝫ illa, q̄ est ex tpe, cū vtrūq; sit continuum. Sed intendebat ꝙ declaratio, quæ est in motibus quantitatis est manifestior, q̄ꝫ quæ sunt in motibus qualitatis: & verba Alex. sunt ista: & quod diximus declarabit magis in spatio: nam spatium in quo transmutatum transmutatur, est continuū. D. d. transmutetur igitur aliquid, &c. i. ponatur igitur aliquid transmutari per aliquā magnitudinem de c. ad d. sequitur igitur, vt si inter punctum. c. & d. non fuerit linea diuisibilis, vt indiuisibile tangat indiuisibile: ꝙ est impossē. D. d. necesse est ergo vt inter illa sit magnitudo. i. &, cum sit impossē indiuisibile seq indiuisibile, necesse est vt īter vltimū īdiuisibile, ex quo motū mouet & īdiuisibile ad qd mouet, sit magnitudo diuisibilis in īfinitū: & cū posuit hoc, dixit ergo trāsmutabat, &c. i. & cum inter c. & d. sit magnitudo semper diuisibilis, & in qualibet magnitudine earum transmutatur transmutatum, necesse est quod transmutabatur, antequam transmutetur de. c. in d. Et similiter sequitur in omni vltimo vltimorum, quibus diuiditur, scilicet quod necesse est quod ipsum transmutabatur, antequam transmutatum sit in ipso, s. antequam pertranseat illam magnitudinem. Vnde necesse est, vt dixit, quod illud quod iam transmutatum est, prius transmutabatur. Quoniam, si hoc non esset, tunc inueniretur finis transmutationis sine transmutatione & sic inueniretur finis sine eo, cuius est finis: quod est impossibile. Nihil enim dicitur [a] iam transmutatum esse, nisi cum fuerit in ultimo transmutationis.




Impossē est, vt finis sit sine eo, ꝙ cuius est finis. Idē 4. phy. 42. 129. 107 & 1. de gnātione. 29.

a Nihil dr̄ iā trāsmutatum esse, nisi fuerit ī vltimo trāsmutationis. cō c. mile supra sī 25.

Eadem enim demonstratio est in non continuis, vt in contrariis, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus. Quare necesse est mutatum omne mutari prius, & qd̄ mutaī, mutatū esse: & est ipso mutari mutatū esse prius, ipso autē mutatū esse mutari, & nullo modo cōprēhēditur primū. Cau

D A sa aũt hmõi est, non esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitũ.n.diuisio est sicut in his, quæ augmentãtur, & minuuntur lineis.

Sequitur igitur necessario vt illud, quod iam trãsmutatũ est, prius transmutabatur. Quoniã demonstratio eadẽ est in eo, quod non est continuũ omnino.n. V.g. in contrariis, & in contradictione. Accipiemus.n.tẽpus, in quo transmutatur, & dicemus ẽt hoc idem. Ergo necesse est vt illud, quod transmutatũ est, iã trãsmutabatur. Illud igitur quod transmutatur, prius erat transmutatum, & quod transmutatum fuit, prius transmutabatur. Et impossibile est aliquo modo inuenire primũ. Et causa huius est, quia ĩpossibile est impartibile sequi impartibile. Nam diuisio est infinitũ sicut in lineis, quæ adduntur, & diminuuntur.

Id est, Manifestum est igitur ex hac demonstratione, qua vsi sumus in trasmutato secundum quantitatem, quod oẽ transmutatum simpliciter transmutabatur, 58
B antequam sit transmutatum, siue in q̃titate, siue in qualitate, aut in substantia. Demonstrato.n, qua vsi sumus in transmutato, est propinqua potentia in alio, & eadem est demonstratio in transmutatione, in qualitate, & in substantia. Quoniã non est differentia aliqua inter duas demonstrationes, sicut dixit, sed declaratio, qua vsi sumus in magnitudine, & in quantitate, transfertur ad tempus, cum omne transmutatum sit in tempore. D.d. V.g. in contrarijs, & contradictorijs, & intendit per contraria, transmutationẽ in qualitate, & per contradictoria transmutationem in substantia: quia est de affirmatiua ĩn negatiuam, & econuerso. D.d. accepimus.n.tempus, &c.i. & transferamus illam demonstrationem ad tempus, ponendo quod vnumquoq; istorum transmuterur in tpe, & qđ oẽ tp̃s est semp̃ diuisibile. Et d̃rta inter hanc demr̃onẽ, q̃ innuit, qua vsus est in his duabus transmutationibus ex tpe, & duas demr̃ationes, a quibus incœpit loqui in hac declaratione, quæ sunt etiam ex tpe, est, quia illæ duæ declarationes fuerunt cões oĩ transmutationi, & ista est quasi propria his duabus transmutationibus. D.d. ergo necesse est, &c.i. duo quæsita, quæ intendebat declarare, s.q̃ transmutatum est, prius transmutabatur, & quod illud, quod transmutatur prius, transmutatum est. D.d. illud igitur, quod transmutatur, &c.i. sequitur igitur ex istis duabus conclusionibus quod omne instans, in quo demonstratur transmutatum transmutari necessario ante illam transmutationem erat transmutatum, adeo, quod impossibile est reperire initium transmutationis, sed ante transmutationem est transmutatio in infinitum, s. in potentia. D.d. & impossibile est in aliquo modo inuenire primum. i. inuenire primam transmutationem demonstratam in actu. D. d. & causa in hoc est, &c.i. & causa in hoc est, quia magnitudo, & motus, & tp̃s non componuntur ex indiuisibilibus: quoniam, si motus [a] diuideretur in indiuisibile, tũc esset illic primus motus, & prima magnitudo, & primum tempus. D.d. diuisio.n.est infinita, quemadmodum in lineis, quæ adduntur, & diminuuntur. i. quæ procedunt in additione, & diminutione in infinitum, vt declaratum est in tertio. [b]

a Si mot' diuideret' ĩ ĩdiuisibile, tũc illic esset primus motus, & p̃rĩa magnitudo, & primũ tp̃s.

b. 3. ph. t.c. 59. & inde.

Manifestum est igitur, quoniã quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse, quæcunq; diuisibilia, & continua sunt. Non tamen semper, quod fit, factum est, sed aliud aliquando, vt illius aliquid, sicut domus fundamentum. Similiter autem in eo, quod corrumpitur, & in eo, quod corruptum est: mox enim in est ei, quod fit, & q̃ corrumpitur, infinitum quoddã, cum sit continuum. Et non est aut fieri non aliquid factum prius, aut quod factũ esse q̃ non fiat aliquid. Similiter aũt & in corrũpi, & corruptũ esse: semper. n.est ip-

Oẽ, qđ fcm̃ est, necesse ẽ fieri prius, & qđ fit factũ esse pri' necesse est.

ſo corrumpi corruptum eſſe prius, corrupto aut eſſe corrumpi. A
Manifeſtum igitur, quia quod factum eſt neceſſe eſt fieri prius, & ꝙ fit factum eſſe. Omnis enim magnitudo, & omne tempus ſemper diuiſibilia ſunt. Quare in quocunq; fit aliquid, non eſt vtiq; ſicut primo.

Et manifeſtum eſt quod illud, quod generatũ eſt, neceſſe eſt quod prius generabatur, & quod generatur prius, generatum fuit, & ꝙ eſt ex hoc diuiſibile, & continuum. Sed non ſemper erit illud, quod generatur, ſed aliud. V.g. quiddam illius, vt fundamentum ex domo. Et eodem modo eſt de eo, quod corrumpitur, & quod corruptum eſt. Eſt. n. neceſſario in eo, ꝙ generatur, & corrumpitur aliquod infinitum, cum ſit continuum. Ergo impoſſibile eſt aliquid generari, quod prius non generabatur. Et aliquid, quod iam generatum ſit, non prius generari. Et ſimiliter eſt de eo, ꝙ corrumpitur, & quod corruptum eſt: ſemper enim inuenimus, antequam res corrumpatur, iam corruptam, & antequam ſit corrupta, quod corrumpebatur. Ergo B manifeſtum eſt ꝙ illud, ꝙ generatum eſt, neceſſe eſt quod generabatur, & illud, quod generatur, neceſſe eſt quod fuit generatum. Omnis enim magnitudo, & omne tempus ſemper ſunt diuiſibilia. Ex quo ſequitur quod illud, in quo generatur, impoſſibile eſt vt ſit ita, quod ſit primum.

59 Cum declarauit, quod omne, quod tranſmutabatur in magnitudine, prius fuit tranſmutatum, & omne, quod fuit tranſmutatum, prius tranſmutabatur, propria declaratione, & declarauit hoc in tranſmutatione qualitatis, & ſubiecte declaratione, communi, vult declarare hoc declaratione propria de generatione, quod generatio quodammodo eſt in magnitudine: ſed differunt, vt dicit, quia partes a magnitudinis, ex quibus generatum generatur, ſunt diuerſæ in ſpecie, & ſunt in motu locali, & augmento eædem in ſpecie, & diuerſæ in numero. Et dixit, & quod eſt ex hoc diuiſibile, & continuum, i. & omne, quod eſt ex generabilibus diuiſibile, & cõtinuum, dicitur in eo, quod generatum eſt, quod prius generabatur, & in eo, qđ generatur, quod prius generatum fuit. Et dixit hoc, præſeruādo ſe ex hoc, quia ſunt hæc generabilia indiuiſibilia, b vt ſentire, & intelligere. Et C quia generatio eſt tranſmutatio de non ſubiecto in ſubiectum, & corruptio eſt tranſmutatio de ſubiecto in non ſubiectum, ideo tranſmutatum non eſt idem in eo de initio tranſmutationis vſque ad finem: quare etiam nec tranſmutatio eſt eiuſdem ſpeciei. Nam motus generationis, & corruptionis c eſt compoſitus ex tranſmutatione in qualitate, & tranſmutatione in ſubſtantia: Et tranſmutatio, quæ eſt in ſubſtantia, eſt non in tempore, ſ. prouentus formæ ſubſtantialis. Et eſt etiam motus generati alicuius totius compoſitus ex motibus partium in generabilibus compoſitis ex tranſmutationibus diuerſis: & propter hunc modum extremum excepit hoc in generatione, & dixit, ſed ſemper etiam illud, &c. i. ſed non ſequitur vt transmutatum præcedens in ea ſit de ſpecie tranſmutati poſteriori, ſed de alia ſpecie: licet tranſmutatio ſit eiuſdem ſpeciei. D. induxit exemplum, & dixit, V.g. quiddam illius rei, quæ domus, quia componitur ex generatione aliorum corporum, nõ ſequitur vt partes tranſmutationis, aut tranſmutati in ea ſint de ſpecie poſtremæ tranſmutationis: & hoc ſimiliter accidit in generatione animalium, & aliorum corporum organicorum. In corporibus vero ſimplicibus non accidit hoc, vt in generatione ignis, & aquæ: ſed ſequitur neceſſario vt ante tranſmutationem postremam ſit alia tranſmutatio, ſiue illa tranſmutatio accipiatur diuiſibilis, aut indiuiſibilis, ſcilicet finis tranſmutationis ſolummodo, ita quod non ſit finis tranſmutationis in

a Partes magnitudinis, ex qb' gñatũ gñat', ſunt diuerſę in ſpē. ꝓ hoc vide 4. cę. c. 41.

b Aliq̃ ſunt gñabilia ĩdiuiſibilia, ſicut eſt ſentire, & intelligere.

c Mot' gñatiõis, & corruptionis ē cõpoſit' ex trāſmutatione ĩ q̃litate, & trāſmutatione ĩ ſubſtātia, et trāſmutatio, q̃ ē in ſubſtātia, eſt ĩ nõ tpe, ſ. ꝓuētus formę ſubſtantialis.

A generatione. Nam finis a transmutionis in generatione necessario est de alia specie motus: cum finis sit in substantia, & transmutatio, cuius est finis, est in qualitate: sed ista trãsmutatio, quæ est in qualitate nõ est in aliqua vna specie eius. V.g. qm̃, cum sanguis generatur, caro necessario alterabitur in plusquam in vna qualitate, donec expellat formam sanguinis, & habeat formam carnis: & sic est intelligenda generatio corporum consimilium. Nam generatio est tribus modis, aut generatio simplicium, aut organicorũ, aut complexionis, & mixtionis, D.d. et secũdum hunc modum est de illo quod corrumpitur, & quod corruptum est. i. qm̃ in motu corruptionis non reperitur primũ naturaliter, sed ante quemlibet motum inuentum in actu inuenitur motus, & finis. Sed forte illud, quod est ante, non est de genere eius, quod est post, in generatione compositorum ex corporibus diuersis: &, quia hoc inuenitur in generato per accidens, & similiter in qualitate, quia est in continuo, quod non est ita in loco, & quanto, s. quod ista diuisio b est in istis duobus motibus essentialiter, incitauit intentiones hominum ad hoc, & declarauit quod propter illud, quod hoc inuenitur in motu, qui est in magnitudine, declarabitur ipsum esse ĩ motu generationis, & corruptionis: cum generatio, & corruptio non sunt, nisi in habenti magnitudinem. Quoniam, cum hoc fuerit declaratum in alijs transmutationibus, quæ sunt in magnitudinibus, & generatio, & corruptio non sunt extra magnitudinem, licet non sint in ipsa magnitudine, sequitur: B accidat ei illud, quod est in magnitudine, scilicet vt in eis non inueniatur primum naturaliter. Et dixit, est enim necessario in eo, quod generatur, & corrũpitur, aliquod infinitũ, cum sit continuum id est, & necesse est vt in eo, quod generatur, & corrumpitur, sit aliquod non habens primum, quia generabile, & corruptibile sunt in aliquo carẽti primo, quia est diuisibile in infinitum, scilicet magnitudine. Et hoc, quod dixit de generatione, & corruptione, intelligendum est de motu in qualitate. igitur hoc est transmutationis, quæ est in qualitate, & substantia per accidens, Transmutationis vero in vbi, & quanto per se. c Sed quæritur de generatione: qm̃ visum est in ea primum naturaliter: In generabilibus autem, quæ cõponuntur ex corporibus diuersis, scilicet non similibus, manifestum est de hoc, sicut cor in animalibus, quod est prima pars: & similiter etiam in similibus corporibus. Quoniam d prima quantitas carnis est terminata: qm̃ caro, secundum ꝙ est caro, non diuiditur in infinitum. Nos autem dicamus ꝙ generatio primæ partis componitur ex alteratione, & generatione: qm̃, cum aliquid e generatur ex aliquo, Verbi gratia, caro ex sanguine, primo amittentur qualitates, & accidentia propria sanguini, & fient accidentia propria carni, donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis: & hoc in fine motus, scilicet non in tempore. Si igitur in transmutatione, quæ est in qualitate, non inuenitur primũ naturaliter, quia est in aliquo carenti primo naturaliter, & generatio est in tempore, quia sequitur alterationem. Manifestum est ꝙ in eo non est primum naturaliter. C Et dixit, ergo impossibile est, & c. id est, & cum generatio non habeat primam partem naturaliter, impossibile est aliquid demonstrari in generatione, quod prius non generabatur: qm̃, cum sit diuisibile, cum fuerit transmutatum in illo vltimo, quo diuiditur, dicetur iam generatum esse, & similiter illud, quod iam generatum est, dicitur prius generari. Deinde dicit, & similiter est de eo quod corrumpitur. Et debes scire ꝙ iste processus in infinitum est in potentia, non in actu: & si nullus motus fieret in eo omnino, Et, cum compleuit hanc declarationẽ, repetijt illud, quod declarauit, & dixit, ergo necesse est & c. i. causa in hoc est, & quia generatio est in magnitudine, & in tempore, & vtrunque est diuisibile. D. d. ex quo sequitur, ꝙ illud, in quo generatur, impossibile est vt sit ita, ꝙ sit prima pars magnitudinis, in qua incœpit motus generationis. Et non est intelligendum ex hoc, ꝙ non inueniatur prima magnitudo ex generato, quod est ex partibus diuersis. Sed intentio eius est, quod non inuenitur prima magnitudo ex generato ex magnitudine in qua incœpit generatio, & magnitudo, quæ sit prima. s. quia non inuenitur prima magnitudo ex magnitudine rei, a qua incœpit generatio.

a Finis trãsmutationis ĩ gñatione necessario est de alia spẽ motus.

Gñatio ẽ tribus modis.

b Diuisio ĩ motib', qui sunt in loco, & quãto, est essẽtialiter. Idẽ supra c. 37. & 39. in c. 49.

c Quæstio vtrum ratio philosophi veritatẽ contineat in gñatione.

d Pria ꝗtitas carnis ẽ terminata. Idẽ 1. ph. te. c. 35. & in c. 32. sexti huius. & ꝗ ibi.

e Quando aliqd gñat ex aliquo, vt caro ex sãguine, primo amittenẽ qualitates, & accidentia ꝓpria sãguini, donec amittat forma sanguinis, & fiat forma carnis. consule 1. ph. 62.

*In quo determinatur de finito, & infinito in motu.* *Cap. VII.* D

In infinito tẽpore, impoſſ. eſt moueri magnitudinẽ infinitã.

QVoniam autem omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo. In infinito tempore impoſſibile eſt moueri magnitudinem finitam, non eandem ſemper, & non illius aliquid, quod mouetur, ſed in omni omnem. Quod igitur ſi aliquid moueatur æque velociter, neceſſe eſt finitum in finito moueri, manifeſtum eſt. Accepta enim parte, quæ menſurabit totum in æqualibus temporibus quot partes ſunt, per totam, magnitudinem motum eſt. Quare quoniam hæ finitæ ſunt, & quantitate vnaqueq;. & tot modis omnes, & tempus vtiq; eſt finitũ. Tot enim modis erit huiuſmodi, quantum tempus, ꝙ eſt partis multiplicatio: ſecundum multitudinem partium.

Et quia omne motum mouetur in tempore, & in maiori tempore mouetur per maius ſpatium. Impoſſibile eſt vt in tempore infinito moueatur motu finito ſine eo ꝙ motus ſit idem ſemper, & erit motũ, quod mouetur, quoddam illius motus, ſed mouetur ipſo toto in eo toto. Quoniam manifeſtum eſt, ꝙ ſi aliquid fuerit æqualis velocitatis in motu, neceſſe eſt ꝙ per finitum moueatur in infinito. Quoniam, cum eo fuerit accepta aliqua pars, quæ menſuret ipſum totum, mouebitur per illud totum in tempore æquali: ergo ſi illæ partes omnes fuerint finitę, & quantitas cuiuslibet earum, & numerus omniũ, neceſſe eſt vt tempus etiam ſit finitum. Quoniam numerus eius erit ſecundum tempus partis, cum fuerit duplicatum per numerũ partiũ. E

60

Declaratio p ſe, qđ magnitudo, & tpſ ſunt ſemper diuiſibilia.

Niſi conceſſum fuerit ꝙ oĩs mot' eſt ĩ tpe, nõ põt cõcedi, qđ motus finit' ſit in tpe finito.

IAM declarauit hoc, cum declarauit ꝙ omnis magnitudo, & omne tpˢ eſt diuiſibile ſemper ſed illa declaratio illic fuit per accidens: & iõ vult perſcrutari de hoc: nã declaratio, qua vſus eſt illic, non diſtinguit inter motũ æqualem, & diuerſum, & inter diuiſiões finiti, & infiniti. Et dixit, & quia omne motũ mouetur in tempore; & incœpit ab hoc, quia ſi hõ non conceſſerit ꝙ oĩs motus eſt in tempore, non poterit dicere ꝙ omnis motus finitus eſt in tempore finito: &, cum ſit impoſsibile apud ipſum motum eſſe non in tempore, & hoc manifeſtum eſt p ſe, Et, cum induxit hanc propoſitionẽ quaſi partem pręcedentis, induxit aliã partem, quæ eſt cauſa in conſecutionem eius, quod voluit declarare, & dixit, & in maiori tẽpore, &c. &, cũ poſuit hoc, dixit ergo impoſsibile eſt. &c. D. poſuit hãc conditionem, & dixit, ſine eo, ꝙ motus, &c. i. impoſsibile eſt vt motus moueatur in tempore infinito vno motu, niſi ille motus fuerit ſemper, & infinitus in tẽpore infinito: ſed illud, quod eſt impoſsibile. eſt vt ſit motus infinitus. D. d, & erit motũ, nõ qa mouet', &c. i. ſi illud motum non attribuat' tempori infinito, quia eſt verũ, & mouetur in quoddam illius motus infiniti, & hoc ſecundũ ppetuitatem, Et addit hanc conditionem præſeruando ſe a corpore cæleſti: quia mouetur quoddam motus infiniti in quoddam temporis infiniti: & ideo addit hoc, &. d. ſed mouetur, &c. i. & ſecũdũ iſtud motũ, de quo dicimus ꝙ impoſsibile eſt vt moueatur motu finito in tempore infinito, nõ dicitur hóc in eo, niſi intelligẽdo ꝙ mouet toto motu in toto illius tpis. Et, cũ induxit in hoc ſermone illud, qđ' eſt quaſi pcedẽs, d. induxit cõſequẽs & incępit declarare continuationem, &. d. qm̃ manifeſtum eſt, &c. id eſt, qm̃ manifeſtũ eſt, ꝙ iſtud motũ aut erit æqualis velocitatis, aut diuerſe: ſi æqualis, declarabitur ex hoc, qđ' dicã, ꝙ nõ mouetur motu finito, niſi in tpe finito. D. narrauit qũo ſequit' hoc, & dixit, qm̃, cum fuerit accepta, &c. i. qm̃, cũ poſuerimus aliqd moueri motu terminato p ſpatiũ terminatũ, V. g. p ſpatiũ, ab, F

A b,& deinde acceperimus ex hoc spatio ptẽ manifestũ est qđ ptrãsiuit illã ptẽ in parte tpis, in quo ptransiuit totũ spatiũ, &, qđ cũ ptrãsiuit illud idẽ spatiũ pu i-scũdo oĕs illas partes æquales, in quas spatiũ est diuisum qđ ēt p rãsiuit eas in temporibus æqualibus, quorum numerus est, sicut illarum partium. Cum necesse sit vt numerus temporum sit sicut numerus partiũ spatij, & vt tempora sint ęqua lia, quia partes sunt æquales, & motus est æqualis. Deinde dicit: ergo, ne-esse est, si illę partes, &c. id est, &, cum necesse sit vt numerus partium temporis, in quo totum motum mouetur, sit finitus, & vtraque pars est finita, cum sint æqua-les partibus spatij, & partes spatij sunt finitæ, necesse est vt tempus compositũ ex illis partibus finitis sit finium. Nam compositum ex partibus finitis in magnitudine, & numero æqualibus est finitum necessario. Deinde dicit quoniam nu merus eorum, &c. id est, quoniam numerus partium, quæ sunt duplę partis spatij mensurantis illud, sit numerus duplorum partis temporis, in quo peransiuerunt illud spatium; scilicet quod, si in spatio fuerit decuplum illius partis, & in tempore etiam erit decuplum partis, in qua motum pertransiuit partes spatij.

Cõpositũ ex partibus finitis in magnitudine, & numero æqualibus, est finitũ necessario. Idẽ supra. 20. & 21. Idem & infra com. sequen.

Sed si non sit æque velociter, differt nihil, sit enim in quo. a. b. spatium finitum, per quod motum sit in infinito tempore: & tempus infinitum, in quo. c. d. Si igitur necesse est prius, p alterũ altero motum B esse, hoc autem manifestum est quod temporis in priori, & posteriori, per alterum est motum. Semper enim in pluri per alterum est motũ siue æque velociter mutetur siue non æque velociter siue intendatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur aliquid a. b. spatii, quod sit a. b, quod mensurat. a. b. Hoc itaq; in aliquo infiniti factum est tempore. In infinito enim non potest esse. Omne enim in infinito est, & iterum alterum iam, si accipiamus quantum est. a. h, necesse est in ĩfinito tempore esse. Omne enim est in infinito, & sic accipiens: quoniam infiniti quidem nulla pars est quæ mensurat. Impossibile enim infinitum esse ex finitis, & æqualibus, & inæqualibus, propter id, quod mensurantur finita multitudine, & magnitudine a quodam vno, siue æqualia sint, siue inæqualia. Finita autem magnitudine nihil minus. Spatium autem finitum, tantis, quæ sunt. a. h. mensuratur: ergo in finito tempore. a. b. mouetur. Si-C militer autem & in quiete. Quare neq; fieri, neq; corrumpi, possibile est semper aliquid vnum, & idem.


Et, si etiam fuerit inæqualis velocitatis, non est in hoc differentia. Sit igitur. a. b. longitudo, per quam est motus, finita, & sit per quam res mouetur in infinito, & sit tempus infinitum. c. d. Cum igitur necesse est vt quiddam moti moueatur ante quiddam. Et hoc manifestum est. Quia priori, & posteriori ex tempore mouetur vnum post aliud. Quia in maiori semper motum est aliud à præcedenti, siue transmutatio eius fuerit æqualis in velocitate, aut non æqualis, & siue motus eius augmentetur, aut diminuatur, & non minus si remaneret in eadem dispositione. Accipiatur igitur ex longitudine. a. b. aliqua pars, & sit. a. h, quæ mensuret. a. b. Ista igitur pars in quo tempore fuit de tempore infinito: quoniam impossibile est vt sit infinitum, quoniam tota mensuratur in infinito. Et, si etiam acceperimus

Infiniti nulla est pars mēsurās ipsum.

Impossibile est infinitū cōponi ex finitis equalib', vel in æqualibus.

aliam partem secundum mensuram.a. h.necesse est vt sit in tempore finito,quia totum fuit in infinito. Et sic fecerimus in eis, quæ accepimus ex eo , quia ex infinito non est aliqua pars omnino,ad quam mensuretur. Quoniam infinitum impossibile est vt sit compositum ex finitis æqualibus,aut inæqualibus. Et,cum finita fuerint,numerus,aut magnitudo, mensurabit illa vnum , siue fuerint æqualia,& non minus,si fuerint inæqualia post quam fuerint terminata in magnitudine saltem. Et longiludo finita est longitudo , quæ mensuratur ab aliqua meusura , vt a.h. Ergo in tempore finito necesse est ad aliud moueri per longitudinē.a.b.Et similiter est de gñatione.Vnde sequitur quod impossibile est idem generari,& corrumpi semper. A

*Demonstratio,probans quod si magnitudo est finita , quod tempus infinitum esse non potest .*




**Tempus finitum.**

61 Cum declarauit quod impossibile est vt spatium finitum pertranseatur in tempore infinito in moto ęqualis velocitatis . Dicit quod similiter est in motu inæqualis velocitatis,&c.id est,& indifferenter,siue motum fuerit æqualis velocitatis,siue non . Deinde incœpit declarare hoc,& dixit sit igitur. a.b.&c.id est, sit igitur longitudo finita , per quam est vnus motus finitus, qui est in tempore infinito, longitudo.a.b.& sit tempus infinitum tempus.c.d.Deinde p̄posuit ad hoc declarandum propositionem necessariam in hac prędicta declaratione , sed nō prędixit eam prius,confidendo quemlibet cōsiderantem habere eam in mente, & dixit , & cum necesse est , &c.i.& cum hoc posuerimus,& coniunxerimus ei aliā propositionem mota ,n & est quod necesse est vt in eodē motu quoddam moueatur ante quoddam, V.g.in motu qualitatis quædam partes ante quasdam , & in quantitate quædam partes quanitatis ante quasdam , & in vbi similiter.s.qđ' motum mouebitur quibusdam partibus motus ante quasdam . Et non intendit partes rei,quæ est subiectum motus,s.indiuiduum substantiæ motū: qm̄ hoc nō est verum de eo in omnibus motibus, qđ' quædam partes eius præcedunt quasdā . hoc enim non verū,nisi in qualitate,& similiter in generato dissimiliū partiū, in motu vero locali,aut motu augmenti non , Partes enim istorum motuum sunt in toto moto,quemadmodum totus motus est in toto . Sed & motus habet duplex subiectum,s.genus prædicamentorum, in quo est motus, & substantiam subiectam

Documentum.

Mot' habet duplex subiectum.

A illi generi, & vtrunque dicitur esse motus, Intelligendum est hic per motum naturam subiectam motui, non indiuiduum substantiæ deferens illud. D.d.illud ex quo apparet hoc perfecte, & dixit, hoc manifestũ est, &c.id est & hoc, ꝙ motuũ quiddam est post quiddam manifestum est: nam in tẽpore priori erit prius eius, et in posteriori posterius: qm̃, quia tempus habet prius, & posterius, ideo motum in eo habet prius, posterius, Deinde.d.qm̃ in maiori, &c.id est, qm̃ in maiori tempore erit motum aliud a priori, quod est in minori tempore, siue fuerit æquale in velocitate, aut inæquale & dixit hoc, quia hęc propositio est vera in vtraque declaratione, s.in declarare hoc de moto, quod est æqualis velocitatis, & diuersæ velocitatis. Et, quia illud, quod est diuersæ velocitatis inuenitur tribus modis: aut cresci, aut diminuitur, aut vtroque mõ, & hoc est inæquale in eis.s.cum hoc qđ partes moti sint quædam ante quasdam, dixit: &, si motus eius &c.id est & hoc quod quædam partes præcedunt quasdam, inuenitur etiam in diuersis hoc modo diuersitatis, non minus quam in æqualibus. Et similiter est intelligendum hoc, si qñque crescit, & qñque diminuitur. Et, cum dixit, & cum necesse est vt quiddã moti sit ante quiddam.d.accidit ei declarare hoc, induxit consequens, & dixit, accipiatur igitur ex longitudine.a.b.aliqua pars.i. longitudo, quã primo posuit. &.q.d.&, cũ posuerimus longitudinem finitã, s.a.b.in tempore ĩfinito, scilicet.c.

Illud, quod est diuersæ, velocitatis, inuenitur tribus modis.

B d.& fuerit positum nobis quod quædam partes motus, & moti præcedunt quasdam, accipiamus ex hac longitudine, quam posuimus, scilicet.a.b.aliquam partẽ mensurantem illam, & sit.a.h.D.d.ista igitur pars, &c.i.ista igitur pars mensurans, in quo tempore tp̄is infiniti fuit accepta? Nã impossibile est vt tp̄s sit infinitum, s.tp̄s in quo motum pertransit hanc partem: qm̃ totum illud spatium pertransitur in tempore infinito, Sed est impossibile vt pars, & totum pertranseantur in eodem tempore. D.d.& si acceperimus etiam, &c.i.si igitur acceperimus ex illo spatio aliam partem æqualem parti.a.h, quam posuimus mensurare spatiũ, necesse est vt motum pertranseat hanc partem, etiam in tp̄e finito. Nam iam posuimus motum pertransire ipsam in tp̄e infinito. Et indifferenter, siue posuerimus qđ motus eius per hanc secundam partem fuerit velocior, aut tardior quam motus eius per aliam partem, aut æqualis. D.d.si igitur acceperimus, &c.i.similiter, si diuiserimus tertiam mensuram æqualem primę, sequitur vt motum pertranseat illam in tempore finito. Et cũ sic fecerimus, in diuisione consumetur spatium, & congregabitur ex partibus.in quas diuiditur illud spatium, numerus terminatus finitus, & ex temporibus, in quorum vnoquoque pertransit vnãquãque illarũ partium spatij: & quod cõponitur ex finitis est finitum. Et necesse est ergo qđ tp̄s, in quo hæc pertransit totum spatium, est finitum necessario: & hoc intendebat, cũ

C dixit: & cũ sic fecerimus, &c.i.similiter, cum fecerimus diuidendo spatium, necesse est tp̄s diuidi in partes æquales in numero partibus spatij: Et si partes temporum non fuerint æquales inse: & erit tempus congregatum finitum qm̃ possibile mensurari per partem eius: & infinitum nullam habet partem, a qua mensuretur. Nã infinitũ impoſſe est cõponi ex finitis ęqualibus, aut inæqualib'. Et iã posuimus qđ illud tp̄s cõponitur ex finitis. D.d.& cũ finita fuerint numerus, &c.i.& cũ numerus, & magnitudo, qui cõponũtur ex finitis, mẽsurant' ab uno, siue fuerint ęqualia, siue inęqualita. Et ordinatio istarum propositionũ est talis. Quoniam primũ posuit qđ infinitũ impossibile est mensurari a sua parte. D.dedit causam in hoc, et est quia infinitum non componitur ex finitis æqualibus, aut inęqualibus. D.induxit aliam propositionem, & est quod magnitudo finita, aut numerus finitus possunt mensurari a sua parte, siue magnitudo, aut numerus componantur ex æqualibus, aut inæqualibus. Et sic syllogismus componitur in secunda figura tali modo. Tempus, in quo motum pertransit hoc spatium potest mensurari a sua parte, cum sit compositum ex partibus finitis, licet non æqualibus. Et tp̄s infinitũ nõ potest mensurari ex sua parte: Ergo tp̄s, in quo motum inęqualis uelocitatis pertrãsit spatium finitum, non est infinitum: & hoc est inconueniẽs. Ipse autem videtur quasi non ordinare istum syllogismam hoc modo, sed posuit post has duas propositiones, quod longitudo, in quã transmuratur transmutatũ mensuratur a sua parte: & hoc intendebat, cum dixit, & longitudo finita mensuratur ab aliqua mensu-

Quod cõponitur ex finitis ẽ finitũ. Idẽ supra.c.c.60. & ibi.

Infinitũ impoſſe est mẽsurari a sua parte.

ra vt.a,h.D.d.ergo in tempore finito, &c.i.qm̄, cum ista transmutatio mensure. D tur a sua parte. Et similiter tp̄s, in quo est motus, per mensurā magnitudinis ex

Quicquid mensurat a sua parte finitum est.

rebus finitis. Tp̄s igitur, in quo transmutatio fit, mensuratur a sua parte. Et quic quid mensuratur a sua parte est finitum. Ergo hoc tp̄s est finitum. D.d. & simili ter de gn̄atione, s.qm̄ impos̄e est aliquid generari gn̄atione finita in tpe infinito. Gn̄atio.n.est transmutatio in magnitudine: & ideo potentia istius declarationis eit vis declarationis, quæ cōis est modis oīum transmutationū.s.quatuor, sunt. n.corpa. Et in libro Ioannis loco huius dictionis generatio, ponebatur hæc di ctio quies. Et si hoc fuerit, tunc intentio erit quod ita est de quiete in hoc sicut de motu. Quoniam, cum quies sit priuatio motus, qui innatus est existere in quie scente: & motus finitus impos̄e est vt sit in tpe infinito. Ergo & quies finita im possibile est vt sit in tpe infinito. Dixit Ioannes: & quidam intelligunt hic per ge tem ire ad quietem: & dixerunt hoc, nam quies non determinatur, nisi per tp̄s. D.d.ex quo sequitur quod impossibile est, &c. i.qm̄ generatio, & corruptio, ra finitæ videntur. Et transmutatio finita est in tpe finito. Ergo nihil generatur semper, aut corrumpit se semper. Aut intendit quod, cum fuerit positum aliquid transmutari transmutatione finita in tpe infinito, tunc illud generabitur, & cor rumpetur insimul semper, cum neutra transmutatio habeat tempus proprium. Et, cum fuerit declaratum impossibile esse transmutationē finitam esse in tem pore infinito, sequitur vt nullum idem generetur, & corrumpatur insimul sem per. Et non intendit quod hoc esse impossibile: quia declaratur per hoc quod pri mum est impossibile. Nam hoc esse impossibile manifestius est quam illud esse im possibile quod acceptum est in declaratione istius. Sed induxit ipsum hoc modo

Documentum.

inueniendo aliud impossibile cōtingens huic, & est generabile, & corruptibile sem per generari, & corrumpi insimul. & quasi dicat & cum hæc positio fuerit verifi cata, aufertur impossibile contingens contradictoriæ eius: ex quo apparet confir matio istius sermonis, sic ut apparet destructio suæ contradictoriæ.

Eadem aūt ratio, & quod neq; in finito tēpore per infinitū possibi le est moueri, neq; quiescere, neq; quod regulariter mouet, nec quod irregulariter. Accepta.n.quadam parte, quæ metietur totū tēpus, in

Infinito tpe infinitū non pōt moueri.

hac aliquid tantū transibit magnitudinis, & non totā: in omni.n.to tā, & iterū in æquali aliā, & in vnoquoq; similiter, siue æqualis est, si ue inæqualis ei, quæ est a principio. Differt aūt nihil, si solū sit finita vnaqueq;. Manifestū.n.quod diuisio tēporis in infinitū non aufer tur finita diuisione facta, & quanto, & eo quod tot modis. Quare non transiuit in finito tempore infinitū. Nihil aūt differt magnitu dinē in altera, aut in vtraq; esse infinitā. Eadē.n.ratio est.

Et eadem ratione ratiocinatur ad hoc quod impossibile est etiam infinitū moueri tempore finito, aut quiescere, siue motus fuerit æqua lis, aut diuersus. Nam cū accipietur aliqua pars, quæ mensuret totū tēpus, tunc in illa parte mouebitur per aliquā partē illius spatii, non per totū. Per totū.n. mouetur in toto tempore. Et in æquali moue bitur etiam per aliam partem, & in vnaquaq; partium similiter, siue fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. Nulla.n.est differentia in hoc solummodo quod vnaqueq; illarum partium sit finita. Vnde manifestū est, quod cū tempus consumitur, non consumitur infinitū. Partitio.n.est finita in mensura, & in numero. Ergo non mouetur infinitū in tempore finito, Et nulla differentia est, siue illa mensu-

ra fuerit finita altera parte, aut infinita vtraq;. Quoniam eadem est ratio.

Cum declarauit quod impossibile est aliquod finitum moueri per spatium finitum in tempore infinito, declarat etiam quod impossibile est vt aliquod infinitum moueatur in tempore finito, nam necessarium est vt infinitum moueatur per spatium infinitum. ergo sequitur, aliquid pertransire spatium infinitum in tempore finito: & hoc est conuersum eius, quod prius declarauit esse impossibile, s. licet aliquid pertransire spatium finitum tempore infinito. Et, quia hæc duo sunt similia, & eadem est declaratio in eis, s. aliquid moueri per spatium finitum in tempore infinito, aut aliquid moueri per spatium infinitum in tempore finito. Nam illud, quod illic fecimus, diuidendo spatium finitum, ex quo sequitur tempus esse finitum, faciemus hic diuidendo tempus, & sequitur spatium esse finitum. [illegible] eadem ratione, &c. i. quoniam impossibile est infinitum moueri in tempore finito, sequitur enim ipsum moueri per spatium infinitum in tempore finito. [illegible] pars, &c. i. demonstratio illius: quoniam, cum posueri[illegible] infinitum in tempore finito, & acceperimus aliquam partem illius [illegible] motum mouetur in illa per aliquam partem spatij. Nam impossibi[illegible] spatium moueatur in parte & in toto temporis. D. d. & in æqua[illegible] per aliam partem, &c. i. deinde, si posuerimus ipsum moueri [illegible] temporis æqualem primæ parti mensuranti, deinde in tertia, de[illegible], & similiter in vnaquaque partium temporis donec tempus consu[illegible] congregabuntur ex hoc spatia finita mensura, & numero, & indiffe[illegible] motus eius in illis partibus fuerit æqualis, aut diuersus. Et hoc inten[illegible] dixit, hoc fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. i. siue motus eius [illegible] parte fuerit æqualis motui eius in prima, aut inæqualis. Quoniam non [illegible] inter hec, quod sit æqualis, aut inæqualis in illis temporibus æquali[illegible] vnaquaque partium spatij, quas motum pertransit in illis temporibus [illegible] finita: quoniam congregatum erit finitũ, licet motus nõ sit æqualis in se. D. [illegible] infectum est, &c. i. manifestum est igitur ex his quod, cum tempus consumetur per motum illius moti per vnamquamque partium æqualium parti mensuranti, quod illud, per quod mouetur, non consumetur: nam infinitum moueatur per spatium infinitum. D. & partitio enim est finita. i. & declaratum est superius, quoniam necesse est spatium, per quod est motus, consumi: nam partes omnes, per quas motum mouetur in illo tempore, sunt finitæ mensura, & numero, s. quoniam vnaquæque est finita in se, & numerus omnium est finitus: sed positum est eas esse infinitas: & hoc est impossibile. Deinde dixit, ergo infinitum non mouetur in tempore finito, id est, declaratum est igitur ex hoc, quod aliquid infinitum non mouetur in tempore finito: quoniam sequitur ex hoc vt aliquod infinitum moueatur per spatium finitum: & sic aliquid mouetur per spatium minus ipso: quod est impossibile. Debes scire quod ex hoc apparet quod impossibile est infinitum moueri omnino: nam quod non mouetur tempore infinito, necesse est ipsum moueri semper temporibus finitis secundum continuationem, & perpetuitatem. Deinde dixit, & nulla est differentia, &c. id est, quoniam sequitur motum pertransire spatium infinitum in tempore finito, dico ergo quod sequitur ex hoc, vt motus eius sit in toto tempore vnus, scilicet motus infinitus. 62

Documentũ.

Impoſe est infinitũ moueri oĩno.

Demonstratis aũt his, manifestum est quod neq; finitam magnitudinẽ infinitum contingit transire infinito tempore propter eandem causam. In parte enim tẽporis finitũ transibit, & in vnoquoq; similiter. Quare in omni finitũ.


Hoc quidem declarato, manifestum est esse impossibile etiam magnitudinem finitam pertransire infinitum in tempore finito. Propter illam eandem causam, s. quoniam in parte tpis pertransit finitũ, & in vnaquaq; partium similiter. Ergo in toto pertransibit finitum.

63 Cum declarauit qđ' impoſſe eſt aliqđ finitũ ꝑtrãſire ſpatiũ finitũ in tpe infini- to, neq; aliqđ infinitũ in tpe finito, Dixit qđ' ex hoc patet conuerſum primi eſſe impoſſe, qđ' eſt aliqđ' finitũ pertranſire magnitudinẽ infinitã in tpe finito. Nam, cum tp̃s diuidetur in partes æquales, ſtatim ſpatium ſit ſcđm illũ numerũ, ſiue motus fuerit æqualis, aut inæqualis: ex quo ſequitur ſpatium eſſe finitũ. D. d. ꝑp illã eandẽ cãm, i. & hoc manifeſtum eſt ex illa eadẽ propoſitione, qua vſi fui- mus in prædictis declarationibus, ſ. dicente qđ' in parte tpis mouebitur per par- tem ſpatij finitã. Impoſſe. n. eſt totũ, & partẽ pertranſiri in eodẽ tpe. D. d. & ſic ſi vnaquaq; partiũ, i. partiũ tpis æqualiũ primæ. D. d. ergo ꝙ in toto, &c. i. ergo ne- ceſſe eſt vt motum pertranſeat in toto tempore finito ſpatium finitum. A

Quoniã aũt finitum non trãſibit infinitũ finito tpe, manifeſtũ eſt, ſic neq; infinitũ finitũ. Si nãq; infinitũ finitũ, neceſſe eſt & finitũ infi- nitum tranſire. Nihil. n. differt quodlibet eſſe qđ mouetur, vtrobiq;. n. finitũ pertranſibit infinitũ. Cũ. n. moueatur infinitũ. in quo eſt a, erit aliquid ipſius, ſcđm, b, finitũ, vt, c, d, & iterum aliud, & aliud, & ſem- per ſic. Quare ſimiliter accidit infinitũ motũ eſſe per finitũ, & finitũ tranſire infinitum. Neq;. n. fortaſſis poſſibile eſt aliter infinitum muta- ri ꝑ finitũ, quã qđ finitũ trãſeat infinitũ, aut ita quod feratur, aut me- tetur. Quare, quoniã hoc impoſſibile eſt, non tranſibit infinitũ finitũ. B

Et, cum finitum nõ pertranſeat infinitũ in tempore finito, manife- ſtum eſt per ſe quod neq; etiam infinitum pertranſit finitũ: ſi enim in- finitum pertranſit finitũ, neceſſe eſt finitum pertrãſire infinitum; quo- niam, cum mouetur infinitum, ſcilicet, a, tũc quiddam eius erit in, b, fi- nito, Verbi gratia, c, d, aut erit etiam aliud ex eo poſt aliquid, & ſic ſemper: ex quo ſequitur vt infinitũ moueatur per finitum, & finitum pertranſeat infinitũ: qm̃ vr̃ mihi qđ impoſſibile eſt infinitum moueri per finitũ alio mõ, niſi vt finitũ pertrãſeat infinitũ, aut curſu, aut mẽſu- ratiõe. Et, cũ ſit hoc ĩpoſſibile, eſt impoſſibile, infinitũ ꝑtrãſire finitũ.

*Demonſtratio probans quod mobile infinitum non poteſt per- tranſire magnitudinem finitam in tempore finito.*




Hoc eſt quartũ quæſitum: & eſt ꝙ mo- 64 tum infinitum non poteſt pertranſire ſpa- tium finitum, ſicut declaratum eſt: qm̃ im poſſibile eſt moueri tpe finito. Et dixit &, cum finitũ, &c. & modus continuationis ĩ eo eſt: qm̃, quia declaratũ eſt finitũ non ꝑ- tranſire ſpatium infinitũ in tpe finito, de- claratũ eſt ipſum non pertranſire finitum oĩno. Nã, ſi pertranſiuerit, pertranſibit in tpe, iam deſijt: & quod eſt tale, eſt finitũ. F Et, cum declaratũ ſit qđ' finitũ non ꝑtrãſit omniuo ſpatiũ infinitum: manifeſtũ eſt qđ motum infinitũ non pertrãſibit ſpatiũ fini tum. D. dedit rationem ſuper hãc continua tionem, & dixit: qm̃ ſi infinitum pertranſi bit finitum, &c. id eſt, & declaratum eſt ipſum non pertranſire illud, quoniam, ſi finitum pertrauſibit infinitum, pertran- ſibit illud in tempore finitto: ſed decla- ratum eſt ipſum non pertranſire illud in

A tempore finito: ergo omnino non pertransibit illud. D. induxit exemplificationem, qua certificatur hoc, & dixit q̄m, cum infinitum, s. a. moueatur, &c. i. & ista consecutio est vera: quia, cum posuerimus quod infinitum pertransit spatiū finitum, scilicet. a, tunc quiddā infiniti erit in hoc spatio, quod est. b. & erit hoc quiddam æquale huic spatio: sit igitur hoc quiddam. c. d. Et, cū posuit quod necesse est vt pars finita moti infiniti sit in spatio finito, per quod mouetur, & vt illa pars sit æqualis spatio finito, & dixit & erit etiā aliud, &c. i. & necesse est, cum istud motum infinitum transferatur, vt illa pars eius etiam sit æqualis spatio per quod mouetur alia a prima parte, & per secundam etiam tertia pars, & sic semper. D. d. ex quo sequitur, &c. i. q̄m, quia spatium superponitur rei motę, & minus mensurat maius, necesse est cum motum fuerit maius spatio, vt mensuretur motum: &, cum motum fuerit minus spatio necesse est vt motum mensuret spatium: & non erit differentia inter hoc, quod infinitum pertranseat spatium finitum, & inter hoc, quod finitum pertranseat spatium infinitum: quod est impossibile. s. quoniam in moto infinito necesse est mensurari per spatium finitum, & moto finito mensurare spatium infinitum: q̄m nulla differentia est in hoc, quod mensuret spatium: sed mensurans in moto finito per spatium infinitū est motum: & mensurans motum infinitum per spatium infinitum est quiescēs. B Deinde confirmauit hoc, & dixit q̄m mihi videtur, &c. q̄m impossibile est imaginari ꝙ motum infinitum pertranseat secundum totum finitum, alio modo ab eo, quo imaginatur quod motum finitum pertranseat spatium finitum. Si igiť hoc fuerit impossibile, illud erit impossibile. i. secundum quod imaginatur ipsum pertransire illud cursu, aut mensuratione. Et induxit hoc disiunctiuū, aut, quoniam motum finitum, cum pertransiuerit spatium infinitum, pertransibit illud cursu: &, cum motum infinitum pertransiuerit spatium finitum, pertransibit illud mensuratione, non cursu. & non est differentia inter istos duos pertransitus in hoc, quod impossibile sequatur.

Minus mēsurat maius. Idē 10. met. tex. c. 4.

At vero neq; infinitum in infinito tempore transibit infinitum: si enim infinitum, & finitum: inest enim in infinito finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem est demonstratio.

In infinito est finitum.

Neq; infinitum pertransit in tempore finito infinitum, quoniam si pertransit infinitum, pertransibit etiam finitum, quoniam in infinito est finitum. & cum etiam consideratum fuerit de hoc secundū tempus, similiter proueniet ex demonstratione.

C Hæc est quinta declaratio, & est de illo, quod remanet ex diuisione, scilicet vt motum infinitum moueatur tempore finito: quoniam illud, quod est tale, aut mouetur per spatium infinitum, aut finitum, s. vt moueatur infinitum per infinitum in tempore finito. Et dixit q̄m, si pertransiuerit infinitum, pertransibit ēt finitum, id est q̄m, cum positum sit infinitum pertransire spatium finitum in tēpore finito, necesse est vt finitum pertranseat spatium infinitum in tempore finito: quod est impossibile, vt declaratum est. D. d, q̄m in infinito est finitū, id est & necesse est cum infinitum pertransiuerit infinitum in tpe finito, vt finitū pertranseat infinitum: q̄m cum in infinito pertransito est pars finita necessario, quę pertransit spatium infinitum in tempore finito. D. d. &, cum consideratum fuerit secundum tempus, &c. i. prouenit etiam demonstratio, ex qua declaratū est ꝙ impossibile est infinitum moueri tempore finito: & illa demonstratio est per diuisionem temporis: q̄m per diuisionem temporis diuiditur spatium. Si igitur tempus fuerit finitum, & spatiū erit finitum: sed quia positum est ipsum esse infinitum, hoc est impossibile. 65

Quoniam autem neq; finitum infinitum transit, neque infinitum finitum, neq; infinitum infinito tempore mouetur. Manifestum est quòd neque motus est infinitus in finito tempore, quid enim refert

Motus infinitus nō est in tp̄e finito, &c.

motum, aut magnitudinem, infinitum facere? necesse est.n.si vnũ infinitum, & alterum infinitum esse. Omnis.n.loci mutatio in loco est. D A

Et, cum sit impossibile finitũ moueri per infinitum, aut infinitum per finitum, aut infinitum in tpe finito, manifestum est ꝙ motus infinitus non erit in tpe finito. Non.n.est differentia inter hoc ꝙ motus sit finitus, aut magnitudo: nam necesse est si alterum fuerit infinitũ, vt reliquum sit infinitum. Qm̃ omnis translatio est in loco.

66 Cum declarauit ꝙ impossibile est aliquod finitũ moueri per spatium infinitũ in tpe finito, aut aliquod infinitũ in tpe finito, siue spatiũ fuerit finitum, aut nõ fuerit, declaratur impossibile esse, vt motus infinitus sit in tpe finito. Quoniã hoc aut erit per spatiũ, aut per rem motã: si aũt per spatium, tunc aliquod infinitum mouebitur per spatiũ infinitum in tpe finito: si vero infinitas in motu fuerit per rem motam, tunc aliquod infinitum mouebitur in tpe finito, aut per magnitudinẽ finitam, aut infinitam: sed hęc destructa sunt: ergo destructũ est aliquẽ motum infinitũ esse in tpe finito. & hoc intendebat declarare superius: & ipse vtetur hoc tanꝗ fundamento in septimo. Et dicit &, cũ sit impossibile, &c.i. &, cum sit declaratũ, qm̃ impossibile est motũ infinitũ pertransire spatiũ infinitum in tpe finito, aut motum infinitum spatiũ finitum, vel infinitũ in tpe finito, manifestum est ex hoc, qm̃ impossibile est vt motus infinitus sit in tpe finito. D, declarauit consecutionem, & dixit non enim est dr̃ia, &c.i.qm̃, cum sit impossibile vt motũ finitum moueatur per spatiũ infinitum in tpe finito, aut motum infinitũ in tpe finito, manifestum est, qm̃ impossibile est vt motus infinitus sit in tpe finito: qm̃ si fuerit infinitus, aut erit per magnitudinem infinitam, aut motum infiniti. Sed hæc duo sunt impossibilia: ergo impossibile erit, vt motus infinitus sit in tpe finito. D.d.non enim est differentia, &c.i.cum non sit differentia, siue ponatur quod motus infinitus est in tpe finito, aut quod magnitudo infinita mouetur in tpe finito. D.d.qm̃ necesse est, &c.i.quoniam necesse est, si motus fuerit infinitus, vt magnitudo sit infinita, aut illa, per quam est motus: aut illa, q̃ mouetur, & similiter, si alterũ istorum fuerit infinitum, motus erit infinitus. D.d.omnis enim translatio est in loco, i.& ista ẽt consecutio est in motu locali, s.qm̃, cum fuerit positum ꝙ motus in loco est infinitus, necessario erit magnitudo infinita, aut illa, per quam est motus, aut locus, & motum insimul. Similiter, si alterum istorum fuerit infinitum, motus erit infinitus, sed cum motũ fuerit infinitum, spatiũ erit infinitum: & non conuertitur. Vtrum aũt, si augmentum fuerit infinitũ, magnitudo erit infinita, Silr̃ &, si alteratio fuerit infinita, alteratũ erit infinitum: considerandum est: & non apparet sicut in translatione. & ideo dixit post, omnis enim translatio est in loco. vnde opinandum ꝙ hoc nomine motum vtitur in hac declaratione proprie, s.in loco: & in vltimo istius tractatus declarabitur simpliciter: qm̃ impossibile est quod aliquis motus quatuor motuum sit infinitus præter translationem circularem. E B F C

Documẽtũ.

In hoc.6. infra tex.c. 92.c.93.

*Determinat de his, quæ pertinent ad diuisionem quietis. Cap. VIII.*

QVONIAM aũt omne aut mouetur, aut quiescit, quod aptum natum est, qñ aptum est, & quo, & sic, necesse est omne, quod stat, cum stat, moueri: si enim non mouetur, quiescit, sed non contingit quiescere quiescens.

Et, quia omne aut mouetur, aut quiescit, s.quod innatum est, & quo, & secundum quod, necesse est vt cessans, cum cessat, moueatur: nam si omnino nõ mouetur, quiescit: & impossibile est vt quiescens sic tendat ad quietem.

A CVM declarauit prius, quod neq; in motu, neq; in primo tẽpore, quod superponitur motui, non inuenitur primum naturaliter, s. primus motus, aut primum tempus: cum motus, & tempus semper sint diuisibilia, vult nunc declarare quod ita est in re ad quietem, & in ipsa quiete, sicut in motu, s. quoniam non inuenitur prima quies naturaliter in re quiescente, neq; primum tempus, quod est pars temporis in quo quiescens quiescit, s. tpis æqualis quieti: similiter neq; inuenitur primũ tempus, in quo motum vadit ad quietem, quod dr̃ cessatio. Et incœpit declarare prius hoc in cessante, Et dixit &, quia omne, &c. i. & quia omne, de quo vere dicitur ipsum esse aut quiescens, aut motum, est illud, quod innatum est recipere motum, & quietem, & est in loco, in quo innatum est recipere motum, & quietem, & in dispositione, secundum innatum est recipere motum, & quietem: & dixit quod innatum est moueri. nam illud, quod non est innatũ moueri. V. g. punctus, non dicitur quiescere, aut moueri. Et dixit & quo. nam illud, quo mouetur, mouetur in re diuisibili: &, cum fuerit in instanti, non dicitur quiescere, neq; moueri. Et dixit & secundum quod, vt distingueret inter illud, quod mouetur in potentia, & illud, quod mouetur in actu, s. rem motam esse in potentia, aut in actu. Si enim fuerit in potẽtia, erit mota in potentia, & erit innata moueri in potentia, &, si in actu, actu. Vel dixit hoc distinguen-
B do inter motum, quo res mota innata est moueri, & inter illud, quo non est innata moueri: & est euidentius. Cum posuit hoc quasi præcedens, dixit ergo necesse est vt cessans, &c. i. ergo necesse est in cessante, quod inuenitur in eo, quod mouetur, aut quiescat, non in eo, quod semper mutetur, vt, cum dicitur cessare, tunc dicatur moueri: cum sit impossibile dicere tunc ipsum quiescere. nam cum cessat, tendit ad quietem: & impossibile est vt illud, quod tendit ad quietem, sit quiescens.

67 — Dispõnes quiescẽtis, & moti. Vide ẽt 4. physi. te. cõ. 118. & hic supra te. cõ. 30. — Prima expositio. — Secunda expositio.

Hoc aũt demonstrato, manifestum est quod in tpe necesse est stare: quod enim mouetur, in tempore mouetur: quod aũt stat ostẽsum est quod mouetur: quare necesse est in tempore stare.

Omne, quod stat, stat in tempore.

Hoc quidem declarato, manifestum est quod cessans cessat in tpe: cum motũ moueatur in tempore: & sit declaratum quod cessans est motum. ergo necesse est ipsum cessare in tempore.

68 Dicit quia omne cessans est motum & omne motũ est in tempore: ergo omne cessans est in tpe: minor autem declarata est: quoniam cessans est illud, quod innatum est moueri, aut quiescens non est sine altero. Ergo omne cessans aut est mo-
C tum, aut quiescens: sed non quiescens: nam cessans intendit quietem: & quicquid tendit ad aliquid non est in illo: ergo cessans non est quiescens: ergo omne cessans est motum.

Amplius autem, si velocius, aut tardius in tempore dicimus, stare autem est velocius & tardius.

Et etiam non dicitur velocius, & tardius nisi in tempore, cessatio est velocior, & tardior.

69 Dicit omne cessans est aut velocius, aut tardius. Et omne velocius, aut tardius est in tempore: ergo omne cessans est in tempore.

In quo aũt tpe primo quod stat, stat in quolibet huius necesse est stare. Diuiso enim tpe, si in neutra quidem partium stat, neq; in toto: quare non vtiq; stat, quod stat: si vero in altera nõ vtiq; in primo toto stat: secundum enim vtrumq; in hoc stat, sicut dictũ est, & in eo, quod mouetur prius. Sicut aũt quod mouetur, non est in quo primo mouetur, sic vtiq; neq; in quo stat, quod stat.

Sicut, quod mouetur nõ est ĩ quo primo mouet,

Et primũ tẽpus, in quo cessans cessat necesse est vt in quolibet eius

Sic vtiq; neque in quo stat, qđ stat.

cessat. Nam si illud tempus diuidatur in duo, tunc si in neutra parte cesset, ergo neque in toto cessabit, ergo cessans non cessat: &, si in altera parte cessat, ergo non totum est primum eius, in quo cessat; qm̄ cessauit in alio: & est illa pars, vt dictum est de moto. Quemadmodū ergo in moto non est aliquod primū, in quo mouetur, similiter neq; in cessante est aliquod primum, in quo cessat.

70

Motum, & cessans sunt idem scd̄m subiectū, & duo, scd̄m modum.

Alia dr̄ia.


Cum declarauit quod cessans cessat in tempore, vult declarare ēt ꝙ non est primum tempus, in quo cessat: & vr̄ ꝙ cessans sit idem cum moto omni modo: sed non est verū, sed motū, & cessans sunt idem secundum subiectum, & duo secundum modū: corpus enim, cum accipiatur scd̄m qualitatem quiescentem, dicitur quiescens, &, cū accipiatur scd̄m quod habet qualitatem trāsmutatam, dr̄ motum: &, quia transmutatū in qualitate vadit ad qualitatē immobilem, scd̄m hoc dicitur motū. Motum igitur est motū secundum quod transmutatur in alia qualitate, & transfertur in ea ad finem, scd̄m quod finis est complementum tm̄ illius motus. V.g. scd̄m ꝙ transmutatur de albedine imperfecta in nigredinē: est aūt cessans, secundum quod transfertur ad quietem: &, quia quies accidit cōplemento ad quod est motus, ideo cessatio accidit moto: & ideo sunt vnum secundum subiectum, & duo scd̄m modum. Aut dicamus quod est cessans scd̄m partem habitam, & motum scd̄m partem habendam. Dicit tempus igitur primum, &c. i. & necesse est vt cessans dicatur cessare in qualibet parte temporis, quod est æquale cessanti. Omne enim tempus est diuisibile. D. incœpit declarare hoc, & dixit, tēpus enim si diuidatur in duo, &c. i. & necesse est vt cessans cesset in qualibet parte primi temporis: si illud tempus diuidatur in duo æqualia, cum omne tempus sit diuisibile, tunc cessans aut non cessabit in aliqua parte: & sic non cessabit in toto illo tpe, quod est contra positum, aut cessabit in altera tm̄: & sic illud tempus non erit primum: cum nō dicitur cessare in eo, nisi quia cessat in aliqua parte eius, & hoc intendebat, cum dixit non est totum primum, in quo cessat, id est & sequitur hanc positionem, vt non sit illud tempus totum, quod est compositū ex duabus partibus primum, in quo cessans cessat. D. d. cessabit enim in alio: & est illa pars, i. qm̄, si positum fuerit ꝙ cessans cesset in aliqua parte primi temporis, tunc illud tempus non erit primum: qm̄ cessauit in alio, antequam cessaret in illo tpe: & illud aliud est aliud ab alia parte posita: & sic illud tempus non erit primum: & intendit per hoc, quod dixit, & illa pars: partem primi temporis, in quo positum fuerit cessans. D. d. vt dictum est de moto, id est qm̄ declaratio eadem est in eis. nam, cum posuerimus primum tempus, in quo motū mouetur, & diuiserimus illud tempus in duo, & processerimus hac via demonstrationis, sequitur vt in hoc non inueniatur primū æquale. & ideo dixit quemadmodum igitur in moto, &c. i. quemadmodū igitur in moto non inuenitur ex tempore aliquod primum, in quo incœpit moueri, similiter neq; in cessante inuenitur aliquod primum, in quo incœpit cessare.

Non enim in ipso moueri, neque stare aliquid est primum: sit enim in quo primo stat, in quo est. a. b, hoc quidem impartibile non contingit esse. Motus enim non est in impartibili: propter id, quod motum est aliquid ipsius: quod autem stat demonstratum est moueri. At vero, si diuisibile est, in qualibet ipsius partium stat. hoc enim ostensum est prius, quod in quo stat primo, in quolibet ipsius stat: qm̄ ergo tempus est, in quo primo stat, & non atomum est. Omne aūt tempus in infinita partibile: nō erit in quo primo statur.

Quoniam neq; ex moto, neq; ex cessante est aliquod primum: & demonstratio illius sit illud, in quo primo erit cessans. a. b: impos-

sibile est igitur hoc esse indiuisibile. Motus enim non fit in indiuisibili: nam erit aliquid, & iam ex ipso mouetur. Et declaratum est quod cessans est motum, &, si fuerit diuisibile erit cessans in quacunq; parte eius: nam hoc declaratum, quoniam, cum fuerit aliquid, in quo erit primo cessans, tunc erit in quacunq; parte illius: &, quia illud, in quo erit primo cessans, est tempus, non indiuisibile. Omnē enim tempus est diuisibile in infinitum: ergo nihil est, in quo primo erit cessario.

*Demonstratio ostendens quod non est accipere primam partem temporis in statione mobilis.*




71

Cum declarauit hoc sermone, repetit declarationē per exemplū, Et dicit qm̄ non ex moto, neq; ex cessante, &c. i. qm̄ neq; motū, neq; cessans habet primā partem motus, aut cessationis, nam si hoc esset, tunc motus, & tempus, & vl'r continuum componerētur ex indiuisibilibus. D.d. sit igitur illud, in quo, &c. id est sit igitur primum tēpus, in quo erit prima cessatio. a.b. D.d. & imposs ibile est vt hoc sit indiuisibile, i. primum tp̄s, in quo ponitur prima cessatio. a.b. D.d. motus enim non est in aliquo. i. & diximus ꝙ istud primum tp̄s necesse est vt sit diuisibile: quia iam declaratum est quod omne cessans est motū, & quod motus non fit in aliquo indiuisibili: qm̄ pars recedens, & accedens motus esset eadem: & sic pars antecedens fuit ex se, & fuit antequam esset: & hoc intendebat, cū dixit nam erit aliquid, & iam mouetur ex seipso, i. nam sequitur ex hoc ꝙ aliquid mouetur ex seipso: & hoc est simile ei, quod dixit in initio istius tractatus: qm̄, si motus esset indiuisibilis, tūc res, cum mouetur, iam esset mota: &, cum motus sit diuisibilis, necesse est vt illud, in quo est motus sit diuisibile, s. tēpus, & locus. D.d. &, si fuerit diuisibile, &c. i. &, si istud primum tempus fuerit diuisibile, vt sumus coacti per rationem, tūc cessans erit cessans in qualibet parte eius, sicut in toto: & sic erit cessans in medietate, sicut in toto, & in medietate medietatis, sicut in medietate, & sic in infinitum: & hoc est in potentia: & sic non contingeret vt ante cessationē esset cessatio, & ante motum esset motum in infinitum: quod est impossibile: qm̄ scd̄m hoc non fieret motus. secundum hoc igitur intelligendū est hoc. D.d. qm̄ hoc declaratum est, &c. & intēdit hic per primum tp̄s æquale: & est illud, quo vtitur hic pro principio, in declarando ꝙ initium cessationis non habet primū tp̄s: &. q. d. &, quia declaratū est ꝙ in qualibet parte tp̄is æqualis cessationi cessabit cessans, necesse est vt non sit tēpus primum, in quo incœpit cessare: & hoc intendebat, cum dixit, & quia illud, in quo est, &c. i. non inuenitur aliquod primum, in quo erit prima cessatio, s. neq; ex ipso tp̄e, neq; ex loco, in quo est cessatio, neq; ex ipsa cessatione: & cōtinuatio consequentis cum præcedente in hoc sermone manifesta est ex prædictis.

Motus non fit in aliquo indiuisibili, qm̄ pars recedens, & accedens esset eadem.

Neq; igitur quiescens, cum primum quieuit, est: in impartibili. n. non quieuit, propter id quod non est motus in atomo: in quo autem est ipsum quiescere, & moueri: tunc enim dicimus quiescere quan-

In indiuisibili non est neq; motus, neq; quies.

Idem 74. do, & in quo aptum natum est moueri, non mouetur quod aptum natum est D

Non datur primũ quietatum.

Neq; quiescens etiam quiescit in primo tempore: quoniam non quiescit in indiuisibili, motus enim non fit in indiuisibili: & in illo, in quo est quies, in ipso est motus. Declaratum est enim quoniam tunc dicitur aliquid quiescere, cum illud, quod innatum est moueri, non mouetur in eo, in quo innatum est moueri.

72 Cum declarauit quod neque motum, neque cessans habet primum, vult ostẽdere hoc etiam in quiescente, & dixit, neque etiam, quiescens habet tempus primum, in quo quiescit. Deinde dedit causam, & dixit quoniam autem non quiescit in indiuisibili, id est cum sit impossibile ipsum quiescere in tempore indiuisibili cum motus non sit in indiuisibili, &c. id est & necesse est vt quies non sit in indiuisibili propter duo, quorum alterum est, quoniam motus impossibile est vt sit in indiuisibili: & hoc demonstratum est: alterum vero est, quod illud ex tempore, in quo motus potest esse, in illo potest esse quies, & illud, in quo motus non potest esse, neque potest etiam quies esse in eo. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit, declaratum est enim, &c. id est, & necesse est vt aliquid nõ possit quiescere nisi in eo, in quo potest moueri: quia describimus quiescens, quod est quiescens principaliter, & vere, & non transumptiue, quod est innatum moueri, cum non mouetur in illo, in quo est innatum moueri, scilicet tempore, & loco: & ideo necesse est vt omne quiescens quiescat in tempore, & loco: &, si esset possibile aliquid quiescere in instanti, in quo est impossibile moueri, tunc diceretur quiescens, sicut dicitur quod punctus est quiescens, scilicet per figuram. Et syllogismus componitur sic: omne quiescens quiescit in eo, in quo innatum est moueri: & illud, in quo innatum est moueri, est diuisibile, ergo omne quiescens quiescit in diuisibili: &, cum sit declaratum ipsum quiescere in diuisibili, declarabitur quod quies quiescentis non habet primum tempus per illam demonstrationem, per quam fuit hoc declaratum in cessante, & moto. E

De quiete transumptiua. vide 4. phy. c. 118.

Amplius autem & tunc dicimus quiescere, cum similiter se habet nunc, vt prius, tanquam non vno quodam iudicantes, sed duobus minimis; quare non erit in quo quiescit, impartibile. Si vero partibile, tempus vtiq; erit, & in qualibet istarum partium quiescit: eodem enim modo demonstrabitur, quo & in prioribus: quare nullum primum erit. hæc autem causa est, quia quiescit quidem, & mouetur omne in tempore: tempus autem non est primum, neque magnitudo, neque omnino nullum continuũ. Omne enim in infinita partibile. F

Et etiam dicimus aliquid quiescere, cum eodem modo fuerit nunc & prius, quasi non consideramus ipsum secundum vnum, sed saltem secundum duo. vnde necesse est vt illud, in quo est quies, nõ sit indiuisibile. Si igitur fuerit diuisibile, necesse est vt sit tempus, & vt sit quiescens in quacunque parte eius: quoniam hoc declarabitur per illud idem, per q̃ declaratum fuit prius: ergo non est hic primũ: & causa in hoc est, quoniam omne, quod quiescit, aut mouet, quiescit, aut mouetur in tempore: & non est primum tempus, neq; prima magnitudo, & vniuersaliter non est primum continuum. Quoniam quodcunq; talium est diuisibile in infinitum.

D A Hæc est secunda declaratio, quoniam quies non habet primum tempus, in quo quiescens quiescit primo. Et dicit & etiam dicimus, &c. id est, & etiam manifestum est quod tunc dicimus aliquid quiescere, cum fuerit in eodem statu, & in hoc instanti, & in alio instanti præcedenti. & saltem in duobus instantibus: & causa in hoc est quod motum, aut quiescens non inueniuntur in actu, nisi in eo, quod est in actu temporis, scilicet in ipso tẽpore, non in instanti: quoniam instans est in potentia: &, quia hæc est actio animæ in quiescente, quoniã anima tunc intelligit quietem, quando intellexerit idem corpus in eodem statu, saltem in duobus instantibus, dixit quasi non consideramus, &c. id est, & videmus quasi qui non considerat, neque intelligit rem per vnum, sed per duo, id est, per duo instantia: & quia quiescere non intelligitur, & comprehenditur nisi comprehendendo duo instantia: & cũ declaratum est qđ inter quælibet duo instantia est tempus: necesse est vt omne quiescens quiescat in tempore: & omne tempus est diuisibile, & ideo dixit post, vnde necesse est vt illud, in quo est quies, &c. id est, vnde necesse est vt pars temporis, in qua est quies, non sit indiuisibilis, Verbi gratia instans, sed diuisibilis. Deinde dicit si igitur fuerit diuisibile, necesse est vt sit tempus, id est, si igitur fuerit diuisibile in duo instantia: & inter quælibet duo instantia est tempus: necesse est vt quies sit in tpe. D. d. & vt sit quiescens in qualibet parte eius, id est, & si illud, in quo est quies, sit tpˢ: & omne tempus est diuisibile in tempora: necesse est vt sit quiescẽs in quacũq; parte accipiatur de illo tpe: ex quo declarabitur ꝙ quiescens non habet primũ tempus per illam eandẽ demonstrationem, per quam declaratum fuit hoc in motu, & cessante. & hoc intendebat cum dixit hoc enim declarabitur &c. Et, cũ declarauit hoc, repetit conclusionẽ & dixit quapropter necesse est primum non esse. i. primum tpˢ: deinde dedit causam in hoc in moto, & quiescẽte, & dixit & causa in hoc est, qm̃, &c. & sciendũ quod ista causa in quiescente non est vera, in hoc moto, & quiescente etiam: nam diuisibilitas temporis est causa vt quiescens non habeat primam quietem, in moto autem tempus nõ est causa huius, sed concomitatur causam: & causa in hoc, quod motum est tale, scilicet non habens primum motum est, quoniam motum est continua magnitudo, & in magnitudine continua, sicut diximus, Ista enim prioritas est impossibilis in istis rebus propter continuationem: & continuatio in istis primo inuenitur in magnitudine, & propter magnitudinem inuenitur in motu, & propter motum in tempore: tempus ergo primo caret, eo quod motus caret illo, motus vero caret illo, eo ꝙ magnitudo caret illo etiam.

C F Quoniam aũt omne, ꝙ mouetur, in tempore mouetur, & ex quodam in quoddã mutatur, in quo tpe mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc scđm aliquid esse primũ ꝙ mouetur: quiescere enim est in eodem esse, tẽpore quodam & ipsum, & partium vnãquanq;, sic enim dicimus quiescere, cum in alio, & in alio nunc verum sit dicere ꝙ in eodem & ipsum, & partes sunt: si autem hoc est quiescere, non contingit ꝙ mutatur secundũ aliquid esse totum secũdum primum tempus. Tempus enim diuisibile est omne: quare in alia, & in alia ipsius parte erit verum dicere ꝙ in eodem sit & ipsum, & partes: si vero non sic est, sed in vno solo nunc est, nõ erit tempore ullo secundum aliquid, sed secundum terminũ temporis: in ipso aũt nunc est quidem semper secundum aliquid manens, non tamen quiescit: neq; enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc: sed non moueri quidẽ verum est in ipso nunc, & esse scđm aliquid. In tẽpore aũt non contingit esse quiescens secundum aliquid. Accideret enim, quod fertur, quiescere.

73 Anima tũc intelligit qetẽ, qñ intellexerit idem corpus ĩ eodẽ statu saltẽ in duobus ĩstãtibus. cõsimile vide de tpe. 4. phy. 100, & 106.

Cõtinuatio primo inuenitur in magnitudine, et per ipsam in motu, & per motũ in tpe. Idem supra com. 5. & 7.

Et,quia omne motum mouetur in tempore, & tranſmutatur de aliquo in aliquid, ideo tempus,in quo mouetur per ſe , non quia eſt in quadam parte illius temporis, impoſsibile eſt vt motum ſit in aliquo eius:quoniam permanentia alicuius,& vniuſcuiuſq; ſuarum partium in eadem re in aliquo tempore : quoniam ſic dicimus aliquid quieſcere,ſcilicet cum in inſtanti poſt aliud inſtans erit verum dicere illud manere,& ſuas partes in aliquo:&,cum hoc ſit quies:impoſsibile eſt vt illud,quod tranſmutatur aliquo modo tranſmutationis,ſit ſecundum totum in primo tempore in aliquo . Nam omne tempus eſt diuiſibile:neceſſe eſt igitur vt ſit verum in vna parte per aliã diuidi in eadem diſpoſitione : &, cum hoc non ſit ita, ſed hoc eſt in vno inſtanti tantum inſtantium,ergo nullus modus tranſmutationis erit in tempore omnino,ſed in extremo temporis:nam in inſtanti poſsibile eſt vt res ſit permanens aliquo modo,quieſcens autem non:impoſsibile eſt enim in inſtanti motum , aut quietem fieri : ſed dicere motum non eſſe in inſtanti eſt verum,& quod aliquid eſt in eo quodammodo in tempore, aut impoſsibile vt ſit, ſecundum quod eſt in quiete . D B

Impoſsibile eſt in inſtãti motum , aut quietem fieri &c.

74 Vult declarare quod tranſmutatũ non eſt in eo,in quo tranſmutatur,in tẽpore omnino , neque in primo tpe,in quo tranſmutatur,ſ. æquali tranſmutationi, neq; in aliqua parte eius,ſed eſt in tranſmutatione in inſtanti, V.g. qm̃ translatum per magnitudinem nõ eſt in magnitudine in primo tpe, neq; in parte eius, ſed in inſtanti,& dicit,& , quia omne motũ, &c.i.& quia declaratum eſt quod omne motum mouetur in tpe,& quod tranſmutatur de aliquo in aliquid continue,ideo tempus , in quo motum mouetur per ſe, ſ.primum tempus , quod eſt æquale motui eius , in quo motum non dicitur moueri gratia partis, impoſsibile eſt vt motum ſit in,illo in quo mouetur,ſ in hoc tẽpore,aut in aliqua parte illius. Deinde induxit impoſsibile, quod ſequitur ex oppoſito huius poſitionis,& dixit quoniam permanentia alicuius,&c.i.&, impoſsibile eſt vt tranſmutatum ſit in re,in qua tranſmutatur in tempore primæ tranſmutationis,neq; in parte illius: qm̃,ſi tranſmutatum fuerit in ipſa tranſmutatione in tempore,ſequetur vt ipſum,& ſuę partes ſint in eadem diſpoſitione in illo tempore,in quo dicitur eſſe in tranſmutatione:& aliquid eſſe in tranſmutatione ſecundum omnes ſuas partes in eodem ſtatu eſt quieſcere:& ſic tranſmutatum erit quieſcẽs in tranſmutatione non tranſmutatum . Deinde expoſuit hoc magis , & dixit qm̃ ſic dicimus,&c.i.quoniam,cum dicimus aliquid quieſcere,nihil aliud intẽdimus, q̃p vt in plus q̃p in vno inſtanti ſit in eodem ſtatu ſine aliqua mutatione, D.d.&,cum hoc ſit quies, & cũ hoc ſit impoſsibile,ſ.motum eſſe quieſcẽs apud tranſmutationem eius,impoſsibile eſt vt in tranſmutato aliquo modo tranſmutationis vt tranſmutatum ſit in eo ſecundum omnes ſuas partes in aliquo tempore,ſcilicet in tempore primæ tranſmutationis , aut in aliqua parte eius. Et, cum notificauit,quoniam neceſſe eſt, cum tranſmutatum fuerit in tranſmutatione in tempore, vt ſecundum omnes partes ſit inſimul in tempore, quoniam hoc eſt proprium eius,quod eſt in aliquo tempore,& quod eſt tale,eſt quieſcens in illo,in quo eſt,incœpit declarare cauſam,propter quam neceſſe eſt, vt illud,quod inuenitur in tempore,inueniatur in eo,& ſuæ partes eodem modo,& dixit omne enim tempus eſt diuiſibile, &c. id eſt , & neceſſe eſt vt illud , quod inuenitur in tempore inueniatur , & ſuæ partes eodem modo pluſquam in vno inſtanti : quoniam omne , quod inuenitur in tempore ex iſtis, inuenitur in diuiſibili, cum omne tempus ſit diuiſibile : & omne , quod inuenitur in tempore diuiſibili ſecundum prius , & poſterius , neceſſe eſt vt verum ſit dicere de eo in F

Aliquid eſſe ſcd̃m omnes ſuas partes ĩ eodẽ ſtatu,ẽ quieſcere.

A vnaquaque parte primi temporis, in quo est, quod secundum omnes partes est in eadem dispositione, & quod est tale est quiescens. Deinde dicit, & cum iam non fuerit, &c. i. & cum sit impossibile vt transmutatum sit in eadem transmutatione in instanti post aliud: non hoc est quiescens necesse est vt transmutatũ sit in transmutatione in instanti, non in tempore. D.d. ergo nullus modus trãsmutationis est in tempore, sed in extremo temporis. D.d. &, cum ita sit, nõ erit transmutatum aliquo modo transmutationis, quod sit in tempore, sed erit in transmutatione de initio ad finem in instanti. D.d. quoniam in instanti possibile est, &c. id est, & ex ista positione non sequitur primum impossibile, nam trãsmutatũ, cũ ponatur in transmutatione in instanti, tunc positum est aliquod ens in eo, ita, quod non sit quiescens: ens enim in instanti non est ens in eo, ita, qđ sit quiescens, neque motum, sed tali modo essendi, in quo hæc duo contraria falsa sunt. Et, si dicatur quies, erit æquiuoce, & hoc intendebat, cum dixit: quoniam in instanti possibile est, &c. D.d. se dicere, &c. i. sed dicere aliquid esse in instanti in aliquo, quodammodo non est neque motus, neque quies, est verum. Deinde dicit in tempore, vero &c. id est, & vniuersaliter apparet quod motum in motu impossibile est vt sit in tempore secundum modum, quo dicitur vt quiescens sit in tempore. Et hæc declaratio est communis omnibus transmutationibus: & nulla dubitatio accidit ex eo in motu, eo quod continuatio in B motu locali est manifesta per se, & quia impossibile est imaginari aliquam partem eius existere subito: in cæteris autem motibus est quæstio non parua: videtur enim quod aliquæ partes eorum existunt subito, & quod continuatio non est manifesta in eis, & nos perscrutabimur de hoc solicite alias.

Ens in instãti nõ est ens in eo, ita qđ sit quiescẽs, vel motum, sed tali modo essendi, in quo hęc duo cõtraria falsa sunt. idem supra. 30. 71. 72. idẽ, ĩfra 76.

Cõtinuatio in motu locali est manifesta per se, sed in cæteris motibus est quæstio nõ parua, ꝑ hoc vide. 8. phy. cõ. 23.

*Soluit rationes zenonis negantis totaliter motum esse.* *Cap. IX.*

De ratiocinatur autem zeno, & paralogizat: si enim semper, (dicit) quiescit omne, aut mouetur, cũ est secundũ æquale. Est autẽ semper quod fertur in ipso nunc secundum æquale: immobilẽ esse sagittã, quæ fertur.

Zeno vero fallitur in argumẽto, dicit. n. quoniam omne est in aliquo sibi æquali, aut quiescit, aut mouetur in eo: & translatũ semper est in instanti: ergo sagitta translata non mouetur.

C Et zeno cum æquiuocatione vtatur in illo, quo vult destruere motum, scilicet quia motum per magnitudinem est in instanti in longitudine ęquali sibi, ideo argumentum eius est sophisticum. D.d. dicit enim, &c. i. dicit enim quod notum est & primum quod quodlibet corpus, cum fuerit in vbi sibi æquali, aut ponetur in eo quiescens, aut motum: sed impossibile est poni in longitudine sibi æquali motum: ergo est quiescens in eo. D. induxit minorem propositionem, & dixit & translatum semper est in instanti, id est, & est notũ per se quod translatum est in instanti in longitudine æquali sibi. Et, cũ induxit has duas propositiones induxit conclusionem, & dixit ergo sagitta, &c. id est, cum translatum est in longitudine sibi æquali: & omne, quod est tale, est quiescens: ergo & translatum: &, si esset velocissimum omnium. V.g. sagitta est immobilis: ergo nihil est motus. 75

Hoc autẽ falsum est: non enim cõponitur tẽpus ex ipsis nunc indiuisibilibus, sicut nec alia magnitudo vlla.

Sed hoc est falsum: tẽpus enim nõ cõponitur ex instantibus indiuisibilibus, similiter neque aliqua aliarum magnitudinum.

Quia tempus non componitur ex instantibus, iccirco in instantibus non fit motus, neque quies, &, quia translatum in instanti non est quiescens: ergo non 76

est in longitudine sibi ęquali, nisi in potētia, non in actu. Et causa in hoc est, D quoniam instans non est in actu in tempore: & ideo motum non est in longitudine sibi æquali, nisi in potentia, & sic nō sequitur vt sit quiescens. & ideo dixit, sed hoc est falsum, &c. id est, & ista quæstio contingeret, si instans in actu esset in tēpore, ita, quod tēpus esset compositum ex instantibus: quoniam tunc non esset motus omnino. Deceptio igitur est in propositione, dicente quod omne, quod est in longitudine sibi æquali est quiescens: hoc enim est verum in illo, quod est in lōgitudine sibi æquali in actu, non in potentia, & res mota, est in longitudine sibi æquali in potētia, & ideo, cum mouetur per magnitudinem, non describit punctum, & motum, &, quia pertransit spatium, necesse est mensurare illud, &, quia mensurat illud, necesse est vt sit ex eo in longitudine sibi æquali, nā mensurans est huiusmodi, ergo, cum potentia non distinguatur ab actu, accidit quæstio zenonis.

Omne, qđ est in longitudine ęquali sibi in actu, est quiescens.

Quatuor autē sunt rationes de motu zenonis, habentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est de eo, quod non mouetur: propter hoc quod prius ad medietatem oportet accedere quod fertur quam ad finem: de qua distinximus in prioribus rationibus.

Prima ratio zenonis.

Et rationes zenonis in motu, quæ difficile soluuntur, sunt quatuor. Prima autē est, quoniam motus non est: quia translatum debet peruenire ad medietatem spatii antequam ad finem: & iam determinauimus hoc. E

77 Cum fuit coactus ad dissoluendū qōnem zenonis in motu, induxit quæstiones illius in motu, & dixit eas esse quatuor. Prima aūt est quod, si motus sit, necesse est vt translatum pertranseat medietatē magnitudinis ante totū, & medietatem illius medietatis ante illam, & sic in infinitum. Vnde necesse est ipsum pertransire medietates, scilicet magnitudines infinitas, in tempore finito: quod est impossibile. Et iam determinauimus hoc superius: sed illic cōtradiximus ei secundum sermonem, & post contradicetur secundum ipsam rem.

Tex. cō. 19.

Secūda aūt est vocata achilles. Est aūt hæc: qđ tardius nūquā apprehēdet currens a velocissimo: ante .n. necesse est ire persequēs, vnde mouit fugiēs: quare semper aliquid habere necesse est tardius.

Secūda rō zenonis.

Secūda aūt est, quæ dicitur achilles. Et est, quoniā tardissimum in cursu non potest attingi a velocissimo in cursu. nā necesse est vt quærens perueniat ante ad locum, a quo fugiens separatur: vnde necesse est vt semper tardius habeat aliquem excessum. F

78 Ista dubitatio, est talis, si motus sit, tunc velocissimū non poterit attingere tardissimū. Sit igitur velocissimum æquus, & tardissimum tortuca: & non est dubium quin habeant aliquam proportionem in motu. sit igitur vna pars centum, & ponatur quod inter æquum, & tortucam est vna leuca: ęquus igitur in tempore, in quo transit illam leucam, pertransibit tortuca centesimam partem illius leucæ: & æquus etiam in tempore, in quo pertransibit illam partem centesimam, pertransibit tortuca partem centesimam illius partis: & æquus etiā in tempore, in quo pertransit hanc partem, pertransibit etiam tortuca, partē centesimam illius partis, & sic in infinitum: & sic æquus nunquam attingeret tortucam. Et hoc intendebat cū dixit quoniam necesse est vt quærens, &c. i. qm necesse est vt fugiens semper excedat quærens aliquo excessu nominato a primo excessu, scilicet quod, si primus excessus erit quartū spatij, tunc secundus excessus erit quartū illius quarti, & tertius quartus istius quarti, & sic in infinitum. Et, cum iste excessus semper est diuisibilis in infinitum, nunq̄ quærens perueniet ad fugiens; sed hoc est falsum; ergo motus non est.

D A Est aūt & hæc eadē ratio & decidenda in duo. Differt aūt in diuidendo non in duo acceptam magnitudinē: non igitur attingi tardius accidit ex ratione. fit autem propter idem in duo decisio. In vtrisque enim accidit non attingere ad terminum, diuisa quodam modo magnitudine: sed apponitur in hac, quia neque velocissimū cum tragœdia dictum, est in persequendo tardius: quare necesse est solutionem esse eandem. Velle aūt quod præcedens non attingitur falsum est. cū enim pręcedit non coniungetur: sed tamen coniungetur, si indigebit transire finitum. Hæ igitur rationes duæ sunt.

Quō conueniāt, & differant istę duę rationes zenonis.

Et ista est eadē ratiocinatio cum illa, in qua v sus est in mediatione: sed differunt, quoniā diuisio hic magnitudinis excedentis nō erit in duo media. Et ista ratiocinatio sequitur ex illo eodem, ex quo sequitur ratiocinatio, quæ fit secundum mediationē. Sequitur enim in vtraque ratione non peruenire ad extremum per diuisionem magnitudinis aliquo modo diuisionis: sed additum est in ista, quod nō
E B peruenit ad illud, neque id, quod est valde velocissimum, quærendo illud, quod est valde tardissimū. Vnde necesse est eandem esse solutionem in vtraq; qōne. Hoc autē, quod affirmauit, qđ præcedens nō attingitur, est falsum: qm̄, cum sit præcedens, tunc non attingitur sed attingitur, si dederit finitū pertransire. Hæ igiī sunt duæ rōnes.

Id est, & ista ratiocinatio, & illa, in qua concludit quod motum nō peruenit 79
ad extremum spatij, quia pertransit medietates infinitas, sunt eædem genere, aut specie. D. d. sed differunt, &c. i. quoniam diuisio in prima ratione est secundum medietatem, scilicet in medietate ipsius magnitudinis, Hæc aūt diuisio infinita est secundum excessum, qui est inter duo mota: & non est secundum medietatē, sed est diuisio nominata a proportione, quæ est inter motū velocis, & tardi, vt declarauimus: & ista ratiocinatio sequitur, &c. i. secundum diuisionē, quę accipitur in vtraque in infinitum in magnitudine. sequitur enim in vtraque ratiocinatione non perueniri ad extremum, &c. id est, quoniam quemadmodum in quæstione medij sequitur vt motum non perueniat ad extremum spatij, ita hic sequitur vt velocius non perueniat ad vltimum, in quo est tardius. Et dixit aliquo modo diuisionis, qm̄ omnis diuisio qua magnitudo diuiditur, est
F C infinita vt dictū est in sermone de infinito. D. d. sed additum est in ista, &c. i. sed consequens acceptum in hoc syllogismo est aliud a cōsequente in primo. illic enim fuit dictum quod, si motus sit, sequitur vt nullum motum pertranseat aliquod spatium: hic autem dicitur quod, si motus sit, sequitur velocissimū nunquam attingere tardissimum. D. d. ex quo necesse est vt dissolutio, &c. i. &, cū consequens est in eis idē, ex quo accidit deceptio, necesse est vt dissolutio quæstionis sit eadē in eis, id est, in hoc, quod post dicet: qm̄ motum non pertransit medietates in actu in spatio, & hoc manifestum est ex dictis quod motū est in spatio in instanti. D. d. hoc aūt, quod affirmauit, &c. i. hoc autē, quod probauit ex hoc, quod dixit quod præcedens non attingitur, est falsum, ita, quod fere æquiuocatur in arabis: qm̄, si non attingitur, dum præcedit, necessario, cū fuerit pręcedens, & elongabitur spatium, attingetur, cum concesserit quod motū pertransibit spatium. Quoniam, cum hoc fuerit positum, & velocius mouetur per maius spatium in tempore æquali, necesse est vt velocius moueatur in tempore motus tardioris per spatium excedens spatium tardioris, secundum quantum distant. Quoniam secundum velocitatem eius minoratur spatium excedens, donec perficiať, sicut perficitur spatiū, per quod motū moueť. Cum igitur concesserimus quod motū pertransit spatiū, sequiť vt velocius attingat tardum.

Tertia rõ. Tertia aũt, quæ nunc dicta est: quoniam sagitta, quæ fertur, stetit. accidit aũt quod accipit tẽpus componi ex ipsis nunc. non dato enim hoc non erit syllogismus. D

Tertia aũt ratiocinatio est, quã iã diximus ĩ hoc loco: q̃m sagitta trãsferẽ, & est quiescẽs. & ista sequit̃ ex hoc, qđ cõposuit tẽpus ex instantibus. si. n. hoc nõ cõcedatur, nihil cõcludet ex syllogismo.

80 Dicit tertia vero ratiocinatio est illa, quã induximus in initio istius sermonis, ex qua apparet sagittã quiescere dũ transfertur. D. d. & ista sequitur, &c. i. videtur quod ista ratiocinatione hoc sequitur, quia opinatus est quod tẽpus cõponitur ex instantibus: quod, si esset, instantia essent in actu: & si hoc esset, & esset positũ quod illud, quod mouetur per aliquam magnitudinem, est in eo instanti, contingeret motũ quiescere in magnitudine. D. d. si enim hoc non concedatur, &c. & hoc, quod dixit manifestum est.

Quarta rõ. Quarta aũt ratiocinatio est ex his, quæ in stadio mouẽtur ex contrarietate æqualiũ magnitudinũ iuxta ęqualia, horum quidem a fine stadii illorũ aũt a medio ęquali velocitate. In quo accidere opinatur æquale tempus duplici medium. E

Quarta vero ratiocinatio est, quã posuit ĩ magnitudinibus ęqualibus, quę mouẽtur cõtra magnitudines ęquales sibi motu cõtrario: ita qđ illę moueãtur a fine stadii, hę vero a medio motu ęquali in velocitate. Ex quo vr̃ sequi quod tempus dimidium sit æquale duplo.

81 Ista deceptio fundatur super hoc, quod, si motus sit, tũc mota ęqualia in velocitate nõ pertrãsibũt in ęquali tp̃e spatiũ ęquale. Sed in eodẽ tp̃e vr̃ pertrãsire vnũ spatiũ, & suũ duplũ: & post declarabit hãc deceptionẽ. Et dicit quã posuit ĩ magnitudinibus, &c. i. quã accepit ex magnitudinibus ęqualibus quorũ vtrũque mouet̃ motu æquali cõtrario motui reliqui in spatio æquali. D. d. ita qđ illę moueant̃, &c. i. & tũc cõtingit in istis magnitudinibus ęqualibus, quę mouẽtur, sicut hões mouent̃ in stadio, vt altera videat̃ sensu moueri in eodẽ tempore per idẽ spatiũ, & suũ duplũ, aut altera moueat̃ per spatiũ duplũ ei, per qđ reliqua mouet̃. Cũ posuerimus magnitudines, quarũ duæ sunt æquales stadio, & oẽs sunt ęquales, & posuerimus, quod alię duę incipiunt moueri in ordine a medio stadij, & alię duę incipiant moueri ab initio stadij in ordine ad partẽ cõtrariam ei, ad quam aliæ mouentur. Hoc. n. posito apparebit duas magnitudines æquales esse in velocitate, quarum altera in eodẽ tẽpore pertransit duplum eius, quod pertrãsit reliqua, vt declarabit̃ post. D. d. ex quo videtur sequi, &c. i. & ex hoc videtur sequi quod tẽpus dimidium sit ęquale suo duplo: q̃m, cũ posuerimus qđ idẽ motũ æqualis velocitatis pertrãsit magitudines æquales in tẽpore ęquali, & quod pertrãsit duplũ spatiũ in tp̃e duplo, & illud, quod mouetur ex his magnitudinibus, vr̃ pertransire vnũ spatiũ, & suũ duplũ in eodẽ tẽpore, sequitur, si retinentes fuerimus hoc, quod motum pertransit duplũ spatij in duplo temporis, vt duplum temporis sit æquale suo dimidio: & hoc intendebat, cum dixit vt tempus dimidium sit æquale duplo: si sequitur ex hoc vt tempus dimidium sit æquale suo duplo. F


Est aũt deceptio in eo quidẽ, qđ hoc extra mouet̃: illud aũt extra quiescit, p ęqualẽ magnitudinẽ volẽs ęquali velocitate sc̃dm ęquale ferri tẽpus: hoc aũt falsum est: vt sint ęquales stãtes magnitudines, in quibus sunt. a. a. a, aliæ aũt, in qbus sunt ipsa. b. b. b, incipiẽtes a medio ipsorũ. a, quę ęquales sc̃dm numerũ, & magnitudinẽ sunt: aliæ, aũt in quibus ipsa. c. c. c, ab vltimo b. ęquales his sunt numero, & magnitudine, & ęque veloces ipsis. b. Cõtingit igit̃ primũ. b. simul cum

A vltimo.a.esse,& primũ.c.abinuicẽ eorũ,quę mouentur. Accidit aũt ipsum.c.iuxta omnia.a.a.a,trãsire,ipsa aũt.b.ad media. quare mediũ erit tẽpus. Aequale.n.vtrũq; erit ad vnũquodque. Simul aũt accidit ipm.b.ad oĩa. c.c.c.trãsactũ esse,simul.n.est primũ.c,& primũ. b.in cõtrariis vltimis,ęquali tpe ad vnũquodq; factũ ipsorũ. b.b.b, quantũ quidẽ est ipsorũ.a.a.a,vt dicit,ex eo qđ ambo in ęquali tpe circa.a.a. fieri.Ratio igitur hęc est: accidit aũt ad dictam falsitatem.


Et deceptio in rõne accidit:qa posuit qđ alterum eorum, quę sunt ęqualis velocitatis mouẽt ad partẽ moti,reliquũ aũt ad partẽ quiescẽtis p ęqualẽ mẽsurã:& hoc est falsum.V.g.sint magnitudines.a.a. ęqualia quiescentia, Et magnitudines.b.b. ęquales istis numero, & quãtitate,& sit initiũ motus eorũ a medio illarũ magnitudinũ, scilicet.a.a.Et magnitudines.c c.sint ęquales istis numero,& quãtitate,& velocitate.Et sit initiũ motus eorũ ad finẽ magnitudinũ.b.b. Cũ igiẽ E istę magnitudines moueanẽ cõtra inuicẽ,necesse erit vt prima magnitudo magnitudinũ.b.peruenit ad finẽ illius, cũ peruentu primæ magnitudinũ.c.ad finẽ eius.Et necesse erit.c.pertransire per oẽs magnitudines.b,&.b.trãsire p dimidia eorũ. Ex quo sequiẽ vt tẽpus sit dimidiũ:nã vtrũ q; dimidiorum magnitudinũ ęquale est vtriq; eorũ, cõtra quę mouet.cum quo sequitur vt.b.b.pertranseat per oẽs magnitudines c.insimul.n. peruenit prima magnitudo magnitudinũ. c,& prima magnitudo magnitudinũ.b,ad finem contrariorum.Et sic tempus, dixit, in eius pertransitu per magnitudines c. erit æquale tpi in pertrãsitu eius p magnitudines. a, qa trãseũt p magnitudines. a, in tpe æquali. Ratio vero hæc est: & contingit ex falso prædicto.

*Demonstratio,quod si magnitudo moueatur in oppositum mobilis, mobile in minori tempore eam pertransibit*

F C **Magnitudo stans.**





**tempus.**




*Demonstratio quod si magnitudo moueatur in oppositum mobilis, mobile in minori tempore eam pertransibit.* D

Magnitudo stans.




E

Tempus.



82 Id est, & deceptio accidit in hoc, quoniam, quia necesse est, scilicet vt alte-
rum duorũ motorum ęqualiũ in velocitate mouetur per quiescens, reliquũ aũt
per motum ad contrariam partem, ideo necesse est hoc in duobus motis æquali-
bus in velocitate, quorum vtrũq; mouetur per quiescentem magnitudinẽ. Quo
niam in his necesse est vt pertrãseant spatium æquale in tẽpore æquali: & ipse
decipit videndo quod illud, quod contingit in duobus motis, quæ mouentur
per rem quiescentem, cõtingit similiter in eis, quorum vnum mouetur per rem
quiescentem reliquum autem per rem motã: & hæc deceptio est secundũ quid,
& simpliciter. Deinde induxit exemplum, & dixit. Verbi gratia, &c. id est, po
nantur igitur duæ magnitudines æquales, continue quiescentes. V. g. a.a, &
sint aliæ duæ magnitudines æquales istis duabus magnitudinibus, & sint ordi
natæ in motu, ita, ꝙ sint contiguæ, & motæ per has duas magnitudines, imagi-
nando ꝙ prima illarum erat quiescens per primam magnitudinem. a. a, deinde F
incœpit moueri. Et sic erit motus istarum duarum magnitudinum, incipiens a
medio duarum magnitudinum quiescentiũ, & sint istæ duæ magnitudines. b. b,
Et sit prima magnitudinum. b. ante motum super primã magnitudinũ. a, & sic
initium motus istarũ duarum magnitudinum erit a medio duarũ magnitudinũ
quiescentium. D. d. & magnitudinis, c. c, &c. i. sint aliæ duæ magnitudines con-
tinuæ etiã, & moueantur ordinarie, & consequuntur, & sint. c. c. æquales dua-
bus magnitudinibus. b. b, & quantitate, & velocitate, & sit initium motus eo-
rum ex magnitudinibus. b. b. motis ad contrariam partem, ad quam mouentur
magnitudines. c. c. D. dixit, cũ igitur mouentur istæ magnitudines, &c. i. cum
igitur magnitudines. b. b. moueantur a duobus medijs magnitudinum. a. a, &
magnitudines. c. c. moueantur a fine magnitudinũ. b. b. motu contrario motui
magnitudinũ. b. b, & ęquale ei in velocitate, necesse est vt prima magnitudo ma
gnitudinum. b. b, & est illa, quæ mouetur ex duobus medijs magnitudinũ. a. a.
quiescentium, perueniat ad finem magnitudinum. a. cũ peruentu primæ magni-
tudinis, etiam magnitudinum. c. c. ad finẽ magnitudinum. b. b, vt figualiter as-
signauimus. Nam in tẽpore, in quo prima magnitudinũ. b. b. pertransit aliá ma
gnitudinẽ magnitudinum. a, a. quiescentiũ, in eo pertransit prima magnitudinẽ
c. c. duas magnitudines, b. b. cum moueantur ad cõtrariũ motui magnitudinum,

D A c.c.motu æquali motui magnitudinũ. b.b, & magnitudines sunt æquales, D.d. & necesse erit vt.c. transeat,&c.i. quia. c.primũ, cum transiuerit per magnitudines.b.b.in tempore, in quo transiuit per medietatem in magnitudinum duarũ. a.a,& duæ magnitudines, b.b. sunt æquales duabus magnitudinibus. a.a. necesse est vt.c. transeat per duas magnitudines,b.b. de magnitudinibus aũt. a.a. non transit nisi per medietatem tantum, & hoc in tempore æquali. Deinde. d. ex quo sequitur vt tẽpus sit dimidiũ, id est, ergo necesse est vt tempus, in quo. c.primũ transit per magnitudinẽ.a.secundã, sit medietas tẽporis, in quo. c. primum trãsit per duas magnitudines.b.b.cum duæ magnitudines. b.b, sint duplũ magnitudinis. a.secundæ. Et hoc intendebat, cũ dixit quoniam vtrunque dimidiorũ, magnitudinũ,&c.i. quoniam insimul perueniat magnitudo prima magnitudinũ. c.c.ad finem magnitudinis,a.secundæ: & perueniat prima magnitudo magnitudinũ. c.ad finem duarũ magnitudinum cõtrariarum, scilicet magnitudinũ.b.b, quia sunt æquales,& æqualis motus D.d.& sic erit tempus, &c.i. ex quo sequetur vt fingit, si motus sit, vt. c.primum transeat per magnitudines. b.b.in tempore æquali transitui eius per alteram duarum magnitudinum. a.a, &,quia altera duarũ magnitudinũ.a.a. est dimidium duarum magnitudinũ.c.c. necesse est vt pertranseat illã in medietate istius tẽporis, & sic medietas tpis, B erit æqualis toti. Et, cũ cõpleuit hanc rõnem dixit ratio vero hæc est, & contingit ex falso prædicto.i.nã propositio, dicens quod duo mota æqualia in velocitate ptranseunt spatiũ æquale, nõ est vera, nisi cũ hac determinatione.s. vt illud per quod est motus, sit ęquale quiescẽs. Si aũt motũ, falsa erit propositio, ergo illud, quod verũ est, secundũ quid existimauit esse verum simpliciter.

Propositio dicẽs, quod duo mota ęqualia ĩ velocitate pertrãseũt ęquale spatiũ, vera est, qñ illud, per qđ est motus, fuerit quiescens.

Neque igitur secundũ mutationẽ in contradictionẽ vllum nobis erit impossibile, vt si ex albo mutatur in non albũ, & in neutro est. Tanquam ergo neque album erit, neque non album: non enim, si non totum in quolibet est, non dicetur album, aut non albũ. Album enim, aut non album dicimus. non quia totum sit huiusmodi, sed quia plures, aut magis propriæ partes: non idem autem est non esse in hoc, & non esse in hoc totum. similiter autem & in esse, & in non esse, & in aliis, quæ secundum contradictionem sunt: erunt quidem enim ex necessitate in altero oppositorum, in neutro autem non totum semper.

Albũ & nõ album dicimus, non q̃a totũ sit huiusmodi, sed quia plures, aut magis p̃cipuas partes habet.

C Neque etiam contingit nobis impossibile omnino ex transmutatione, quæ est in contradictoria, Verbi gratia, quoniã si aliquid trãsmutatur de albo in non album, non est in altero eorum, & sic neque erit album, aut non album: quoniam, non, si secundum totum non fuerit aliquid in altero eorum, quodcunque sit, non dicetur esse album, aut non album. Dicimus enim aliquid esse album, aut non album, non quia totum est tale, sed quia maximæ partes eius, & plures sunt tales: & intentio in hoc quod aliquid sit tale, non est eadem intentio in hoc, quod aliquid totum sit tale: & secundum hoc est etiã de ente, & de non ente, & de aliis, quæ dicuntur secundum contradictionem. Quoniam necesse est vt res sit in altero eorum, id est, quod secundum totum non est alterum eorum.

Ista quæstio est quæstio per se in esse motus præter quæstionem zenonis. 83 Et compositio eius est talis, si transmutatio sit de non esse in esse: aut de esse in non esse necessario dum transmutatio est: transmutatum aut erit in esse: aut non esse: aut in vtroque, sed impossibile est ipsum esse in non esse cum

**nondum eſt nedum vt ſit tranſmutatum: & impoſsibile eſt ipſum tranſmutari** D in eſſe, nam eſſe eſt quies quoquo modo. ſimiliter & impoſsibile eſt etiã vt ſit ens & non ens inſimul: & cum hæc tria ſint impoſsibilia. ergo impoſsibile eſt tranſmutationem fieri de non eſſe in eſſe, aut econtrario. Et dixit neque contingit nobis &c.i. quæ fit de eſſe in non eſſe, aut econtrario, aut quæ fit etiam de contrario in contrarium. Accidit enim huic vt ſit de non eſſe in eſſe quodammodo. D. induxit qõnem & diſſoluit eam: & dixit. V.g &c.i. nã non ſequitur ſi illud quod tranſmutatur in albedinem dũ trãſmutatur neq; eſt albũ neq; eſt nõ album vt neutrum ſit ſimpliciter, hoc enim eſt impoſsibile: ſed illud quod ſequitur eſt dũ vt tranſmutatio eſt ſit ſecundũ quandam partem album, & ſecundũ aliam non album: & ſecundũ hoc non ſequitur impoſsibile, Et hoc intendebat cum dixit: quoniã ſi ſecũdũ totũ non fuerit aliquid &c.i. qm̃ ſi aliquid nõ fuerit ſecundũ totum in altero duorũ oppoſitorum non ſequitur ipſum non diſponi ab vtroque oppoſito in duabus partibus diuerſis, ſed ſequitur ipſum non diſponi ab vtroque oppoſito inſimul & ſimpliciter. ſ. quod cum non fuerit verum aliquid eſſe album, & non album totaliter, non erit verum ipſum eſſe album & non album inſimul, nam erit verum ipſum eſſe album in parte, & non album in alia parte: & hoc intendebat cum dixit dicimus enim &c. D. confirmauit hoc & dixit & non eſt intentio in hoc ꝙ aliquid ſit tale &c i. & dicere aliqd B eſſe tale ſcd̃m partem, & ipſum eſſe tale ſecundum totum, nõ eſt idem, Impoſsibile enim non accidit niſi cum aliquid dicitur contraria habere inſimul ſecundum totũ: ſecundũ particulas vero non eſt impoſsibile. D.d. & ſecundũ hoc eſt de ente & non &c.i. quoniã diſſolutio eſt eadẽ in eis. D.d. qm̃ neceſſe eſt &c. poteſt intelligi: quoniam neceſſe eſt vt aliquid ſit in altero duorũ oppoſitorum: & eſt qm̃ illud ſecundũ totũ non eſt in vno eorũ. Vel poteſt intelligi: qm̃ neceſſe eſt vt duo oppoſita ſint in aliquo inſimul: cum neutrũ ſit in ipſo toto: & ꝙ nõ eſt neceſſe ꝙ in aliquo ſit alterũ oppoſitorũ: cũ in eo toto ſit alterũ eorũ: ſecũdũ igitur primã expoſitionẽ erit hęc dictio altero ſuperflua: ſecundum aũt ſecũdam diminuitur a ſuis verbis negatio: ita ꝙ ſic legatur. Quoniam neceſſe eſt vt non ſit aliquid in altero duorũ oppoſitorũ cũ illud totum non fuerit in altero eorum. Aut in iſtis verbis forte eſt inuolutio, itaꝙ ſic debet legi: quoniam aliquid neceſſe eſt vt ſit in altero duorũ oppoſitorum cum totum fuerit in altero eorum: & ipſum non ſecundũ totum in hora tranſmutationis eſt in altero eorũ: & iſta expoſitio eſt euidentior.

Expoſitio textus.

Impoſsibile nõ accidit, niſi cũ aliqd dr̃ haberẽ cõtraria inſil̃ ſcd̃m totũ, ſcd̃m partes vero nõ eſt impoſ̃e.

1. expõ.
2. expõ.
3. expõ.

Similiter autẽ in circulo, & in ſphœra, & omnino quę in ſeipſis mouentur: quia accideret ipſa quieſcere. In eodem enim loco ſecundũ tp̃s quoddã ſunt & ipſa, & partes. Quare qeſcẽt ſimul, & mouebunt. E

Quinta rõ zenonis.

Et etiam neceſſe eſt in circulo, & ſphœra, & vniuerſaliter in rebus, quæ mouentur in eis, vt ſint quieſcẽtes. Nam hæc, & ſuæ partes ſunt aliquo tempore in eodem loco. Ex quo ſequitur vt ſint quieſcentes, & motæ inſimul.

84 **Hæc eſt quinta qõ zenonis in deſtruẽdo motũ: qm̃ ſi motus ſit, neceſſe eſt vt circulus & ſphęra ſint qeſcẽtes & moti inſimul: nã cũ ſphęra mouet̃ nõ ſeparat̃ a loco in quo mouet̃ neq; ſcd̃m totũ: neq; ſcd̃m partes: ſed omne qd̃ mouet̃ ſeparat̃. ergo ſphœra eſt quieſcẽs & mota: qd̃ eſt impoſsibile: ergo motus nõ eſt: ex hoc.n. ſequitur impoſsibile. D.d. hęc.n. & ſuę partes &c.i. & cũ circulariter moueatur ſcilicet circa ſuum centrum, & in eodem loco.**


Primum enim, partes non ſunt in eodẽ vllo tempore. Poſtea & totum ſemper mutatur in alterum. non enim eadem eſt ab ipſo.a. accepta circulatio, quæ eſt ab ipſo.b, &.c, & ab aliorum vnoquoque ſignorum, niſi ſicut muſicus homo, & homo, quia accidit. Quare mutatur ſemper ab altera in alteram, & nequaquam quieſcit.

Eodem

A Eodem autem modo, & in sphæra, & in alis, quæ in se ipsis mouētur.

Ad hoc dicamus primo, quoniam partes non retinent eundem locum aliquo tempore omnino. Deinde totum etiam transfertur semper ad aliud ab eo, in quo erat: arcus enim, qui accipitur, cuius principium est à puncto. a. non est idem cū arcu, cuius principiū est à puncto. b, aut à puncto c, aut ab aliquo aliorum punctorum, nisi sicut musicus, & homo, sunt homo, quia accidit ei. Vnde necesse est, vt vnus eorundem arcuum transferatur alter ad alterum semper, & nunquam quiescat. Et similiter de sphæra etiā, & de aliis, quæ in eis mouētur.

*Demonstratio quod totum ex circulo transfertur sicut transferuntur partes.*




Cum induxit qōnem zenonis in sphera, & circulo, incœpit dissoluere, illam & dixit: ad hoc autem dicamus, &c. id est, dicatur tertur in dissolutione istius quæstionis. primo vero quia hoc, quod posuit, quod partes eius sunt inseparabiles ab eodem loco, est falsum. D. d. deinde totum transfertur, &c. i. secundo vero dicamus, quoniam totum ex sphæra, & circulo transfertur, sicut transferuntur partes: transfertur enim de aliquo in aliud ab eo, in quo erat. Et, cum narrauit hoc de sphæra, & de circulo, incœpit declarare hoc in circulo, vt transferatur de circulo ad sphæram, & dixit arcus enim, &c. i. necesse est vt totus circulus transferatur apud circulum circa cētrum de alio in aliquid. Quoniam, si imaginati fuerimus multa puncta esse in conuexo eiusdem circuli, tunc circulus diuidetur per illa puncta in multos circulos, Omnis. n. punctus positus in circulo describit circulum aliū ab eo, quem describit alius. s. φ numerus circulorum erit secundum numerum punctorum: & cum ita sit, tunc circulus cum transfertur in concauo aut super conuexum circuli, transfertur de circulo in circulum, diuersum ab eo ratione: & si sint idem subiecto: & cū isti circuli, qui sunt in circulo, in quo est translatio secundum numerum circulorum, qui sunt in rotū quod transfertur, necesse est vt circulus transferatur de circulo in circulum, ergo circulus transfertur secundum totum de loco in locum diuersum secundum formam: licet nō sit diuersus secundum materiam: & similiter est de sphera. sphera diuiditur in sphæras infinitas per lineas, quæ imaginantur in circumferentia, transeuntes à polo ad polum, s. medietates circulorum. Nam istæ medietates diuidunt sphæram in multas sphæras sicut puncta diuidunt circulos. D. d. arcus enim, &c. & intendit per arcum, arcum completæ circulationis, i. qm̄ circulus, sicut diximus diuiditur per puncta in multos circulos secundū numerum punctorum. D. nisi sicut musicus, &c. i & circulus, quem diuidit alius punctus, non dicitur idē numero, nisi sicut dicitur quod homo, & musicus sunt idem in numero, i. quia accidens, quod fuerint idem, non per se. Homo enim, & musicus sunt idem secundum subiectum: & quod est idem secundum subiectum est idem per accidens: idē enim in rei veritate est idem secundum formam: & similiter, circuli, quos puncta diuidunt, s. quæ imaginantur in eodem circulo, sunt idem per accidens: quia subiectum eorum est idem: & sunt plures: quia formæ eorum sunt plures. si igitur omne quod mouetur in loco necesse est ipsum mutare locum: locus autem differt aut per se tantum, aut etiam per se, & per accidens, Necesse est vt omne 85

Quod ē idē scdm subiectū, est idem p accidens. Idē. n. in rei veritate est idem scdm formam.

Necesse est, vt oē motū mutet locū, aut scdm formā, sicut ē i sphæra, aut scdm formā, & subiectū, sicut est in eis, q̄ mo-

uentur motu recto. vid cõsilic. 4. ph. cõ. 43. & 8. ph. c. 76.

a Omne Auic. p quam vide 4. ph. 45.

b Impugnatio.

motum mutet locum, aut secundum formam. i. sicut est in sphęra: aut forma, & subiecto, sicut est in eis, quæ mouentur motu recto, Zeno autem, cum non videret sphæram non mutare locum per accidens, existimauit ipsam non mutare illud per se: ex quo dixit sphæram quiescere. Auic. [a] vero, quia non distinxit alietatem, quæ est in loco per se, ab ea, quæ est per accidens. s. alietatem. quę est secundum subiectum, non secundum formam, & concessit sphæram moueri, coactus est appellare motum sphæræ, motum in situ. [b] Vnde nititur, vt dictum est, sanare egritudinem per maius egrum: declaratum est. n. quod in prædicamento situs nõ est motus, quia est ad aliquid: & illud quod est ad aliquid, est indiuisibile. Si igitur intendebat quod iste motus est in prædicamento positionis, quod est in ipsa positione; quia sphæra transfertur de positione in aliam, erit verum: sed tñ motus eius non erit in positione: sed de positione in aliam, & hoc inuenitur de translatis in loco recte: quoniam transferuntur de positione in aliam, aut diuersam secundum numerum, aut secundum speciem. sphæra autem transfertur de positione in aliã diuersam secundum numerum. Quid igitur vtile dedit nobis, cum dixit quod iste motus est in situ. nisi intendebat quod illud, quod mouetur hoc motu non diuersatur secundum situm: hoc enim proprium est huic motui: sed tamen non sequitur ex hoc, quod motus eius est in situ, nam iste sermo valde est sophisticus. D. d. ergo necesse est vt vnius arcuum &c. i. ergo necesse est vt vnus arcuum perfectorum circuli, quem describit aliquis punctus transfertur semper ab acti cõpleto circuli, cui superponitur ad alium arcum completum etiam: deinde de illo ad alium. & similiter donec reuertatur ad arcum completum, a quo est separatus. Et tunc vnus arcuum transfertur secundum totum, quia transfertur de vno arcu ad alium, Et fortę intendit, ergo necesse est vt vnus arcus transferatur semper per translationem alterius arcus sequentis ad aliam sequentem: & hoc est apparentius. D. d. & similiter est de sphęra, &c. idest, & transfertur secundum totum vt diximus in circulo.

*Ostendit quod indiuisibile non mouetur contra Democritum, qui ponebat atomos moueri per se. Cap. X.*

Ostensis autem his dicimus, quod impartibile non contingit moueri, nisi secundum accidens, vt in corpore moto, aut, in magnitudine, in qua est: sicut, si in naui moueatur, a nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile autem dico, quod est secundum quantitatem indiuisibile. Et enim partium motus alteri sunt, secundum quod partes, & totius motum: videbit autem aliquis in sphæra maxime, differentiam. Non enim eadem velocitas erit ipsorum, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & quæ totius sunt, sicut non vno semper existente motu. Sicut igitur dicebã, sic quidem contingit moueri impartibile, sicut in naui sedẽs, naui currente. Per se enim non contingit.

Sic contingit moueri impartibile sicut in naui sedens.

Hoc quidem declarato dicendum est, quod indiuisibile moueri impossibile est, nisi per accidens. V. g. cum corpus, aut magnitudo mouetur, per illud, in quo est. Vt illud, quod est in naui per cursum nauis, aut sicut pars mouetur per motum totius. Et dico indiuisibile illud, quod non diuiditur in quantitate: quoniam motus partium enim sunt diuersi secundum ipsas partes, & secundum motum totius: & ista diuersitas scitur in sphæra proprie: velocitas eius enim quod vicinatur centro, & eius, quod est extra, & velocitas eiusdem ipsius non est eadem velocitas, ac si motus non esset vnus. Est igitur, vt diximus,

In sphæra velocitas eius quę vicinat

A secundum quidem hunc modum possibile est vt impartibile moueatur, s. secundum quem mouentur sedentes in naui, cum nauis currit: per se autem impossibile est.

Cum induxit quæstiones Zenonis in motu, vult declarare quod indiuisibile non mouetur nisi per accidens, deinde ostendit motum qui est per accidens. Et dixit, Verbi gratia, &c. id est, & vnum eorum, quæ dicuntur moueri est cum sint in re mota vt illi qui sunt in naui dicuntur moueri, licet p se quiescant, & vniuersaľr, vt dicitur, quod pars mouetur per motum totius. Et, quia indiuisibile dicitur illud, cuius genus non est receptiuum diuisionis, & illud cuius genus recepit diuisionem, hoc autem principaliter dicitur imparribile, & in diuisibile, dixit: & dico indiuisibile, &c. qm̃ hoc dicitur indiuisibile principaliter, de quo vult hoc declarare ipsum esse immobile, &, quia dixit, quod illud, qđ mouetur per accidens, sicut est motus partium per motum totius, sed inter motũ per accidens, & motum partium per motum totius est differentia, D. dedit illas, & dixit: motus. n. partium, &c. i. & signum eius, q̄ motus partium per motum totius non est motus per accidens est quia motus partium differt a motu totius, & ipsi a se inuicem. Et intendebat vt mihi videtur, qm̃, si motus earum esset per accidens a motu totius, non differret a toto in suo motu, neque a seipsis abinuicem: nã corpora, quæ mouẽtur per se, sunt huiusmodi. Et, cum induxit hoc, incœpit declarare in quo moto apparet hoc, & dixit & ista diuersitas, &c. id est quia illæ, quæ magis vicinantur centro, pertranseunt minores circulo circulis quos pertranseũt partes, quæ magis vicinantur circumferentiæ, & in tempore æquali necesse est vt partes propinquiores centro sint tardiores, & remotiores velociores. D. d. & velocitas ipsius, &c. i. neque velocitas totius sphęre, & velocitas partium est eadem velocitas. Potest autem aliquis dicere quod hoc non inuenitur, nisi in motu circulari: in recto vero motus partium sunt æquales: & similiter motus totius in eo est æqualis motui partium. Sed forte dicetur in hoc quod partes sphæræ videntur moueri per se, magis quam illud, quod mouetur recte: cum sphæra videtur permanere secundum totum, & moueri secundum partes: sed non est verũ vt declaratum est, sed secundum totum mouetur. & cum declaratum est quod partes sphære, non mouentur per se quanto magis partes eius quod est recti motus non mouebuntur per se. Et quasi intendit congregare hic duo: quorum vnum est notificare quod motus partium per motum totius, non est per accidens pure: neq; per se principaliter: partes enim non mouent per se: quia mouentur in moto, in quo conueniunt cum accidentibus, & formis, quæ non sunt innata moueri per se: &, cum declaratum est quod accidentia, & formæ mouentur per accidens per motum subiecti, & partes sunt tales: visum est quod partes mouentur per accidens, & hoc apparet ex verbis Aristo. & ideo excepit istum modum motus, & induxit exẽplum extraneum ab vno illorum, & dixit possibile est vt impartibile, &c. & manifestum est quod motus [a] puncti, per motum corporis, est huiusmodi. D. d. per se autem impossibile est, &c. i. est motus autem indiuisibilis per se, et primo impossibilis est.

Mutetur enim ex. a. b, in. b. c, siue ex magnitudine in magnitudinem, siue ex specie in speciem, siue secundum contradictionem: tempus autem sit, in quo primo mutatur. d, ergo necesse est ipsum, secundum quod mutatur tempore, aut in. a. b. esse, aut in. b. c, aut aliquid quidem huius in hoc, aliud autem in altero: omne enim, quod mutatur, sic se habuit. In vtroq; igitur non erit aliquid ipsius: partibile enim esset. At vero neq; in. b. c. mutatum enim erit: concessum autem est mutari. Relinquitur igitur ipsum in. a, b. esse secundum quod mutatur tempus. Quiescet ergo. In eodem enim secundum tempus esse quoddam quiescere est.

centro, & eius, qđ est extra nõ est eadem velocitas.

86

Indiuisibile nõ moueť, nisi p accidẽs.

Indiuisibile duplex.

Cauillatio.


Solutio.

Partes non mouẽtur per se, qa mouẽt in moto, in q̃ cõueniunt cũ accidentibus, & formis, q̃ nõ sũt innata moueri p se: vide cõsimile. 5. ph. cõ. pri. & .4. ph. 32. & pri. de ani. cõ. 37. & 8. ph. 27.

a Mot' puncti p corpus est p accidẽs & impõle ẽ q̄ sit p se. vide oppositũ. 2. cę. cõ. 14.

Ponatur igitur ipsum transferri de.a.b,in.b.c,siue de magnitudine D
in magnitudinem,siue de forma in formam, siue secundum contradictionem. Et sit tempus,in quo primo transfertur.d. Necesse est igitur vt in tempore,in quo transfert, sit aut in.a.b,aut in.b.c.Aut quiddam est in hoc,& quiddam in hoc.declaratum est enim quod hæc est dispositio cuiuslibet,quod trãsmutatur.Impossibile est igitur vt quiddam eius sit in vtroque. Quoniam,tunc erit diuisibileq̃ nõ est. Neq; etiam in b.c.Quoniam,tunc erit iam translatum: sed positum est trãsferri. Remanet igitur vt sit in a.b.in tempore, in quo trãsfertur. Erit igitur quiescens. Quoniam iam declarauimus ꝙ manere in eodem aliquo tempore quies est.

*Demonstratio,quod impossibile est impartibile per se moueri.*




E

Ponatur igitur vt transmutetur aut in loco, V.g. de.b.in c, aut in augmen-
87 to & diminutione. V.g. de minore magnitudine in maiorem: aut in qualitate, & hoc intendebat cum dixit de forma in formam, aut in substantia: & hoc intendebat per contradictionem. Deinde dicit, & sit tempus, &c.& intendit per a.b, illud, ex quo mouetur, siue fuerit vbi,quale,aut q̃tum, aut substantia: & intẽ
supra,32. dit per b.c.illud,ad quod transmutatur, & q.d.necesse est igitur, vt transmutatum in tempore, in quo transmutatur, sit aut in eo ex quo transmutatur, aut F
in eo ad quod, aut quiddam in eo, ex quo,& quiddam in eo,ad quod. D.d.declaratum est enim, &c.i.declaratum est enim, cum declarauimus quod omne motum est diuisibile, quod de moto,quod mouetur, quædam pars eius est in eo ex quo,& quædam in eo ad quod. Et, cum posuit hoc fundamentum dixit, impossibile est igitur vt quiddam eius sit in utroque, quoniam tunc erit diuisibile.i.quod est compositum. D.declarauit hoc secundum rememorationem,& dixit, neque etiam in.b.c.quoniam tunc erit iam translatum: sed positum est trãsferri, id est, & impossibile est dum mouetur, vt sit in eo,ad quod, s. in b.c. q̃ tunc complebitur motus: sed ipsum positum est ad huc moueri. D.d.remanet igitur, vt sit in a.b.in tempore,in quo transfertur,i.si igitur non fuerit in eo, ad q̃ est mot', s.ĩ b.c.remanet vt sit in eo,ex quo est motus,s. in a.b.ĩ tpe ĩ quo mouet: & D.induxit impossibile, qđ sequitur ex hoc, & dixit:erit igitur quiescens: & q̃m iam declarauimus quod manere in eodẽ aliquo tẽpore est quies, i. si motum, dum mouetur fuerit in eo, ex quo, tunc erit quiescens, & motum insimul, ipsum enim esse in eo ex quo, est in tempore, & iam declarauimus quod omne, quod est in aliquo tempore,i.demonstratum in actu est in eo quiescens, & si, di mouetur erit quiescens: quod est impossibile, &, cum destruxit hæc duo re

A manet tertium, & est vt quædam pars eius sit in eo ex quo, & quædam in eo, ad quod, non in actu, sed in instanti: qm̃ tunc esset quiescens, non motum, &, cũ quædam pars eius fuerit in eo, ex quo, & quædam in eo ad quod: necessario di uidicur; quod est contra positum: positum enim est ipsum esse indiuisibile.

Quare, non contingit impartibile moueri, neq; omnino mutari. Solum enim sic esset ipsius motus, si tempus esset ex ipsis nunc. Semper enim in ipso nunc motum esset, & mutatum. Quare moueri quidem nequaquam est, motum autem semper est. Hoc autem, ꝙ impossibile sit, ostensum est prius: neq; enim ex ipsis nunc est tempus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex momentis est: nihil enim aliud facit hoc dicens, quam motum ex indiuisibilibus, sicut, si tẽpus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis.

Impossibile est igitur impartibile moueri aut trãsmutari omnino. Posset enim hoc modo moueri, scilicet si tempus componeretur ex instantibus. Quoniam semper moueretur & transmutaretur in instan B ti, & sic nunquam moueretur & esset iam motum. Et iam declarauimus hoc esse impossibile. Tempus enim non componitur ex instantibus: neq; linea ex punctis: neq; motus ex finibus. Dicens enim hoc nihil magis dicit quam ꝙ motus componitur ex partibus indiuisibilibus: ac si diceret ꝙ tempus componitur ex instantibus, & longitudo ex punctis.

Cum declarauit ꝙ indiuisibile non mouetur, vult dare cãm in hoc, & est, q̃a tempus, & motus, & magnitudo sunt continua, & qđ hoc non esset possibile, nisi tempus componeretur ex instantibus, & motus ex finibus motuum, & magnitudo ex punctis, & hoc intendebat cum dixit posset.n.moueri, &c. D. dixit: qm̃ semp moueretur, &c.i.ex hoc.n. sequeretur vt motũ semper transferretur de instanti ad instans, & de magnitudine indiuisibili ad magnitudinem indiuisibilẽ. Motum.n.indiuisibile tunc esset, si esset in magnitudine indiuisibili, & in tpe indiuisibili, & esset motus compositus ex finibus motuum. D. induxit impossibile quod sequitur ex hoc, & dixit semper enim moueretur in instanti, &c.i.si ita esset, tunc motum iam esset motum. & transmutatum absq; eo quod ante moueretur, i. tunc finis motus esset sine motu. nam motus, qui est in tempore indiuisibili necesse est ut sit indiuisibilis, & sic esset finis motus, & in fine motus dicit' mo C tum iam esse motũ: & hoc intendebat cũ dixit, & sic nunquam moueretur, &c. D.d.dicens.n.hoc, &c.i.dicens.n.motum esse indiuisibile, contingit ei dicere qđ motus componitur ex motibus indiuisibilibus, & quod magnitudo componitur ex punctis. Et hoc, quod dixit, manifestum est: qm̃ cã in continuatione motus est hæc quod motum est de natura continui, & hæc est cã etiam in hoc, quod tempus sit de natura continui. 88

Cã, ĩ hoc, ꝙ motus sit cõtinuus, ẽ qa motũ est de natura continui. Idem supra c.5.& ibid.

Amplius autem ex his manifestum est, ꝙ neq; pũctum, neq; aliud indiuisibile ullum contingit moueri. Omne enim, ꝙ mouetur, impossibile est per maius moueri, se ipso prius, quam aut p̱ æquale. aut minus. Si igitur hoc, manifestum est ꝙ & punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius. Per æquale ergo ipsi. Quare erit linea ex punctis. semper enim per æqualem motum, omnem lineam punctum mensurabit. Si autem hoc impossibile est, & moueri indiuisibile impossibile.

Et apparet etiam ex dictis, quoniam impossibile est punctum mo- D
ueri, neq; aliud indiuisibile. Omne enim motum, impossibile est,
moueri per spatium maius ipso, antequam moueatur aut per æqua-
le, aut per minus. Ergo manifestum est etiam, q̀ cum punctus moue
tur prius mouebitur, aut per minus seipso, aut per æquale. Sed pun-
ctus est indiuisibilis: ergo non mouebitur per minus: ergo mouebi
tur per æquale. Quapropter linea componetur ex punctis, nam,
cum punctus semper moueatur per æquale, mensurabit totam lineã.
Sed hoc est impossibile: ergo & impossibile est indiuisibile, moueri.

89 Hæc est alia declaratio a prædicta, in prima enim vtitur eisdem propositio-
nibus, quibus vsus est, cũ declarauit quod omne motum est diuisibile, & declara
uit per eas inducendo ad impossibile. declarauit, scilicet q̀ omne, quod non diui-
ditur non mouetur, & si apparet secundum conuersionem per contrapositionem,
quod, si omne motum est diuisibile ergo omne, quod non diuiditur, non mouetur.
In hoc sexto c.32. sed Arist. intendit in omnibus, quæ declarauit naturam rei de qua loquitur non
res accidentales. Auempa. vero nõ bene dixit, fingit enim quod diuisibilitas, quã E
negauit a moto est alia a diuisibilitate, quã dedit hic moto: & quod illa diuisibilitas
quam illic declarauit, est diuisibilitas continui secundum illud, ex quo, & secun-
dum illud, ad quod: & iam decterminauimus hoc superius. Hæc autem declaratio
fundata est super propositiones alias. Quarũ vna est, quod impossibile est aliquid
pertransire spatium maius ipso, quin prius pertranseat aut æquale, aut minus. De
inde posuit quod punctus impossibile est vt pertranseat minus se, antequam moue
tur per maius: ex quo sequitur ipsum moueri per æquale, & ex hoc sequitur line
am componi ex pũctis: quod est falsum. Impossibile ergo illud, ex quo sequitur,
est impossibile. Quod autem, si indiuisibile mouetur per æquale, linea composita
erit ex punctis, manifestum est, q̃m motum tunc pertransit spatium, quando men-
surat, illud per se. Si igitur indiuisibile mensurat lineam, quam pertransit, ergo mẽ
surat illam per puncta contigua, quæ sunt partes illius, & quod est tale, videtur
componi ex punctis Et hoc, quod dixit necesse est, & si non contingeret quæ-
stio Zenonis. Nam, si motum esset indiuisibile, & moueretur per indiuisibilia, sci
licet per puncta, & puncta in linea sunt infinita, necessario sequitur nunquam mo
tum peruenire ad finem spatij: & ista consecutio hic est alio modo ab eo a quo
vtitur ea zeno.

Amplius autem, si omne in tempore mouetur, in ipso autem nunc
nihil, omne autem tempus diuisibile est, erit vtiq; aliquod tempus F
minus quolibet eorum, quę mouentur, in quo mouetur quantum ip-
sum est. Hoc igitur erit tempus, in quo mouetur, propter id quod
omne in tempore mouetur. Tempus autem omne diuisibile esse osté
sum, est prius, si ergo punctũ mouetur, aliquod erit tẽpus minus, in
quo ipsum motũ est: sed impossibile est: in minori enim per minus ne
cesse est moueri, quare erit indiuisibile diuisibile in minus, sic vt & tẽ-
pus in tẽpus: solũ enim moueretur impartibile, & indiuisibile, si pos-
set in ipso nunc moueri possibile atomo. Eiusdẽ enim rationis est in
ipso nunc moueri, & indiuisibile aliquod moueri.

Et declaratũ est etiã, quod omne tẽpus est diuisibile, si autem pun
ctũ mouetur, erit tẽpus minus tempore, in quo mouetur secundũ il-
lud: sed hoc est impossibile: nã illud, quod mouetur in tẽpore mino
ri, necesse est vt sit minus, ergo indiuisibile erit diuisibile in minus se

A cundũ proportionẽ illius tẽporis ad istud quoniam hoc solũmodo posset impartibile, & indiuisibile moueri. s. si esset possibile impartibile moueri in instanti. Ratio enim eadẽ est in hoc, ꝙ motus sit in instanti, & in hoc, ꝙ indiuisibile moueatur.

Hæc est tertia declaratio, quod omne indiuisibile non mouetur, & fundatur super hoc, quod narrabo. Primo autem ponit, quod omne quod mouetur, mouetur in tempore. Deinde ꝙ omne tempus est diuisibile in tempora. Ergo omne motum mouetur in tempore diuisibili in tempora. Deinde posuit quod omne tempus, quod est pars temporis moti, motum mouetur in eo per spatiũ minus spatio, per quod mouetur in toto tempore: ex quo concluditur quod omne motum mouetur in tempore in partibus illius temporis per minorem magnitudinem. Deinde posuit, quod omne motum in aliquo tempore per spatium æquale suę magnitudini mouetur in partibus illius temporis, per minus sua magnitudine: ex quo sequitur, vt omne motum sit diuisibile. Et dicit, & declaratum est, quod omne tempus est diuisibile, si igitur punctus moueatur erit hoc tempus minus tempore, in quo punctus mouetur per spatium æquale suæ magnitudini: quod est impossibile. Deinde dicit quod enim mouetur minus, &c. id B est, & hoc sequitur, quia iam posuimus quod omne, quod mouetur in tempore minori tempore, in quo mouetur aliquod æquale magnitudini eius, necesse est, vt moueatur in eo per aliquod minus magnitudine eius. Si igitur punctus mouetur in tempore minori tempore, in quo mouetur æquale contingit ipsum esse diuisibilem secundum proportiooem temporis, in quo mouetur æquale ei, & ad tempus, quod est minus. In hoc igitur syllogismo non expressit nisi duas propositiones. Quarum vna est, quod omne tempus est diuisibile. Secunda autem quod, cum motum mouetur minori tempore mouetur per minus, quam per quod mouetur in maiori tempore, & dimisit propositionem dicentem quod in omni tempore potest fieri motus, & similiter dimisit conclusiones, quas nos ex posuimus superius. Deinde dicit: quoniam hoc solummodo. &c. id est, & qa sequitur ex hoc, vt non sit tempus minus tempore, in quo punctus mouetur per aliquod sibi æquale: ex quo non sequitur impossibile. Deinde dicit eadem eñ est ratio, &c. id est, quoniam vtrunq; sequitur ad reliqunm, s. qm̃ posito aliquo indiuisibili moueri, sequitur motum esse in instanti, & similiter posito quod motus sit in instanti, sequitur indiuisibile moueri.

90

Eadẽ est rõ in hoc, qđ motus fiat ĩ instanti, & ĩ hoc, qđ indiuisibile moueatur. &c.

Rõnis abbreuiatio.

Tex. expõ.

Posito aliquo indiuisibili moueri, sequit̃ motũ esse in instãti. & posito qđ mot' sit in instanti; sequit̃ indiuisibile moueri.

C Mutatio autem non est neq; vna infinita. Omnis enim est ex quodam in quiddam, & quæ est in contradictione, & quæ est in contrariis. Quare eorum, quæ sunt secundum contradictionem, affirmatio, vel negatio terminus est: vt generationis quidem esse, corruptionis autem non esse. Eorum autem, quæ sunt in contrariis ipsa contraria. Hæc, enim vltima sunt mutationis, quare & alterationis omnis. Ex contrariis. n. quibusdam est altetatio, similiter autem augmẽti, & decrementi est. Augmenti quidem terminus est, qui est secũdum naturam propriam perfectæ magnitudinis. Decrementi autem, qui est ab hac remotio.

Quis est terminus augmenti.

Et transmutatio omnino non est in infinita. Iam enim declarauimus quod transmutatio est de aliquo in aliquid, aut in contradictoriis, aut in contrariis. In contradictoriis vero fines erunt affirmatio, & negatio. V. g. quoniam finis generationis est esse, cotruptionis vero finis non esse. In contrariis vero fines sunt duo cõtraria. hic enim

duo sunt extrema transmutationis : sunt igitur fines omnis altera- D
tionis. Alteratio enim fit ex contrariis, & secundum hoc & augmenti, & diminutionis erunt. finis enim augmenti est peruenire ad perfectam quantitatem propriam rei. Finis vero diminutionis est maxime distare ab hac dispositione.

91 Intendit declarare quod nullus quatuor mõtuum est infinitus: neq; ex vtroq; extremo, neq; extremo ad quod est motus, præter translationem circularem Posita enim infinita ex vtroque extremo non sequitur impossibile. Et dixit. & nulla transmutatio est infinita : & intendit hic per transmutationem modos quatuor motuum. D.d. iam. n. declarauimus, i. in initio quinti. D.d. aut in contrariis. Et intendit per contraria, opposita, quæ inueniuntur in alteratione, quæ dicuntur cõtraria principaliter, & proprie, & quæ inueniuntur in augmento, & diminutione, s. magnum, & paruum. D.d. in contrariis vero fines eorum erunt contraria, i. quę dicuntur propriæ. D. dixit, & secũdum hoc augmenti & diminutionis erunt fines, i. qm̃ maximum augmentum, & maxima diminutio erunt fines eorum. Omne [a] enim generabile naturale habet aliquam quantitatem naturaliter in initio generationis, & fine, & ista quantitas habet extrema, & medium. V.g. quoniã quantitates embrionum sunt terminatæ, s. minimi embrionis, & maximi embrionis: & similiter quantitates hominum sunt terminatæ, s. maximi, & minimi. E
Vnde impossibile est augeri in infinitum, aut diminui. Nam si transiuerit quantitatem naturalem in diminutione, & in additione statim corrumpetur ens. Actio enim cuiuslibet entis perficitur per quantitatem, & qualitatem terminatã: sicut est, dispositio in entibus artificialibus.

Nullus motus est infinitus p̃ter motum circularem. Idẽ infra c. 94.
Contraria ĩ alteratione sunt contraria principaliter, & proprie. vide ꝑ hoc 4. cœli. c. 38.
a Oẽ gñabile naturale hẽt aliq̃ q̃titatẽ nãlr ĩ initio gñationis, & fine, & ista q̃titas hẽt extrema, & medium. vi consile supra c. 32. q̃ ibi.

Loci autem mutatio sic quidem non erit finita : nec enim omnis in contrariis est. Sed, quoniam possibile est decidi sic in eo, quod non cõtingit decidi. Multipliciter enim dicitur impossibile. Decidi non contingit, ꝙ fieri sic decidi impossibile, neq; oĩno ꝙ ĩpossibile est fieri: neq; ꝙ mutari impossibile est, continget mutari, in quod impossibile est mutari.

Translatio autem hoc modo non erit finita. Quoniam non omnis translatio est in contrariis hoc autem, quia, quod impossibile est diuidi hoc modo, scilicet non recipit diuisibilitatem : cũ illud, quod F
impossibile est diuidi, dicitur multis modis. Impossibile est illud, quod hoc modo non potest diuidi, vt sit diuisum, & quod impossibile est vniuersaliter esse, non erit, & quod impossibile est etiam transmutari, non transmutatur ad illud, ad quod non potest transmutari.

92 Quia contrarietas in loco non inuenitur in oĩbus translationibus sicut in translatione animati, & in quibus inuenitur non manifeste inuenitur contrarietas in eis, vt in translatione naturali in loco, s. quatuor elementorum. Translatio enim alia, est ex anima, & alia natura, & alia recta, & alia circularis. Incepit hic demonstrare quod non potest declarari translationem rectam esse finitam eo modo, quo declaratur hoc in cœteris motibus. Et dixit. Sed translatio hoc modo, &c. i. sed ex hoc mõ declarationis non apparet translationẽ esse finitam: & causa in hoc est: qm̃ non oĩs translatio est de contrario in contrarium, vt est translatio animalium. D. dedit modum, quo põt hoc declarari in translatione, & dixit hoc aũt quod illud, quod impossibile est diuidi hoc modo, &c. i. sedm autem quod manifestum est per se, quod illud quod impossibile est diuidi, i. quia non recipit diuisibilitatem, impossibile est vt incipiat diuidi : & silr illud, quod impossibile

Cõtrarietas in loco non inuenit' in oĩb' trãsmutationib', & in qb' inuenitur nõ est manifesta. Idẽ 5. ph. c. 9. & 8. ph. c. 16. & 62. &

A est generari, impossibile est ipsum incipere generari: & vn̄r illud, quod impossibile est vt transmuteretur, nunquam incipiet transmutari: ex hoc autem potest hoc apparere: & dixit cum illud, quod impossibile est diuidi dicitur multis modis præseruando se ab æquiuocatione. Nam indiuisibile dicitur illud cuius gen' innatum est diuidi, vt cum dicimus quod corpus cœleste est indiuisibile: & dicitur etiam illud, cuius genus non est innatum diuidi: ut cum dicimus quod vox est indiuisibilis. & ipse intendit hic per indiuisibile illud, quod est de genere diuisibili. D.d. impossibile est illud, quod hoc modo, &c.i. & dico quod nunquam diuidetur illud, quod impossibile est diuidi, cum intellectum fuerit ex hoc illud, quod intendimus per indiuisibile: cum indiuisibile dicatur multipliciter: & quia diuisibilitas est similis in hac intentione transmutationi, dixit. & quod impossibile est vniuersaliter, &c.i. & hoc, quod diximus de diuisibilitate, commune est generationi, & transmutationi, s. quod omne quod impossibile est generari, impossibile est ipsum incipere in generatione: & vniuersaliter omne, quod impossibile est transmutari, impossibile est ipsum incipere in transmutatione. 4.cę.c. 33. b Trãslatio ex aïa, a nã, recta, & circularis.

Si ergo quod fertur, mutetur in aliquid, & possibile est mutari: quare nõ erit in infinitus motus, neq; feretur in infinito: impossibile est enim transire ipsum. Quod igitur sic, non sit in infinitum mutatio, quæ non finiatur terminis, manifestum est. Vn̄r oẽ, qđ impoĩe est trãsmutari, impoĩe ẽ ipsum incipe ĩ trãsmutatione. Idẽ 1.cę. t.c. 58. & 3. cę.t.c.19. & 4.cę. t.c.33.

B Et, si transmutatum transmutatur ad aliquid, possibile est transmutari: ex quo sequitur vt nullus motus fit infinitus, & vt motus non recipiat æternitatem: nam impossibile est pertransiri. Manifestum est igitur quod impossibile est vt transmutatio sit ęterna secundum hunc modum, scilicet vt non habeat finem terminatum.

Cum posuit principium. s. quod illud, quod impossibile est transmutari nunquam incipiet in transmutatione, posuit aliud principium, & est quod illud, quod transmutatur recte tunc potest transmutari cum transmutatur ad aliquem finem. Nam impossibile est ipsum transmutari ad nihilum; quoniam, si hoc esset tunc motus esset ociosus. Deinde posuit etiam quod quicquid transmutatur, transmutatur ad aliquid in transmutatione, quæ est via ad esse, & conclusit quod illud, quod transmutatur ad infinitum, impossibile est transmtari. deinde contingit huic quod illud, impossibile est transmutari, nunquam incipiet transmutari, & conclusit quod translatum in infinitum, impossibile est vt incipiat in translatione, ergo translatum recte in infinitum impossibile est esse. Et dixit, & si translatum trãsmutatur ad aliquid, possibile est transmutari: & si transmutetur ad nihil, id est ad non finem, impossibile est transmutari, & totum hoc intelligendum est de transmutationem, que est via ad esse, Deinde dicit ex quo sequitur vt nullus motus sit infinitus, id est rectus, nam illud, quod mouetur in infinitum, non mouetur ad aliquod ens. Deinde dixit causam in hoc, & dixit. quoniam impossibile est pertransiri, quoniam illud, quod mouetur in infinitum, nunquam pertransibit spatium: sed illud, quod impossibile est fieri nunquam incipiet fieri. ergo translatum in infinitum non est. Et hoc intendebat cum. d. manifestum est igitur quod impossibile est transmutationem esse æternam hoc modo, id est, recte, & hoc essentialiter. Et ipse non expressit in hoc sermone, nisi solummodo propositiones, quæ sunt necessariæ in concludendo illud, quod intendit concludere secundum suum morem in abbreuiatione. 98

C Sed, & si contingit sic, quia est in quodam tempore esse infinitum eundem existentem, & vnum considerandum est: nam vnum quidem, nisi fiat nihil fortassis prohibet, vt si post loci mutationem, alteratio sit. Et post alterationem augmentum, & iterũ generatio, sic. n,

ſemper erit in tēpore motus, ſed non vnus: propter id quod non eſt D vnus ex omnibus: quare vnū non contingit infinitū eſſe tēpore, pręter vnū: hic autē eſt circulatio.

Sed conſiderandum eſt vtrū ſit poſſibile, vt ſit hoc modo, ſcilicet vt in aliquo tēpore ſit tranſmutatio infinita, & eadem: ſi aūt non eadem, nihil prohibet, vt poſt translationē ſit alteratio, & poſt alterationē ſit augmentū, deinde generatio. hoc enim modo poteſt eſſe in tēpore principiū motus, ſed non idē. Nā ille, qui fit ex iſtis omnibus, non eſt idem: ſed cū fuerit idem, impoſſibile eſt vt ſit infinitus in tempore, præter vnum: & eſt translatio vna, quæ fit circulariter.

94 Cum declarauit ꝙ impoſſibile eſt vt vnus motus rectus ſit infinitus: vult perſcrutari de hoc ſimpliciter, i. vtrum ſit poſſibile vt vnus motus ſit infinitus, & ſi non rectus. Et dixit ſed conſiderandum eſt, &c. i. ſed conſiderandum eſt vtrū nullus motus vnus ſit infinitus, aut aliquis vnus motus ſit infinitus, quod declaratum eſt eſſe impoſſibile in motibus rectis. Et cum induxit illud, de quo perſcrutandum eſt hic, dixit ſi autem non vnus nihil prohibet vt hoc ſit, id eſt, ſi autem iſte motus non fuerit vnus, ſed ſe ſe nullum impoſſibile videtur ſequi ex hoc: immo in octauo iſtius libri declarabitur hoc eſſe impoſſibile. Deinde dixit quoniam hoc modo erit in tempore principium motus, ut mihi videtur, quoniam hoc modo poteſt eſſe in tempore, quod ſemper fuit, & erit motus factus, & ſi non, tunc omnis motus eſſet æternus, & hoc eſt accidens motui. Dinde dixit ſed non vnus, id eſt, quia motus congregati ex pluribus vno motu iſtorum non eſt vnus, ſcilicet ille, qui eſt finitus: &, cum iſte non eſt vnus infinitus nō erit vnus, & hoc declaratum eſt ex illo, quod dictum eſt in vno motu in quinto iſtius libri. Deinde dicit: ſed, cum fuerit vnus, &c. i. ſed, cum poſuerimus vnum motum, impoſſibile eſt vt ſit infinitus præter translationem circularem: ex qua non ſequitur impoſſibile immo declarabitur in octauo hoc eſſe neceſſarium.

# Incipit lib. Septimus phyſi. Ariſto. Stagyritæ.

*Summa ſeptimi libri Phyſic. ſecundum Auer.*

- A textu. j. vſq; ad 9. declarat omne motum habere motorem.
- A 9. vſque ad 14. docet, quod omnia mota in loco reducuntur ad primum motum.
- A 14. vſque ad 21. diſſerit, quomodo omnis motor eſt ſimul cum eo, quod mouet in loco.
- A 21. pandit, qui motus ſint comparabiles, vſque in finem.

## *Determinat quod omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo.* Cap. I.

OMne, ꝙ mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri: ſi igitur in ſeipſo non habet principiū motus, manifeſtū eſt, quod ab altero mouetur. Aliud. n. erit mouens. Si autem in ſeipſo, accipiatur. a. b. quod mouetur ſecundū ſe, non quia horū aliquid mouetur. Primū igitur opinari. a. b.

A seipso moueri, propter id quod totũ mouetur, & à nullo exteriorũ, simile est, sicut, aliquis. d. e. mouente. e. z, & ipso moto opinetur. d. e. z. a se ipso moueri: propter id quod non videt Vtrum ab vtro moueatur, & vtrũ ipsum. d. e. ab. e. z, aut. e. z. a. d. e. moueatur.

Omne motũ necessario mouetur ab aliquo: si aũt principiũ motus non fuerit ex ipso, manifestũ est ipsum moueri ab alio. Nam motor eius erit aliud. Si aũt principiũ motus huius fuerit ex ipso, accipiatur per se, & sit. a. b. ita ꝙ moueatur, non quia aliquid ex eo mouetur. Dicamus igitur primo, si fuerimus imaginati, ꝙ, a. b. nõ mouetur ab aliquo, quia secundũ totũ mouetur, & motus eius non est ab aliquo extrinseco, ex quo aliquis est opinatus, cũ, d, h, mouet. h. z. & mouetur, ꝙ, d, z, non mouetur ab aliquo: quod non scit quod mouet, & quid mouetur, vtrũ, z, h. mouetur, a, d, h, aut, d, h, a, z, h.

B IN hoc tractatu incipit perscrutari vtrum omne motum habeat motorem: cum r apparet sensui aliquid moueri ex se, absque eo, quod dinstinguatur motor a moto sensu, vt in quatuor elementis: & quidam dicunt, quod ista demonstratio quam induxit in hoc tractatu non est vera, adeo, quod Gal. fecit in hoc tractatũ, in quo nititur declarare corruptionem istius demonstrationis: & quidam expositores a dicunt quod illud, quod declarauit in initio istius tractatus est superfluũ, cum hoc sit declaratum perfectius in octauo: & nos considerabimus bene in hoc. Et dicit omne motum. &c. i. ex hoc, quod dicam: Et, quia rerũ motarum alia mouetur ex se, & alia mouetur ab extrinseco, in quibus manifestum ea moueri a motore, dixit si aũt principiũ motus, &c. id est, mota aũt, quæ mouētur ab aliquo extrinseco, non ex se, manifestum est ipsa moueri ab alio: motor enim eorum apparet esse aliud, a moto, vt motus lapidis a baculo, & baculi a manu. Deinde dicit si autem principium motus, &c. i. mota vero, quæ videntur moueri ex se, non ex extrinseco, sunt illa de quibus intendimus declarare ipsa moueri a motore alio. Ponatur igitur tale motum moueri per se, non per partem eius, id est, moueri secũdum totum: non quia pars eius moueret totum. Illud enim, quod mouetur secundũ totũ, quia pars eius mouet totũ est motũ per accidens, vt motus corporis totius animalis per motũ caloris naturalis, aut musculorum, motum enim primum b per se in animalibus est cor, quod nõ mouetur secundũ totũ, quia pars eius mouet c, & mouet totũ, et hoc est intelligendum ex hoc quod dixit. & moueatur. a. b. non quia aliquid ex eo mouetur. Et dixit hoc, qa istud motũ de quo vult perscrutari scilicet qd' mouetur p se, debet esse motũ secundum totũ, non secundum partẽ, vt dictũ est in principio quinti, c qd' rei motæ quiddã atribuitur motui qa pars eius mouet totũ, reliquũ aũt mouetur ab ista parte: qm̃ hoc intellectũ fecit Gal. & multos homines errare in intentione huius demõstrationis: & existimauerũt ꝙ ex istis propositionibus, ppositis hic non sequitur illud, qd' intendebat cõcludere. Et, cũ induxit genus moti, in quo est dubitatio: & determinationẽ, quæ debet esse in moto, de quo vult declarare ipsum habere motorẽ, & est ipsum non moueri secundum totũ, quia pars eius mouet se & mouet totũ cũ tale cõpositũ est ex pluribus vno moto, perscrutatio aũt est hęc de uno moto simplici. Et dixit. dicamus igitur primo, etc. id est, dicamus ergo quod existimare hic esse aliqua, quæ mouent se, propter hoc, quod apparet sensui, non est sufficiens, nam illa, quæ videntur moueri secundum totum, & sunt continua, possunt diuidi in duas partes, motorem, scilicet & motũ: & existimatur ꝙ motor in eis non est distinctus a moto. Verbi gratia, vt sit motor in illa re. d h. & motum. h. z. &. d. z. totum mouetur ex se, per quod existimatur ꝙ totum mouet se. & est. d. z. cum non sentitur vtrũ vnũ eorum moueat reliquũ: &, cum inducit causam, qua accidit ho-

r Appet sensui aliquid moueri ex se, absq; eo ꝙ distinguatur motor a moto. Idem 2. ph. c. 3.

a Qui sint isti expositores vide ĩfra c. 7. & 1 8. ph. 33. & 27. & 45. c. & 4. cę. cõ. 25.

b Motum primũ p se ĩ aĩalibus est cor. Idẽ infra cõ. 4. & 6. ph. 59. & 3. de aĩa. 55. & 2. cę. 12. oppo. prĩo d aĩa. 37. vbi d. q sunt pedes.

c 5. phy. t. c. 1.

mini dubitare in quibusdam motis, & existimare ipsam moueri ex se sine motore, incœpit declarare ꝙ omne motum habet primum motorem.

Amplius, quod à seipso mouetur, nullo modo pausabit cum mouetur ppea ꝙ stat aliquid alterum, quod mouetur. Necesse est ergo si aliquid pausat, quod mouetur, in stando aliquod alterum, hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto, necesse est omne, quod mouetur, cũ diuisibile sit, moueri ab aliquo. Qm̃.n. receptũ est, a, b, esse qđ mouet̃, diuisibile erit oẽ.n. ꝙ mouet̃, diuisibile est. diuidat igit in, c, necesse est igitur, b, c, quiescente, quiescere &, a, b. Si.n. non, accipiatur moueri, b, c, igitur quiescente, mouetur vtiq;, b, a, non ergo per seipsum mouetur, a, b, sed concessum est per se moueri primum: manifestum est igitur ꝙ b, c, quiescente, quiescet, a, b, & tunc pausabit quod mouetur: sed si aliquid in quiescendo aliud stat, & pausat moueri, hoc ab altero mouetur. Manifestum igitur quod omne, quod mouetur, ab alio mouetur diuisibile quidem est omne, quod mouetur: & parte quiescente, quiescet totum.

Et dico etiam, quod omne, quod non mouetur ab aliquo, non cessat à motu, si aliquid aliud cesset. Vnde necesse est quod omne, quod cessat à motu per cessationem alterius, moueatur ab alio. Quoniam hoc si fuerit manifestum, necesse erit quod omne motum, cum sit diuisibile, moueatur ab aliquo. Quoniam, cum videmus, a, b, moueri, necesse est vt sit diuisibile. Quoniam iam declarauimus, quod omne motum est diuisibile. Diuidatur igitur in, c, ergo necesse est si, c, b, quieuit, vt, a, c, quiescat. si a, non quieuit moueatur. ergo, c, b, quiescit, &, c, a, mouetur. Ergo, a, b, non mouetur per se: sed positum est ipsum moueri per se. ergo declaratũ est ꝙ cũ, c, b, quieuerit, quiescet, b, a, etiam à motu: sed cum fuerit aliquid, quod quiescet à motu per quietem alterius, illud mouetur ab illo necessario. Ergo manifestũ est quod omne motum mouetur ab aliquo: nam omne motum est diuisibile: & cum pars quieuerit totum quiescet.

2 Quia manifestum est, quod omne, quod nõ mouet̃ ab aliquo, non cessat per cessationem alicuius, quoniam non quiescit nisi a se: &, cum posuit hanc propositionem, s. dicentem, ꝙ omne, quod non mouetur ab aliquo, omnino non cessat a motu per cessationem alterius: & hoc per se non per accidens: & siue cessatio alterius fuerit per quietem, aut per corruptionem, sequitur per conuersionem per contrapositionem ꝙ omne, quod cessat per cessationem alterius a motu, mouetur ab alio. Et hoc intendebat, cum dixit, ergo necesse est, si aliquid cessat a motu, &c. i. & siue illud, per cuius cessationem, aut per cuius corruptionem cessat motum, fuerit ipse motor, aut aliquid ex quo sequitur quies, aut corruptio motoris, & cum posuit quod omne, quod quiescit per quietẽ alterius essentialiter mouetur ab illo: & si illud, per cuius quietem quiescit, non sit motor, sed aliquid ex cuius quiete sequitur quies motoris, aut eius corruptio: qm̃ omne, quod cessat essentialiter per cessationem alterius, necesse est vt illud alterũ sit, aut ipse motor, aut aliquid ex cuius quiete sequitur quies motoris, aut corruptio motoris. si vero hoc non fuerit, erit quiescens ab alio per accidens. D.d. qm̃ si hoc fuerit manifestum, &c. i. &, cum positum sit quod quicquid quiescit per quietem alterius mouetur ab alio: & est declaratũ ꝙ omne motum est diuisibile, apparet ex hoc quod

A omne motum mouetur ab alio. Deinde incœpit narrare modum consecutionis: et dixit quoniam cum videmus.a.b.moueri, &c.i.quoniam, cum posuerimus primum, & per se, id est, non per aliquam partem in ipso, necesse est vt istud primum sit diuisibile. nam declaratum est, quod omne motum est diuisibile. D.d.diuidatur in.c.id est, & cum omne motum est diuisibile, diuidatur igitur primum motum quod posuimus in puncto.c.necesse est igitur cum imaginati fuerimus ex hoc moto quod est aliqua pars quiescens. Verbi gratia, c,b, necesse est vt totum quiescat.s.a.b, id est, quoniam, cum pars, c,b, quieuerit, quiescet pars, a,c, &, cum pars quiescit, necesse est vt totum quiescat. Et, cum posuit quod necesse est, vt istud motum quiescat cum quieuerit aliqua pars eius: incœpit declarare hoc ducendo ad inconueniens. Et dixit si igitur non quieuerit, &c.i.si igitur tota magnitudo.a.b, non quieuerit, cum quieuerit pars, c,b, tunc pars, a, c, mouebitur post quietem, c.b, & sic illud motum non erit motum primo, & per se: sed erit motum per illam partẽ, quæ remansit mota post quietem partis quiescentis: sed positum est primum motum, & inconueniens est. Et hoc, quod dixit, quod motum, ex quo quiescit aliqua pars, & corrumpitur, & reliqua remanet mota, non est primum motum, est manifestum per se, cum concedatur hic esse primum motum: & est manifestum per se, hic esse primum motum huiusmodi. Et istam propositionem ignorauit Gal. & alij, qui non intellexerunt hanc demonstrationem: existimauerunt enim, quod illud, quod mouetur per se, non sequitur cum aliqua pars eius quieuerit, vt totum quiescat, sed sequitur vt remaneat motum per partem, non per totum: quia intellexerunt hic per motum per se, illud, quod opponitur moto per accidens, non moto per partem eius. Et, quia hoc intellexerunt per motum per se, ideo non fuit necesse apud eos, cum in hoc moto quieuerit aliqua pars eius, vt residuũ quiescat: & ideo non apparuit eis modus declarationis, quem Arist. intendebat in hoc loco. Et necesse est hic esse prima mota, quia corpora naturalia, non diuiduntur in infinitum in eo, quod sunt corpora naturalia. V.g. quoniam primum motum in igne est minima pars, quæ potest esse ignis in actu: & similiter primum motum caloris naturalis animalium est etiam minima pars, quæ potest mouere illud animal: & manifestum est in hoc modo motus quod, cum fuerit imaginatum quod cum pars eius quiescit, totum quiescit. Cum igitur fuerit declaratum quod, cũ pars primi moti quieuerit, totum totum quiescet: & omne, quod quiescit a motu per quietem alterius, necessario mouetur ab alio. Concluditur in prima figura quod primum motum est motum per aliud: &, quia omne motum ex se, necesse est, si ipsum non fuerit primum motum vt in eo sit primũ motum, sequitur, vt omne motum ex se, habeat motorẽ: & in hoc erat dubium de elementis. In animalibus vero manifestũ est, quod motor differt a moto. Declaratum est igitur ex hoc sermone quod ista demonstratio est vera, & quod est de genere signorum certorum: licet non sit de genere demonstrationum simplicium. Et potest quis dicere, quod propositiones, quæ vsitatæ sunt in ea, non sunt vniuersales omni moto ex se: cum in corpore cœlesti impossibile est dicere quod, cum quieuerit pars, quiescit totum, cum imaginari hoc sit impossibile, ista autem demonstratio fundata est super hoc, quod partẽ quiescere in omni moto sit possibile: quod est impossibile in corpore cœlesti: & similiter in anima, quã [illegible] mouere se. Ad hoc autem dicendum est quod partem quiescere corporum & de quibusdam demonstratum, est quoniam impossibile est, vt corrumpantur, aut quiescant, quodammodo est possibile, quoddammodo impossibile: est enim possibile secundum quod est corpus impossibile est autem secundum quod [illegible] corpus. Verbi gratia, neque leue, neque graue. Et quia consideratio hæc est de corpore, secundum quod est corpus, cum motum, secundum quod est corpus, ideo illud, quod positum est hic, est possibile. Ergo possibilitas [illegible] non datur corpori cœlesti, nisi modo possibili, & sciendũ est, quod multa [illegible] consequuntur per se multa possibilia: & quod propter hoc est possibile in [illegible] vt propositiones eorum sint compositæ ex possibilibus, & necessarijs: sed tamen necesse est, vt maiores sint necessariæ: quoniam hoc modo contingit quod [illegible] sint necessaria, sicut in hac demonstratione: & plures demonstrationes sexti huius libri sunt huiusmodi. Sed diuissolutio, super quam sustentandum est

Digressio, in qua ostenditur error Gale. & aliorũ nõ intelligẽtiũ demõnem Arist.

Corpora nãlia nõ diuiduntur in infinitũ in eo, quod sunt corpora nãlia. Idẽ 6.ph.32. & ibi diffuse.

Corpus cœleste põt quiescere inquãtum corpus, non autẽ inquantũ aliquod corpus. vide in libri de velocitate motus. 6. ph.c.15. & de regulari.

tate, et diuersitate motus 5.ph.45. & de gñatione terræ, & nõ gñatione. 2. cœ.c.104.
a Propõnũ syllõi ducẽtis ad inconueniẽs, alię sũt cathegoricę aliæ hypotheticæ. vid pri. priorũ diffuse in digressione ꝓpria de syllogismis hypotheticis.
b Vide consisse. 4.ph.c. 93. & 8.ph. c.78.

in hoc loco est, quoniam propositionum syllogismi a inducentis ad inconueniens, aliæ sunt cathegoricæ, aliæ hypotheticæ. Hypotheticæ autem sunt duobus modis, est enim modus, in quo præcedens est possibile, aut necessarium, si consecutio necessaria. Verbi gratia, si sol ascendit, dies est: & in hoc ponitur præcedens, & concluditur consequens, aut destruitur oppositum & consequentis. b Est alius modus, in quo præcedens est impossibile: in hoc semper destruitur cõsequens, & nunquam ponitur antecedens: sed talibus propositionibus vtuntur in syllogismo ducente ad inconueniens. Cum igitur dixerimus quod, si corpus cœleste quod si pars eius quieuerit, totum quiescet, necessario mouetur ab alio, est consecutio vera: ac si diceremus, quod, si lapis volat, habet alas, licet lapidem volare sit impossibile, quemadmodum corpus cœleste, impossibile est vt pars eius quiescat. Sed, cum posuerimus cœlum moueri ex se, sequitur necessario oppositum præcedentis illius continuationis, quod est partem quiescere, ita quod totum non quiescat: ac si poneremus aliud, ex quo sequeretur quod id, qd volat non habet alas. V.g. si poneremus quod volatile esset retentibile in aere per se.

Quoniam autem omne, quod mouetur ab aliquo mouetur, necesse est omne, quod mouetur in loco, moueri ab alio. Et mouens igitur ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & iterum hoc ab altero, neq; in infinitum abibit, sed stabit alicubi: & erit aliquid quod primo causa erit motus.

Quia motum mouetur ab aliquo, necesse est, vt omne motum in loco, moueatur ab alio. Et motor mouetur ab aliquo alio: sed hoc non est in infinitum, immo necesse est quiescere apud aliquid: erit igitur aliquid primum, quod est causa motus.

De motis, quæ mouẽt ab extrinseco, manifestũ est, quod mouent ab altero, & talia sunt, quę mouent secundũ gñationẽ, & corruptionẽ, & augmẽtũ, & alteratione. sed qd de augmẽto, & alteratione cõpositorũ, q ab itrinseco mouent. 2. ph.c.1. & 2. de aïa.c. 50. cõsidera.
a Quę sit rõ logica vide pri.cę.c.70. & 4.ph.87. & 8.ph. cõ. 70.

3 Cum declarauit quod omne motum mouetur ex aliquo, qm̃ de motis, quę mouentur ex extrinseco, manifestum est, & sunt omnia, quæ mouentur secundum generationem, & corruptionem, & augmentum, & alterationem, & quædam, quæ mouentur in translatione, & declaratum est per hunc sermonem, quod illa, quæ mouentur in translatione non ab aliquo extrinseco, necessario mouentur ex alio, ideo vniuersalitas istius propositionis vera est, & est quod omne transmutabile transmutatur ab alio. Deinde accepit hanc propositionem, in declarando ꝙ omne motum in loco mouetur ab alio: licet hoc sit declaratum cum declarauit vniuersalitatem minoris propositionis, quam incœpit in hoc sermone: & dixit. & quia motum, &c. &, quia translatum in loco transmutatur, & omne transmutatũ transmutatur ab alio: necesse est vt omne translatum transferatur ab alio. Sed ista declaratio, sicut diximus, est logica: a & vtitur ea ad confirmandum: nam propositio, dicens quod omne transmutatum trãsmutatur ab aliquo, verificata est nobis, quia quædam est manifesta per se, & quædam est demonstrata, scilicet in translatis. Ergo nihil est concludere translata, mediante illa propositione, sed sicut diximus, vtitur illa ad confirmandum. Et potest intelligi sic, &, quia primum motum in loco ex se declaratum est quod ab alio non mouetur nisi ab alio: necesse est vt omne motum in loco moueatur. at hoc est euident us. Et, cum declarauit hanc propositionem, scilicet quod omne translatum in loco mouetur ab alio, & c. id est, & motor mouetur ab alio. & c. id est siue fuerit in illo moto siue extra dixit, & motor mouetur ab alio, si illud fuerit extra necessario non cum omne motum in loco mouetur ab alio, si illud fuerit extra necessario non mouet, nisi moueatur: hoc enim notum est de corporibus mouentibus alia corpora secundum translationem: & ipse verificabit hanc propositionem post. Cum igitur motor extrinsecus in loco non mouet nisi moueatur: & omne motum mouetur a motore, necesse est si motor extrinsecus mouetur etiam a motore extrinseco, vt hoc non procedat in infinitum, sed perueniat motus ad motum, quod mouetur non a motore extrinseco, sed a motore intrinseco. Et hoc intendebat, vt

A dixit: sed necesse est vt cesset apud aliquid, &c. i. necesse est vt perueniat in corporibus, quæ mouent se adinuicem in loco, aut moueātur a motore, qui non mouetur per se: & ille necesse est vt sit in primo moto, non extra illud: aut intendit quod necesse est vt hoc perueniat ad aliquod motum ex se, i. per principium in eo, non ex extrinseco: quoniam vtrunque istorum sequitur ex demonstratione dicenda.

Si enim non, sed in infinitum procedet, si .a. quidem quod ab ipso .b. mouetur, .b. vero ab ipso .c, c. autem ab ipso .d, & hoc modo in infinitum descendat. Quoniam igitur simul mouens, & ipsum, quod mouetur, manifestum est quod simul mouebuntur & .a. & .b. Cum enim mouebitur .b. mouetur, & a, & cum mouetur .a, ipsum c, & cum .c, ipsum .d. Erit igitur simul motus, qui est .a, & .b. & reliquorum vniuscuiusq; Et accipere igitur vnunquodq; istorum poterimus. Etenim si vnunquodq; ab vnoquoq; simul mouetur, nihil minus vnus numero cuiusq; motus est, & non infinitus in vltimis: quoniam omne, quod mouetur ex quodam in quiddam mouetur.

B Si igitur non sit ita, sed hoc, quod posuimus procedit in infinitū: moueatur .a. ex .b, & .b. ex .c, & .c. ex .d. & sic in infinitum: & quia insimul mouetur motum cum motore, manifestum est quod insimul mouebuntur .a. & .b. quando enim .b. mouetur, a. mouetur, & quando .b. mouetur, c. mouetur, & quando mouetur .c, d. mouetur, & sic motus .a, & .b, & cæterorum erunt insimul. Possumus enim accipere vnūquemq; istorum motuum: si vnumquodq; eorum mouetur ab vnoquoq;, hoc non nocet in hoc, ꝙ motus vniuscuiusq; eorum sit vnus in numero, & non sit infinitus apud vltima: nam omne motum ab aliquo, & ad aliquid mouetur.

Idest, ponamus igitur mota mouentia se adinuicem ex intrinseco, & procedat hoc in infinitum. Verbi gratia .a. moueri ex .b, & .b. moueri ex .c, cum sit impossibile mouere .a, nisi moueatur, & .c. etiam ex .d, cum impossibile est, c, mouere .d, nisi moueatur secundum quod est motor extrinsecus .s. corpus, & ponamus hoc procedere in infinitum. Et, cū posuit illud, quod nititur destruere, incępit ponere veras propositiones, quæ cum coniungātur huic posito, sequitur impossibile: & dixit: &, quia insimul, &c. i. &, quia notum est per se, ꝙ omne corpus, quod mouet aliud corpus, non mouet ipsum nisi moueatur cum eo in tempore, in quo mouet ipsum, manifestum est quod insimul mouebuntur .a, & .b, & .b. & .c, & .c, & .d. & sic motus .a, & .b. & , c. & .d, omnium erunt insimul. Et notādū est, quod hoc sequitur in motu non in quiete, s. qm̄ necesse est vt omnia moueantur insimul in codē tempore si vnum eorum mouetur: & non sequitur, si vnum eorum quiescat, quod omnia quiescant simul: primum enim motum potest quiescere, & vltimum remanebit in motu. Et quia Gal. opinatus est ꝙ in talibus motoribus, & motis, sequitur vt quiescant insimul, & cor, vt dixit, cū extrahitur ab animali, fortasse mouetur per duos passus, dicit ꝙ cor non est primum principium mouens animal in loco: &, quia animal non mouetur, postquam caput abscinditur, dixit ꝙ principiū motus est caput. Ego autem vidi arietem, postquam caput fuit abscisum, ambulantem, & illac multotiens. Deinde dicit, possumus enim accipere, &c. i. & ista mota, quæ posuimus infinita sunt mota insimul, & mouentia se adinuicem: quoniam, & si posita sint infinita, tamen possibile est accipere vnumquodque eorum cūm in vnoquoque eorum inueniantur ea, quę sunt necessaria in hoc, ꝙ motus sit vnus numero, & hoc, per quod posuimus ea moueri a seinuicem in infinitum, non prohibet vt motus vniuscuiusque eorum sit vnus numero, & finitus in se: 4

Notū est ꝑ se, ꝙ oē corpus, qđ mouet aliū corpus, nō mouet ipm, nisi moueat̄ cū eo in tpe, in quo mouet ipm, & hoc est verū in motu, nō in qete.

Cor est primū motū in aīalib', licet Gal. neget illud. Vide supra. c. 1.

si ponatur infinita in numero. Nam vnumquodque eorum incipit moueri ab aliquo, & peruenit ad aliquid. Et dixit hoc, quia, cum declaratum sit quòd motus rectus infinitus non est, ideo aliquis potest dicere ei, quod te ponere talia mota est ponere motum rectum in infinitum: & q.d. respondendo quod hoc non est verum: quoniam omnis motus istorum est vnus numero, & finitus: & non indiget in hac demonstratione accipere vnum istorum motuum, s. ponere ipsum esse, & tunc concludere. Et, cum narrauit quod vnusquisque istorum est vnus numero, fecit mentionem de illo, quod declaratum est in quinto de vno motu, & secundum quot modos dicitur quod motus est vnus.

Aut enim numero accidit eundem motum esse, aut genere, aut specie. Numero igitur dico eandem motum, qui ex eodem in idem numero, & in tempore eodem fit, vt ex hoc albo, quod est vnum numero, in hoc nigrum, secundum hoc tempus, quod est vnũ numero: si enim secundum aliud est, non vnus numero, sed specie. Genere autem idé motus est, qui in eodem prædicamento substantiæ, aut alterius generis est. Specie autem, qui ex eadem specie, in idem specie, vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malum. Hæc autẽ sunt dicta in prioribus. B

Motus enim est idem aut in numero, aut in genere, aut in specie. In numero autem dico eundem motum illum, qui est de eodem in idem vnum in numero, & in tempore eodem. V.g. de hoc albo, quod est vnum in numero, ad hoc nigrum, quod est in vno tempore idem numero: nam si fuerit in tempore post tempus, tunc non erit vnus in numero, sed in specie. In genere vero motus est idem, cum fuerit in vno prædicamẽto, aut substantiæ, aut alicuius generis. In specie vero est ille, qui est de aliquo in aliqđ idẽ. V.g. de vna albedine in eandẽ nigredinem. & de malo in bonũ. Et iam determinauimus hoc superius.

5 Hoc totum declaratum est in quinto: sed iterauit illud hic ad rememorandum: & abbreuiatio eius est, quod motus, aut est vnus numero, aut specie, aut genere. In hoc autem, quod motus sit vnus numero, tria exiguntur, s. vt sit vnus motus numero, & in vno tempore numero, & de vno numero in vnum numero. Et motus vnus in specie est ille, qui est de vno in specie in vnum speciem: vt motus, qui sunt in coloribus, & translatione. Et, qui est vnus genere est ille, qui est de vno genere, in vnum genere, vt motus, qui sunt in prædicamento substantiæ, aut quantitatis, & vbi. C


Accipiatur igitur, qui est ipsius.a, motus, & sit in quo est, c. & qui est ipsius.b, in quo sit.z, & qui est.c.d, in quo est.i.t, & tempus, in quo mouetur a.t, sit K. determinato aũt motu ipsius a. determinatũ erit tẽpus. & non est infinitũ quod est K. sed in eodẽ tpe motũ est a. & b, & reliquorũ vnũ quodque. Accidit igitur motũ, qui est.e.z.i.t. cũ sit infinitus, in tẽpore finito moueri, quod est K. In quo enim. a. motũ est & quæ sunt ipsi.a. consequenter: omnia enim infinita mota sunt tempore in eodẽ mouentur: Etenim aut æqualis motus erit, qui est ipsius a ipsi.b. aut maior: differt autẽ nihil: pcnitus.n. infinitũ motũ finito tpe accidit moueri, hoc aũt impossibile est.

Accipiatur igitur motus.a, & sit.h, & motus.b, & sit.z. & motus.c, & motus.d, sit.q, &.t, & tẽpus, in quo mouetur a. sit g. si igitur motus.a.

A tus.a.fuerit terminatus,& tempus etiam erit terminatum,non æternum,scilicet g:sed declaratum est quod in eodem tempore mouetur a,& b,& vnumquodq; cæterorũ: ex quo sequitur vt motus.h.z.q.t, & est infinitus,sit in tempore terminato,scilicet in g, nam in tempore,in quo mouetur.a,in eo mouentur omnia,quæ sequũtur.a,& sunt infinita:& sic omnia mouebuntur in hoc eodem tempore: nam motus eorum omnium , aut erit æqualis motui.a,aut maior : & non est differentia in hoc:nam quomodocunq; fuerit,sequitur vt motus infinitus sit in tempore finito,quod est impossibile.

*Demonstratio,ostendens quod non proceditur in infinitum in mouentibus,& motis.*

B




**Cum posuit quod primum notum est,quod duo mota,& mouentia, quæ sunt**
huiusmodi insimul,mouentur,& quod motus cuiuslibet eorum,est vnus in nu- 6
C mero,& finitus,licet congregatũ sit infinitum,vult declarare quod ex hoc sequi
tur vt motus infinitus sit in tpe finito,& incœpit ponere exemplar mobilium,
quæ sunt hmõi,& motuum. Et dixit accipiat igitur,&c.i.&,quia iam posui-
mus quod primũ motũ istorum est.a,& secundum est.b,& tertiũ.c,& quartũ.d,
& sic in infinitũ.ponatur igitur quod motus.a.sit.h,& motus.b.sit.z,& motus.
c.sit.q,& motus.d.sit.t,& sic in infinitum:cũ possibile sit nobis accipere vnũ-
quenq; istorũ motuum. D.d.& tps,in quo mouetur.a,sit g.id est,& ponatur qđ
tempus,in quo mouetur.a,quod est primũ motum,sit tps terminatum,cum mo-
tus.a,sit motus terminatus. V.g.g.&,cũ posuit hoc,dixit sed declaratum est qđ
in eodem tpe,&c.i.ex quo sequitur vt motus infinitus,s.motus.h.z.q,t, & cæ
terorum in infinitũ sint in tpe finito,s.in tempore.g, in quo motum est primum
motũ scilicet,a. D.expressit modum consecutionis , & dixit nam declaratum
est,ꝙ in eodẽ tpe,&c.i.& necesse est,cũ ista mota sint infinita,cũ vnũeorũ mo
ueat,V.g.postremum in tpe terminato,vt motus infinitus sit in tpe finito:qa
iam posuimus,ꝙ in eodem tpe in quo posuimus vnum eorum moueri in eo mo
uebuntur omnia cũ eo:ex quo sequitur vt motus infiniti sint in tempore fini-
to.& dixit nam motus eorũ omniũ, aut erit æqualis motui,a,aut maior,&c.i.
& hoc sequitur ponendo quod motus vniuscuiuslibet eorum est maior motu.a.
primũ,aut æqualis ei,aut minor.Sed,quia impossibile est vt motus moti sit mi-

nor motu motoris, quo mouetur, & poteſt eſſe maior, dixit nam motus eorum motuum, &c. nos aũt diximus quod non eſt differentia in hoc ſiue ponatur maior, aut minor: licet non poſsit minor poni, & hoc neceſſe eſt ſi conceſſerimus, quod omnis motus eſt diuiſibilis, & quia illud, quod ſequitur ex hoc ſermone, eſt ꝙ motus infiniti ſunt in tempore finito, non motus infinitus in tpe, finito, quod declaratum eſt eſſe impoſsibile in ſexto, dixit.

Sic igitur videtur demonſtrari quòd eſt a principio, nõ tamen demonſtratur: propter id quòd nullum inconueniens accidit: contingit enim in finito tempore infinitum motum eſſe, non eundem autem, ſed alterum, & alterum multis modis & infinitis: ſicut accidit & in his, quæ ſunt nunc dicta.

Secundum igitur hunc modum exiſtimatur quòd illud, quod intendebatur ex principio, declaratum eſt: ſed nõ eſt declaratum, quia ex dictis non ſequitur improbabile: nam impoſsibile eſt vt in tẽpore finito ſint motus infiniti, ita quod non ſit vnus motus, ſed motus præter alium, cũ fuerint multa, quę mouentur, & infinita: & hoc accidit in iſtis motis, in quibus loquemur. E

7 Quia ex hoc ſermone ſequitur vt motus infiniti ſint inſimul in tpe finito, nõ vt motus infinitus ſit in tpe finito, & eſt illud, quod declaratũ eſt eſſe impoſsibile in ſexto, dixit ſcđm igitur hunc modum exiſtimatur, &c. i. ſcđm igitur hũc ſermonẽ prædictum, exiſtimatur quod illud, quod intendebatur declarari, q̃m impoſsibile eſt vt iſta mota procedant in infinitũ, declaratum eſt: ſed cum hoc fuerit bene conſideratũ, apparebit quod non eſt declaratũ eſt: nam ex hoc ſyllogiſmo, quem induxit, non ſequitur impoſsibile in rei veritate, ſed impoſsibile, vt videtur. Et hoc intendebat cũ dixit q̃m ex hoc non ſequitur improbabile, i. impoſsibile. D. demonſtrauit quod illud, quod concluditur ex hoc ſyllogiſmo inducente ad inconueniens eſt poſsibile, & dixit poſsibile enim eſt vt in tẽpore finito, &c. i. poſsibile enim eſt vt in tpe finito ſint motus infiniti inſimul, ita, ꝙ congregatum ex eis non ſit vnus motus, ſed vnuſquiſq; eorum differat a reliquo, ita, ꝙ ſint multa infinita, quorũ, vnũquodq; moueatur per ſe ſingulariter, & omnia moueantur in tpe æquali: hoc enim poſsibile, eſt, eſt illud, quod concluſit iſte ſermo prędictus, non impoſsibile vt videbať. D. d. & hoc accidit, &c. id eſt vt vnumquodq; eorũ, ſ. infinitorum poſitorũ moueatur motu proprio, & omnia inſimul: qđ eſt poſsibile, non impoſsibile: vt vr̃ in primo aſpectu. F

Sed, ſi ꝙ mouetur primo ſcđm locũ, & corporali motu, neceſſe eſt tangi, & continuum eſſe mouenti ſicut videmus in oĩbus hoc contingere. Erit enim ex oĩbus vnum ipſum omne, aut cõtinuum eſſe. Hoc igiť contingens accipiatur, & ſit magnitudo, aut continuũ, in quo eſt a. b. c. d. Huius aũt motus eſt. e. z. i. t. Refert aũt nihil aut finitam, aut infinitã eſſe magnitudinẽ. Similiter aũt in finito tpe, ꝙ eſt. k, mouebitur aut finitũ, aut infinitũ. Horum aũt ſcđm vtrũq; impoſsibile eſt.

Sed, ſi motor primo motu corporali eſt, neceſſe eſt vt contiguetur cũ moto, aut continuetur cũ eo, quemadmodũ hoc vr̃ contingere in omnibus. Ergo neceſſe eſt vt congregatum ex oĩbus iſtis ſit vnum ex continuum. Accipiať igitur quodcunq; ſit poſsibile, & ſit vna m[...] tudo cõtinua. a. b. c. d, & motus eius. h. z. q. t: Et nõ eſt differentia i[...] hoc, ꝙ ſit finitus, aut infinitus. Eſt enim in tpe finito, ſ. g, codẽ modo, ſiue fuerit finitus, aut infinitus: quod eſt impoſsiſibile vtroq; modo.

A Nititur addere in sermone illud, ex quo sequitnr impossibile in illo syllogismo inducente ad inconueniens: & est quia istę magnitudines sunt vna magnitudo, aut secundum vnam continuationem, aut secundum contiguationem. Nam, cum fuerit vna magnitudo, habebunt vnum motum: quoniam, cum fuerit positum q̃ ista magnitudo congregata ex eis est infinita, tunc motus erit infinitus. Et, cum fuerit positum q̃ vnum eorum mouetur in tempore terminato, & omnia mouentur insimul, possibile est vt moueantur in illo tempore terminato, scilicet finito per magnitudinem infinitam. Et quia magnitudo infinita debet moueri motu infinito, necesse est ex hoc vt motus infinitus sit in tempore finito, quod est contra illud, quod declaratum est in sexto. Deinde dicit sed, si motor primo, &c. id est, sed, si illud, quod primo mouet postremum motum, scilicet. a. fuerit corpus, necesse est vt iste motor cum mouet, aut contingat postremū motum, s. h, sicut videmus hoc in corporibus discretis, quæ mouent se adinuicem in loco. s. quoniam non mouent se adinuicem, nisi cum cōtinguntur, aut iste motor sit continuum cum moto, sicut videmus hoc in membris animalium, Verbi gratia, vt chordæ, quæ mouent manum, & musculi, qui mouent chordas. Deinde dicit videmus contingere in omnibus, id est & hoc, q̃ diximus de moto ꝓpinquo primo cum postremo moto est consequens, & contingens eis, sicut est B contingens omnibus, s. secundum q̃ posuimus ea esse corpora infinita, quæ mouent se adinuicem. Deinde dicit ergo necesse est vt congregatum ex istis, &c. id est &, cum sequitur in istis omnibus corporibus, quæ mouent se adinuicem, vt sint in tempore motus, aut contigua, aut continua, necesse est, vt illud, quod congregatur ex istis in tempore motus, sit vna magnitudo, aut secundum contiguationem, aut secundum continuationem. Deinde dicit accipiamus igitur. i. ponatur igitur vtrumlibet istorum sit possibile, cum illud, quod sequitur ex vtrolibet sit illud, s. q̃ ista corpora mota, & mouētia sint vnum secundum contiguationem, aut continuationem, & q̃ motus eorum est vnus eodem modo. Deinde dicit & sit vna magnitudo, &c. i. ponatur igitur magnitudo cōgregata ex istis, aut vna secundum contiguationem, aut secundum continuationem, vt sit magnitudo, quæ congregatur ex magnitudinibus. a. b. c. d, quorum motus est. h. z. q. t, D. d. & non est differentia, &c. i. &, cum posuerimus q̃ istæ magnitudines sunt tales, & mouetur vnum eorum, V. g. postremum in tempore. g, necesse est vt omnia moueantur insimul, quasi vna magnitudo in hoc posito tempore finito. Et, siue posuerimus quod istę magnitudines sint finitæ, aut infinitæ, consecutio eadem erit id est, sed, cum posuerimus ipsas esse infinitas, continget impossibile, & est vt vnus motus sit in tempore finito. Deinde dicit quod est impossibile C vtroque modo. s. siue fuerit vnum secundum continuationem, aut secundum contiguationem. 8 Abbreuiatio. Expositio.

Manifestum igitur quòd stabit aliquando, & non in infinitum abibit quòd semper est ab altero, sed erit aliquid, q̃ primo mouebitur. Nihil autem differat, concesso quodam hoc demonstrare. Contigenti enim concesso nullum inconueniens poterit accidere. Primum igitur mouens, non sicut quod est cuius causa, sed vnde est principium motus, est simul cum eo, quòd mouetur. Simul autem dico, quia nihil ipsorum medium est motus. Hoc enim in omni moto, & mouente est.

Contingenti cocesso nullum inconueniens poterit accidere, &c.

Manifestum est igitur q̃ generatio cessabit in aliqua hora, & non durabit in infinitum, sed erit hic aliquod primum, q̃ mouetur. Et nō accidit huic demonstrationi diminutio, quia non sequitur nisi a positione eius, q̃ ponitur. Positum enim si sit possibile, non debet sequi ex eo aliquod improbabile. Et primum motum non est tale, quia est illud, propter quòd, sed illud quòd est primus motor, quia ex

eo ꝙ eſt principium motus, eſt ei locus ex loco eius, quòd mouetur ab eo. Et dico ex loco, id eſt ꝙ eſt inter ea non eſt medium: quoniam hoc commune eſt omni moto, & motori. A

9 Cum declarauit ꝙ impoſsibile eſt, vt mota, & mouentia ſint huiuſmodi, & ꝙ neceſſe eſt ea peruenire ad primum motum, quod nõ mouetur ab aliquo extrinſeco ſed ex ſe, declarauit hoc, & dixit manifeſtum eſt igitur, ꝙ motus ab alio, quieſcet in aliqua hora, &c. i. manifeſtum eſt igitur ex hoc, ꝙ motus, qui ſentitur hic in iſtis corporibus, quæ mouentur a ſe inuicem, & non ſentitur primum motum ex eis, neceſſario quieſcet apud primum motum ex ſe, quod non indiget motore alio ex ſe. D. d. & non accidit huic demonſtrationi diminutio, &c. i. & non accidit iſti demonſtrationi diminutio, q̃m impoſsibile non ſequitur in ea, niſi ex oppoſito quæſiti, licet poſitiones veræ coniunctæ oppoſito quæſiti non ſint neceſſariæ, ſed poſsibiles. Nam ſi oppoſitum quæſiti eſſet poſsibile, & propoſitiones coniunctæ eſſent poſsibiles, tunc nullum accideret impoſsibile. Impoſsibile enim non accidet ex poſsibili, & intendit hic per improbabile impoſsibile. D. d. & ꝙ primum motum, &c. & ita inuenitur in exẽplari. & intendit ſic, & ſimiliter non accidet huic declarationi diminutio, quoniam motor, ad quem induxit eſt primus, ſecundum illud, ex quo eſt motus, non primum ad ꝙ eſt motus, & eſt fere manifeſtum per ſe. & non contingit vt ſit in loco ex primo moto ex eo, ſicut cõtingit in eo, ſcd̃m quod mouet motum ex eo, quaſi agens. & ſignum eius eſt hoc, quod dixit poſt, ſed illud, quod eſt primus motor ſecundum ꝙ ex eo, &c. Et forte hic eſt error ſcriptoris, qui debebat ponere loco huius nominis motum, hoc nomen motor, & tunc intentio erit talis. &, ꝙ primus motor, ad quem induxit ſermonem ipſum eſſe non motum, nõ eſt motor ſecundum finem. Et tunc intẽtio iſtius ſermonis eſt notificare ꝙ ex hoc ſermone non declaratur, vtrum iſte primus motor ſit motor, quaſi agens, & finis inſimul: aut motor ſecundum finem, ſit aliud a motore in eo, ſecundum agens, & dixit hoc, quia iſta nondum ſunt declarata de hoc primo motore, & ipſe declarabit ea in octauo. hic autem intendit declarare hoc eſſe primum motũ, & primum motorem. vnde in principio octaui ponit quod hic eſt primus motus, & primum motum, & perſcrutabitur de hoc motu, vtrum ſit æternus, aut generatus. Et ideo qui dicit quod iſta declaratio eſt ſuperflua (nam illa, quæ eſt in octauo ſufficit) vt fecit Themiſtius, peccat. Intẽtiones enim diuerſæ ſunt. Hoc enim quod declaratum eſt hic, præponitur ei, quod declaratum eſt illic, ſ. motũ æternum eſſe, & illud, quod dictum eſt in octauo, eſt quomodo eſt diſpoſitio in primo motore. Et ideo proceſsit in æternitate motus per duas vias, quarũ prima eſt ex primo moto, & ſecunda ex conſideratione de natura eorum, quæ mouentur ex ſe, & eſt magis propria. Deinde dicit ſed illud, quod eſt primus motor, id eſt, & non intelligo hic per primum motorem, niſi illud, quod dicitur primo: quia locus eius ex quo eſt principium ſui motus, eſt locus eius, quod mouetur ex eo, & hoc manifeſtum eſt in moto ex ſe, ſ. quoniam locus eius, ex quo incipit motus, eſt locus moti. & accidit hoc, quia iſte motor non eſt corpus, ſed forma in corpore. Cum igitur attribuatur loco, non attribuitur, niſi loco eius, quod mouetur ex eo: & ideo dixit & dico locum, &c. id eſt, & dico quod locus eorum eſt idem, id eſt, quia inter illa non eſt medium: quoniam, cum inter motorem, & motum non fuerit aliud motum, tunc locus eorum erit vnus neceſſario. Deinde dicit hoc enim commune eſt, id eſt, vt mihi videtur, ꝙ omnis motor, & motum, inter quæ non eſt medium, ſunt communia, ſ. in hoc, quod locus eorum eſt vnus: &, ſi primus motor non eſt corpus, non eſt in loco, ſed, cum attribuitur loco, non attribuitur, niſi loco moti. Non enim eſt in loco, niſi quia motum ex eo eſt in loco, cum ſit forma in moto. & hoc erit, ſi intellexerimus hic per primum motum, potentiam, quæ eſt in poſtremo moto: ſed, ſi intellexerimus ipſum primum motum, tunc primus motor, & motum ex eo, ſine medio erunt in loco, quia ſunt inſimul in eodem loco: illa enim, quę ſunt inſimul in loco, attribuuntur eidem loco.

Prima expoſitio.

B

Secunda expoſitio.

Inuehit contra Them.

Quomodo demõſtratio ſeptimi differat a demõſtratione octaui. vide & in 4. cœ. cõ. 25.

C

A *Probat, quòd mouens est continuum, vel contiguum mobili.* *Cap. II.*

QVONIAM autem tres sunt motus, secundum locum, & secundum qualitatem, & secundũ quantitatem: necesse est esse ea, quæ mouentur tria. Quod quidem est secundũ locum, loci mutatio. Quod vero secundum qualitatem, alteratio. Quod aũt secundum quantitatem augmentum, & decrementum. Primum igitur de loci mutatione dicamus. Hic enim primus motuum est. Omne igitur quod fertur, aut etiam ipsum a seipso mouetur, aut ab altero. Si enim a seipso, manifestum est ꝙ in seipso mouente existente simul mouens, & quod mouetur erit, & nullum ipsorum medium. Quod aũt ab alio mouetur quadrifarie dicit, qui enim sunt ab altero motus quatuor sunt, pulsio, tractio, vectio, & vertigo. Et nãq; alios oẽs in hos necesse est contingere. Pulsionis igitur alia quidem impulsio dicitur, alia aũt expulsio. Impulsio igi- B tur est, cum mouens ei, quod mouetur, non deficit. Expulsio aũt, cum deficit expellens. Vectio autem in tribus erit motibus. Quod enim vehitur non secundum se mouetur, sed secundum accidens. ex eo.n. mouetur quia in eo quod mouetur, est aut super id, quod mouetur. Vehens aũt mouetur: aut secundum pulsum, aut tractum, aut vertigine ductum. Manifestum igitur quod vectio in tribus erit motibus. Tractio aũt, aut cum ad seipsum, vel ad alterũ velocior sit motus trahentis inseparatus ab eo, quod trahitur. Et enim ad ipsum est tractio, & ad alterum: & reliqui tractus idem in specie in hos reducuntur, vt inspiratio, expiratio, & spuitio, & quæcunq; corporum emissiui, aut receptiui sunt, vt in speculo, & radiatio. Aliud quidem enim ipsorũ congregatio, aliud vero disgregatio. Et omnis igitur motus, qui est secundum locum congregatio, & disgregatio est. Vertigo aũt componitur ex tractu, & pulsione. hæc enim pellit mouens, illud autem trahit. Manifestum igitur quod si est simul pellens, & trahens cum C eo, quod trahitur, & pellitur, nullum est medium eius, quod mouet, & mouentis. Hoc autem manifestum est ex dictis. Pulsio enim aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractus autem, aut ab alio motus ad seipsum, aut ad aliud est, amplius cõpulsio, & depulsio. Proiectio autem, quando velocior motus fit in eo, quod secundum naturam fertur fortiori facta impulsione. Et hoc facto tam diu accidit ferri, quousq; vtiq; fortior sit motus eius, quod fertur. Manifestum igitur quoniam quod mouetur, & mouens simul sunt, & nullum ipsorum medium est.

**Motus triplex.**

**Latio primus est motuum.**

**Alia litera habet vt spathesis, & cercesis, sed litera byzantij neutrum habet.**

**Mouens, & motum sunt simul.**

Et cum motus sunt tres. s. in loco, in qualitate, in quãtitate necesse est etiam vt mota sint tria. Motus igitur in loco est translatio, & in qualitate est alteratio, & in quantitate est augmẽtum, & diminutio. Et primo loquemur de translatione. Est enim primus motuũ. Dicamus ergo quod omne translatum aut ipsum mouetur ex se, aut ex alio. Si ex se, manifestum est, cum motor eius sit in eo, quod motor,

& motum erit in eo insimul, & inter illa non erit medium omnino. D Motus autem eorum, quæ mouentur ex alio, est quatuor modis, attractio, & expulsio, & latio, & inuolutio. alii enim motus reducuntur ad istos. De expulsione vero est ductio, & ex eo est eiectio. Ductio vero est, quando motor non separatur a moto: Eiectio vero, quando eiiciens separatur. Latio autem est in tribus motibus, & latum non est per se, sed mouetur quia est in moto, aut super motum. Deferens autem mouetur aut expulsiue, aut attractiue, aut circulariter. Manifestum est igitur quod latio est in tribus motibus. Attractio vero est, aut quando attrahens attrahit ad se, aut ad aliud, cum motus attrahentis, cum singulariter est, sit velocior quam motus attracti. attractio enim de attrahente, quandoq; est ad se, & quandoq; ad aliud. Et alii modi attractionis sunt eiusdem modi: & ad hæc duo reducuntur anhelitus, & expiratio, & expuitio, & percussio, perscurile, & perscurale: illud est segregare, hic autem est congregare. Circulatio autem est E composita ex expulsione, & attractione. Motor enim expellit quiddam, & attrahit quiddam. Manifestum est igitur quod si expellens, & attrahens fuerint cum expulso, & attracto, quod inter motorem, & motum non erit medium. Et hoc declarabitur ex hoc, ex quo declarauimus has intentiones. Eiectio enim siue motus, qui est aut dicas ab aliquo, aut dicas ab aliquo ad aliud: & attractio est vna intentio, & est Tiratio. Et proiectio est, qñ motus translati fuerit velocior motu naturæ. Qm̃ per expulsionem fit fortior. Et necesse est vt translatum non cesset moueri illo motu, donec motus eius fiat fortior. Manifestum est igitur quod inter motorem, & motum non est medium.

Alias & subtelari.

10 Intendit in hoc capitulo declarare quod nullum medium est inter motorem propinquum, & illud, quod mouetur ab eo, neq; plenum, neq; vacuum, & quod eius motor est cum moto: & hoc necessarium est in demonstratione prædicta, & est maximum fundamentum in pluribus rebus naturalium. Est enim necessarium in prædicta demonstratione: nam impossibile est imaginari ex illis magnitudinibus fieri vnam magnitudinem infinitam secundum contactum, nisi conceda datur quod inter motorem & motum ab eo non est medium. Et, quia intendit declarare hoc vniuersaliter in omni moto, incœpit narrare genera mobilium. C Et dixit quod mobilia sunt trium generum, nam genera motuum sunt tria, vt declaratum est in quinto: & forte tacuit generationem, quoniam hoc manifestum est in ea magis, q̃ in alijs, s. quod generans est cum generato. Sed in pluribus transmutationibus est dubium, vtrum motor tangat motum, aut non: & similiter in multis motoribus, secundum alterationem, vt in magnete. Et, cum narrauit modos mobiliũ, incœpit de translatione, & dixit & primo loquemur, &c. id est declarando quod inter motorem in loco, & illud, quod mouetur ab eo, nõ est medium, immo sunt insimul: & incœpit in hoc diuidendo motum in loco in illud, quod mouetur ex se, & illud, quod mouetur ex aliquo extrinseco, & posuit quod illud, quod mouetur ex se, manifestum est in eo quod motor est insimul cum moto: cum declaratum sit ipsum habere motorem existentem in eo, & quod nihil mouet se, & dixit si igitur motum ex se mouetur, &c. & hoc necesse est, cum posuerimus quod in eo est motor alius a moto, vt declaratum est in initio istius tractatus. Deinde reuersus est ad illud, quod mouetur ex extrinseco, & dixit mo & nititur declarare hoc, diuidẽdo species motionis ex extrinseco, & dixit motus enim eorum, quæ mouentur ex alio, &c. Deinde induxit rationem, ex qua

Est maximũ fundamentũ in pluribus rebus naturalibus, quod inter motorem, & motũ nullũ est medium.

Vel motibus scdm attractionem.

A apparet quod omne, quod mouetur in loco, reducitur ad hæc genera quatuor. nam omnes motiones reducuntur ad ista, id est, & posset quis scire quod species mutationum omnes reducuntur ad hæc quatuor, quoniam, cum inducentur, videbuntur reduci ad aliquod istorum generum. Verbi gratia quoniam eductio, & eiectio reducitur ad expulsionem: sed differunt in hoc: quoniam in eductione motor non separatur a moto ab initio motus vsque ad finem: in eiectione autem separatur. Et, quia accepit lationem vno modo illorum quatuor, & est per accidens dixit: latio vero, &c. id est & ideo latum dicitur motum per accidens, quia inuenitur in vnoquoque trium, quæ sunt mota in loco per se: & omne, quod mouetur, quia est in moto, dicitur moueri per accidens, & ideo dixit non enim mouetur, nisi quia est in moto, aut super motum. Deinde dixit deferens vero, &c. id est, & diximus quod delatum mouetur in vnoquoque istorum trium motuum, & est super deferens: nam deferens, aut mouetur expulsione, aut attractione, aut circulatione, cum non sit vnus alius modus motionis. Et in rei veritate circulatio est composita, vt ipse dicit ex expulsione, & attractione, & sic motiones simplices sunt duæ, expulsio, & attractio: sed tamen non sequitur ex hoc quod motus simplices sint duo, immo motus circularis est magis simplex, quam cæteri. Et non intelligit per deferens, attrahens, aut expellēs, B aut girans, sed expulsum & attractum, & circulatum. Deinde dixit quod attractio est duobus modis, &c. & hoc manifestum est: sed attractio, quæ est in rebus naturalibus, est attrahere aliquid ad se, in voluntarijs autem inuenitur vtrūq;. Deinde dixit, & ad hæc duo reducitur anhelatio, & expiratio, &c. id est quoniam anhelatio est attractio, & expiratio est expulsio. & similiter expiratio est composita ex duobus motibus, s. expulsione, & attractione. Deinde dixit & percussio, &c. id est quoniam percussio per alterum istorum duorum instrumētorum est segregatio, & segregatio est expulsio, & congregatio est attractio, & videtur mihi quod intendit opus textoris cum sua manu, & suo pede. Deinde dixit circulatio vero est composita, &c. id est circulatio vero, quæ fit ex circulante. Deinde dixit motor enim expellit quiddam, &c. &, cum posuit quod omne mouere, aut est expellere, aut attrahere, aut compositum ex istis, ostendit quod, si fuerit declaratum cum hoc, quod non est medium inter expellens, & attrahens: & inter expulsum, & attractum, & sequitur ex hoc, quod nō est medium inter aliquem motorem & illud, quod mouetur ab eo. Et syllogismus talis est. Omnis motor in loco est, aut expellens, aut attrahens. Et nullum medium est inter expellens, & attrahens, expulsum, & attractum, ergo nullum medium est inter aliquem motorem, & illud, quod mouetur ab eo. Et C hoc intendebat cum dixit manifestum est igitur, quod si expellens, & attrahens fuerit, &c. Et, cum dixit quod, cum fuerit declaratum statim declarabitur quod inter motorem, & motum non est medinm: incœpit declarare hoc in speciebus expellentis, & attrahentis, & dixit & hoc declarabitur, &c. id est & declarabitur quod in omnibus speciebus motionum, quæ sunt sub expulsione, & attractione, motor tangit motum ex hoc, quod declarauimus de illis intentionibus. Et dixit hoc, vt mihi videtur, quoniam hoc apparentius est in expellente, & attrahente, quam in alijs speciebus, quæ collocantur sub istis. Et est in expellente manifestius, quam in attrahente: & ideo incœpit exponere intentiones eius & dixit eiectio enim, &c. id est & signum eius quod inter eijciens, & eiectum non est medium, est, quoniam eiectio siue dicas ꝙ est motus ab aliquo, id est ab eijciente, aut dicas quod est motus ab aliquo in aliquid, id est ab eijciente in aliquid, in quod est eiectio, aut quomodocunque dixeris in descriptione eiectionis, manifestum est, quod eijciens in eo est a principio cum eiecto. Sed quæritur quomodo eijciens separatur ab eiecto, & eiectum remanet motum, ex quo videtur quod eijciens non est tunc motor: sed aer, qui naturaliter mouetur ex se, cum mouetur ex alio, vt dicetur in cœlo, & mundo. Deinde dicit & attractio est vna intentio, & est tiratio, forte intendit declarare per hoc, quod attrahens est cum attracto: quoniam, cum attractio sit tiratio, & tirans sit cum tirato, necesse est, vt attrahens sit cum

Omne, quod mouet, quia est in moto, dr̄ moueri p accidens.

Motus circularis est magis simplex, ꝙ cæteri.

Hic videtur dicere Cō. quod proiecta mouētur ab aere.

Vide ꝑ hoc 8.phy.82.& 4.phy. 68.

Prima expoſitio.

Secunda expoſitio.

Cõparatio expoſitionũ adinuicem.

Digreſsio, qua quęrit̃ vtrum in oĩ attractione attrahẽs attrahat cum motu,&,tractu.

Attractio duplex.

Nota,de motu ferri ad magnetẽ, & nutrimẽti ad membra.

attracto. Et forte intendit declarare,quod tiratio eſt attractio, & declaratum [illegible] A eſt ꝙ attrahens,& attractum inſimul ſunt,ergo & tirans cum tirato. Et prima intentio eſt manifeſtior.nam tirans eſſe cum tirato, manifeſtius eſt quam attrahens eſſe cũ attracto:cum multa videntur attrahere abſq; eo,ꝙ tangant,vt magnetes.& exiſtimatur ꝙ virtus attractiua in plantis,& animalibus eſt talis:Et diximus ꝙ ſecunda intentio poteſt eſſe,qm̃ in hoc quod attractio reducatur ad tirationem eſt latentia:& quaſi ſcd̃m hanc expoſitionem voluit notificare ꝙ tiratio eſt de attractione. Ad hoc aũt,quod queritur,qm̃ plura attrahentia videntur attrahere ſine tractu, & ſine motu, Dicendum eſt ꝙ hæc dicitur attractio æquiuoce, attractio enim in rei veritate eſt illa,in qua attrahens mouetur cum attracto,& hoc qm̃ attractum ad ipſum non fuerit quieſcens.neceſſe eſt enim vt motus attrahentis ſit velocior quam motus attracti: & hoc inuenitur in virtutibus volũtarijs,& in nõ:& inuenit̃ in pluribus virtutibus naturalibus & vitalibus:ideo poſita ſunt fila in mẽbris animaliũ, Attractio aũt in qua attrahens eſt quieſcens,& attractum motum non eſt attractio in rei veritate:ſed attractũ mouetur ex ſe ad attrahens,vt perficiat ſe: vt lapis mouetur ad inferius, & ignis ad ſuperius. Et ſimiliter oportet hoc intelligere de motu ferri ad magnetem, & nutrimenti ad membra, V,g.de motu ſanguinis ad ſuperiora corporis,& vt nutrimenti arborum ad ſuperiora eorum. Sed eſt differentia inter iſta,& illa,quæ B mouentur ad locum proprium: qm̃ illa mouentur ad locum ſiue fuerit propinquus,aut remotus. Nutrimenta vero non mouentur ad nutriendum,niſi cũ fuerint in aliqua diſpoſitione de nutrito:& ſimiliter ferrum nõ mouetur ad magnetem,niſi cum fuerit in aliqua qualitate de magnete. Et ideo,qm̃ magnes fricatur cum alleo,amittit virtutem,nam ferrum tunc non acquirit a lapide in illa diſpoſitione qualitatem,per quam innatum eſt moueri per ſe ad lapidem,& hoc manifeſtum eſt in ambra, quod attrahit paleam,qm̃ calefit. Ergo iſte modus motionis ſi dicatur attractio,non intendebatur ab Ariſt in hoc,nomine attractio, cũ colloc etur in his,quæ mouentur ex ſe. D.d.proiectio eſt,&c.i.quando transferens

In proiectione,ĩ qua motus proijciẽtis eſt cõtra motũ naturalẽ proiecti, non erit motus tranſlati velocior ſuo motu naturali,&c.

mouet tranſlatum ad partem,ad quam mouetur naturaliter, mouet motu velociori ſuo motu naturali. V,g.proiectio lapidis ad inferius. D.d.& neceſſe eſt vt tranſlatum non ceſſet,&c.id eſt donec motus eius naturalis fiat velocior,& ſecundum hanc expoſitionem non erit iſta proiectio cõis omnibus modis proiectionis. In proiectione enim in qua motus proijcientis eſt contra motum naturalem proiecti,non erit motus tranſlati velocior ſuo motu naturali, ſed contrarius ei. Vnde poteſt quis intelligere ex hoc ſermone aliquod cõe vtriq;, ita,quod ex hoc,quod dixit & proiectio erit,qm̃ motus trãſlati fuerit velocior motu naturali,intelligatur fortior. Si igitur fuerit contrarius, vincet: & ſi conueniens, C addet ei:& ideo dixit,qm̃ per expulſionẽ fit fortior:motus enim expellentis in F vtroq; modo eſt fortior motu expulſi: & ſiue motus expulſi conueniat motui expellentis,aut ſit ei contrarius:& ſic intelligitur reſiduum,

In oĩ alteratione alterãs eſt ſimul cũ alterato.

At vero neque alterati, neque alterantis vllum eſt medium. Hoc autem ex inductione manifeſtum. In omnibus enim accidit ſimul eſſe alterans quod vltimum eſt, & primum quod alteratur. Quæ enim alteratur ex eo quod ſenſibile eſt. Senſibilia ſunt,quibus differunt corpora adinuicem,vt grauitas,leuitas, durities,mollities, ſonus, non ſonus, albedo nigredo, dulcedo, amaritudo,humiditas, ſiccitas, denſitas,raritas, & horum media. Similiter autem & alia, quæ ſub ſenſu ſunt,quorum eſt calor, & frigus, & lenitas, & aſperitas. Hæc enim ſunt paſsiones ſubiectæ qualitatis. His enim differunt ſenſibilia corpora, aut ſecundum aliquid horum maius, & minus in patiendo aliquid eorum, calefacta enim,& frigefacta, aut dulcefacta,aut amaricata, aut ſecundum aliud aliquod prædictorum

A militer & animata corpora, & inanimata, & animatorum quæcūque partium inanimatæ sunt.

Neque etiam inter alterans, & alteratum est medium. & hoc declarabitur per inductionem. In omnibus enim alterationibus necesse est vt postremum alteratum, & primũ alterans sint insimul. Densum enim alteratum non alteratur, nisi quia est sensibile. Per sensibile enim differunt corpora a seinuicem, Verbi gratia, grauitate, & leuitate, duritie, & mollitie, albedine, & nigredine, dulcedine, & amaritudine, humiditate, & siccitate, densitate, & raritate, & eis, quę sunt inter ista: quoniam per ista differunt corpora sensibilia, aut secundũ magis, & minus in aliquo istorum, aut secundum ꝙ patiuntur aliqđ istorum. Corpora enim animata, & similiter inanimata, & illud, qđ est ex partibus animatorum, non animatum, quando calefacta sunt, aut infrigidata, aut amarificata, aut dulcefacta, aut passa aliqua prae B dictorum alterata sunt.

Cum declarauit ꝙ omnis motor motu locali, ita ꝙ, sit causa agens: non est medium inter illud, quod mouet, & illud, quod mouetur ab eo: vult declarare etiam hoc in alteratione. Et, quia qualitatum [a] attributarum alterationi, aliæ sunt primæ vt caliditas, frigiditas humiditas, & siccitas, & aliæ secundæ, & sunt illæ, quæ fiunt ex istis. V.g. densum, & rarum, & color, & sapor. Et, quia hoc non apparet inductione, nisi concedatur ꝙ istæ secundæ fiunt ex primis, deinde ponatur per inductionem ꝙ primæ non fiant, nisi motor tãgat motũ, [b] V.g. calefaciens calefactum, incœpit dicere quomodo sequitur ex hoc, si aliqđ corpus condensetur, vt condensans tangat ipsum, secundũ ꝙ infrigidans tãgit infrigidatũ. Et similiter illud, quod rare fit, vt tangatur a rarefaciente, secundũ ꝙ calefaciens: & ideo dixit densum &c. i. densum enim affert quęstionẽ in hoc: quoniã potest aliquis dicere ꝙ non est necesse: vt illud, quod densetur, non densetur, donec tangatur ab alio denso: & adhuc densum [c] non alteratur, nisi secundum ꝙ est sensibile, & secundũ ꝙ est in capitulo qualitatis, non in capitulo positionis. Et, cũ sit in capitulo qualitatis, tunc principium motus eius erit, aut a caliditate, aut a frigiditate, & caliditas, & frigiditas, sunt principia alteratio- C nis: & alterans necessario est cum alterato. D.d. & sensibilia sunt, &c. & intẽdit corpora consimilium partium.[d] Differentiæ enim istorum sunt in sensibilibus per quinque sensus: & prima sensibilia sunt primæ qualitates actiuæ earum: & sunt caliditas, & humiditas, & frigiditas, & siccitas. Et, quia intendit syllogizare ꝙ densum, & rarum sunt qualitates, non positiones, sic densum, & rarum sunt vltimæ differentiæ corporum consimilium: & differentię corporum cõsimilium sunt sensibiles: ergo densum, & rarũ sunt de qualitate: & grauitas, [e] & leuitas sunt numeratæ in tactu, & similiter durities, & mollities, & sonus, & silentium in auditu, & albedo, & nigredo in visu: & dulcedo, & amaritudo in gustu: & voluit numerare eas, vt appareat per inductionem ꝙ vnaqueque earũ non completur: nisi per alterationem: & in alteratione alterans semper est cum alterato. D.d. aut secundum quod patiatur aliquod istorum. i. & quod omnia corpora mota non diuersantur, nisi patiendo secundum aliquam istarum qualitatum: siue corpora fuerint animata, aut inanimat: & dixit hoc, quod corpus nõ agit aliquam istarum qualitatum, nisi quia disponitur per illam. Et, cũ posuit ꝙ istæ sunt differentiæ sensibilium: & fuit manifestũ in omnibus, qm̃ indigent in hoc, quod patiãtur secundum vnãquãque istarum qualitatũ, vt calefiant, aut infrigidentur: sed, quia calefaciens, & infrigidans tangit calefactum, & infrigidatum, verificauit illud, quod intendebat declarare, & est, quod omne alterans tãgit alteratum: & hoc intendebat cum dixit corpora enim animata, &c, i, & ne-

a Qualitatũ attributarũ alterationi, 11 alię primæ, alię secũdæ.

b Hic vr̃ dicere ꝙ raritas, & dẽsitas nõ fiũt, nisi a calido, & a frigido.

c Dẽsum nõ alterat, nisi scd̃m ꝙ est sensibile, & secũdũ ꝙ ẽ in c. qualitatis, nõ ĩ cap. põnis.

d Differẽtię corporũ consimiliũ partiũ sunt ĩ sẽsibilibus per quinq; sensus, ex quo vr̃ velle differentias elemẽtorũ esse qualitates, et p cõsequens ꝙ sint substãtię. Sed vide oppo. 5. ph. c. 10. & 8. me. cõ. 5.

e Grauitas, et leuitas sũt

numeratę in tactu ex quo patet ꝙ ſunt qualitates. Sed vide op po.2.de aia. c.108. vbi di cit ꝙ ſunt ſubſtãtię.& 5. me. 18. d. qđ ſunt quã titates.

ceſſe eſt vt iſti ſint modi alterationis: quia omne corpus animatum, aut inanimatum non dicitur alterari, niſi cum calefit, aut infrigidatur, aut patitur ſecundum aliquam iſtarum qualitatum, quas numeramus ſcilicet priorum ſenſibilium. A

Et ipſi etiam ſenſus alterãtur: patiuntur enim. Actus enim ipſorum motus eſt per corpus, patiente aliquid ſenſu. Secundum quæcunque igitur alterantur inanimata, & animata, ſecundũ omnia hęc alterantur. Secundũ aũt, quæ alterantur animata, non ſecundũ hæc alterantur inanimata. Secundũ enim ſenſus non alterantur. Et latet, cum alterantur inanimata. Nihil enim prohibet, & animata latere cum alterantur, cum non ſecundum ſenſum accidit ipſis alteratio. Si quidem igitur ſenſibiles ſunt paſsiones, omnis per hoc alteratio eſt. Hoc autem manifeſtum eſt quod patiens, & paſsio ſunt ſimul, & horum nullum eſt medium. Huic enim aer eſt continuus, aeri autem continuatur corpus: & ſic ſuperficies quidem ad lumen terminatur, lumen autem ad viſum. Similiter autem & auditus, & odoratus ad mouens ipſos primum. Eodem aũt modo ſimul, & guſtus ſapor eſt. B

Et ipſi etiam ſenſus alterantur, quia patiuntur Actio enim eorum eſt motus. Et omne, ſecundum quod alterantur inanimata, per illud etiam alterantur animata. Sed non per omne illud, per quod animata alterantur, alterantur inanimata. Non enim alterantur per ſenſus. Et cum accidit etiam vt alteratio illorum ſit ſine ſenſibilibus, nõ percipiemus alterationem Et, cum paſsiones pręcedunt, tunc formæ erunt ſenſibiles, & mediantibus formis erit alteratio. Ergo manifeſtum eſt quod faciens paſsionem, & patiens inſimul ſunt, & inter illa non eſt medium. Aer enim eſt continuũ, & corpus eſt coniunctum aeri, & ſuperficies ſequitur lumen, & lumen viſum: & ſecundũ hunc modum etiam auditus, & tactus ſequuntur primum motorem & ſimiliter guſtans, & guſtus. C

12 Cum declarauit ꝙ in omnibus alterationibus apparet ꝙ inter alterans & alteratum non eſt medium & exiſtimatur quod ſenſus patiuntur quodam modo modorum ſenſibilium quæ alterant eos: vult declarare in iſtis etiam ꝙ neceſſe eſt vt alterans & alteratum primum ſint ſimul. Et dixit: & ipſi etiam ſenſus alterantur, id eſt, & in ſenſibilibus etiam inuenitur aliqua alteratio quodam modo. D.d. quia patiũtur ſcilicet quoniã actio eorum eſt motus ſcilicet moueri non mouere, & pati non agere. Sunt enim de virtutibus paſsiuis: non actiuis. Et cum narrauit ꝙ in ſenſibus inuenitur modus alterationis alius a modo alterationis quæ eſt in ipſis ſenſibilibus: cum iſta alteratio ſit corporalis, & illa ſpiritualis, vt declaratum eſt in libro de anima: narrauit quod res animate alterantur per duas alterationes inſimul ſcilicet ſpiritualem exiſtentẽ in ſenſibus & corporalem exiſtentem in ſenſibilibus. Inanimata autem non alterantur niſi altero genere tantum, Et dixit & omne per quod alterantur &c.i. & cauſa in hoc eſt quoniam animata alterant̃ per ſenſus & per non ſenſus: inanimata autem alterantur per non ſenſus tantum cum non habeant ſenſus. D.d. & cũ accidit ẽt, id eſt, & accidet animatis alterari ſiue ſenſibus: tunc alteratio nõ comprehendetur neque percipietur quemadmodum inanimata non comprehendunt hoc quod non eſt ita quando alterantur ſecundum ſenſus: quoniã tunc cõ

Pro hoc vide. 2. de aia tex.c.57.& 58.
Senſus ſunt de virtutibus paſsiuis non actiuis. Idẽ. 2. de anima. c. 51. 52.59.et 60. Idẽ.3. de anima.com.18. Aui. Alex. &c.

A prehendemus alteratione. D. d. & cum passiones præcedunt &c. i. & cum passiones præcedunt sensus, & media quæ sunt inter sensus & qualitates sensibiles tunc qualitates erunt sensibiles. i. comprehensibiles a sensu. Et intendebat per hoc quod passio cōis est necessaria in hoc ꝙ sensus comprehendat sensibilia: sed in omni passione declaratum est ꝙ alterans est cum alterato: ergo necesse est vt passio sensuum sit huiusmodi. s. ꝙ inter eos & inter postremum agens non sit medium: & quod alterans in eis sit cum alterato. Deinde dicit & mediantibus formis &c. id est, & mediantibus qualitatibus sensibilibus: & existentibus in corpore quod sequitur sensus alterabuntur sensus. Et cum declarauit hunc sermonem dixit ergo manifestum &c. id est, & intendit per faciẽs passionem qualitatem quæ est in corpore tangente instrumentum sensus: & per passionem: passionem existentem in instrumento. Deinde dicit: aer enim est continuum &c. id est, & non debet aliquis dubitare de sensibus qui mouẽtur a sensibilibus de remoto vt in visu. color enim mouet aerem: & aer mouet sensum: aer enim continuus est cum sensu: & corpus sensibile coniunctum est cum aere. Deinde dicit & superficies in qua est color tangit corpus illuminatum: scilicet aerem luminatum: & aer illuminatus tangit visum: & accepit hic lumen loco illuminati: & intendit per luminatum dyaphanum in actu non illuminatum ex se. Deinde dicit & secundum hunc modum etiam &c. B id est, & intendit per primum motorem in auditu motum qui est in aere qui percutit concauum auris. in olfactu vero est odor perueniens ad nares. Deinde dicit & similiter &c. id est, & ita est de sensibus quorum sensibilia sunt separata sicut de sensibus quorum sensibilia sunt tangentia. Verbi gratia, in gustu & tactu. In sensibus enim quorum instrumenta tangunt sensibilia, non est dubium in hoc sicut est in eis qui sunt separati a sensibilibus, cum declarauit quod inter motorẽ et motũ primũ in alteratione non est mediũ: neque in ipsis sensibus: si vocatur alteratio, incœpit declarare hoc in augmento: & dixit.

Similiter autem, & in inanimatis, & in sensibilibus. Et quod augetur, & augens. Appositio enim quædam est augmentum: quare simul sunt, & quod augetur, & augens, & decrementum. Decrementi autem causa ablatio quædam est. Manifestum igitur est quod mouentis vltimi, & primi & quod mouetur nullum est medium secundum medium mouentis, & eius quod mouetur. **Augens, & auctũ simul sunt.**

Et similiter est de augente, & augibili: augmentum enim est additio: & sic augmentans, & augmentatum erunt simul. Et similiter diminutio, i. est subtractio. Manifestum est igitur quod inter postremum motum, & primum motorem non est aliud medium.

Dicit & similiter declarabitur quod inter augmentans & augmentatum non est medium. Augmentum enim est additio augmentati: sed inter illud cui additur, & illud quod addit non est medium: & hoc manifestum est: vnde necesse est quod augmentans & augmentatum sint insimul, & similiter de diminutione. Diminutio enim est subtractio diminuti: & subtractum necessario est cum in illo a quo subtrahitur. Deinde dicit & manifestum est igitur quod inter &c. & vocat ipsum primum motorem, id est, quia mouet sine medio non quia est primus naturaliter, & in quibusdam libris dicit manifestum est igitur quod inter postremum motorem & primum motum nō aliquid est omnino: & intendit ꝙ inter primum motum a motore: & illud non est aliquid: siue motor fuerit primus aut postremus scilicet quod primum motum ab aliquo motore mouetur secundum tactum. 13

## *Probat quod omnis alteratio ſit in ſenſibilibus, & in parte animæ ſenſitiua. Cap. III.* A

QVONIAM autẽ, quæ alterantur, omnia alterantur a ſenſibilibus, & ſolum horum alteratio eſt, quæcunque ſecundum ſe dicuntur pati ab his, ex his conſiderabimus.

Quoniam autem omne, quod alteratur, alteratur a ſenſibilibus, & ꝙ alteratio eſt iſtorum ſolorum, & illorum, quæ recipiunt paſsionem ab iſtis, ſcietur ex hoc, quod narrabimus.

14 Incœpit hic perſcrutari de hoc, quod motus alterationis eſt de prædicamẽto qualitatis, in genere qualitatis paſsiuæ, Et dixit quoniam autem omne, quod alteratur, &c. quoniam autem omne, quod mouetur motu alteratiuo mouetur in genere ſenſibiliũ. ſ. in tangibilibus, aut in ſapore, aut in calore. Et conſiderãdum eſt vtrũ iſte modus inueniatur in omnibus ſenſibilibus, aut in quibuſdã. Et eſt manifeſtum quod iſta alteratio inuenitur in prima contrarietate, quæ eſt in tactu, ſcilicet calidi, & fri. & ſic. & hu. Et ſimiliter videtur eſſe in contrarijs B ſequentibus iſta, V. g. duritie, mollitie. Sed tamen primo eſt in primis qualitatibus, In iſtis autem ſecundo, & mediantibus primis: & ſimiliter in guſtu. In ſonis aũt videtur quod alteratio de graui in leue eſt modo ęquiuoco cum iſtis: cum ſonus ſit paſsio facta in aere a percuſsione corporum. In olfactibus vero qualitates manifeſtæ ſunt: ſed contraria latent in eis, vt dictum eſt in libro de anima: [a] &, cũ ita ſit, cum dixit, alterantur a ſenſibilibus, intelligendum eſt ab omnibus ſenſibilibus, ſi intellexerimus vniuerſalitatem: ſin autem, excipiemus ſonos. Deinde dicit, & quod alteratio eſt iſtorum ſolorum, id eſt, &, manifeſtũ eſt quod motus alterationis eſt iſtius generis tantum de prædicamento qualitatis. Deinde dicit, & eorum, quæ recipiunt iſtas qualitates ab alijs per ſe, non per accidens. q. d. quod iſte motus attribuitur qualitatibus, quæ ſunt in hoc genere, & rebus, quæ recipiunt per ſe iſtas qualitates.

**Documẽtũ.**

**In primis qualitatibus eſt primo, et pricipaliter alteratio, in ſecundis aũt eſt medianti bus primis.**

**a 2. de aïa. t. cõ. 92.**

Aliorum enim maxime, ſi aliquis intelligat in figuris, & in formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus videtur quod eſt alteratio. Non eſt autem neque in his, ſed fiunt hæc, cũ quædam alterantur. Denſata enim, aut rarefacta, aut cum ſit calida, aut frigida materia, alteratio autem non eſt. Ex quo quidem eſt forma ſtatuę, non dicimus formam, neque ex quo figura pyramidis eſt, aut lecti, ſed denominantes hoc quidem ęneum, illud vero cereum, aliud vero ligneum. Quod autem alteratur æs dicimus. Humidum enim eſſe æs dicimus, aut calidum, aut forte. Et non ſolum ſic, ſed humidum, & calidum ęs æquiuoce dicentes paſsioni materiã. Quoniam ergo ex quo quidem forma, & figura, & quod factum eſt æquiuoce non dicuntur cum figuris, quæ ſunt ex illo. Quæ autem alterãtur cum paſsionibus æquiuoce dicuntur, manifeſtum eſt quod in ſolis ſenſibilibus alteratio eſt. C

Dicamus igitur de alteratione, quod proprie videtur eſſe inter alias qualitates in figuris, & formis, & veſtit eas, & denudat. Et non etiam ſunt in iſtis, ſed iſta fiunt, quando aliqua alterantur. Quando enim materia denſatur, & rarefit, & calefit, aut infrigidatur. Alteratio vero non: quoniam id, ex quo fit forma idoli, non dicimus ipſum

A esse formã, neq; illud, ex quo fit figura idoli, aut figura lecti, dicitur esse figura. Sed denominantur nomina, vt dicimus, in illo, quod est cupreum, in hoc autem cereum, & in alio ligneum. In alterato vero dicimus illud. Dicimus enim in cupro quod est humidum, aut calidum, aut durum. Et hoc non hoc tantum, sed dicimus quod humidum, & quod calidum est cuprum. Et sunt communia in nomine, propter hoc, quod materia recipit passionem. Cum igitur illud, ex quo fit forma, aut figura facta, non habet cõmunicationem in nomine cum figuris, ex quibus factæ sunt. Alteratum autem conuenit in nomine cum passionibus, ex quibus alteratur. Manifestum est qđ in solis sensibilibus est alteratio.

Cum voluit declarare quod transmutatio, quæ dicitur alteratio, non inueni- 15
tur de generibus qualitatum quatuor, nisi in genere sensibilium: &, si quis videbit eam esse in alio genere, dignius est vt sit in genere qualitatis existentis in quantitate, & in formis, quæ sunt in animato, secundum quod est animatum. Incœpit declarare hoc hic, quod non inuenitur in istis generibus: ex quo appa
B rebit quod, cum in istis non inueniatur, quanto magis in cæteris generibus qualitatis, Et dixit, dicamus igitur de alteratione, &c. i. quoniam, si trãsmutatio, quæ dicitur alteratio fuerit in alio genere, præter genus qualitatum passiuarum, existimatum est ipsam esse in figuris, quę sunt in genere qualitatis, quę est in quantitate, secundum quod est quantitas, & in formis, quæ sunt in anima, & animato, quod est aliud genus. Deinde dicit & vestire, & denudare, id est, & dicitur aliquid alterari, quando recipit aliquam istarum figurarum, & quando denudatur ab ea. Et intendebat declarare quod motus alterationis, si existimatur esse in istis rebus, existimatur apud generationem, & corruptionem earum, non quando sunt fixæ. Et, cum declarauit quod nullus existimat alterationem esse in aliquo genere qualitatis, nisi sit in istis duobus, Incœpit declarare quod non inuenitur in istis duobus, & dixit sed ista fiunt quando alterantur aliqua. i. & in istis duobus generibus non inuenitur alteratio. Sed generatio rerum existentium in istis duobus generibus sequitur veram alterationem: non qa alteratio existit in eis, sicut in rebus, quæ alterantur in rei veritate. Et hoc intendebat, cum dixit sed ista fiunt, &c. i. sed istę qualitates fiunt, quando alterantur illæ, quæ sunt qualitates alterabiles in rei veritate. Deinde narrauit quomodo accidit hoc, & dixit quando materia densatur, &c. i. & generatio formarũ,
C & figurarum sequitur alterationem materiæ, aut quando condẽsatur, & rarefit secundum videntes, quod raritas, & densitas sunt causæ generationis: & corruptionis, aut quando calefit, aut infrigidatur, secundũ quod est verum in se: ita, vt mihi videtur, est intelligendus iste locus. Densitas enim, & raritas sunt qualitates sequentes calidum, & frigidum. Densitas enim nil aliud est, nisi trãsmutatio alicuius ad minorẽ magnitudinẽ, & raritas ad maiorem. Antiqui vero dicebant quod densitas est constrictio pororum corporum, & raritas expansio, & quod hę duę sunt causę generationis, & corruptionis, cũ generatio apud eos sit congregatio, & segregatio: & hoc bene concessum est in corporibus habentibus poros: sed non sunt causa generationis, & corruptionis, vt fingebant, sed sequuntur generationẽ, & corruptionẽ. Deinde dicit alteratio vero non. i. quod aut generatio figurarũ, & formarũ sit alteratio impossibile est. materię [a] enim, quæ recipiunt formas, non dicuntur formę. V. g. qm̃ cuprum non dicitur idolũ, scilicet quia cupro non datur hoc nomen, neque ligno hoc nomen lectus. D. d. neque illud, ex quo fit figura, &c. id est, neque illud, ex quo fit figura, & est cęra, dicitur figura: & similiter lignum non dicitur lectus, neque etiã econuerso, s. quod forma nominetur a nomine materiæ. V. g. vt lectus dicatur lignum. D. d. sed denominantur, &c i. formæ, licet non nominentur a nomine materiæ tamen denominantur: vt, cũ dicitur quod idolũ est cupreum, non cuprũ. Et, cum po-

Figura ẽ qualitas in quãtitate, secundũ ꝙ ẽ quãtitas.

Densitas, & raritas, sunt qualitates ĩsequẽtes frigidũ, & calidũ. Sed vide oppositũ prĩma me. c. 15. Et in prędicamẽtis ca. de qualitate. vbi d. ꝙ sũt ĩ prędicamẽto situs. Et in com. 84. quarti phy. d. quod sunt quantitates. & in 8. phy. 77. d. qđ dẽsari, & rarificari sunt motus locales.

a Materiæ quę recipiũt

Formas non dicũtur formę cõ simile 7.met.24.et 34.

Subiectũ nõ exit a sua substãtia existẽte accidẽte, sicut subiectũ recipiens formã exit a sua substantia existẽte forma. idẽ pri.phy. 63.et pri.ca. de substãtia orbis. & 2. de aĩa. cõ.8.

fuit quod figuræ, & formæ, quæ sunt in anima, & animato, non nominantur a nomine materiæ, sed denominantur, incœpit narrare quod non est ita in alteratione, & dixit alteratum vero, &c. i. illud autem, quod recipit alterationẽ, nominatur a nomine eius, in quod alteratur: vt, cum dicitur quod cuprum, quod alteratur ad caliditatem, aut ad frigiditatem, est calidum, aut frigidũ: sed cuprũ, quod alteratur ad aliquam figuram, non dicitur illa figura, Verbi gratia, vt cuprum sit triangulus. Deinde dicit alteratum vero dicitur illud, id est, quoniam subiectum alterationis denominatur a qualitate, quæ est in alteratione, dicimus enim frigidum, & humidum intendendo subiectum frigiditatis, & humiditatis: & cum dixit hoc, D.d. causam & dixit & sunt communia in nomine, &c. i. & subiectum, & accidens communicant in eodem nomine: quia subiectum non exit a sua substantia existente accidente, sicut subiectum recipiens formã exit a sua substantia existente forma: & hęc est differentia inter formam, & accidẽs. Deinde induxit syllogismum super hoc, & dixit cum igitur ex quo fit forma, &c. & compositio istius sermonis est in secunda figura sic. Illa quæ recipiunt formas, non communicant in nomine in rebus alteratis: Sed alterabilia communicant in nomine cum passionibus: Ergo illa, quæ recipiunt formas, nõ sunt alterabilia.

Amplius, & aliter dicere inconueniens est. Dicere enim hominẽ alteratũ esse, & domũ accipientẽ finẽ, ridiculum est. Si perfectionẽ domus tectionẽ, aut laterationem dicimus alterationẽ esse, lateratas autem domo, aut cooperta alterari domum.

Et contingit etiã inopinabile hoc modo. Dicere q̃m hominẽ alterari, & domũ alterari, cũ cõpletur, & perficitur est derisibile. Quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, quę est cooperire cũ tegulis, & facere tegulas est alteratio: Dicemus, ꝙ cum domus est cooperta, & fuerint tegulæ quod alteratur.

26 Iste est alius sermo, in quo declarat, quod figurarum generatio non est alteratio, & quod, si aliquis posuerit quod generatio figurarum est alteratio, continget ei ponere quod generatio in substantia est alteratio: quod est valde improbabile: & similitudo inter illa est: quoniam subiectum in eis non est idem de principio generationis ad finem: & ideo generatum non nominatur a nomine subiecti. Et, quia igitur iam apparuit ex prædicto sermone quod figuræ in hoc sunt similes formis substantialibus, & quod idem contingit in eis, incepit declarare quod accidit de inopinabili, si dixerimus quod figurę, dum generantur alterantur, Et dixit, & contingit ẽt inopinabile, &c. id est, & dicens quod generatio figurarum est alteratio, contingit ei magnum inopinabile: & est dicere in homine, cum generatur, quod alteratur, & similiter in domo. Conueniunt enim in hoc quod subiectum eorum non est idem de principio motus vsque ad finem, induxit illud inopinabile, & dixit quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, &c. id est, quoniam impossibile est dicere domum alterari cũ generatur: nisi dicamus quod domus, quę iam perfecta est, q̃d declaratum est ipsam esse substantiam, vt tectum, & tegulę, est ex genere qualitatis, quod dicitur alteratio, id est, quoniam, si dixerimus quod perfectio domus, quæ est ligna, & tegulæ, tunc possumus dicere quod generatio domus est alteratio. Et

Dubium.

existimatur quod in hoc sermone destruxit antecedens: quod apparet ex hoc:

Solutio.

quoniam intendebat: sed hoc non dicitur in domo, quoniam sua generatio perficitur: ergo neque hoc dicitur in eo, dum generatur. Sed tamen hoc verum est in consecutione conuertibili, sicut in ista. Nam cum posuerimus quod illud, quod generatur, alteratur, sequitur vt generatum sit in capitulo alterationis. Et, similiter cum posuerimus, quod generatum est in capitulo alterationis, sequitur vt generatio sit alteratio.

In conuertibilibus, licet arguere a destructiõe antecedẽtis ad

destructionē cōsequētis.

A Manifestum autem est, quod est alteratio non est in his, quę fiūt. Neque enim in habitibus. Habitus enim virtutes, & malitiæ sunt. Virtus autem omnis, & malitia ad aliquid sunt. Sicut sanitas quidē calidorum, & frigidorum commensuratio quædam est, aut eorum, quæ sunt intra, & ad continens. Similiter autem & pulchritudo, & macies ad aliquid sunt. Dispositiones enim quædā perfecti ad optimum sunt: dico autem perfecti esse quod sanat, & dispositum est circa naturam. Quoniam igitur virtutes, & malitiæ sunt ad aliquid: hæc autem neque generationes sunt, neque ipsorum generatio est, neque omnino alterationes. Manifestum est quod non omnino est alteratio circa habitus.

Virtus, et vitiū fiūt in capitulo relationis.

Declaratum est igitur quod alteratio non est in eo, quod generatur. Quoniam neque in formis. Formæ enim sunt virtutes, aut vitia. Et virtus, & vitium sunt de capitulo relationis. Quemadmodū B sanitas est de aliqua temperantia ex rebus calidis, & frigidis. Aut intrinseco, aut in respectu aeris continentis. Et similiter pulchritudo etiam, & fortitudo sunt de capitulo relationis: sunt enim dispositiones animalium in respectu nobilissimi animalium. Et dico laudabilissimam dispositionem, illam, quæ est naturalis pura. Et, cum virtutes, & vitia sunt de capitulo ad aliquid: & illa, quæ sunt de capitulo ad aliquid, non habent generationem, neque vniuersaliter alterationem, manifestum est quod alteratio non est in formis.

Cum declarauit quod in genere qualitatis, quæ est in quantitate, non est alteratio, incœpit etiam declarare hoc in alio genere prædicamenti qualitatis, scilicet in formis, quæ sunt in anima, & in animato: & incœpit a formis quæ sunt in corpore, Et dixit declaratum est igitur quod alteratio, &c. id est, & cum declaratum sit quod alteratio non est in eo, quod generatur, neque in eo, quod est de genere generati. id est, de genere formarum, manifestum est quod non est etiam in formis, quæ sunt in animato: & narrauit hoc, & dixit formæ enim sunt virtutes, aut vitia, scilicet quoniam omne, quod attribuitur corpori animalium, est aut virtus, aut vitium, scilicet aut virtus corporalis, vt pulchritudo, & fortitudo, aut vitium, vt turpitudo. Deinde posuit aliam propositionem, & est ꝙ virtutes, & vitia sunt relatiua. Et, quia hoc in quibusdam manifestius est, quam in quibusdam, incœpit exemplificare de apparentibus, vt declararet illa quæ latent, & dicit quemadmodum sanitas, &c. id est, & quemadmodum manifestum est quod sanitas est aliqua temperantia, id est, mediocritas inter res calidas, & frigidas, aut in complexiones corporis & membrorum, aut in rebus continētibus corpus in respectu corporis: Medium autem relatiuum dicitur in respectu extremorū. Similiter apparet hoc in fortitudine, & pulchritudine, quoniam sunt relatiuæ. Et, cum declarauit quod fortitudo, & pulchritudo sunt sicut sanitas, incœpit dicere illud, in quo conueniunt, ex quo certificatur ea esse relatiua, & dixit, sunt enim dispositiones, &c. id est, & pulchritudo, & fortitudo sunt in capitulo ad aliquid, sicut in sanitate: quia pulchritudo, & fortitudo, & aliæ formæ corporales similes his sunt dispositiones laudabiles in animalibus, quæ non intelligūtur, nisi in respectu laudabilissimę dispositionis, scilicet in respectu animalis nobilissime dispositionis. Et omne, q̄d intelligit̃ in respectu alterius, est ad aliquid necessario. Dispositio.n. laudabilissima aīalis est, vt in omnibus dispositionibus suis sit secūdm cursum naturę: & pulchritudo in aliquo aīali est dispositio in forma creaturæ, cōsiderata secūdum dispositionē, quā habet in creatione re- 17

Mediū relatiuū dr̄ in respectu extremorum.

Omne, quod intelligit̃ in respectu alterius, ē ad aliquid necessario.

Quæ sit dispositio laudabilissima ī animali, & quid sit pulchritudo.

T. com. 10.

spectu nobilissimi animalium in illa specie, & est illud, quod in omnibus suis dispositionibus est secundum cursum naturæ. Et similiter fortitudo est dispositio secundum cursum naturæ eius in potentia. & quod fortitudo ad aliquid manifestum est: non enim dicitur, nisi in respectu debilitatis, & similiter est de pulchritudine, cum dicatur in respectu turpitudinis: est enim vniuersaliter proportio inter membra media, & extrema. Et, cum declarauit quod istæ formæ sunt ad aliquid, & dixit &, cum virtutes, & c.i. &, cum sit declaratum quod formæ, & virtutes corporales sunt ad aliquid: & sit declaratum in quinto istius libri quod in prædicamento ad aliquid non est generatio, neque transmutatio, neque alteratio: manifestum est, quod sequitur in prima figura, quod in formis corporalibus, & inanimatis non est alteratio.

a Pulchritudo est proportio inter membra media, et extrema.

Neque circa virtutes animæ, & malitias. Virtus enim perfectio quædam est. Vnumquodque enim, tunc maxime perfectum est, cum attingit propriæ virtuti. Et tunc est maxime secundum naturam. Sicut circulus, tunc maxime secundum naturam est, cum maxime circulus sit. Malitia autem corruptio horum, & remotio est.

Vnumquodq; tunc maxime perfectum est, cum attingit propriæ virtuti, & tunc maxime est secundum naturam. 5. phys. t. co. 10.

Neque etiam in virtutibus, & vitiis animæ. Virtus enim est aliqua perfectio. Vnaquæque enim rerum, tunc est perfecta in illa hora proprie, in qua peruenit ad virtutem propriam. Et erit in fine dispositionis naturalis. Quemadmodum circulus, tunc erit in dispositione naturali, cum erit circulus in fine. Vitium autem distat, & separatur ab illa.

18 Cum declarauit quod alteratio non est in genere qualitatis, quæ est in quantitate, in eo quod est quantitas, incœpit declarare hoc in formis animatis, & incœpit in hoc a virtutibus moralibus antequam a comprehensiuis. Et dixit neq; etiam in virtutibus, & vitijs animæ. D. induxit signum super hoc, & dixit virtus. n. est aliqua perfectio. i. & in perfectione non est motus alterationis: ergo in virtute non est alteratio: cum generatio eius non sit alteratio. Et, cum posuit quod virtutes sunt perfectio, & intendit declarare quod perfectio non est alteratio, incœpit declarare propositionem, per quam declaratur hoc, & est quod perfectio non est diuisibilis: alteratio autem est in re diuisibili secundum magis, & minus, vt dictum est in quinto de motu, scilicet quod non inuenitur, nisi in rebus diuisibilibus: & dixit, quoniam vnaquæq; rerum est perfecta in illo tempore, in quo peruenit, & c. id est, & perfectio est indiuisibilis: quoniam aliquid non fit perfectum, nisi in tempore, in quo peruenit ad perfectionem: & causa in hoc, quod istud tempus est indiuisibile, est, quoniam illud, ad quod peruenit in illa hora est indiuisibile: & est perfectio, quia est finis rei naturalis, & finis est indiuisibilis. D. d. & erit in fine rei naturalis, id est, & ens erit in eo in fine rei naturalis: & cum hora, in qua inuenitur perfectio, est indiuisibilis, & est declaratum quod omnis motus est in diuisibili, manifestum est quod alteratio non est in perfectione. Et, cum posuit quod perfectio est in fine rei naturalis, & quod finis rei naturalis est indiuisibilis, incœpit demonstrare hoc in circulo: cum hoc manifestum sit in eo, scilicet quoniam est perfectio indiuisibilis: non. n. est circulus magis quam circulus: & dixit quemadmodum circulus, & c. i. & perfectio rerum naturalium est indiuisibilis, quia sunt in fine, non ante: sicut est dispositio in circulo. Quoniam perfectio eius est, quando fuerit in fine: non enim est circulus ante finem, & q. d. & perfectiones sunt indiuisibiles, quia perfectiones sunt similes perfectioni circuli, quemadmodum circulus non est circulus ante finem. Similiter est in alijs perfectionibus. Et, cum declarauit quod virtus est indiuisibilis, declarauit hoc etiam in vitio, & d. & vitium, & c. i. & vitium est separatio, & remotio ab illa fine indiuisibili. &, cum iste finis est indiuisibilis, ergo & illud, quod distat ab eo maxime est indiuisibile, & sic non est medium inter virtutem, & vitium. Motus autem est in eis, inter quæ est medium, vt declaratum est in quinto, & totum hoc intellectum est ex suis verbis potentialiter.

Perfectio est indiuisibilis, quia est finis rei naturalis, & finis est indiuisibilis. Idem 6. ph. t. co. 46.

Motum esse in eis, quæ habent medium

Fit

A Fit igitur cũ quoddam alteratur, & acceptio virtutis, & remotio malitiæ, alteratio tamen horum neutrum est. Quod autem non alteretur aliquid horum manifestum est. Virtus enim, aut impossibilitas quædam est, aut passibile est sic. Malitia autẽ passibilis est, aut contraria passio est virtuti. Et hoc totum est, ꝙ moralem virtutem in voluptatibus, & tristitiis esse accidit. Aut enim secundum actum est, ꝙ est voluptatis, aut per memoriam, aut ꝑ spem. Si igitur secundum actum est, sensus est causa. Si vero per memoriam, aut per speme ab ipso est, aut enim similia passi sumus, reminiscẽtibus voluptatis, aut qualia patiemur sperantibus. patet hic, & 5. ph, t, c, 22.

Et diminutio à virtute, & denudatio à vitio fiunt, quando aliquid alteratur. Sed neutrum est alteratio. Et signum eius quod aliqua alterantur manifestum est. Virtus enim est aut inreceptibilitas passionum, aut receptio earum tali modo. Vitium autem est receptio passionum contrario modo, illi, quo virtus recepit eas. Et vniuersaliter accidit quod virtus moralis sit in modis voluptatis, & tristitiæ. Voluptas enim aut est actu, aut per rememorationem, aut spe. Eius autem, quod est actu, causa est sensus. Illud autem, quod est per rememorationem, aut per spem, erit secundum hoc. Voluptas enim accidit nobis, aut per rememorationem eius, quod habuimus ex ea. Aut per spem ad illud, quod habendum est.

Cum declarauit quod in qualitate, quæ est in quantitate, non est alteratio, & quod generatio eius sequitur alterationem, & declarauit quod in virtutibus animæ non est alteratio, vult declarare quod sequuntur alterationem, quod non fecit in formis corporalibus: quia manifestum est eas sequi alterationem. Et dixit, & diminutio, &c. id est, & vitium, & virtus fiunt a rebus alteratiuis: sed factio earum in se non est alteratio, cum sint indiuisibiles, vt declaratum est. Deinde induxit signum super hoc, & dixit, & signum, quod aliqua alterantur, manifestum est, quorum alterationem sequitur factio virtutum, & vitiorum. Virtus enim aut est prohibitio vitiosi a receptione passionum corporalium, aut est receptio passionum modo terminato: & quomodocunque fuerit necesse est vt sequantur passionem. Si autem fuerint mediæ in passione, sicut est verum, Manifestum est, quoniam sequuntur medium in passione. Ipsa enim passio corporalis erit ꝑ alterationẽ, immo est ipsa alteratio: & similiter si sequitur impassibilitatem. Prohibitio enim a passione praua erit per passionem contrariam illi passioni prauæ. Et, cum dixit quod virtus sequitur alterationem, cum sequitur passionem, & passio est alteratio, dixit hoc etiam in vitio, & dixit, vitium autem est, &c. id est, vitium autẽ sequitur receptionem passionum, quæ sunt contrariæ passionibus, quas sequuntur virtutes. Sed quæritur quomodo dicitur quod virtus sequitur passionem laudabilem, & vitium passionem illaudabilem, & passio laudabilis, & illaudabilis sequuntur virtutem, & vitium. Virtus enim est habitus, per quem patitur passionem laudabilem, Et vitium est habitus, per quem patiatur passionẽ illaudabliem. Ad hoc autem dicendum est quod isti duo habitus acquiruntur cõsuetudine passionũ laudabilium, aut illaudabilium. Ergo existentia eorum perfecte necessario sequitur passionem Et, cum sit declaratum quod virtus, & vitium sequitur passionem & est declaratum quod passio est alteratio: sequitur ex hoc, quod virtus, & vitium sequuntur alterationem. Deinde dixit, & vniuersaliter accidit, &c. id est, & virtus moralis est in voluptabili, & contristabili, scilicet in querendo volupiabile, & fugiendo contristabile, secundum quod oportet, & quando oportet, & intende 19 Dubium. Solutio.

bat per hoc dicere quod virtus sequitur passionem, Nam quærere voluptabi[le] & fugere contristabile sequũtur passionem. Et syllogismus componitur sic, V[ir]tus inuenitur in contristabili, & voluptabili: Et contristabile, & voluptabile [se]quuntur passionem: Ergo virtus sequitur passionem. Et similiter declarabi[tur] hunc syllogismum in vitio. Et, quia voluptabile aliud est in præterito, & aliud [in] futuro, declarauit hoc, &c. d. voluptas enim aut est in actu, &c. & intendit per a[ctum] tempus præsens, & per rememorationẽ præteritum, & per spem futurum. Et, quia vnusquisque istorum trium modorum voluptatis proprius est alicui v[ir]tuti virtutum animæ, & dixit eius vero, quæ est in actu, causa est sensus: id e[st vo]luptatis enim, quæ est in actu, causa est, quia comprehenditur sensu, qui est in a[ctu]. Et eius, quæ est per spem, causa est sensus: sed de sensu, qui est in potẽtia, [qu]iam exiuit in actum proprium, est virtuti rememo ratiuæ, & ille qui futurus e[st] imaginatiuæ. Delectamur enim per rememorationem, quando imaginati fum[us] illud rememoratum, q. iam exisset in actum. Et similiter est de sperato. O[mnia] t[amen] pendẽt a sensu, & ideo dixit, voluptas enim accidit nobis, &c. Et, q. intende[]bat per hoc confirmare quod voluptas fit a passione, quæ fit a sensibili &, q[uia] voluptatio est per speratum, & illud quod fiendum est, potest hic fieri conclu[sio], scilicet quod voluptas sequitur passionem a sensibili. Quoniam necesse est, [vt vo]luptas fit passio, aut sequatur passionem, vt facta, sit a passione sensibili: & [im]positum quod passiones fiant a sensibilibus, & insensibilibus. Et ideo dissol[uit] quæstionem, narrando quod voluptas in præterito, & futuro est sensibile in p[o]tentia: & quod comprehensio sensibilis in potentia, & in actu, sequitur ea[m ne]cessario passio. B

Delectamur p[er] memorationẽ, q[uan]do imaginati sumus illud rememoratum, q. iã existet in actum.

At vero neq; in intellectiua parte animæ est alteratio. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur, hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam potentiã motis fit in nobis, scientia, sed existente quodam. Ex ea enim, quæ est secundum partem experientia, vniuersalẽ accipimus scientiam. Neq; igitur, actus generatio est, nisi aliquis in spectionem, & tactum generationes dicat. Huiusmodi enim est actus. Quæ autem ex principio est acceptio scientiæ non est generatio, neque alteratio. In quiescendo nanq;, & sedendo anima sciens fit, & prudens. Sicut igitur, neque cum dormiens surgat aliquis, aut ebrius pauset, aut infirmans ordinetur, factus est sciens, quamuis prius non poterat vti, & secundum scientiam agere. Sed mutata perturbatione, & in statum reueniente intellectu inerat potentia ad scientiæ congruitatem. Huiusmodi igitur aliquid fit, & quod est ex principio in scientiæ existentia. Turbationis enim quies quædam est restitutio. Neq; igitur infantes possunt addiscere, neq; iudicant sensibus, similiter seniores multa enim turbatio circa hos, & motui. sedatur autem, & pausatur turbatio, aliquando quidem, a natura, aliquando autem ab aliis. In vtrisq; autem his alterari aliquid accidit, sicut cum surgat, & fiat vigilans ad actum. Manifestum igitur quantum ipsum alterationis in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ, & in alio nullo, nisi secundum accidens. C

Lrã bizansij, ex eo nã q; qa ptur bationes sedant, & trã quilla fit anima sciens quispiã atq; prudens eua dit.

Neq; in parte distinguente de anima est alteratio. Sciens enim, & cognoscens dignius dicetur de capitulo ad aliquid, & hoc manifestum est. Quoniam cognitio non est in cognoscente, ita quod aliqua po tentia omnino moueatur, sed cum aliquid fuerit. Quoniam

A per experientiam rerum particularium comparamus cognitionem uniuersalē. Neq; intellectus est ēt generatio. Nisi quis dicat, quod videre etiam, & sentire est generatio: & quod tale est, Intelligere: & acquirere cognitionem in principio nō est generatio, neq; alteratio. Homo enim sit sciens, & intelligens quando anima eius quia scit, & firmatur. Quemadmodum igitur homo, quando expergesit à somno, aut quando deinebriatur, aut quando fuit infirmus, non dicitur ipse fieri sciens, licet prius non habebat potentiam vtendi scientia, neq; operandi ea. Deinde postquam recessit ab illa cōturbatio, & quiescit intellectus, inuenitur in eo ista potentia, quæ fit: ita est in eo, quod inuenitur in principio in dispositione cognitionis. Cognitio enim est quies, & rectitudo. Neq; pueri etiam possunt addiscere, aut cōicare in sensibus, sicut plurium annorum. Nam conturbatio, & motus in pueris est multa. Et ista conturbatio rectificatur, & cessat quædam à natura, & quædam in aliis rebus, vt a disciplina, & a B similibus. Et in istis duobus necesse est vt aliquid alteretur, sicut est dispositio eius, quod expergesit à somno, & est somnus apud actū. Manifestum est igitur quod alteratio est in sensibilibus, & in parte sensibili animæ, in aliis autem non, nisi per accidens.

Cum declarauit quod inter parte rationabili operatiua non est transmutatio, vult declarare, quod neque in parte comprehensiua animæ fit transmutatio, neque alteratio. Et dixit, neque in parte distinguente, & intendit per partem distinguentem, comprehendentem: & est virtus sensibilis, & imaginatiua, & rationabilis. Deinde dicit cognoscens enim dignius est, &c. id est, & signum eius est, quod generatio istorum videtur esse de genere relationis, & maxime partis rationabilis. Est enim dignius vt existimetur esse de capitulo ad aliquid, quam de qualitate: & intendit quod esse comprehensionem in nobis non est aliquid factum in se, sed in respectu ad nos, scilicet quando anima fuerit præparata ad recipiendum illas comprehensiones: vt ferrum præparatur per tersitudinem ad recipiendum lucem, & alios colores, & formas. Non quod comprehensiones generentur in se, quod ante non erant. Et hoc, quod dixit, manifestius est in intellectu, quam in aliis virtutibus compre- C hensiuis, & ideo dixit cognoscens enim, &c. Sed intendebat per cognoscens intellectum. Et forte intendit per cognoscens, omnes virtutes comprehensiuas: & erit ista comparatio inter illas, ad alias partes animæ non rationabiles, scilicet morales. Deinde dicit, & hoc manifestum est, &c. id est, quoniam cognitio non fit in cognoscente, ita, quod pars cognoscens sit transmutata, sed fit quando aliud aliquid transmutatur, sicut est dispositio in omnibus relatiuis, Verbi gratia, in columna. Columna enim non transmutatur in se, quando de sinistra posita est dextra, sed aliud. Verbi gratia, Sor. Et similiter est dispositio in factione cognitionis: quoniam hoc non fit ita, quod pars cognoscens transmutetur, sed quod aliud transmutatur, & est illud, in respectu cuius dicitur illa cognitio. Et, cum narrauit quod cognitio fit in nobis, non ita, quod pars cognoscens transmutetur, sed aliud, dixit, quid est illud aliud, & dixit, quoniam ex experientia, &c. id est, quoniam cognitio fit in nobis, quando transmutatur per receptionem particularium, & considerationem eorum: quoniam, cum consideramus particularia, fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis secundum relationem ad illa, scilicet quod, cum apud nos fit ex aliqua specie plus quam vnum particulare, statim fit in nobis species vniuersalis, absq; eo, quod in ipsa fiat transmutatio, D. d. neq; intellectus ēt, &c. i. & ad dicendum 10

Oppositum me. 10. c. 22. Scīa, & cognitio digni' est vt sint ī ca. ad aliq d quam in qualitate. pro hoc vide. 5. met. c. 20.

Cū consideramus particularia, fit ex hoc co-

quod intelligere est gñatio non habet viã ad dicendũ hoc: nisi dicat qđ videre, & vltr sentire est gñatio. Et dixit hoc. quia ꝓportio intellectus ad intellectum est sicut ꝓportio sensus ad sensatum. Si igitur aliquis dixerit qđ factio istorũ est passio, & transmutatio, s. qđ sequitur alterationẽ, scđm quod est vera gñatio, pōt dicere hoc in intellectu. Qui aũt non dicit hoc in sensibus minus dicit in intellectu. D. incœpit ꝓbare qđ cognitio fit in nobis sine gñatione per rōnes probabiles, & dixit, & acquisitio cognitionis, &c. & intendit a principio, non secũdũ rememorationẽ. D. d. hō. n. &c. i. & necesse est ut cognitio fiat in nobis sine gñatione, quia visum est quod hō non sit cognoscens, nisi qñ quieuerit, & rectificata fuerint accidentia animæ apud separationẽ a pueritia. Et intendit qđ scīa non est in pueritia in actu, sed accidentia appetibilia, & vltr humores, vt dixit Plato, impediunt puerum: & iō assimilauit ipsum dormienti, & ebrio, & infirmo: & dixit, quẽadmodum igitur hō, &c. i. quemadmodũ, qñ hō fuerit dormiens, & expgesit, & reuersa est ad illũ cognitio eius, aut qñ est liberatus ab ebrietate, aut ab infirmitate, non dicitur acquirere scīam, qꝛ non habebat prius, s. scīam gñatã in se, postqꝛ non fuit, ita ẽt non dicimus in scīa, q̃ acquiritur a principio, quod est scīa gñata in se, sed gñatio eius in sciente est scđm relationem: sicut lux generat in speculo ferri terso. D. d. licet prius non habebat potentiã, &c. i. qm̃ quemadmodũ dicimus in dormiente, qñ expgesit, ipsum hr̃e scīam, qꝛ prius habebat, nō potentiam vtendi, i. qm̃ non erat existens in actu in anima eius, ita dicimus in scīa acquisita a principio. Et non intendebat p hoc, qđ dixit in dormiente, qđ scīa reuertitur ad illã, qꝛ prius non habebat in potentia vtendi. Et hoc, qđ assimilauit sciam acquisitã a principio sciæ acquisitæ post somnũ, ita, qđ scīa acquisita a principio acquiratur illo mō, quo acquiritur post somnũ: nã hoc est ipoẽ: sed intendebat per potentiam vtendi ipsam esse in aīa eius in actu, nō a gñatione. D. induxit aliud signũ, & dixit, cognitio. n. ẽ quies, & rectitudo, i. & iō cognitio existit in nobis in principio p quietẽ animæ, & rectitudinẽ accidentium: & si generetur, tunc existentia eius esset apud transmutationẽ. D. induxit signũ de pueris, & dixit, neq; pueri ẽt, &c. i. & hæc est cã in hoc, qđ pueri non addiscunt, antequam pertranseant pueritiam, neq; cōicant cũ eis qui sunt pluriũ annorũ, neq; titate eius, qđ comprehendunt de differentijs sensibilium, s. quia humor, & motus abundat in eis. D. dixit, & ista conturbatio, &c. & intendit per naturam etatem, & per alias res consuetudinem, & exercitium. Exercitium. n. largitur naturæ hoīs præparationem, q̃ in ea non erat ante: & non est remotũ vt virtus, s. moralis operetur in hoc, & maxime castitas. D. d. & in istis duobus, &c. i. & in translatione, qꝛ habent pueri de ignorantia ad cognitionem pp etatẽ, aut p disciplinam, necesse est vt alteret. V. g. per subiectũ animæ, qđ est calor naturalis, sicut accidit ei qui expergesit a somno, vt alteretur per alterationem alterius partis in eo, a parte, quæ intelligit. V. g. caloris naturalis. Et intendebat per oia ista ponere qđ anima non alteratur per se, sed per accidens. Si aũt facta est, tunc esse eius sequitur essentialiter alterationem. Si autem non est facta, tunc esse eius in nobis sequitur alterationem, non esse eius in se, sicut est dispositio in somno. Et hoc manifestius est in intellectu, qꝛ in cæteris partibus animæ cognoscentibus. Et iam declarauit ipse in libro de aīa quod esse compræhensibilium sensus sequitur in se alterationem essentialiter, postqꝛ induxit ista signa sufficientia, quibus vsus est hic. In intellectu aũt multũ latet: & iam considerauimus de hoc in libro de aīa. hic aũt non intendebat declarare quod aīa intelligibilis, aut intellectus non sequitur in suo esse transmutationem essentialiter, sed intendebat declarare quod in ea non est transmutatio. Sunt. n. tria, quorũ vnum est vtrum substantia intellectus, aut aīæ sit transmutatio, & alteratio. Secundũ vero est vtrum suum esse in se sequatur transmutationem, & alterationem essentialiter ita, quod sit facta in rei veritate. Tertium aũt est, vtrũ suum esse sequatur alterationem per accidens, s. scđm qđ est in nobis, nō ~~scđm quo~~d est in se. Et quia, si fuerit declaratum ipsam esse alteratam per accidens, tunc dignior erit, vt non sit alterata in sua substantia, quam vt sequatur alterationem essentialiter, Et quod, si ex vtraque opinione sequitur vt non sit alterata in sua substantia, & est illud, quod

A

B

C

gnitio vl̃is ĩ nobis. Idem 12. me. c. 4. & in fin. 2. poste.

Proportio ĩtellectus ad intellectũ ẽ sicut ꝓportio sensus ad sensatũ. Idẽ 3. de aīa. t. c. 3.

Exercitium largitur naturæ hoīs præparationem, q̃ in ea erat ante, & non est rememoratũ, vt in hoc opetur virt' moralis, & maxime castitas.

A tendebat, viditquod melior doctrina in hoc est inducere sermones, ex quibus videtur ipsam esse alteratam per accidens, Quoniam, cum hoc fuerit existimatum, s. ipsam est alteratam per accidens, tunc mens non cogitabit in hoc, quod nõ sit alterata in substantia. Sed illud, de quo cogitabit tunc, est, vtrum sit posibile, vt in suo esse sequatur alterationem essentialiter, aut non. Et, cũ non accidit ei in hoc, nisi altera duarũ cogitationũ, pp illa signa sufficientia, q̃ sunt in prima cogitatione, s. qm̃ non accidit ei, vt sit alterata in sua substantia, manifestum est qđ qui audiuerit ista signa, non dubitabit in hoc quod est non transmutata in sua substantia. Sed remanebit ei secunda possibilitas: hoc igitur est ꝙ Ari. intendebat in hoc loco, ꝙ aĩa est transmutata per accidens, s. in nobis, non quod hæc sit opinio eius: sed intendebat demonstrare vim istius opinionis: Vt, cũ hõ sciuerit illa signa, habebit pro impossibili, vt sit alterata in sua substantia, & non remanebit ei cognitio, nisi inter duas alias intentiones. D. d. manifestũ est igitur de alteratione, &c. & intendit per sensibilia tangibilia, & colores, & sapores, & odores, & per partem sensibilem corporalem aĩæ passiones, factas in virtute concupiscibili, quas sequuntur passiones corpales, vt rubor verecundiam, & pallor timorẽ. Et vocauit hanc partem corporalem, quia indiget corpore: & ideo nullus existimat ꝙ illa pars animæ potest separari. Sed quæritur hic, quare tacuit hic speciem qualitatis, quæ dicitur potentia, & impotentia naturalis. Et Alex. dicit
B qđ iã declaratũ est vniuersaliter quod non est qualitas: & intendit, vt mihi videtur, ꝙ res agũt p suas formas, & patiũtur p materias: & formæ, & materiæ sunt substantiæ necessario. Et forte intẽdit quod declaratum est vniuersaliter quod nõ est qualitas alterabilis, qm̃ est forma: & declaratum est quod formæ non sunt alteratio, sed sequuntur alterationem.

Ista nõ est opi. Ari, sed ĩtẽdebat demõstrarẽ uim istius opinionis.

Vide de hac re Auer. 5. me. c. 19.

*Ostendit, qui motus sunt comparabiles adinuicem.* *Cap. IIII.*

Dubitabit autem aliquis, vtrum est motus omnis omni cõparabilis, aut non. Si igitur est omnis comparabilis, & æqualiter velox est, qui in æquali tempore per æquale spatiũ mouetur. Erit ergo circulatio quædam æqualis rectæ, & maior, & minor. Amplius autem alteratio, & loci mutatio æqualis est, cum in æquali tempore aliud quidem alteretur, aliud vero ducatur. Erit ergo æqualis passio longitudini, sed hoc impossibile est.
C Si ergo cum in æquali tempore secundum æquale moueatur, tunc æqualiter velox est. Aequalis autem non est passio omnis longitudini. Quare non erit alteratio loci mutationi æqualis, neq; minor. Quare non omnis comparabilis est.

Et quæritur vtrum motus coniungetur cum motu, aut non. Quoniam, si omnes motus coniunguntur sibi, & conuenientia in velocitate sunt illa, quæ in tempore æquali mouentur per æquale. Tunc aliquis motus circularis erit æqualis recto. Ergo aliquis motus circularis erit maior, aut minor illo, & alteratio, & translatio erunt æquales cum in tempore æquali hoc alteratur, & hoc mutat locum. Ergo passio erit æqualis longitudini, sed hoc est impossibile. Quoniam, tunc velocitas est æqualis, quando duo pertranseunt in æquali tempore aliquod æquale. Sed passio, & longitudo, non sunt æquales, ergo neque alteratio, & translatio sunt æquales. Neq; vna minor est alia. Vnde necesse est vt non omnis motus coniungatur cum omni motu.

Haec est quarta quæstio istius tractatus. In prima enim declarauit quod omne motum habet motorem, In secunda vero, quod omnia mota in loco re- 21

ducuntur ad primum motũ, quod mouetur a motore ĩ ipso. Tertia aũt est qđ omnis motor est insimul cum eo, quod ab eo mouetur in loco. Quarta vero est ista, vtrum omnis motus habet proportionem cum omni motu. Et dixit, & quaeritur, &c. & intendit per coniunctionem superpositionem, & mensurationem, ita, quod oẽs motus possunt diuersari secũdum magis, & minus. D. qm̃, si oẽs motus &c. i. quoniam si omnes motus mensurent se adinuicem, aut superponuntur sibi adinuicem, sequitur vt motus circularis sit aequalis recto. Quoniam, si duo motus fuerint superpositi, aut mensurantes se adinuicẽ, tunc duo spatia, per quae sunt motus, erunt talia. Et hoc intentendebat, cum dixit, & conuenientia in velocitate, &c. Et, cum induxit hoc improbabile, induxit aliud maius, & dixit & erit etiam alteratio translatio aequalis &c. id est, &, si quilibet motus mensuret quemlibet motum, sequitur aliud inopinabilius p̃dicto & est vt alteratio sit aequalis trãslationi, cum fuerint positę in tempore aequali. Deinde induxit impossibile, qđ sequitur ex hoc, & dixit, ergo & passio erit uaequalis longitudini, id est, &, si alteratio est aequalis longitudini, necesse est vt qualitas sit aequalis loco, aut minor, aut maior. Deinde induxit causam in hoc, qđ est impossibile, & dixit, sed hoc est impossibile, &c. i. est, sed hoc est impossibile, quia aequalia in velocitate dicuntur ęqualia, quia in eodem tempore pertranseunt idem spatium in quantitate, & qualitate &, si in translatione, & alteratione inuenitur aequalitas, necesse est vt qualitas, sit aequalis loco: quod est valde inopinabile. &, cum hoc multum apparet in alteratione, & translatione, scilicet quoniam non dicuntur vniuoce, induxit conclusionem intentam, ita, quod iam compleuit suam declaratioñẽ, & dixit & ergo necesse alteratio est aequalis translationi. Et cum declarauit q̃ alteratio non est aequalis translationi, dixit. ergo necesse est vt non omnis motus, &c. i. vt non omnis motus mensuret omnem motũ: cum alteratio, & translatio sint motus, tamen non aequales: & mensurantia se adinuicem sunt illa, in quibus inuenitur aequalitas: & quia, aliquantulum est dubium de coniunctione motus translationis recte cum circulari, reuersus est ad illum.

*Mot' circularis nõ est aequalis recto. Idẽ ph. c. 129.*

*Mẽsurãtia se adinuicẽ sunt illa, in qbus inuenitur aequalitas.*

In circulo autem, & recto, quomodo contingit. Inconueniens quidem est, nisi sit in circulo similiter hoc aliquid moueri, & hoc in recto. Sed mox necesse est aut velocius, aut tardius moueri, sicut si hoc moueatur deorsum, hoc autem sursum.

Sed considerandum quomodo est de circulo, & linea recta: Quoniam turpe est dicere, quod hoc impossibile est, vt moueatur circulariter, & mouetur idem recte, & eodem modo. Sed necesse est, vt cum mouetur taliter vt motus eius sit velocior, & tardior. Sicut est necesse in eo, quod mouetur quandoq; superius, & quandoq; inferius, & hoc non nocet.


22 Cũ induxit inopinabile, quod contingit, si motus rectus sit proportionalis motui circulari, incoepit inducere modum, quo potest quis existimare quod isti positioni non sequitur improbabile, Et dixit, sed considerandum est, &c. id est, quoniam manifestum est quod motus alterationis non est proportionalis motui translationis, sed illud, de quo perscrutandum est, est vtrum motus rectus sit proportionalis motiui circulari, & ipse circulus lineae rectę: quoniam si inter motum circularem, & rectum fuerit proportio, necesse est vt causa in hoc sit, quoniam inter lineã circularem, & rectam est proportio. & ideo perscrutatus est hic de circulo, et linea recta, & dixit sed cõsiderãdum est &c. Deinde induxit modum quo existimatur qđ non sequatur hanc positionem improbabile, & dixit malũ enim est dicere, &c. i, inconueniens est enim dicere quod impossibile est vt aliquid moueatur circulariter motu aequali in velocitate sui motui recto. Sed necesse est in eo, quod mouetur circulariter, & mouetur recte, vt alter motus sit aut velocior, aut tardior, aut aequalis, Et hoc intendebat, cum dixit, sed necesse est vt

A moueťur,&c.id eſt,quoniam quemadmodum motus rectus eſt velocior, & tardi-or alio motu recto, Et ſimiliter circularis cum circulari, ita eſt de recto cum circulari.D.d.& hoc non nocet, id eſt,& exiſtimatur quod nullum inopinabile ſequitur ex hac poſitione.

Amplius nihil differt in ratione,ſi aliquis dicat neceſſariũ eſſe velocius mox,aut tardius moueri.Erit.n.maior,& minor circulus illo recto,quare & æqualis: Si.n.in,a,tẽpore ipſum,b, trãſiuit, aliud aũt ipſum,c,maius erit,b,ipſo,c,ſic.n.velocius aſſe dictũ eſt.ergo,& ſi in minori æquale,velocius eſt.Quare erit aliqua pars ipſius ,a, in quo ipſius,b, circuli trãſibit,cũ in toto,a,ipſum,c.

Si igitur aliquis dixerit,quod hoc neceſſe eſt vt motus in loco ſit velocior,& tardior,quoniã motus circularis debet eſſe maior,aut minor motu recto,ex quo ſequitur vt ſit æqualis ei.Quoniã, ſi aliquod motum mouetur in tẽpore,a,motu,b,velocius quam motu,c, quoniam hoc modo vocabimus velocius.Neceſſe eſt vt ſi mouetur, in minori tẽpore æqualiter,ſit velocius. Ex quo ſequitur, vt tempus,
B in quo,b,pertrãſit circulum,ſit pars temporis,a, & in quo pertrãſit, a,lineam c,ſit totũ tempus.

*Oſtenſio,quod ſi motus circularis ſit maior, vel minor in velocitate,quam rectus,quod poſſit etiam æqualis eſſe.*




Cum dixit qđ viſum eſt qđ inter motum circularem,& rectum eſt comparatio, ſecundũ velocitatem, & tarditatem,ſicut accidit hoc in motibus rectis,cum omnes ſint ĩ loco, Incepit declarare quomodo ſequitur, ſi dicantur velociores, & tardiores,vt dicantur ęquales. Et iterauit ſermonem a capite, Et dixit, ſi igitur aliquis dixerit,&c.id eſt,ſi igitur aliquis dixerit quod neceſſe eſt vt in quibuslibet duobus motibus poſitis in loco,vt alter ſit velocior, & alter tardior.Quoniam omnes duo motus diuerſi in loco, alter eſt maior,alter minor: & cum magnitudo, & paruitas in ueniãtur in eis,ergo velocitas, & tarditas: ergo & æqualitas. Omne enim, in quo poteſt eſſe velocius, & tardius,poteſt eſſe æquale. Et, cum poſuit quod omnes duo motus in loco poſsibile vt alter ſit maior, & reliquus minor,Et omne,in quo inuenitur velocitas, & tarditas, inuenitur æquale. Et poſuit quod motus rectus, & circularis, ſecundum quod ambo ſunt

In loco, inuenitur in eis velocitas, & tarditas secundum magis, & minus, conclu-
sit ꝙ in motu recto, & circulari inuenitur velocius, & tardius, ergo & æquale.
Et quia ad certificandum propositionem dicentem quod omne, in quo inuenitur
velocius, & tardius inuenitur in eo æquale, melius est vti exemplificatione, di-
xit quoniam, si aliquod motum mouetur in tempore a, &c. i. ponatur igitur quod
aliquod motum circulare, V.g.b. mouetur in tempore, a, motu velociori, quam
motus alterius moti, quod mouetur in eo, V.g.c. Ergo necesse est, vt velocius
pertranseat spatium æquale ei, quod pertransit tardius in tempore minori. Talis
enim est diffinitio velocioris. D. dixit, ergo necesse est, &c. i. &, cũ sit positum ꝙ
velocius est, illud, quod in minori tempore pertransit æquale spatium, erit etiam
verum conuersum, s. quod illud, quod mouetur in minori tẽpore per æquale spa-
tium est velocius: & intendebat per hoc verificaec definitionem: &, cum fuerit
coniunctum huic quod motum circulare potest esse velocius, aut tardius recto, con-
cluditur ex hoc quod motum circulare, & rectum mouentur per spatium æquale
in minori tempore. Et hoc intendebat, cum dixit, ex quo sequitur, vt tempus, i.
& sequitur, cum posuerimus ꝙ motum circulare, s. b, est velocius quam motum,
c, & mota sunt in eodem tpe, s. in a, b, circulare perficiat circulum in parte tem-
poris, a, in toto, compleuit, c, lineam rectam. Et sic possibile est vt aliud motum
per lineam rectam sit velocius, quam motum, c, ita, quod velocitas sui motus
ad motum, c, erit sicut velocitas motus, b, ad motum, c. Ex quo sequitur vt motus
rectus sit æqualis circulari: & hoc intendebat concludere, vt videtur: & dimisit
conclusionem, quia bene apparet ex propositionibus, quas induxit. D. induxit
inopinabile, quod opponitur huic conclusioni.

At verò, si sunt comparabilia, accidit modo dictum, scilicet æqua-
le esse rectum circulo, sed non comparabilia sunt, neq; ergo motus.

**Quęcunque nõ æquiuoca comparabilia sunt.**

Sed quæcunq; non æquiuoca comparabilia sunt: vt quare non compa-
rabilia, vtrum acutus stilus, aut vinum, aut vltima. Quia namq;
æquiuoca sunt, non comparantur. Sed vltima ei, quæ est iuxta vlti-
mam comparabilis est, quoniam idem accidit acutum in vtrisque. er-
go non idem velox & hic, & ibi. Multo autem minus est in alteratio-
ne, & loci mutatione.

Sed si coniungantur, continget illud, quod prius diximus, scilicet
quod linea recta sit æqualis circulo, sed non coniunguntur, neq; con-
iunguntur etiam motus. Sed omnia, quæ non sunt vniuoca, non con-
iunguntur. Verbi gratia, dicere quare ista non coniunguntur, s. elt
acutus perforans, aut vinum, aut neuma quod dicitur vita. Dicamus
quia ista sunt æquiuoca, & ideo non coniunguntur. Sed neuma, quod
dicitur vita, non coniunguntur cum neumate, quod dicitur amara-
ta, quia acumẽ in eis habet eandẽ rationem. Et forte velocitas huius
nõ elt velocitas illic: & hoc dignius est in alteratione, & trãslatione

24

**Motus rect' nõ hẽt rectitudinẽ, nisi pp magnitudinẽ rectã & circularis pp magnitudinem circularem.**

Cum induxit sermonem, ex quo existimatur quod motus rectus est proportio-
nalis motui circulari, reuersus est ad improbabile, quod contingit huic positio-
ni. Et dixit, sed si coniungantur, &c. id est, & sequetur quia motus rectus non
habet rectitudinem, nisi propter magnitudinem rectam, & similiter motus circu-
laris propter magnitudinem circularem. Si igitur motus rectus sit æqualis motui
circulari, contingit necessario vt magnitudo recta sit æqualis circulari: ergo super-
ponantur. Sed notum est quod linea recta non superponitur circulari: & necesse
est, vt illa, quæ mensurant se adinuicem, vt superponantur sibi adinuicem. D. di-
xit illud quod diximus prius, & per se non dixit prius, quod sequitur ex hac po-
sitione, vt linea recta sit æqualis circulari; quoniam hoc sequitur ex illo, quo se

A quitur ex prima positione, s. quod vt motus circularis coniungatur cum motu recto, & est vt motus circularis sic æqualis recto. Quoniam, si ex hoc, qd ponit, qd duo isti motus coniunguntur, sequitur vt sint æquales. Et ex hoc, qd sunt æquales, sequitur vt magnitudo recta sit æqualis circulari. D. dixit, sed non coniunguntur, i. non habebunt proportionem inter se, quia non superponuntur sibi. D. d. neq; etiam motus cōiūgunt, i. & cum inter magnitudines non est proportio: ergo neq; inter motus. D. dedit cām, quare non coniunguntur, & dixit quia omnia, quæ non sunt vniuoca non coniunguntur. D. induxit exemplum de æquiuocis, & dixit, V. g. &c. i. qm̄, si aliquis quæsiuerit quare non est comparatio inter acumen stili perforantis, & vini, & neumatis acuti, quod dicitur acutius acuto, Dicitur quia hoc nomen acumen dicitur in eis æquiuoce. in instrō. n. rōcius est abscindere ligna, in vino autem pungere linguam, in neumate vero percutere auditum fortiter. D. dixit forte velocitas hic, &c. i. & forte hoc verbū velocitas dictum de motu circulari, & de motu recto est etiam equiuocum: & dixit forte quia non ita apparet æquiuocatio in eo sicut in hoc nomine acumen. Et qa hoc apparentius est in velocitate, quæ dicitur de alteratione, dicit & dignius est, &c. i. &, cum dicimus quod hoc nomen velocitas dr̄ æquiuoce de motu circulari, & recto, quantum magis dicitur æquiuoce de alteratione, & translatione.

**Velocitas æquiuoce dicitur de motu circulari, & recto, & multo magis de alteratione, & translatione.**

B Aut primum quidem hoc non verum est quod, si non sint æquiuoca, comparabilia sunt. Multum enim idem significat in aqua, & in aere, & non sunt comparabilia. Si autem non, duplum quidem idem, duo enim ad vnum, & non sunt comparabilia.

Et potest quis dicere, primo quod iste sermo non est verus, s. quod illa, quæ non sunt æquiuoca, coniunguntur. Hoc enim nomen magnum debet habere eandem rationem in aqua, & aere, & non coniunguntur. Deinde, si non fuerit hoc, necessario duplum erit in eadem ratione. Est enim proportio binarii ad vnum, & non coniunguntur.

Cum posuit quod illa, quæ non sunt vniuoca, non coniunguntur, incœpit dubitare super hoc. Et dixit, & potest aliquis obiicere nobis in declaratione eius, quod motus circularis non coniungitur cum recto. Primo vero in propositione dicente, quod illa quæ non sunt æquiuoca sunt proportionalia; non enim omnia vniuoca sunt proportionabilia, V. g. qm̄ hoc nomen magnum eandem habet rationem in aqua, & aere. Sed aqua non coniungitur cum ære, cū sint diuersa duabus differentiis: & etiam duplum eandem habet rationem: nihil. n. aliud est, q̄ C proportio binarii ad vnum: & non omnia, quæ sunt dupla coniunguntur. Cum enim istud mel sit duplum istius aceti, tamen inter mel, & acetum non est comparatio: & hoc intendebat, cum dixit est enim proportio, &c. i. diffinitio enim dupli est proportio binarii ad vnum. vniuoca autem sunt illa, quorum diffinitio est eadem, & non coniunguntur sicut illa quæ sunt dupla adinuicem.

Aut & in his eadem ratio: & enim multum equiuocum est. Sed quorundam etiam rationes ęquiuocæ sunt. Vt, si dicat aliquis q̄ multum tantum est, & adhuc aliud tantum & æquale ęquiuocum. Et vnumquoq; si contingit, statim æquiuocum esse Si autē hoc, & duo.

Ad hoc autem dicamus, quod sermo de istis duobus idem est. Magnum enim etiam est de æquiuocis, sed quorundam nominum diffinitiones etiam sunt æquiuocæ. V. g. quoniam, si aliquis dixerit quod magnum est illud, quod est talis quātitatis, & talis excessus, & quod duplum est æquale his, tunc dicere est talis quantitatis, & æquale erit æquiuocum. Et dicere etiam vnum est æquiuocum necessario. Et, si vnum est tale, & binarius etiam erit tale.

26 Cum dubitauit in propositione, dicente quod vniuoca sunt coniungibilia, quoniam multum, & paucum sunt vniuoca, cum habeant easdem diffinitiones, tamen non coniunguntur in omnibus, quæ dicuntur multa, & pauca, & similiter de duplo, & dimidio, dicit dissoluendo quod ista, & similia non sunt vniuoca vera. Vniuoca enim sunt illa, quorum definitiones sunt eædem voce, & ratione. Definitiones autem istorum sunt eædem secundum vocem, & diuersæ secundum rationé. Et dixit, ad hoc autem dicamus, &c. i. ad hoc autem dicamus, quod dissolutio in istis duobus, de quibus induximus exemplum, est prima dissolutio, quam diximus in causa eorum, quæ non coniunguntur, & est, quia sunt æquiuoca. Aequiuocorum enim alia sunt, quorum definitiones sunt diuersæ voce, & ratione. Alia vero sunt, quorum definitiones sunt æquiuocę, sicut nomina eorum, & hoc intendebat, cum dixit sed quorundam etiam definitiones sunt æquiuocę, id est & ista, de quibus dubitamus sunt huiusmodi: & hoc, quod definitiones eorum sunt æquiuocę, facit existimari ea esse eadem in ratione, sicut est dispositio in multo, & pauco, & duplo, & dimidio. Et, cum dixit quod definitiones istorum sunt æquiuocę, declarauit hoc, & dixit. V. g. &c. i. & hoc quod definitiones istorum sunt æquiuocę, apparet, quoniam si aliquis dixerit in definitione magni, quod est talis quantitatis, tunc hoc nomen quantitas erit æquiuocum: & similiter, cum dixerit in definitione dupli quod est æquale bis, tunc hoc nomem æquale erit æquiuocũ. Et, cum narrauit quod ista nomina sunt æquiuoca in hac definitione, narrauit etiam quod in definitione etiam dicente, quod est illud, cuius proportio ad illud, cuius est duplum, est sicut proportio binarij ad vnitatem, est etiam æquiuocatio, & dixit & vnum etiam est æquiuocũ, i. quod accipitur in definitione dupli, &, si hoc nomem vnum est equiuocum, ergo & binarius erit etiam ęquiuocum. Sed notandum est quod non sunt æquioca pura, sed de mõ æquiuocorũ, quæ dicũtur ambigua.

*Idẽ in prædicamẽtis ç. primo.*

*Aequiuocũ duplex.*

*Aequiuocorũ aliud purũ, aliud ambiguum.*

Quare alia quidem comparabilia sunt, alia vero non, si quidem vna est natura. Aut, quia sunt in alio primo susceptiuo. Equus.n. & canis comparabilia sunt, vtrum albius. In quo enim primo, scilicet superficies, & magnitudo similiter. Aqua autem, & vox non: in alio namq; subiecto sunt.

Et si hoc non fuerit ita, quare quædam coniunguntur, & quædam non, & natura eorum est ęadem. Et potest aliquis dicere quod hoc est, quoniam inuenire hoc in primo recipiente est diuersum. Equus enim, & canis coniunguntur in ratione, secundum quam dicitur vtrũ sit albius. Illud enim, in quo primo inuenitur, est idem, scilicet superficies: & similiter coniunguntur in magnitudiue. Aqua enim, & sonus non coniunguntur, quia sunt in diuerso.

27 Et si dissolutio in magno, & duplo non sit, sicut diximus, & fuerit vniuoca accidet ambiguitas, scilicet quare quædam vniuoca coniunguntur secundum magis, & minus, & quædam non coniunguntur, & naturam rationis, quam significant vniuoca, habent eandem: & dixit hoc, quia notum est per se quod omnia vniuoca debent coniungi secundũ oĩa ex quibus cõtinuãtur. D. incępit cõtradicere huic qõni, & dixit & põt aliqs dicere, &c. i. & potest aliquis dissoluere hanc qõnem: quoniam magnum, & paruum, & duplum, & dimidium, & si sint vniuoca, sunt non coniungibilia, & econtra alijs vniuocis per accidens, scilicet propter recipiens. Quoniam illud, quod significat hoc nomen magnum, & duplum, non diuersatur in se, sed secundũ diuersitatem recipientis. Si igitur acciderit istis diuersitas, erit propter recipiens. Ista igitur non coniunguntur, quoniam subiectum eorũ est diuersum: & coniunguntur, quia eandem habent rationem. D. induxit exemplũ super hoc, & dixit, equus igitur, & canis, &c. i. illa, in quibus accidit, vt sint coniungibilia, scdm quod sunt vniuoca, & cõiungibilia, scdm quod sunt æquiuoca, s. scdm subiectũ eorũ, sunt sicut equus albus, & canis alb' qui cõiũgunt scdm al-

R bedinẽ. Dr. n. q̄ alter est albior reliquo: albedo. n. in eis eandẽ hẽt rõnẽ. nã illud, in quo inuenit̃ albedo, est idẽ, s. supficies. Et intẽdebat qđ ista cõiunguntʼ scđm illud, qđ est vniuocũ in eis, & est color albus, & nõ coniunguntʼ scđm subiectũ remotũ coloris, & est equus, & canis. Et silr̃ est dispõ de magno, & paruo in eis: & hoc intendebat, cũ dixit & sil'r coniunguntur in magnitudine, i. quia magnitudo in eis est eadẽ. D. d. aqua ãt, &c. i. vt mihi vr̃, aqua aũt, & sonus nõ coniunguntʼ, cũ rõ magnitudinis in eis est diuersum in se, s. cũ dicimʼ aqua magna, & sonus magnus. Et hoc nomẽ coniunctio, quo vtitur, in rei veritate est continuatio, ita quod ex istis fit vnum.

Aut manifestũ est, quod erit sic quidẽ omnia vnũ facere. In alio aũt dicere vnũquodq; esse, & erit idẽ ęquale, & dulce, & albũ, sed in alio.

Dicamus autem in hoc, quoniam manifestum est, si hoc fuerit tale, possibile erit vt omnia ponantur idem, & dicantur, si vnumquodq; eorum est in aliquo alio ab eo, in quo est aliud, & sequitur, æquale erit idem, & dulce, & album. Sed illud, in quo est hoc, est aliud, ab eo in quo est hoc.

B Vult dubitare in secunda solutione, quam dixit de magno, & paruo, vbi dixit oĩa sunt vniuoca, sed accidit eis vt nõ cõiũgãtur ꝓpter diuersitatem recipientis, sed scđm se cõiũgũtur. Et dixit dicamus igit ĩ hoc, &c. i. sed dicamus, qm̃ manifestũ est, si posuerimus talia ex rebus vniuocis, qđ cõtingit ex hoc, vt oĩa sint idẽ pter hoc qđ dicamus qđ vnumqđq; eorũ est in aliquo alio ab eo, in quo est reliquũ. Et intendebat qđ quædã vniuoca diuersantʼ scđm subiectum. V. g. color: Si igit̃ posuerimus qđ magnũ, & paruũ, & talia æquoca nõ diuersantʼ, nisi scđm subiectũ, cõtingit vt oĩa sint vniuoca: & sic æquale habebit eandẽ rationẽ in numeris, & magnitudine, & tpe. Et intẽdebat qđ, cum fuerit cõcessum qđ eorũ, q̃ sunt, alia diuersantʼ scđm subiectũ tãtũ, & cõueniũt in se, & alia cõueniũt scđm vtrũq;, & qđ nõ est hic alia diuersitas, & in vniuocis inueniuntur isti duo modi, Necesse est vt oĩa sint vniuoca: nisi ponãtur hic esse aliqua q̃ diuersantʼ in vtroq; in rõne & in subiecto rõnis, ita, qđ non conueniant in aliquo: & tale non est. 28

Amplius susceptiuum cuiuslibet accidentis non contingens est, sed vnum vnius primum. Sic igitur non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed non habere differentiam, neq; in quid, neq; in quo est. Dico autẽ sicut color habet diuisionem, non ergo comparabile est secundum hoc, vt vtrum coloratum magis sit album, quam nigrum. Hæc enim non comparantur, secundum aliquem colorem, sed inquantum est color, sed secundum albedinem, Sic & circa motũ, ęque velox est, quod in ęquali tẽpore mouetur per æqualem tantæ longitudinis in tali.

C Et etiam primum recipiens non est quodcunq; vnum, sed est vnũ quod recipit vnum. Et non sufficit vt coniungibilia non sint æquiuoca tantum, sed cum hoc indigent, vt inter illa non sit diuersitas, neq; in ratione, neq; in eo, in quo sunt. Verbi gratia, quoniam in colore accidit diuisio, ergo in hoc non coniunguntur duo, ita quod dicatur, vtrum sit magis coloratum, non intelligendo, vtrum sit magis in eodem colore, sed in capitulo coloris, & coniunguntur secundũ albedinem Et sic dicimus etiam in motu, quoniam est etiam conueniens in velocitate, cum in tempore ęquali pertransiuerit spatium ęquale talis quantitatis.

29 Cum perſcrutatus eſt de hoc, ſcilicet inter in quos motus inuenitur comparatio ſecundum magis, & minus, & declarauit quod motus diuerſi in genere non coniunguntur, vt velocitas, & tarditas in translatione, & alteratione, & dubitauit in motibus conuenientibus in genere, & diuerſis in ſpecie, vt motus rectus, & circularis, Et declarauit quod non coniunguntur propter hoc, quod illa, quæ coniunguntur, oportet vt non habeant nomina æquiuoca, neque in recipiente, incępit dicere hoc, Et dixit, & etiam primum recipiens, &c. id eſt, & hoc, quod dictum eſt, quod eadem res inuenitur in ſubiectis diuerſis, non eſt verum: quoniam, ſi ita eſſet, tunc idem reciperet a quocumque: & ſic nō eſſent hic materiæ propriæ formis nālibus, neque pręparatio ꝓpria. Et iō neceſſe eſt vt vnius tranſmutati tranſmutatum ſit vnum ſubiectum nececeſſario, ſcilicet propinquum: ex quo videtur quod genus non eſt ſubiectum propinquum formarum. Et deinde dicit, & non ſufficit, &c. id eſt, & non ſufficit in rebus, in quibus inuenitur coniunctio, vt non ſint æquiuoca, ſed vt etiam non diuerſentur in ratione, neque in ſubiecto propinquo: & iſtæ ſunt vltimæ ſpecies. Illa autem, quæ conueniunt in ratione generali, & diuerſantur in differentijs, & ſubiectis proprijs, vt color, qui eſt vnum qui generale: ſed diuerſantur ſecundum differentias, & ſecun dum ſubiectum proprium vnicuiq; differentiæ non coniunguntur: & hoc intendebat, cum dixit, V. g. quoniam colore, &c. i. quoniam color non coniungitur cum colore, ſecundum quod eſt color tantum: quoniam color diuiditur per differentias attributas colori diuiſiuas: & iſtę differentiæ ſunt diuerſæ, ſecundum formas, & ſubiectum: niſi comparatio cadat inter illa duo in eadem ſpecie coloris: quoniam in iſtis poteſt eſſe comparatio, & coniunctio. V. g. in duobus albis. Quoniam poſſibile eſt dicere alterum eſſe albius reliquo, aut ſimiliter: & hoc intendebat, cum dixit non intelligendo, &c. i. & illa, quæ conueniunt in colore, qui eſt genus, & diuerſatur ſecundum differentias, V. g. album, & nigrum, non comparantur adinuicem, ita, quod dicatur quod hoc eſt magis coloratum, ꝙ̄ hoc, ſine eo, quod comparatio cadat inter illa in eodem colore. Quoniam tunc comparatio erit vera. nam idem colori ſpecie eſt idem in forma, & ſubiecto. D. d. ſed in capitulo coloris, i. & diximus quod comparatio inter illa non eſt vera in genere coloris, non in ſpecie, & ideo dixit, & coniunguntur ſecundum albedinem, i. & coniunguntur, quando accipiuntur, ſecundum quod ſunt in eadem ſpecie. V, g. in albedine. Et, cum verificauit quæ ſunt coniungibilia, & quæ ſunt ea, quæ conueniunt in rōne, & ſubiecto, declarauit quod motus, qui coniunguntur debent eſſe hmōi, & quod non dicitur eos eſſe æquales, niſi conueniant in ratione motus, & in ſubiecto motus, quod eſt magnitudo. D. d. & ſimiliter dicimus in motu, &c. Et intendebat per hoc, quod impoſſibile eſt de quantitatibus eſſe æquales, niſi rectas tantum, ſ. quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, cum iſte ſibi ſuperponantur: & ideo dicimus ꝙ quantitates curue non æquabuntur, niſi ſint eiuſdem circuli. Quod autem dicunt geometrę, ꝙ linea recta eſt breuiſſima linea, ducta inter duo puncta dicitur large. Et æqualitas dicitur de eis fere æquiuoce. Et ſimiliter hoc, quod dicunt, quod circunferentia alicuius circuli eſt æqualis figuræ poligoniæ. Dixit, & geometer decipitur in hoc, quia poſſibile eſt exiſtimare lineam rectam, quæ incuruetur, & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente, attribuit hoc proprie geometræ.

Neceſſe eſt ut vnius trāſmutati tranſmutatum ſit vnū ſubiectū neceſſario, ſ. ꝓpinquū conſiſte, 8. ph. c. 46 & 8. me. c. 11. & 12. Idē. 9. met. t. c. 12. & 12 met. 11.

Documētū.

Impoſſe ē de ꝙtitatib' eē ęquales, niſi rectas tātū, auc circulares tm̄, & qď diçunt geometræ, qď linea recta eſt breuiſſima linea ducta īter duo puncta, dr̄ large & ſiſr hoc, qď dicūt ꝙ circunferentia alicuius circuli ē æqualis alicui figuræ poligoniæ.

Si vero aliud quidem alteratum eſt, aliud autem ductum, æqualis ergo hæc alteratio, & ſimiliter velox loci mutatio? ſed inconueniens eſt. Cauſa autem eſt, quia motus habet ſpecies. Quare, ſi qua in æquali tempore dicta æquali longitudine, ęque velocia erunt equalis recta, & circularis. Vtrum ergo cauſa ſit, quia loci mutatio genus eſt, aut quia linea eſt, genus? Tempus enim ſemper atomo idem ſpecie. Aut quia ſimul illa ſpecie differunt: & enim loci mutatio ſpecies habet, ſi illud ſpecies habeat, in quo mouetur. Amplius autem, ſi per quod, vt ſi pedes ambulatio, ſi alæ volatio, aut non. Sed in a-

A guris loci mutatio alia est. Quare, quæ in æquali tempore secundum eandem magnitudinem mouentur æque velocia. Sed idē indifferens specie, & moueri indifferens specie.

Si igitur aliquis dixerit, ꝙ quando in ista longitudine demonstrata, hoc alteratur, hoc vero transfertur, ergo ipsa alteratio conuenit in velocitate cum translatione. Dicemus ꝙ hoc est improbabile, & causa in hoc est, quia motus habet species. Ergo necesse est, si illa, quę mutant in tempore æquali longitudines æquales, sint æqualis velocitatis, vt motus rectus sit æqualis motui circulari. Vtrum igitur est causa, ꝙ translatio est genus, aut ꝙ linea est genus, tēporis enim semper duæ species sunt indiuisibiles. Dicamus igitur ꝙ hæc duo sunt in simul, scilicet diuersitas in specie. Translatio enim habet species, quia illud, per ꝙ fit iste motus, habet species. Et forte erit hoc, cum fuerint eius, per quod fit motus. V.g. quoniam, quod habet pedes, motus eius est ambulatio, & quod habet alas, motus eius est volatio. Sed non est ita, scilicet quoniam motus translationis non diuersatur in specie propter diuersitatem instrumenti, sed translatio erit in hoc diuersa secundum figuras. Ergo necesse est, vt illa, quæ in tempore ęquali mouentur per idem spatium sint ęqualis velocitatis. Et dico illud idem, in quo non est diuersitas, in specie, neq; in motu.

Quia diffinitio motuū æqualiū est ptrāsire in tpe æquali spatiū æquale, s. idē in specie, reuersus est etiā ad dubitandum super hanc diffinitionem, ex qua sequitur vt alteratio sit æqualis translationi. Quoniam posset inueniri aliqua translatio in aliqua longitudine demonstrata, & aliqua alteratio in illa eadem longitudine: ex quo sequitur vt alteratio sit æqualis translationi, quæ sunt diuersę in specie. Et hoc intendebat, cum dixit: si igitur aliquis dixerit &c. Deinde induxit causam, ex qua accidit inæqualitas in motu: & est, quia sunt diuersæ in specie, nedū in genere. & ideo dixit & causa in hoc &c. D.d. ergo necesse est, si illa quæ mutant, &c. id est, ergo necesse est, si in duobus motibus conuenientibus in velocitate non determinetur, vt eiusdem speciei sint, quod non erit, nisi motus sint eiusdem speciei, & illud, per quod est motus, eiusdem speciei, sed solum modo dicatur quod æqualia in velocitate sunt illa, quæ in tempore æquali pertranseunt longitudines æquales sine aliqua determinatione, necesse est vt motus non sint ęquales, & si non tunc motus circularis, & rectus essent æquales. Et similiter, cum posuerimus conuenientiam in eo in quo sunt motus in specie, & non posuerimus conuenientiam duorum ipsorum motuum. Et, si accidit, cum duo motus fuerint eiusdem generis vt conueniant in specie per conuenientiam eius, per quod sunt in specie, vt diuersentur per diuersitatem eius vt accidit motui circulari, & recto. D. dicit vtrum igitur sit causa, &c. id est, vtrum igitur est causa in hoc, quod translatio circularis non sit æqualis trāslationi rectæ, Vtrū hoc qđ translatio est genus, & circularis, & recta sunt species eius aut huc, ꝙ linea est genus, & circularis, & recta sint spēs eius. D.d. tp̄s. n. &c. i. tp̄s. n. est idē in spē: & impossē est existimari ipsum esse cām in diuersitate translationis rectæ ad circularē. & intendebat, vt mihi vr̄, p̄ duas spēs eius, præteritū, & futurum. D.d. dicamus igit, qđ hoc est insimul, &c. i. dicamus igit qđ hæc diuersitas motus recti, & circularis, sit ex ambobus insimul, scilicet ex diuersitate eius, per qđ est motus in specie, & diuersitate ipsius motus. Et quia causa in diuersitate motus circularis a recto in specie est diuersitas magnitudinis rectę a circulari in specie, dixit: translatio enī habet species, &c. id est, sed translatio est species: quia magnitudo, per quam est motus, est species, D, d, & forte erit, &c, id est, & forte exi-

stimatur qd' diuersitas translationis in specie est propter diuersitatem instrumentorū, quibus fit translatio ēt spetie. V.g. qm̄ ambulatio differt a volatione, vt videtur, quia instrumenta, quibus fit ambulatio, differunt ab instrumentis, quibus fit volatio, scilicet pedes, ab alis. D.d. sed non est ita, id est, sed hoc, quod existimat, nō est verū: qm̄, cū hoc fuerit bene consideratū, apparebit qd' translatio nō differt in specie ꝓpter diuersitatē instrumenti, quo fit translatio. Diuersitas enim instrumēti facit in trāslatione diuersitatem figuræ. Diuersitas aūt, q̄ est in figura, non est scdm differentias substantiales rei. Figura est qualitas. Differētia aūt translationis debet esse de natura generis, in quo fit translatio, s. de natura vbi. Et, cū declarauit ex cōib' istis definitionē motuū ęqualiū dixit, ergo necesse est, vt illa, q̄ mouent, & c.i. ergo necesse est, vt illa q̄ mouent' p idē spatium, aut numero, aut spē quorum motus est idē in specie, vt sint æqualia, & iō dixit, & dico idē, &c.

**Diuersitas q̄ ē i figura nō est secundū drias substātiales rei figura.n.ē q̄litas. vide supra, c. 26.**

Quare hic considerandum est, quę sit differentia motus. Et significat ratio hęc quod genus non vnum quid est, sed iuxta hoc latent multa. Suntq; ęquiuocationes alię quidem multum distantes, aliæ vero habentes quandam similitudinem, alię vero proximę, aut genere, aut similitudine. Vnde non videntur ęquiuocationes esse, cum sunt. Quando igitur altera est species, aut si eadem in alio, aut alia in alio, aut alia in eodem. Aut quis terminus est, aut quo discernimus quod idem sit album, & dulce, aut aliud, quia in alio videtur alterū, aut quia omnino non idem.

**Genus non est vnū aliquid, & iuxta hoc latent multa.**

Et ideo considerandum est, diuersitas in motu quid sit. Et iste sermo significat ꝙ genus non est idem. Et deceptio inuenitur ex hoc in pluribus, absq; eo ꝙ participatur. AEquiuocorum autem alia distāt multum, alia autem in eis est quædam ambiguitas, & alia sunt propinqua, aut in genere, aut in comparatione. Et ideo non existimatur illud, qđ est hmōi de ęquiuocis, quę sunt talia, & q̄ sunt talia. Qn̄ igitur erit species diuersa, vtrum quādo eadem fuerint in alio, sed quando aliud fuerit in alio. Et quid est terminus illius. Terminus eius est distingure, & perscrutari vtrum album sit idem, & vtrum dulce sit idem, aut diuersatur, quia inuenitur in alio, aut quia vniuersaliter non est idem.

31 Cum narrauit quod æqualia sunt conuenīntia in specie motus, & in eo, in quo est motus, & scire hoc est difficile. Dixit, & iō cōsiderandū est, & c.i. & iō considerandum est quid sit diuersitas specifica in motu. D. dixit, & iste sermo, & c.i. iste est sermo in definitione est sermo, qui significat per se quod genus, in quo est motus, est diuersum. Et hoc, quod dixit manifestū est: qm̄ definitio, q̄ nominat qđ illa, de quibus dr̄, sunt diuersa est definitio est, q̄ declarat qd genus illarū rerum est diuersum, & hoc cōe est oī b' æquiuocis. V.g. quia definitiones eorū, de quibus dr̄ hoc nomen canis, sunt diuersæ, vr̄ quod illa sunt diuersa in genere. Si igitur hoc fuerit manifestū p se, tūc erit manifestū p se, qđ hoc nomē canis dr̄ æquiuoce de illis, de qubus dr̄. Sed, quia hoc non apparet p se ex definitionibus, & c. i. definitionibus accidit errare in hoc in plurib'. Et iō dixit, & deceptio accidit, & c. i. definitiones quorūdā faciunt opinari qđ nā eorū est eadē: vn̄ existimant esse vniuocationes & nen sunt. Et, cū narrauit qd in definitionibus non est sufficientia dare in omni loco qđ genus est diuersum, aut non diuersū, Incœpit declarare in quibus locis appet hoc ex definitionibus manifeste, & in quibus nō, & dixit, æquiuocorū autem & c. i. æquiuocorū aut alia sunt diuersa in se, alia sunt maxime diuersa in se: & in istis non latet ex definitionib' qd nomen est æquiuocū. In aliis vero est quædam ambiguitas, & latent aliquātulū, sed tm̄ sunt propinqua illis, Alia vero sunt val

A de propinqua, aut in genere, aut in comparatione. Et, quia iste tertius modus latet valde dixit, & ideo non existimatur, &c. i. pp ambiguitatem istius modi æquiuocorum fuit iudicium, quod eorum est de modo vniuocorũ scdm existimationẽ incertã, & hoc intendebat, cum dixit quæ sunt talia, & q̃ talia, i. q̃ sunt ęquiuoca, & quæ vniuoca. D. d. qñ igitur, &c. i. cum ista ambiguitas in diuersitate specierum sit pp propinquitatem naturarum ipsarum, qñ igitur erit species diuersa a specie? id est, quando igitur erunt duæ naturæ ambiguæ duæ species, vtrum qñ eadem fuerint in diuersis, aut quando diuersa fuerint secundum formam, & subiectum? & hoc intendebat cum dixit sed cum fuerit aliud in alio. Deinde dixit & quæ est definitio illius, &c. i. & cum ista ambiguitas est in eis, quæ igitur est definitio eorum, quæ conueniunt in specie, id est, & definitio eorum, cũ dispositio in eis ambigua sit vtrum sint idem aut diuersum: & hoc non sit manifestum per se perscrutandum est de illo, vtrum sit idem, aut non. Verbi gratia, de albo, vtrum sit idem in omnibus, de quibus dicitur album. Et similiter dulce, vtrum sit idem etiam in omnibus, de quibus dicitur dulce. Et intendebat quod est ars inducens ad cognitionem conuenientiæ, & diuersitatis in speciebus, cum non fuerint manifestę per se, secundum regulas datas in septimo topicorum: vbi sunt dati loci de eodem & diuerso. Deinde dixit aut diuersatur, quia inuenitur, & c. i. d est quoniam perscrutandum est vtrum sit idem, aut diuersum, quia est in subiectis diuersis, aut quia est diuersum in se: &, quia existimatur quod causę diuersitatis sunt plures istis duabus causis, dixit aut quia vniuersaliter non est illud?

**Est ars inducens cognitionẽ cõuenientiæ, & diuersitatis in spẽb', &c.**

B De alteratione autem quomodo est ęqualiter velox altera alteri. Si ergo est ipsum sanari alterari, cum hoc quidem velociter, aliud autem tarde sanatum esse, & simul quosdam, quare erit alteratio ęqualiter velox: in ęquali enim tempore alteratum est. Sed quid alteratum est. ęquale. n. non hic dicitur, sed sicut in quantitate ęqualitas, ita hic similitudo. Sed sit idem, quod mutatur in ęquali tempore, ęque velox. Vtrum ergo, in quo est passio aut passione oportet comparare. Hic igitur necesse est, quod sanitas eadem sit accipere, quę neq; magis, neq; minus, sed similiter est. Si autẽ alia passio fit, qua alteratur quod fit album, & quod sanatur, his idem nihil, neque æquale, neque simile est, vt iam hęc species faciunt alterationis: & non est C vna sicut neque loci mutatio, Quare considerandum est quot sunt species alterationis, & quot loci mutationis. Si igitur quę mouentur differunt specie, quorum sunt motus secundum ipsa, & non secundum accidens, & motus specie differunt. Si vero genere, genere. Si autem numero, numero.

**Illud, qđ in q̃titate dr̃ æqualitas, i qualitate dr̃ similitudo.**

Et considerandum est de alteratione, quomodo vna erit æqualis alteri? Dicamus igitur, quod si acquisitio sanitatis est alteratio, & sit possibile istud sanari velociter, & istud tarde, & duo sanantur insimul. Ergo aliqua alteratio erit æqualis in velocitate, quia sunt in æquali tempore. Sed quid igitur alteratur? æqualitas enim non dicitur hic, sed illud, in quo dicitur de quantitate æqualitas, dicitur in eo hic similitudo. Sit igitur æqualitas in velocitate in eis, quæ transmutantur eadem transmutatione in æquali tempore. In vtroq; igitur quęrenda est coniunctio in re, in qua est passio, aut in ipsa passione. Hic autem possumus accipere eandem sanitatẽ, quia non est addens, neque diminuta, sed est eodem modo. Si autem fuerit diuersum, vt

cum dicimus alterari, & in eo, quod acquirit albedinem, & in eo, quod acquirit sanitatem, & hoc non est idem, neq; æquale, neq; simile. Sed ex istis nunc fiunt species alterationis, & non est eadem alteratio, quemadmodum non est eadem translatio. Et ideo sciendũ quot sunt species alterationis, & species translationis. Si igitur mota fuerint diuersa in specie, scilicet quæ habẽt motus essentialiter, & nõ accidentaliter, tunc motus eorum etiam erunt separati in specie. Et, si fuerint diuersa in genere, in genere: & si in numero, in numero.

Cũ declarauit quod translatio est æqualis cui translationi, vult quærere hoc
32 etiam in motu alterationis, Et dixit & considerandum est, &c. i. & considerandum est de alteratione, qũo æqualitas imaginatur in ea, cum coniunctio nõ imaginetur in motibus nisi per æqualitatem & dixit hoc, quia æqualitas est propria quantitati, non qualitati. D. d. dicamus igitur qđ, si acquisitio sanitatis, &c. id est quoniam, cum fuerit positum quod acquisitio sanitatis est alteratio, & quod possibile est aliquem hominem sanari velocius, quam alium hominem, & possibile est vt duo homines sanentur insimul ab vna egritudine in tempore æquali, tunc alteratio erit æqualis alterationi. Deinde dicit fiunt enim in tempore æquali. i. & iste duæ sanitates dicuntur æquales, quia fiunt in æquali tempore: &, quia tempus est extrinsecum a re, & non sequitur ex æqualitate eius æqualitas motuum, si æqualitas non fuerit in substantia motuum: incœpit quærere qualitatem, in qua inuenitur de alterabilibus, & dixit quid igitur alteratur, ita est, sed si posuerimus quod alteratio est æqualis alterationi, quid igitur alteratur, ita quod recipit æqualitatem: si est necesse vt æqualitas inueniatur in eis, secundum substantiam. Deinde dicit æqualitas enim, &c. i. æqualitas. n. impossibile est vt dicatur in qualitate: sed illa, de quibus dicitur æqualitas in quantitate, dicitur similitudo suis respõdentibus in qualitate. Et intendebat quod æqualitas, quæ dicitur de quantitatibus, quæ neque addunt, neque diminuuntur adinuicem, est respondens similitudini, quæ dicitur de qualitatibus, quæ non sunt fortiores, aut debiliores se adinuicem. D. d. si igitur æqualitas in velocitate, &c. &, cum ita sit, si æqualitas dicitur de alteratione, intelligendum est in eis, quæ transmutantur, eadem transmutatione, nec addens nec diminuens in æquali tempore: quoniã tunc non erit differentia inter illud, quod intelligitur de æqualitate, in qualitate, & illud, quod intelligitur, de similitudine. Et, quia aliquis potest dicere, forte æqualitas attributa alterationi est vera per subiectũ alterationis: subiectum enim eius est quantum necessario, dixit: in vtroque igitur, &c. i. & dicenti hoc dicendum est, in vtroque igitur est quærenda, coniunctio, vtrum in subiecto passionis, aut in ipsa passione: contingit enim dicenti quod æqualitas est in ea secundum subiectum tantum, vt coniunctio sit subiecti, non passionis: & hoc accidit passioni, scilicet est eius per accidens. Sed necesse est considerare vtrũque, vt post declarabimus. & iste sermo esset possibilis, si esset possibile ĩuenire duas passiones similes: & si coniunctio nõ inuenitur in ea, dixit post, hoc autem possumus accipere, &c. i. & coniunctio nõ inuenitur in ea, secundum subiectum: qm̃ possumus inuenire duas sanitates similes omnibus modis, quarum altera non addit, neque diminuitur a reliqua. D. d. si autem passio fuerit diuersa, &c. id est, si autem duæ passiones, id est qualitates fuerint diuersæ in specie, V. g. vt aliquid sanetur, & aliquid albificetur, tunc, non dicuntur esse eædem in specie, neque æquales: & si æqualitas earũ sit in tempore æquali: neque similes: & hoc, quod dixit manifestum est per se. D. d. sed ex istis, &c. i. si a tali diuersitate existente inter sanitatem, & albedinem fuerit species alterationis. D. d. & non est eadem alteratio, id est & ista maxima diuersitas in alteratione inuenitur, quia alteratio non est eadem in specie, quemadmodum neque translatio est eadem in specie. D. d. & ideo sciendum est, i. & ideo, cum voluerimus scire motus coniungibiles qui sunt, oportet nos scire species alterationis, & species translationis, quot sunt. D. a dedit regulam in hoc, & dixit: si igitur motus fuerint diuersi, &c, id est, & via ad numerandum species motuum est considerare mota per se

Equalitas ẽ ppria q̃titati, nõ qualitati. Idem in prædic. c. de q̃titate. Tps est extrinsecũ a re & non seqt ex æqualitate eius equalitas motuũ.

Subiectũ alterationis ẽ quantũ necessario.

a Regula ad cognoscẽdũ q motus sunt adinuicem compagabiles.

A per se, non per accidens, s. translata per se, & alterata per se. Si igitur fuerint diuersa, & motus eorum erunt diuersi in specie, &, si in genere, in genere, &, si in numero, in numero. Et ista via est via numerandi motum: quia motum [a] apud nos est notius motu.

a Motũ est notius apud nos motu.

Si igitur vtrunq; ad passionem oportet aspicere, si idem sit, aut similis, aut æqualiter veloces alterationes, aut in id quod alteratur. Vt si huius quidem hoc dealbatum sit, hoc autem tantũ, aut in vtraq; etiam, aut eadem quidem est, aut alia passione. Si eadem sit, aut æqualis, aut inæqualis, si illud inæquale sit.

Sed oportet nos considerare, vt cognoscamus duas alterationes, quæ sunt æquales in velocitate in passione, vtrum passio sit eadem in eis, aut similis, aut in alterato, Verbi gratia, vt consideremus quod istud est album talis quantitatis, & istud talis quantitatis. Dicamus igitur respondẽdo, quoniam oportet considerare de vtroq;, ita quod dicamus de alteratione quod est eadem, aut non eadem secundum B passionem, cum sit eadem. Et dicamus in eis quod est æqualis, aut non æqualis, secundum diuersitatem illius.

Cum quæsiuit in prius in vtroque, an oportet quærere coniunctionem in illo, in quo est passio, aut in ipsa passione, respondit primo illic, quoniam possibile est accipere coniunctionẽ in passione, & cũ non narrauit, vtrũ cũ hoc oportet considerare subiectum aut non considerare, iterauit hic quæstionem. Et dixit sed oportet, &c. i. sed oportet nos perscrutari & scire illud, per quod alterationes sunt æquales, vtrum, quia passio in eis est eadem in specie, aut sunt similes propter alteratum, s. quia quantitas, quæ alteratur in eis est vna: & cum dixit aut in alterato, exposuit hoc, & dixit. V. g. vt consideremus, &c. i. vt consideremus de similitudine duarum passionum æqualitatem subiectorum. Deinde dicit dicamus igitur respondendo, &c. i. dicamus igitur quod vtrumq; est considerandum, s. similitudinem passionis, & æqualitatem subiecti. Deinde exposuit modum considerandi, & dixit, ita, quod dicamus in alteratione, &c. i. quoniam necesse est considerare vtrumq;, ita, quod sciamus de duabus alterationibus, vtrũ sint eædem in specie, aut non, id est similes: & hoc erit, quando subiectum fuerit idem. Et dixit hoc: quoniam, cum quantitas subiecti fuerit diuersa, diuersabitur passio necessario: & hoc intendebat, cum dixit & dicamus in ea, quod est æqualis, aut inæqualis, &c. id est, & quasi cum exigitur cum æqualitate passionis vt subiectum sit idem, id est æquale, induxit rationem super hoc, & d. & necesse est considerare subiectum: quia dicimus quod passiones sunt æquales, aut inæquales secundum subiectum. Et debes scire quod consideratio coniunctionis in alteratione, si fuerit secundum subiectum tantum, erit per accidens: &, si fuerit secundum solam passionem, non erit illic æqualitas perfecta, sed solũmodo similitudo: ergo in consideratione æqualitatis perfectæ hęc duo exiguntur, scilicet similitudo passionis, & æqualitas subiecti. 33

Cũ quantitas subiecti fuerit diuersa diuersabitur passio necessario.

Documẽtũ. In considera tione æqualitatis perfectæ in alteratione hæc duo exiguntur, s. similitudo passionis, & æqualitas subiecti.

In generatione autem, & corruptione idem considerandum est, quomodo æque velox generatio est, si in æquali tempore generetur idem & indiuisibile vt homo, sed non animal. Velocior autem, si in æquali tempore alterum est. Non enim habemus aliqua duo, in quibus alteritas est, sicut est inæqualitas. Aut si numerus est substantia, maior, & minor numerus similis speciei est. Sed æquiuocum est, & commune est, & vtrunq; est sicut plus. Passio autem excellens magis, quantum autem maius est.

Et oportet etiam nos considerare de generatione,& corruptione, & quomodo generatio est æqualis velocitatis,& forte erit talis,cum in æquali tempore generatur idem indiuisibile, vt homo,nō animal. Et erit velocior,cum non fuerit in æquali tempore. Non enim habemus nomen,quod con inet duo hæc,neque aliud,vt hoc nomen dissimile. Et,si substantia est numerus,dicemus numerum maiorem, aut minorem de numeris conuenientibus in specie: sed illud, quod cōe est eis,& illud,quod est proprium vtriq;,non habet nomē,sicut passio maior dicitur fortior,& quantum dicitur maius. A

34 Cum declarauit illa,quæ exiguntur in coniunctione alterationis, & modum considerandi,vult declarare hoc similiter in motu generationis,scilicet qui coniunguntur de eis,& qui non coniunguntur. Et dixit & considerandum est de generatione & corruptione, &c.i.quomodo dicitur generatio æqualis generationi. & dixit hoc, quia scito modo æqualitatis scietur coniunctio,cum æqualitas sit proprium coniunctionis. Deinde dicit & forte erit hoc,&c.id est & forte sufficit in hoc,quod generatio sit æqualis generationi vt sint in tēpore æquali,& vt sit idem indiuisibile in specie non in genere,vt animal cum animal sit diuisibile in species. Deinde dicit & erit velocior,&c.id est in talibus istis generationibus,quæ sunt in eadem specie,dicitur in eis quod vna est velocior altera,cum non fuerint in æquali tempore. Deinde dicit non enim habemus nomen,&c.id est contenti sumus in definitione velocioris, & æqualis in generatione ad hoc:quia duæ generationes conuenientes in specie, & in tempore nomen non habent,sicut habent qualitates in tempore, & specie: & est similitudo,& dissimilitudo in diuersis: & æqualitas in conuenientibus in quantitate, & inæqualitas in diuersis. Deinde dicit,&,si substātia est numerus &c.i.& conuenientia duarum substantiarum generabilium non habent nomen, nisi substantiæ diuersentur secundum numeros,secundum quod sunt compositæ,ex numeris, vt quidam antiqui dicebant:qm̄,si hoc fuerit,possemus dicere in substantijs quod quædam sunt maioris numeri,aut minoris de numeris conuenientibus in specie. Et intendebat quod, si substantiæ sunt numeri, tūc coniungibilia in substantia sunt conuenientia in specie numerali, & inconiungibilia sunt diuersa secundum magis & minus. D.d.sed illud,quod est cōe, &c.i.sed illud, quod est cōe substantijs non habet nomen: neq; passio quæ est propria eis,s.quod non inuenitur nomen conuenientibus ex eis neq; diuersis:sicut hoc inuenitur in eis in quibus diuersantur in qualitate,& in quibus conueniunt. Illa autem,quæ diuersantur in qualitate,dicuntur fortiora,& debiliora: In quantitate vero maiora,& minora. conuenientia autem in qualitate dicuntur consimilia in quantitate vero æqualia. B C

Aequalitas est propriū comparationis.

Conuenientia in qualitate dicūtur cōsimilia,& in quātitate æqualia.idē supra tex. com.32.


*Ostendit quomodo motus comparentur adinuicem.* *Cap. V.*

QVONIAM autem mouens,mouet semper aliquid,& in aliquo, & vsq; ad aliquid. Dico autem in aliquo, quia in tpe:vsq; aūt ad aliquid, quia ad quantam aliquam longitudinem:semper enim simul mouet,& mouetur. Quare quantum aliquid erit,p quod motum est & in quāto. Si igitur,a, quod est mouet,b,aūt quod mouetur,p quam autem motum est longitudo,c,in quanto autem tempus,in quo est, d. In æquali ergo tempore æqualis potentia in quo est,a,medietatem ipsius,b,per duplicationem ipsius,c,mouebit: per ipsum autem,c,in medietate ipsius,d: sic enim erit analogia.

A Et,quia motor semper mouet aliquid,quod est in aliquo, & mouet ad aliquid. Et dico in aliquo, scilicet in tpe: & dico ad aliquid, id est,ad aliquam mensuram longitudinis. Semper enim mouet, & mouetur.Ergo necesse est vt illud,a quo mouetur,sit aliquod quantum,& in quanto. Si ergo motor fuerit.a,& motum,b,& longitudo, c,& tempus,in quo mouet.d. Tunc potentia æqualis, scilicet,a,mouebit in tpe æquali dimidiũ,b,per duplum spatium,c: & mouebit ipsum per longitudinẽ,c: quoniam hoc modo erit finita.


*Demonstratio ostendens, quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medietatem illius mobilis mouebit eadem,vel æqualis potentia,per duplum spatium in eodem tẽpore,vel per idem spatium in medietate tẽporis.*

Potentia mouens.


B



D. Tempus.



C



Medietas temporis ipsius, D.



35 Cum compleuit sermonem indistinguendo motus coniungibiles a motibus non coniungibilibus vult declarare alia propria motori in moto. Primo vero, quod omnis motor, qui mouet aliquod motum per aliquod spatium in aliquo tempore, mouet dimidium illius moti in illo tempore per duplum illius spatij, & mouet ipsum per illud spatium in dimidio illius temporis. Et dixit &, quia motor, &c. id est motor extrinsecus, qui est corpus, nõ ille, qui est virtus in corpore: & hoc manifestum est ex hoc, quod dicit semper enim mouet, & mouet. Motor enim qui, quando mouet, mouetur, est corpus necessario: & ideo dixit, ergo necesse est vt illud, per quod mouetur, sit aliquod quantum, id est, spatium terminatum, & in quanto, id est, in tempore terminato: & hoc accidit motori, secundũ quod est corpus, aut virtus in corpore. Deinde dicit si igitur motor fuerit, a, id est, ponatur igitur in loco motoris, a, & in loco moti, b, & in loco spatij, c, & in loco temporis, in quo mouetur per istud spatium, d. Dico quod omnis motor, cui potentia est æqualis isti motori, scilicet, a, mouet in hoc tempore dimidium, b, quod est motum per duplum istius spatij, quod est, c, & mouet ipsum per totum istud spatium in medietate temporis. d. Deinde dicit quoniam hoc modo erit finita, id est, potentia motoris. Et hoc est ita, quod velocitas propria vnicuiq; motui sequitur excessum potentiæ motoris super potentiam moti: & ideo, cum diuiserimus motum, contingit necessario vt proportio potentiæ motoris ad motum sit dupla illius proportionis: & sic velocitas erit dupla ad illam velocitatem: Ergo mouebitur in illo tẽpore per duplum illius spatij, & in dimidio eius per totum spatium: & hoc commune est in omni motore, cuius potentia est finita. Vtrum vero hoc sit commune, & potentijs mouentibus non corporalibus, si aliquid sit tale, habet quæstionem difficilem. Necessario enim debet esse resistentia inter motorem, & rem motam, & siue motio fuerit naturalis, aut innaturalis: & ista resistentia communis est, secundum quod alterum est agens, & reliquum patiens. Vñ dicimus in virtutibus cœlestibus mouẽtibus quod non mouet quæcunque potentia quodcunque corpus cœleste, sed quelibet potentia mouet corpus proprium in velocitate propria. Sed omnes cõueniunt in hoc, quod mouent in infinitum. Et secundum hunc modum non est proportio inter eas, & motum: secundum vero quod vnaqueq; earũ mouet corpus proprium velocitate propria, secundum hoc habent proportionem propriã ad motum, vel cum moto. Sed ista proportio videtur indiuisibilis: vnde igitur accidit istis potentijs istud? Et forte hoc accidit ex diuersitate naturarum mouentium, quæ non sunt in materia in nobilitate secundum magis, & minus, & diuersitate naturarum corporum, quæ mouentur ex eis. Hoc autem, quod motus eorum, scilicet corporum cœlestium est in tempore, licet non sit proportio inter potentias motiuas, & mobiles, accidit ex natura motus. Motores autem, qui sunt in materia, si aliquis eorum haberet potentiam infinitam, contingeret vt motus esset in non tempore: & hæc declarabuntur in vltimo octaui lib. & Arist. non loquitur hic, nisi de motoribus materialibus: quoniam ista perscrutatio est vtilis in dispositionibus motorum non materialium, vt post declarabitur: & in alio lib. dixit hoc enim motor erit proportionatus: & quod est in hac translatione, scilicet nostra est melius.

Velocitas propria vnicuiq; motui sequit̃ excessum potẽtiæ motoris sup potentiã moti Vide pro illo 2. cœ. c. 63.

In potentijs cœlestibus, scd̃m q̃ vnaqueq; mouet in infinitum, non est proportio, sed ꝓut vnaqueq; mouet corpus propriũ velocitate propria, &c. Vide 2. c. 38.


Tex. com. 78. & 79. Vide ẽt pro hoc in lib. de substãtia orbis. c. 3. ad finem.


Et si eadem potentia idem in hoc tempore per tantum mouet, & per medietatem in medietate mouebit: & dimidia virtus per dimidium mouebit in æquali tempore per æquale. Vt ipsius, a potentia dimidia, a, quæ est ipsum, c, & ipsius, b, & z, ipsum dimidium. Similiter igitur se habebit & secundum analogiam virtus ad graue. Quare per æquale, & in æquali tempore mouebit.

Et, si eadem potentia mouet idem in tali tempore per tale spatium. Mouebit ipsum per dimidium illius spatii in dimidio illius tem

A poris. Et dimidium illius potentiæ mouebit dimidium illius rei in æquali tempore per æqualem longitudinem, Verbi gratia, sit medietas potentiæ, a, h : & medietas ipsius b. quantitas. z. Ergo proportio istius potentiæ ad istud pondus est sicut illa proportio. Et ideo mouent per æquale in tempore æquali.

*Demonstratio ostendens, quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, dimidiata potentia medietatem mobilis mouebit per idem spatium in eodem tempore.*




Cum declarauit quod eadem potentia mouet medietatem moti in tempore, in quo mouet totum per duplum spatij, quod mouet in illo tempore, & mouet ipsum per totum spatium in medietate temporis, in quo mouet totũ per illud spatium, Vult declarare etiam quod, cum fuerit vnus motor aliquis, qui mouet aliquod motum per aliquod spatium in aliquo tempore, mouebit medietatem illius spatij in medietate illius temporis. Et quod medietas eius mouebit medietatem illius moti, per illud spatium in æquali tempore medietate tpis illius. Et est necesse, sicut dixit vt moueatur medietas moti per illud spatium in illo tempore: q̃m velocitas motus, quam habebat totum motum ad totum motorem, est secundum proportionem excessus potentię motoris super potentiam moti. Et, cum diuiserimus motum in duas medietates, & similiter motorem, tunc proportio motoris, quæ est medietas, & ad motum quod est medietas, erit sicut proportio totius motoris ad totum motum, vt vniuersaliter declarauerunt geometrę. Et sic duæ velocitates erunt æquales necessario, s. velocitas totius moti, & velocitas medietatis: ex quo sequitur necessario, vt pertranseant idem spatium in eodem tempore: & sermo eius in hoc manifestus est per se. 36

Et si, e. ipsum. z. mouet in ipso. d. secundum. c, non necessarium est in æquali tempore. e. duplum ipso. z. mouere, secundum medietatẽ ipsius. c. Si vero. a. ipsum. b. mouebit in ipso. d. per tãtum, ipsius quantum est ipsum. c, medietas ipsius. a, quæ est, in quo est. e, ipsum. b non

Tex. iste c. 37. est diminutus, sicut vides, quia deficit ab ea parte. omnino.n.&c. vsq; ad finē. similiter cōmentū est diminutū, qa nō est expositio partis anteceden-
37
tis istius tex.&c.
Abbreuiatio.
Vide ꝓ hoc 8.physi.tex.com.23.

mouebit in tpe, in quo est.d, neque in aliquo ipsius.d.per aliam partem ipsius.c, secundum quod est analogia ad totum.c, sicut est.a.ad e. Omnino enim si contingit, non mouebit aliquid. Si enim tota virtus per totam mouet, medietas non mouebit, neq; tantam, neque in quolibet. Vnus enim moueret nauem, si nauem trahentium deciditur potentia in numerum, & in longitudinem , per quam omnes mouerunt. Propter hoc zenonis ratio non vera est, quod sonet milii quelibet pars. Nihil enim prohibet non mouere eum aerem in vllo tempore, quem cadens mouet totus modius. Neq; iam tantum pars, quantum mouebit cum toto, si sit per se, hoc mouebit: neq; enim vlla est eius pars, nisi potentia in toto.

Et, si.h.mouet.z, in tempore.d, per spatium.c necesse est vt.h.illo tempore non moueat duplum.z, in dimidio spatii.c. Si igitur.a. mouet pondus, quod est.b, in tempore.d, per spatium.c, tunc quando a medietate.a.diminuitur pars, cuius quantitas ex toto, est quantitas, quæ mouet. Tunc illa pars singularis nō per se mouebitur. Nihil enim aliud est, nisi quod est in potentia in toto.

Dicebat zeno quod mina milij, quia, cum cadit, facit sonum, necesse est quod quodlibet granum per se faciat sonum. Et similiter guttæ aquæ succedentes super lapidē, ita, ꝙ faciant in ipso foueam, necesse est vt vnaquæq; earum operet in lapide. Quoniam, si nulla operatur, ergo nec oēs operantur. Et iste sermo est sophisticus: qm̄ vna pars non operatur in actu, sed in potentia. Quoniam vnus vir de triginta non mouet nauem solus: &, cum motio eius coniungitur cū præparatione, & potentia proueniente a motore vigesimonono mouebit nauem necessario, Ergo vnusquisq; de 30. largitur naui de præparatione ad moueri, ꝙ nauis non habebat prius. Illud igitur, ꝙ viginti & nouem largiuntur de præparatione, est illud, quod vltimus motor extrahet in actu. Et similiter est de mina milij. Et dixit & ideo sermo zenonis non est verus: & est quod vnum granū milij, quodcunq; sit, qn̄ cadit, facit sonū, i. sed non quodlibet motum: qm̄ potentia motoris est terminata. Et, cum potentia motoris est terminata, s. prima potentia, quæ potest mouere vnamquanq; partium, nō mouet in tempore omnino, qn̄ cadit. Ergo sermo zenonis non est verus in hoc, quod fingit, quod quodlibet granum milij debet facere sonū. D.d. nam impossibile est vt non moueat in tēpore omnino illum aerem, quem mouet tota mina , qn̄ cadet, i. qm̄ impossibile est dicere quod vnaqueq; partium non mouet in tpe omnino, qn̄ cadet , aerem, per quem transit, motione, ex qua auditur sonus: sicut auditur a mina s. ꝙ non mouet ipsam in actu motione faciente sonum: &, si vnaquæq; partium largitur aeri ad recipiendum sonum præparationē, quam prius non habebat. D.d. neq; etiam pars, &c. i. qm̄ vnaquæq; partium motoris non debet per se singulariter mouere, neq; pars, quæ, cum additur alijs partibus, mouet totū, V.g. trigesimus vir: & dixit quia ista pars non videtur inter alias partes esse fortior in motu, nisi propter præparationem præcedentē in moto. D.d. nihil enim aliud est, &c. Aut intendit quod, cum pars est in continuo, nihil est in actu, sed est in potētia in toto. Aut intendit quod pars non mouet in actu, sed mouet in potentia in toto.

Si vero duo, & vtrumq; horum vtrūq; mouet per tantum in tanto , & potentiæ compositæ compositum ex grauibus per æqualem mouebunt longitudinē & in æquali tēpore. Simile namq; est secundum analogum numerum.

Et, si fuerint duo, quorum vtrumq; mouet vnum, & vtrumq; mo

A uet per tale spatium in tali tempore. Duæ potentiæ congregatæ mouebunt congregatum ex duobus ponderibus per æqualem longitudinem in æquali tpe. Sunt enim proportionalia. Et iste sermo distinguendus est ita, qđ considerandum est in eo, & sint duæ intentiones.

Hæc est alia intentio a prædictis: & est ꝙ, cum duo mouentia diuersa, vtrūq; mouet aliquod pondus per æquale spatium in æquali tpe, tunc duæ potentiæ motiuæ congregatæ, mouebunt congregatū ex duobus pōderibus per illud spatium in illo tpe: & hoc erit, qñ æqualiter mouent duo pōdera diuersa in spatio, & tpe: cum aūt diuersantur spatio. V. g. ꝙ alterū mouet vnam arronam in vna hora per medietatem vnius leucę, & aliud mouet duas arronas in vna hora per vnam leucam, non sequitur, cum duo motores fuerint congregati, & arronæ fuerint congregatæ, vt moueantur ab eis in illa hora, neq; per vnam leucam, neq; per dimidiam, Quoniam proportio eius, quod congregatur ex duabus potentijs ad duo pondera, non est sicut proportio solius potentiæ ad vnum pōdus. Cum aūt spatium fuerit vnum, & tempus vnum, tunc proportio eius, quod congregatur ex duabus potentijs motiuis ad duo pondera mota, erit eadem proportio: & siue potentia ponderum, & potentia motorum conueniant, aut diuersentur. B V. g. qm̄, si aliquis motor habet aliquam proportionem ad aliquod motū, & alius motor, cuius potentia habet istam eandem proportionem ad potentiam ponderis, quo mouetur ab eo. Declaratum est enim in libro elementorum quod, cum fuerint quęlibet quantitates, & totidem earum compares, tunc proportio omnium ad oēs est, sicut proportio vnius ad vnam. D. d. & iste sermo distinguendus est, &c. & sic inuenitur in quibusdam libris: & intendit quod, cū duo motores mouent aliquod pondus per aliquod spatium, quod possibile est, cum diuiserimus motores, & diuiserimus pondus, ita, quod proportio vtriusq; partis ad vtrūq; motorem sit, sicut proportio totius ad totum, quod proportio motus remanebit eadem: & hoc secundum proportionem est verum: sed secundum quod existimatur quod in quolibet illorum duorum: ideo dixit vt mihi videt, ita, quod considerandum est. videmus enim ꝙ duo, & tres homines mouent cōgregatim, quod non possunt mouere secundum segregationem. 38

Si igitur in alteratione, & in augmento sic est? aliquid enim est augens quidem, aliquid aūt & quod augetur. In quanto aūt tempore, & quantum, aliud quidē auget, aliud vero augetur. Et alterans quidem, & quod alteratur similiter, aliquid, & quantum secundum ma- C gis, & minus alterata sunt, & in quanto tempore. In duplo duplum, aut duplum in duplo. Dimidium autem in medio tempore, aut in medio medium, aut in æquali duplum. Si aūt alterans, aut augens quantum in tempore quanto augeat, aut alterat, non necesse est, & medium in medio, & in medio medium. Sed si contingit, nihil augmentabit, aut alterabit, sicut & in pondere.

Et similiter est de alteratione, & in augmento. Est enim aliquid qđ auget, & alterans etiam similiter est alteratum. Et secundum aliquā quantitatem in additione, & diminutione erit alteratio. Et in aliqua quantitate temporis in duplo erit duplū, & duplum erit in duplo. Et quod est in tpe æquali est duplum. Si igitur alterans, & augmentans augmentat, & alterat tantum in tali tempore, non est necesse vt medietas etiam faciat hoc in medietate, aut in medietate agat medietas: & forte accidit vt non alteret omnino, aut vt non auget, sicut diximus in pondere.

39 **Vult declarare quod omnia, quæ dixit de moto, & motore in loco, sunt vera in augmento, & alteratione, Et dixit & similiter est de alteratione, i. & oia, quę dicta sunt de moto, & motore in loco, s. quod duplum motoris mouet illud motu per illud spatiũ in dimidio illius temporis, aut per duplum illius spatij, in illo tpe, & quod motor mouet dimidium moti per illud spatium in dimidio illius tẽporis: Et, cum motor diuiditur in duo æqualia, & motum in duo æqualia, motus erit idem in velocitate, omnia accidunt, similiter in augmento, & alterato, Et, cum narrauit hoc, dedit causam, &. d. est enim aliquid, quod auget, & aliqd quod augetur, & in aliquo tpe hoc auget, & hoc augetur, i. & ita est de augmẽto, sicut de translatione: qm̃ est aliquid quod auget, & est respondens motori in loco, & aliquid quod augetur, & est respondens moto, & tempus, in quo fit iste motus & quantitas, in quo est. D d. & alterans similiter, &c. i. &, quemadmodum augens, & augmentatum est aliquid terminatæ potentiæ, similiter alterans etiam, & alteratum sunt terminata: & secundum excessum potentiæ alterantis supra potentiam alterati, erit velocitas alterationis, & quantitas tẽporis, in quo est alteratio, s. quod hæc duo sequuntur proportionem inter alterans, & alteratum. Si igitur proportio fuerit magna, velocitas erit magna, & tempus breue, & econuerso. Deinde dicit & in duplo duplum, id est & in tempore, in quo ali qua passio in aliquo alterato ab aliquo alterante, in duplo eius, erit in duplum illius passionis. Deinde dicit & duplum in duplo, id est & alteratio, quæ est dupla ad alterationem positam ab aliquo alterante, duplum eius, erit in duplo illius temporis: & est conuersum primæ & intendebat declarare quæ sunt proportionabilia. Deinde dicit si igitur alterans, &c. id est & si omne alterans, & augmentans alterat, & augmentat aliquod terminatum, & in tempore terminato, & non augmentat quidlibet quodlibet, neque alterat quidlibet quodlibet, non sequitur, cum diuiserimus alterans in duas medietates, vt medietas moueat illud alteratum in duplo illius temporis: cum accidit forte vt non alteret illud omnino: & hoc contingit, quando potentia medietatis motoris non excedit potentiam moti, Deinde dicit sicut diximus in grauitate, id est in grauitate ad leuitatem.**

*Pars illa proœmii ipsius Auer. p. ph. incipiens vtilitas autem, vsque ad illud, Ordo vero, quæ hic loco proœmii. 8. physi. legebatur, vt superflua hinc deleta est.*

# Incipit liber Octauus physicorum Aristotelis, qui est de primo motore, primo motu, & primo mobili.

Summa lib. octaui physicorum secundum Auerroim.

A textu primo vsq; ad 21. ostendit motum ante, retroq; sempiternum fore.
A 21. vsq; ad 45. docet primum motorem esse penitus immobilem.
A 45. vsq; ad 54. manifestat primum motorem esse æternum.
A 54. vsq; ad finem declarat nullum motum æternum præter orbicularem, & primum mouens esse incorporeum, & abstractum.

*Ostendit secundum opinionem suam motus sempiternitatem, &c. Cap. I.*

VTRVM autem factus sit aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum, sic quòd moueatur nihil, aut neq; factus, neq; corrumpitur, sed erat semper, & semper erit, hoc ĩmortale, & sine quiete existit in his, q

A fuit, vt vita quædam natura ſubſiſtentibus omnibus. Eſſe igitur motum omnes affirmãt de natura aliquid dicentes, propter id ꝙ mundum faciunt, Et de generatione, & corruptione eſt conſideratio omnibus ipſis, quam impoſsibile eſt eſſe, niſi ſit motus. Sed quotquot infinitos mundos eſſe dicunt, & quoſdam quidem fieri, quoſdã vero corrumpi, ſemper dicunt eſſe motum. Neceſſarium enim eſt generationes & corruptiones ipſorum eſſe cum motu. Quicunque aũt vnũ aut non ſemper eſſe, & de motu ẽt ſupponunt ſecundum rationem.

Motus ẽ, vt vita oĩbus natura ſubſiſtentibus.

Vtrum autẽ motus aliquando fuit, & non fuit, & corrumpetur in corruptione, in qua nihil mouebitur omnino. Aut motus nec fuit generatus, neque corrumpetur, ſed ſemper fuit, & ſemper erit, & hoc non habet corruptionẽ, nec fugit ab entibus, ſed eſt quaſi vita omnibus, quæ conſtituuntur per naturam. Omnis enim, qui aliquid dixit de natura, dixit motum eſſe. Non enim poſſunt loqui de factura B mundi, & conſiderare in eo, ſecundum quod currit generatio, & corruptio, ſi motus non ſit. Sed dicentes plures mundos infinitos eſſe, quorum quidam generatur, & quidam corrumpitur, dicunt motum æternum eſſe. Modos enim generationis, & corruptionis cum motibus eſſe neceſſe eſt. Dicentes vero vnum mundum eſſe, & non æternum, ſecundum hoc etiam litigant de motu.

QVIA prima intentio eius eſt perſcrutari de primo motore, incœpit perſcrutari de motu, vtrum ſit nouus, aut antiquus, ſcilicet ſecundum genus: & quod eſt ante iſtum tractatum, [a] aut eſt neceſſarium huic tractatui, aut eſt propter melius. Et cum dixit vtrum autem motus: non intendit motum aliquem proprium, ſed intendit vtrũ iſti motus exiſtentes in partibus mundi fuerint, poſtquã nulla pars partium mundi mouebatur omnino, & vtrum deſtruentur omnes, ita, quod nulla pars mundi moueatur. Aut iſti motus exiſtentes in partibus mundi fuerunt ſemper, & erunt in futuro in hac diſpoſitione, in qua ſunt modo. Iſta autẽ perſcrutatio eſt neceſſaria: quia apparet ꝙ in mundo non eſt niſi alterum horum duorum, aut plures motus ſuccedentes, aut vnus motus C continuus, ſcilicet motus corporis cœleſtis. Queritur igitur vtrum eſt poſsibile in his duobus modis ſenſibilibus incipit tali modo, quod ante nihil fuit de eis: & ſiue incœpit vnus eorum ante alterum, aut incœperunt ſimul, ſcilicet motus, qui ſentiuntur continui, & ſuccedentes: & vtrum corrumpentur hæc duo genera tali corruptione, cum qua nihil mouebitur omnino: aut hæc duo genera non ceſſauerunt, neque ceſſabunt eſſe. D. d. ſed eſt quaſi vita: & innuit per hoc, quod neceſſe eſt in motu non ceſſare in præterito, & in futuro, ſi eſt neceſſe hoc in entibus naturalibus. Apparet enim quod conſtitutio entium naturalium, & illud, quod eſt in eis quaſi vita, eſt motum eſſe. Principium enim motus de omnibus mobilibus eſt ſicut anima de rebus viuis: & hæc perſcrutatio non eſt tãtum neceſſaria in cognitione primi motoris, ſed etiam in cognitione eſſe mũdi, ſcilicet vtrum ſit æternus, aut nouus. Neceſſe eſt enim perſcrutationem de huiuſmodi intentione in motu, præcedere perſcrutationem de illa in mundo. Et, quia iſta perſcrutatio magis videtur procedere in perſcrutatione de diſpoſitione mundi in generatione, & corruptione, notificauit iſtam perſcrutationem continere in ſe perſcrutationem de mundo: & induxit ſignum, dicendo quod qui aliquid dixit de mundo, debet dicere tale de motu, Et dixit omnis enim, &c. id eſt, & poſuimus perſcrutationem primo de motu vniuerſali in loco perſcrutationis de diſpoſitione mundi in generatione, & corruptione: quia hoc eſt naturale in perſcrutatione. Omnis enim, qui locutus fuerit de entibus naturalibus,

1 Prima intẽtio eius eſt ꝑſcrutari de primo motore.

a Liber ſeptimus, aut eſt ꝑp neceſſitatẽ, aut eſt propter melius.

Apparet ꝙ conſtitutio entiũ naturaliũ, & illud, qđ eſt in eis quaſi vita, ẽ motum eſſe, principiũ n. motus de oĩ

bus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis. Vide ℘ hoc 2. cœli. t. cō. 68.

cōcedit motū esse. D. dedit causam in hoc, & dixit nō enim possunt loqui &c. id est, & omnes cōcedunt motū esse, quia impossibile est aliquē loqui de factura mundi, id est, de natura illius, & considerare quomodo est in generatione, & corruptione, secundum totū, aut secundum partem, si non concesserint motum esse, scilicet si impossibile est in eo generationē, & corruptionē, aut impossibile: &, si est possibile, quomodo. D. d. sed dicentes, &c. id est, sed considerantes de mundo, licet omnes concedant motum, tamen ita opinantur de generatione, & corruptione in motu, sicut in mundo toto: qui igitur dixit illorum plures mundos esse, quorum corruptio vnius est generatio alterius, & quod hoc procedet in infinitū, concessit motum esse, semper quod fuit, & erit. D. dedit causam in hoc, & dixit modi enim generationis, & corruptionis, &c. & hoc quod dixit manifestum est: quoniam, cum opinati sunt quod corruptio vniuscuiusq; mundorum existentium est generatio alterius, sicut est dispositio in partibus istius mundi, scilicet quod corruptio alicuius, indiuidui est generatio alterius, & quilibet mundus eorū non est extra motū, manifestū est eos dicere motum æternum, succedentē. D. d. dicentes vero vnū mundum esse, & non æternū &c. & hoc intellectū est per se, scilicet quod qui opinatur mundum esse non æternum, & generatum, postquam nihil mouebatur, & corruptibilem in res, quę nō mouebunt, necesse est ipsum opinari hanc opinionē in motu. Et, quia hoc opinari in mundo pōt intelligi duobus modis, incipit distinguere hoc, & dixit si igi.

Digressio. qua quęrit vtrū Arist. qō procedat de motu secūdū genus, vel de motu cœli.

Dico quod hæc expositio quam modo dixi, est, quę intelligitur primo aspectu, & hoc intellexit Alpharabius, secundum quod dixit in libro suo de entibus transmutabilibus: & hoc idem intellexit Aui. & Auēpa, hyspanus, scilicet quod intentio Arist. in primo istius tractatus est, declarare quod ante omnē motum est motus, & ante omnē transmutationem est transmutatio, & quod motus non deficiet secundū genus: vt procedat ex hoc ad declarandū motum esse primū, & æternum, qui continet omnia, aut vnum aut plures: & in hac declaratione est difficultas. Et ideo intendit Alpharabius in suo libro de entibus transmutabilibus complere sermonē de hoc, in quo perscrutatus est secundum quot modos potest imaginari ante omnē transmutationem esse transmutationem & quid potest esse verū de hoc, & quid non. Quapropter inuoluta est sua perscrutatio in hoc. Ego autē, cum hoc quod credebā expositionē istius loci esse istam tantum, erā aliquantulum in errore, scilicet in hoc quod declaratio Arist. est declaratio diminuta, & semper fui perscrutatus de hac declaratione, quousque apparuit mihi intentio, quā intendit Aristo. perscrutari. Et inueni sermones suos conuenientes sibi adinuicē, secundum illā intentionē, non secundū primā expositionē, quæ videtur in primo aspectu. Arist. enim intendit hic declarare vtrū primus motus cōtinēs mundū, aut primi motus, si sint plures vno, sint facti de nouo, ita, quod ante eos non fuit motus omnino, ita, quod motus propter hoc sit nouus secundū genus, Et omnia incœperunt moueri, postquam nihil mouebatur. Aut primus motus, qui continet omnia, existens in primo moto, aut in primis motis, si fuerint plures vno motu, sit ęternus, qui nunquā cessauit, nec cessabit, sed est, sicut dixit quasi vita eorum, quæ constituuntur per naturam. Et induxit ipse, declarationē & definitionē motus prædictā ad ostendendū talē motum esse: non quia induxit definitionem motus ad declarandum quod ante omnē motū est motus: sicut credidit Alpharabius, & alij. Perscrutatio enim, quam hic intendit, est vniuersalis toti mundo. & nō est verū secundū opinionē Arist. vt ante motū continentē totum sit motus, aut ante transmutationē, quæ est prima trāsmutatio, sit transmutatio. Falsa igitur fuit hæc existimatio illorū, hæc. n. est particularis: & est verū de motibus particularibus, quos cōtinet motus vniuersalis, secūdū qđ hęc sequit motū vniuersalē. Non quia hęc existunt eis primo, & essentialiter: qm̄ hoc apud ipsum īpossibile est, vt apparebit post. Non igitur poneret æternā continuationē existentē in istis motibus per accidens signū ad æternā continuationē existentē in ipso primo motu, aut primis, cum hoc, quod nondum declaratū est hic de eis. s. eos esse tales per accidens: & hoc manifestum est, & post declarabitur magis.

Secūda expositio textus secundū Auer. opinionem.

Si igitur contingit aliquando non moueri dupliciter necesse est hoc accidere: aut enim sicut Anaxagoras dixit. Inquit enim ille simul omnibus existentibus & quiescentibus in infinito tēpore: motũ facere intellectum & disgregare. Aut sicut Empedocles: in parte moueri, & iterum quiescere. Moueri quidē cum amicitia ex multis faciat vnũ. Aut cum discordia multa ex vno. Quiescere autē in multis intermediis temporibus dicens sic. In quantum quidem ex pluribus vnũ dixit aptũ fieri. Inquantũ autem iterũ ex vno geminato plura perficiuntur. Sic quidem fiunt res, & nullo modo ipsius est seculum vnũ. Sic autē permutantur neque simul perficiuntur. Sic autē semper sunt immobiles secundum circulum. Hæc enim quod sic permutantur ab hinc itaque dicere ipsum opinandum est.

Si igitur possibile est in aliqua hora nihil moueri: necesse est hoc accidere duobus modis. Aut sicut dixit Anaxagoras, qui dixit ꝙ omnia fuerint in simul & quiescentia tempore infinito: & quo intelligentia fecit in eis motum, & distinxit ea. Aut sicut dixit Empedocles: ꝙ quandoque mouentur, & quandoque quiescunt. Mouentur enim quando amicitia fecit de pluribus vnum. Aut quando lis facit de vno plura. Et quiescũt in tēporibus quæ sunt interim. Cum dicit: secundũ autē ꝙ vnum innatum est oriri ex pluribus, & quod completũ est vnũ: ratificantur ex eo plura: secundum hunc modũ generantur: & sic non erit secundũ eos æternũ: secundũ vero quod hęc duo mutantur & nõ finiuntur cũ hoc: secundum hunc modum semper mouētur circulariter. Intelligendum est enim ex hoc ꝙ dixit: secundum vero ꝙ hęc duo. ĩ. secundũ vero ꝙ hęc duo transmutantur.

Vide opinionē de opinione Anaxag. ĩ primo phys. cõ. 32.
Plato dixit mundũ esse gñatum, sed nõ corruptibilē. Idē infra. t. cõ. 10. idē. 4. ph. 88.
Quatuor elementa scdm Empe. sunt cãę materiales, & lis, & amicitia sunt cãę agētes. Idē pri. ph. 50. & 51.
a Mundus corrũpit̃ p amicitiã secundũ Empe. gñatur vero p litē.
b Partes mũdi opposito modo se habent.

Quia natura diuisionis facit duos modos in hoc, quod posuit quod motũ secundum totum deficit ab entibus, quos modos antiqui dicebant, scilicet aut quod mundus fuit ex rebus quiescentibus tempore infinito, scilicet non transmutabilibus, & quod post corrumpetur tali modo, quod omnia erunt quiescentia in tempore infinito, vt Anaxago. opinabatur, aut quod entia quiescant in aliqua hora, & in aliqua mouentur, vt videbat Empedocles, induxit sermonem vtriusque istorum, & tacuit opinionē Platonis de mundo, qui dicit mundũ esse generatum, sed non corruptibilem: quia non dixit quod omnia erant quiescentia ante generationē mundi: sed quod mouebantur motu inordinato, & quod Deus induxit ipsa ad ordinem, sicut ipse dixit. Et hoc, quod narrauit de Anaxago. qui dicebat quod omnia erãt insimul, intēdit per omnia corpora consimilia, quæ opinabatur esse elemēta mundi: & intendit per hoc, quod dixit erant simul quod erant latentia in mixto infinito: opinabatur enim contraria existere insimul in illo mixto tēpore infinito, & post incœpit intellectus, qui est deus apud ipsum, distinguere ea ex mixto, & extrahere ea de latitatione ĩ actũ: & iam contradixit ei in primo istius lib. Empe. vero generat mundum ex quatuor elemētis, quæ habet pro rebus materialibus: res aũt agentes sunt apud ipsum duæ, ad congregandum hæc elementa & facere ea vnũ amicitia, ad segregandum lis. Mundus igitur [a] corrumpitur, quando elementa adunãtur per amicitiam, & generatur quando multiplicatio fit per per litem. Partes [b] vero mundi compositæ generantur apud ipsum etiã, vt mihi videtur, ex amicitia, & corrumpuntur ex lite. Et similiter partes existentes in indiuiduo segregatæ, & diminutæ segregantur per litem, & ideo, vt mihi videtur, quia in sphæra cœlesti nõ sunt partes diuersæ, nõ est ĩ ea lis apud ipsum, sed cõponit apud ipsum ex ami-

citia,& elementis,& habet ipsam pro deo. Et hoc,quod narrauit de Empedo. quod quandoque mouebantur, intendit quatuor elementa:& intendit per quie tem tẽpus,in quo mundus est corruptus:& per motũ, tempus in quo mundus generatus,& est ens. D.d.mouentur enim,quandoque amicitia, &c,i.apud cor ruptionem,aut generationem mundi. D.d.& quiescunt in tẽporibus, quæ sunt interim:& intendit per vnam quietem hoc,quod est post corruptionem mundi: per secundam non potest intendere,nisi post generationem mundi, Sed quia mũ dus apud suum esse mouetur,remanet ipsum non intendere per quietem in hac dispositione, nisi corruptionem motus vniuersalis,quo est generatio totius mũ di. Et,cum induxit opinionẽ Empe.in generatione, & corruptione mundi, in duxit verba illius,& dixit narrando,secundũ aũt,&c.i.secundũ aũt quod mun dus generatur quãdoque,corrumpitur qñque,motus non erit ęternus,cum inte rim fiat quies:secundum vero quod hæc duo semper succedunt sibi,motus erit ęternus.& vocauit ipsum circularem,quia partes mundi quandoque dissoluun tur,& quandoque ligantur:ex quo sequitur ipsum habere duas quietes,quie tem post congregationẽ.& quietẽ post segregationem.

Considerandum igitur de hoc quomodo se habet. Oportet enim est non solum ad naturæ considerationem scire veritatem, sed & ad scientiam de principio primo.

Et oportet nos considerare de hoc, quousque sciamus quomodo est. Hoc enim non tantum est vtile in vere sciendo aliquid in scien tia naturali tantum,sed etiam prodest in via inducente ad conside rationem de primo principio.

**Diuinus accipit prima pricipia mouentia a naturali,& nullã habet viã demõstratiuã ad hoc. vide 1.ph.c. vlt.& q̃ ibi. a Cõtra Auicen. & Alg.**

3 Dicit & oportet nos considerare de hac intentione in motu, hæc enim per scrutatio non tantum est vtilis in scientia naturali tantum, sed in scientia diui na. & hoc intendebat,cum dixit, in via,i.in aere. Diuinus enim accipit prima principia mouentia a Naturali:& nullam habet viam ad demonstrandum esse primum motorem, nisi accipiat ipsum pro constanti,a Naturali. Et quod a exi stimauit Auicen. quod diuinus debet monstrare primum principiũ esse, est fal sum:& via eius,quã finxit ipsum inuenisse eam, qua vsus est in suo libro, & similiter Algazel sequens ipsum,est via tenuis, & non est demonstratiua aliquo modo. Nos autem de hoc fecimus tractatum singularem super hoc: & qui vo luerit accipere quæstiones accidentes in ea,videat hoc ex lib. Algazelis, plu res enim,quas induxit contra alios, veræ sunt.

Incipiemus enim primum ex definitis prius a nobis in physicis. Dicimus igitur motum esse endelechiam.i. actum mobilis, secun dum quod est mobile. Necesse est ergo existere res possibiles moue ri secundũ vnũquenque motum. Et sine etiam motus definitione om nis vtique confitetur necessarium esse motum possibile moueri se cundum vnumquẽq; motum,vt alterari quidẽ alterabile, ferri autẽ quod est secundum locum mutabile. Quare oportet prius combu stibile esse quã comburi,& combustiuum quam comburere.

**Ex definitiõe motus.**

Incipiamus igitur ex prædictis,in quibus pręd iximus distinctio nem,& determinationem in artibus,& nos incipiemus in rebus de terminatis prius in rebus naturalibus. Dicamus igitur quod motus est actus eius,quod innatum est moueri, secundum quod innatum est moueri. Necesse est igitur illa esse,in quorum potentia est moue ri vnoquoq; motuũ. Et sine hac definitione omnes homines conce dunt quod non est necesse moueri,nisi illud,quod potest moueri,&

**Ex iductione,**

A hoc necesse est in vnoquoque motuum, Verbi gratia quod non alteratur, nisi illud, quod innatum est alterari, nec transfertur, nisi illud, quod innatum est transferri in loco. Necesse est igitur vt res sit innata cōburi prius, antequam comburatur, & comburere, antequam comburat.

Id est incipiamus igitur primo a rebus, quæ mos est vt determinentur in initijs artium, quæ sunt quasi principia earum: & incipiamus ex istis in hac scientia a rebus, quarum definitiones determinauimus ex rebus naturalibus. Et incœpit ponere ad hoc propositionem notam: & est. Omne, quod est, postquā non fuit, necesse est ipsum fuisse ante in potentia: & quod motus generatus talis est, scilicet quod omne, quod mouetur, postquam non mouebatur, necesse est vt ante esset possibile vt moueretur. Et induxit ad hoc certificandum duos modos. Quorum vnus est ex hoc, quod declaratum est de definitione motus, Et secundus ex inductione, Et dixit, Dicamus igitur quod motus, &c. id est, dicamus igitur, quia, cum declaratum est in tertio istius libri quod altera definitionum motus est endelechia moti, secundum quod est motum, id est, & endelechia eius, quod innatum est moueri, necesse est vt res mobiles sint ante mo B tum in vnoquoque generum motuum. Et, cum res mobiles fuerint ante motum, tunc potentia ad motum erit ante motum. Et intelligendum est ex hoc qđ motum est prius tempore motu duobus modis. Quorum vnus est, vt motum, in quo est potentia sit alterius speciei a specie moti, in quo est ipse motus. Secundus est, vt illud mobile, in quo est potentia ad motum, sit motum in actu, scilicet quod motum in potentia est idem numero cum moto in actu. Primus autem modus inuenitur in duobus, scilicet in motu generationis, & corruptionis, & in motibus translationis, quæ est corporum simplicium. Motus enim, cuius generatio est finis complementum, suum subiectum est illud, ex quo est generatio: & similiter est de corruptione. Subiectum vero motus translationis elementorum in quo est potentia præcedens hunc motum in tempore, est corpus, ex quo est generatio elementi. V.g. quia, quando ignis generatur secundum totum, statim habet vbi, quod est superius secundum totum: &, dum generatur pars singula illius, statim habet singulam partem illius vbi. Potentia igitur istius motus non est in subiecto, quod est ignis in actu, sed in subiecto, ex quo generatur ignis, Verbi gratia ligno combusto, aut oleo inflammato. Et hoc ignorauit Ioannes [a] grammaticus: & existimauit quod quædam potētiarum inuenitur cum illo, ad quod est potentia. Et [b] decepit alios in hanc potētiā esse coniunctā cum forma ignis, quæ est in actu, per potentiā, quæ est concomitātia cū ea, quando violentatur ab aliquo, quando generatur, ne moueatur superius. Et ista potentia est alia a naturali, cum sit violenta. Naturalis autem impossibile est vt sit coniuncta cum forma ignis, scilicet potentia quæ est in igne ad motū superius. Et si hoc esset, tunc duo contraria essent in eodem subiecto, & in eodem tempore, scilicet potentia motus, & motus insimul: quod est impossibile. Et [c] hoc manifestum est: & ex hac definitione motus apparet bene impossibile esse generationē esse ex non esse puro. Generatio enim est motus: & est necessarium rem motā esse in actu ad esse motus: & ideo impossibile [d] est aliquod ens generari a moto, quod est in potentia ens tantum. V.g. a prima materia, secundum quod potest intelligi nuda a forma, nedū vt generetur ex non esse. Et etiā apparet hoc idem ex significato [e] huius sermonis hoc generatur ex hoc. V.g. albū fieri ex nigro, & vniuersaliter contrarium [f] ex contrario, non est dicere quod ipsum contrarium mutatur in suum contrarium. Illam enim albedinē fieri nigredinem impossibile est, aut ipsum calorem frigus. Illud igitur, quod impossibile est transmutari in subiectum generati, & est illud, ex quo est generatio: & illud est subiectum contrarij. Et, cum ita sit, & non esse est vnum contrariorum, impossibile est eius naturam mutari in esse: ergo impossibile est aliquid generari ex eo, nisi per accidens: ideo dicitur quod

Expō Alpharabij.
Oē, qđ est postq̄ ñ fuit necesse est ipsum fuisse prius ī potētia. Idē. 9. m. t. c. 13. & 3. d aīa. t. cō. 20. 27. & 12. m. tex. cō. 52.
4
Digressio. Mobile pcedere tpe motum duobus modis pōt contingere.
a Error Io. grāmatici, pro quo vide ēt 4. cę. c. 25.
b Error aliorū, arguit cōtra illos.
c Digredit contra leges ponētes creationē. & arguit ex motꝰ definitiōe
d Impol'e ē aliqđ ens generari a moto ī potētia. v.g. a prima mā, scđm qđ pōt intelligi nuda ab oī forma, nedū generet ex nō esse. Op. 5. ph. cō. 8. et 1. de geña. t. 23. & 24. & 2. de aīa. c. 4 & 1. ph. 63. & pri. ca. de substātia orbis &c.
e Ex significato sermonis.
f Cōtrarium nō mutat' in

dies fit ex nocte, id est post recessum noctis, & frigidum ex calore, id est, post calorem. Est igitur necessario aliquid, cum quo adiungitur non esse, ex quo fit generatio essentialiter: & hoc notũ est per se. Et antiqui omnes conueniunt in hoc. Loquentes autem saraceni habent pro possibili aliquid generari ex nihilo, & negant hoc principium. Et causa erroris eorum fuit hæc, quod sentiunt quod multa comprehensibilia visu generantur ex rebus incomprehensibilibus visu, V.g. ignis ex aere: & sic imaginãtur primo aspectu possibile esse aliquid generari ex nihilo. Vulgus enim non intelligit de non esse nisi illud, quod non comprehenditur visu: & sic accipiunt rem assimilatam rei loco veræ rei, & existimant impossibile esse possibile. Et nituntur [a] ad confirmãdum hoc ex hoc, quod mos est dicere quod subiectũ esse necessarium agenti. s. subiectũ, ex quo fit generatio, est diminutio agentis. Et [b] omnia ista sunt existimationes vulgares, valde sufficientes secundũ cursum, secundum quẽ nutriũtur homines: & eis nõ secundũ sermones sufficientes. Agens [c] enim, non posse agere aliquod impossibile nõ dicitur esse diminutio: sed dicere ipsum facere aliquod impossibile, & posse facere est deceptio. Et, cũ declaratum sit hoc fundamentum, dicimus, &, quia hoc nitebantur declarare. s. quod potentia motus est prior tẽpore motu, est manifestum sine definitione motus. Et dixit & sine hac definitione, &c. i. & sine definitione motus apparet etiã ex inductione quod non mouetur nisi illud, quod, antequã moueretur, erat possibile moueri. Quoniam, si non esset possibile moueri, non moueretur. V.g. quod nõ alteratur, nisi illud, quod possibile erat alterari, & similiter non mouetur, nisi illud, quod ante erat possibile moueri. Et intelligendum est de hac intentione duos modos potentiæ, s. quæ inuenitur in ipso moto, & quæ inuenitur in materia moti. D. d. necesse est igitur, &c. i. necesse est igitur, vt potentia ad illud, quod generat, existat in ea ante ipsum generatũ. V.g. quod illud, quod cõburitur, & fit ignis innatũ erat cõburi, antequã cõbureretur. Et ista potentia non tm̃ præcedit passionẽ existentem in passiuo secundũ tempus, sed ẽt præcedit secundũ tẽpus virtutẽ agentem in agente: Quod enim comburit innatum erat ante comburere: & ideo omne agens, quod potest agere quandoque, & quandoque non, necessario inuenitur quandoque potentia, & quandoque non. Et omnia ista sunt necessaria, & vera. Et hoc, quod dicunt loquentes nostræ legis, immo inuoluentes, quod possibile est prouenire actionẽ nouam, scilicet postquã non fuerit tẽpore infinito ab agente antiquo, absq; eo, ꝙ illic sit causa, quæ fecit illud agens agere in aliqua hora magis quã in alia est sermo sophysticus, & deceptiuus. Dico secundum hanc expositionẽ intellexit Alfara. & alij hoc capitulum. s quod induxit definitionem motus ad declarandum potentiã esse ante actum: & hoc non est proprium motui, secundũ quod est motus, sed est propriũ nouo facto, secundum quod est nouum factũ, scilicet vt potẽtia, & posse noui præcedat ipsum secundũ tempus. Secundũ aũt nostrã expositionẽ induxit definitionẽ motus, ad declarandũ quod motus est in moto: quoniã, cũ dictũ sit in definitione eius quod est entelechia moti, necesse est vt sit in moto, Omnis. n. perfectio necesse est vt sit in re, quæ perficitur. Et secundũ hoc inuenimus Alexan. in suo libro de principijs inducere definitionẽ motus, ad declarandũ motũ esse æternum. Et hoc, quod dixit: & sine hac definitione, &c. hoc decepit hoĩes in hoc: & existimauerũt ipsum declarare potentiam esse ante actum in tempore: & ipse intendebat dicere quod nõ dicitur moueri, nisi illud, in cuius natura est motus scilicet corpus mobile: & quod non inuenitur in immobili.

Ergo & hæc necessarium est, aut facta aliquando esse cum nõ essent prius, aut perpetua esse.

Ista etiã necesse est, aut vt non sint talia, nisi in aliqua hora absq; eo, quod talia erant, aut vt sint talia æterne.

5 Dicit ista igitur sensibilia necesse est, aut vt non sint, sicut videtur. s. ꝙ quædã semper mouẽtur, & quædã semper quiescunt, aut semper succedunt sibi hæc

suũ contrariũ. Idem. 1. phy. 42. 51. 54. 57. Idem 5. phys. 7. & 8. c. & 1. de ge. 47.

a Argumentũ saracenorum.

b Solutio.

c Agens nõ posse agere aliquod impossibile nõ dicit esse diminutio, sed dicere aliqđ impossibile, et posse facere est deceptio &c.

Quid per loquẽtes. vide 3. me. cõ. 15.

Auer. expositio.

Potentiã tẽpore præcedere actum, hoc non est propriũ motui, scđm ꝙ est motus, sed motui facto de nouo.

Omnis pfectio necesse est, vt sit in re, qua perficitur.

Alph. expositio.

Auer. expositio.

A duo in aliqua hora, scilicet motus, & quies, absq; eo, ꝙ ante illā essent huius dispositionis, sed oīa erāt quiescētia. Deinde incœperunt ab aliquo moueri, secūdum ꝙ modo sentiuntur, aut semper fuerunt secūdum quod modo sentiuntur. Et cū dixit quod hoc est quærendū primo, incœpit declarare ipsum. Dico quod hęc est expositio vera: dixit & quia apparuit iam prima mota esse, aut primū motū, quod est causa in motibus eorum, quæ mouentur quandoque ex istis rebus, quæ sunt hic, & quiescunt quandoque, Et nunquam apparet quod ista mota quiescunt, neque in aliqua hora, scilicet corpora cœlestia, considerandum est vtrum fuerint istius dispositionis in aliqua hora, scilicet ipsa esse primo mota, aut semper fuerint illius dispositionis, scilicet mota æterna. Et dixit hoc, quia declaratum est in principio septimi impossibile esse corpus mouere corpus in infinitū, & ideo necesse est mundum habere primum motum, aut prima mota: & si non, inueniretur magnitudo infinita in actu: & inueniretur motum infinitum pertransire in tempore finito spatium infinitum, vt declaratum est in principio septimi. 7. ph. a. pri. tex. vsq; ad 10.

Si igitur factum est mobilium ac motiuorum vnumquodq;. Necessarium est prius, quā accepta, aliam mutationem factam esse, & motum, secundū quē factum est possibile motum esse, aut moueri.

Si igitur vnūmquodque mobilium, non mouetur, nisi postquam in sua potentia erit, vt moueretur. Necesse est vt ante transmutationem dictam fuisset alia transmutatio, & motus, in quo fuit possibile moueri, aut mouere.

Si igitur hoc, quod narrauimus, ꝙ omne motum, & omne mouens necesse est, vt antequā inueniatur mouere, & moueri in actu, vt inueniatur mouere, aut moueri in potētia, & posuerimus quod ista potentia, & posse est nouum, necesse est quod ante primum motum, quem posuimus primum, sit alius motus, per quem fuit posse præcedens primū motū, qui positus fuit primus. Posse enim, quod præcedit motum fieri de nouo, necessario præcedit motum: sed iam posuimus ipsum primum: & hoc est inconueniens. Et similiter accidit in transmutatione, per quam fuit posse, si posuerimus ipsam esse primā, s. quoniam sequitur, vt potētia ad ipsam præcedat ipsam secundum tempus, & ꝙ ista potentia sit facta ex transmutatione. Et quod apparet ex hoc sermone est, quod necesse vt ante illum motum qui ponitur primus est alius motus. Sed non sequitur ex hoc, vt secūdus motus succedat antecedenti statim: sed sequitur vt sequatur ipsum interpollatim, scilicet ꝙ inter illos sit tempus quietis, in quo inueniebatur posse. Cum autem dixerimus quod possibile non exit in actum, nisi per aliquid in actu, scilicet per motorem, necesse est illos motus esse, scilicet succedentes, scilicet quod nullum tempus sit extra motum, & si esset in fine paruitatis. Motor enim mouet ipsum in tempore, in quo mouet, & non ante nisi quia ante non habebat dispositionē, qua possibile erat ipsum mouere: &, cum perfecta erat in eo ipsa dispositio, tunc incœpit mouere. Et ista dispositio aut est in ipso motore, aut in moto, aut in vtroque: & est aut quia motor non fuit, & post fuit, aut quia fuit, sed diminuebatur ab ipso dispositio, per quam mouet; & hoc est aut propter aliquam dispositionem in eo, aut propter dispositionem in moto, aut sicut distantia, & impedimentum. Et istæ tres dispositiones forte deficiunt plures earum, aut vna in moto: & hæc erit causa, quod motor non moueat. Ergo necesse est vt ipsum mouere succedat motui præcedenti, scilicet quod principium sui mouere sit finis motionis antecedentis ipsum. Et mouere illud præcedens aut fuit in moto, aut in motore, aut in extrinseco, scilicet aut generatio aut alteratio eorum, aut in vtroque, aut dispositio in altero eorum, aut in vtroque, aut appropinquatio in loco, aut recessus impedimenti. Ergo necesse est ꝙ ante transmutationem esset transmutatio: aut transmutatio non est continua per quam transmutatum fuit possibile vt transmutaretur: aut trāsmu-

Margin notes:

6 (beside "Si igitur hoc, quod narrauimus")

Obiectio, ꝗ quā vr̄ ꝓbare, ꝙ nō loquat̄ de motu primi mobilis, &c. (beside "… ista potentia")

Solutio. (beside "… extra motum")

Excusat Aristotelem ab insufficiētia.

tatio est cōtinua cum ea, per quā transmutans fuit transmutans, postquā fuit in posse. Et forte tacuit hunc modum, quia apparet ex secundo condiuidente qd post inducet: & est quod aliquis dicat quod posse, quod præcedit primum motum est antiquum secundum quod ponunt ipsum dicentes mundum fieri, postquam non fuit in aliqua hora. Et forte tacuit ipsum, quia non indiget eo in hac declaratione.

Si autem quæ sunt, præerant semper motu non existente, irrationabile quidem videtur & in scientibus. At vero magis vltra ingredientibus hoc necessarium est accidere. Si enim, aliis quidem mobilibus existentibus, aliis autem motiuis, aliquando quidem erit quod primum mouens, hoc autem quod mouetur, aliquando aūt nihil, sed quiescit, oportet hoc mutari prius. Erat enim aliquid causa quietis. Quies enim priuatio motus est. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

Et, si in præterito semper fuerit talis dispositionis, sed nō fuit motus. Apparebit ex isto ipso sermone, cum fuerit consideratus ipsum non habere modum: & hoc apparet manifeste: & sequitur in ea magna improbabilitas quando inuestigauerit quis bene. Quoniam, si illa quæ innata sunt mouere, & illa, quæ innata sunt moueri, sint, & quandoque erit hic primus motor, & erit hoc motum, & quandoque non erit vtrunque, sed quies. Necesse est vt in hac dispositione ante illud sit transmutatio. Quies enim aliquam habuit causam. Nam quies est priuatio motus. Quapropter necesse est vt ante primam transmutationem sit transmutatio præcedens.

Quia hoc, quod posuit in hoc quæsito, quasi fundamentum, super quod fun-
7 dauit demonstrationem est hoc, ꝙ hic est primus motus, & primum motum, & primum mouens. Verbi gratia, motus cœlestis primus, & illud, quod mouetur hoc motu, & quod mouet hoc motu, vt declaratum est in septimo, & quinto, scilicet quod ante motum non est motus essentialiter, Incœpit perscrutari vtrum motus, qui est huius dispositionis, possit esse primus secundum tēpus, & secundū naturā, aut nō possit esse prius nisi secundū naturā tantū, scilicet q semper fuit, & erit. Deinde posuit perscrutationē suā de hoc in rebus motis, & dixit ꝙ illud, quod mouetur primo motu tēporali, si sit huiusmodi motus tēporalis huius dispositionis, necesse est, aut vt sit generatū, aut æternū, scilicet q semper fuit, & erit. Sed motus huius primus fuit tēporalis, si igitur fuit generatū, tūc ante primū motū tēporalē fuit alius motus: & sic ille motus, qui fuit positus primus non est primus, nec tēpore, nec natura. Motus enim, ante quē est motus non est primus, neque secundū tēpus, neque secundum naturam: &, si motum fuerit æternū, & primus motus, quo mouetur, fuerit primus in tempore, scilicet quod moueatur post quietem infinitam, necesse est quod cūm illud motor sit æternus, & motum sit æternum, & nulla causa sit agens quod non quietum sit quiescens in aliqua hora, & motum in alia, necesse est vt non quiescat, & vt non moueatur: cum eandē habeant proportionem ad motum, & ad priuationem motus. Quapropter necesse est illic esse causam agentē, & motorem, quid moueat, postquam non mouerit, & rem motam vt moueatur, postquam non mouebatur, Aut causam facientem vtrunque, & erit causa, aut per eius ablationem, aut per eius absentiam. Et quomodocunque fiat, necesse est vt ante illū motū, positum primū motum sit alius motus: & sic non erit primus, sicut fuit positus, neque secundū tempus, neque secūdū naturā. Ergo necesse est vt sit hic primus motus naturaliter, qui semper fuerit, & motū tale, & motor talis, si non fuit secundū tēpus, & quod non sit hic motus primus alio modo: quod

A quòd est impossibile. Et similiter declarabitur quod semper erit. Et inducere hāc expositionem secundum verba Aristo. non est difficile Immo ista expositio est, qua non potest esse verior, & non debet aliquis dicere quod primus motus temporalis est motus generationis. Motus enim generationis non est motus, sed finis motus: & impossibile est vt sit primus secundum tempus, aut secundum naturam: nec motus, cuius finis est generatio, est possibile, vt sit primus. Nam iste motus est motus alteratiuus: & primus motus debet esse æternus: & est declaratū in vltimo sexti, quod impossibile est vt motus æternus sit, nisi motus circularis.

Motus gñationis nō ē motus, sed ē finis mot'. Idem. 9. ph. 32. &. 5. ph. com. 8.

Alia quidem mouent singulariter, alia autem & secundum contrarios motus, vt ignis quidem calefacit, frigefacit autem non. Scientia autem contrariorum videtur esse vna. Videtur igitur, & ibi aliquid similitudinis esse. Frigidum autem calefacit, conuersum quodammodo, & abscedens, sicut peccat voluntarius sciens, quādo econtrario vtitur scientia. Si igitur q̄cunq; possibilia sunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea aūt mouere nō penitus possibilia sunt, sed si sic se habet, & proxima alterutris sunt. Quare cum proximantur, & ita fuerit vt sic hoc quidem motiuum, aliud vero mobile aliud qui-
B dem mouet, aliud vero mouetur.

Scīa contrariorū vr̄ vna esse.

Et quędam mouent singulariter, & quædam mouent duos motus insimul, Verbi gratia, quoniam ignis calefacit, & non infrigidat. Cognitio vero existimatur esse duorum contrariorum eadem. Sed apparet etiam illic aliquod simile hoc modo. Frigus enim quandoq; calefacit, quandoq; reuertitur quoquomodo, sicut sciens peccat quādoq;, quando vtitur sua scientia peruerse. Sed non omnia, quæ possunt agere, aut pati, aut moueri, necessario possunt hoc. Sed quando fuerint talis dispositionis, aut quando fuerint vicinantia sibi adinuicem. Ita quod quando fuerint vicinantia sibi, hoc mouebit, & hoc mouebitur. Et, cum fuerint in illa dispositione, in qua hoc innatum erit mouere, & hoc innatum est moueri.

Cū posuit ꝙ causa quietis est alia a causa motus. Et, ꝙ cum fuerit positum aliquod motum, postquam non mouebatur, ꝙ necesse est vt auferatur causa quietis, Et, quod ablatio illius est transmutatio, aut sequens transmutationem, Et est manifestum hic esse aliqua, quæ faciunt duo contraria insimul, & apparet in eis mouere absque eo, quod præcedat ea alius motus, & sunt entia rationalia, Incœpit declarare hoc, & nititur dissoluere quæstionem accidentem in eo, Et dixit & quædam mouent. i. & apparet quod quædam mouent motu singulari tantum, s. vno duorum motuum contrariorum, & quædam mouent duobus motibus insimul, s. temporibus diuersis. Illa autem, quæ mouent motu vno tantum, & non habent potētiam ad contrarium, sunt illa, quæ mouent per virtutes naturales in eis. Verbi gratia, ignis, qui calefacit tantum & non infrigidat. s. essentialiter: & nix, quæ infrigidat, & non calefacit. Illa autem, quæ habēt potentiam ad vtrumque contrariū, sunt virtutes scientes. s. comprehensiue. Et hoc intendebat, cum dixit, cognitio vero, &c. i. virtutes autem rationales videntur habere posse ad vtrumque contrarium. Et intendit hic per hanc dictionem, existimatur, concedi ab omnibus, aut a pluribus: &, quia virtutes naturales agunt alterum contrariorum, & quandoque reliquum per accidens, dixit sed apparet, &c. i. sed in virtutibus naturalibus est aliquod simile ei, quod inuenitur in virtutibus rationabilibus de hoc, s. ꝙ agunt vtrunq; contrarium; quia altera actio [a] est virtutum naturalium ꝑ se, & reliqua per accidens. In virtutibus aūt rōnalibus duæ actiones contrariæ sunt essentialiter. Et, cum notificauit ꝙ virtutes nāles habēt ēt hoc, dedit exem-

S

Illa, q̄ mouēt motu vno tm̄, & n̄ hn̄t potētiā ad cōtrariū sunt illa, q̄ mouēt ꝑ virtutes nāles ī eis, illa vero, q̄ habent potentiā ad vtrūq; contrariū, sunt virtutes scientes. Idem 9. me. t. c. 2.

a In virtutibus nālibus una actio est

ꝑ se,reliqua vero ꝑ accidens,sed uirtutes rõnales eẽntialiter sunt ad vtrũq; contrariũ.cõsile infra cõ.51.

a Quõ frig' ꝑ accñs calefacit.

b Pria expositio primæ partis textus.

plum,& dixit a frigus enim,&c.& intedit per hoc,quod dixit reuertitur, hoc, i. A
quod calor existens in re reuertitur de extrinseco in intrinsecum per frigus: ex
quo accidit quod illud ens calefacit modo accidentali: & hoc intendebat,cum di-
xit quoquomodo. Et quia iste modus transmutationis, s.quia est per accidens,
fit ex virtutibus rationalibus,sicut fit ex virtutibus naturalibus,notificauit hoc,
& dixit quemadmodum sciens, &c.i.ꝙ frigidum calefacere per accidens est si-
mile peccato artificis, quando errauerit circa contraria vero: & iste est ille,qui
vtitur sua scientia peruerse,scilicet qui vtitur sua scientia ecõtrario ei,quo debe-
ret vti. Et b forte induxit hoc post illud,quod intendebat declarare de impro-
babilitate, contingente ponentibus omnia fuisse quiescentia tempore infinito ꝓ-
pter alterum duorum:aut ad declarandum quod, si fuerit positũ quod omnia erãt
quiescentia,deinde incœperunt moueri,ꝙ non sequitur in omnibus hoc,s.vt cau-
sa motus sit alia a causa quietis, & causa motus illius causæ sit aliud a causa quie-
tis eius,sicut sequebatur in initio sermonis. Existimatur enim ꝙ hoc nõ contingit
nisi in motoribus,qui agunt alterum contrariorũ duorũ tm̃. In virtutibus aũt,
quæ agunt duo contraria insimul non contingit vt causa quietis non sit causa mo-
tus:cum illud,quod agit quietem in istis virtutibus, est illud,quod agit motum.
Sed contingit hoc in quibusdam:cum ille,qui ponit hunc sermonem,non possit po-
nere omnia de genere virtutum , quæ agunt contraria. Et secundum hoc dedit
responsionem ad hanc quæstionem,dicendo sed non omnia,quæ possunt,&c.i.& B
ponens hunc sermonem,& dans hanc rationem,nõ potest dicere hoc in omnibus
rebus:cum plures rerum, non sint rationales:sed plures rerum, quæ mouens, &
mouentur,non recipiunt mouere,& moueri,nisi cum fuerint in aliqua dispositio-
ne ex extrinseco:& reperiuntur quiescere, & cum fuerint ex extrinseco in con-
trario illius dispositionis,in qua erant,in qua mouebantur,& mouentur. Et hoc
intendebat, cum dixit sed cum fuerit talis dispositionis, &c.i.sed rerum natura-
lium res naturales ea , quæ sunt innata mouere,& moueri,postquam erant, non
mouent,aut mouentur nisi aut quia diminuebatur ex eis dispositio,per quam hoc
mouet,& hoc mouetur, aut quia distant ab inuicem, aut quia illic est aliquod im-
pedimentum. Cum igitur vtrumque eorum fuerit in dispositione , qua hoc mo-
uet,& hoc mouetur,& fuerit propinquũ vnum alij,& non fuerit illic impedies,
tunc necesse erit vt hoc moueat,& hoc moueatur. Sed adhuc remanet eadem q-
stio: potest enim aliquis dicere qđ primus motor totius est ex habentibus virtu-
tes rõnales & cũ habẽtia virtutes rõnales incipiũt mouere post qetẽ, & qescere
post motũ absq; eo,quod deficiat dispõ,per q̃ hoc mouet,& hoc mouet,& absq;
eo,ꝙ deficiat appropinquatio in tempore quietis: & sic totum erit quiescens per
quietem istius motoris:&,cum incœperit totum moueri, & erunt omnia mouen-
tia, & mota extrinseca,reducta ad talem motorem. Secundum igitur hanc ex- C
positionem forte dimisit dissolutionem istius quæstionis vsque post, cum apperte
dicet hanc quæstionem:& secundum hanc expositionem est intelligendum, sed

Scđa eiusdẽ expõ.

non omnia,hoc quod intelligit de particulari negatiua,& per hoc,quod dixit sed
cum fuerint talis dispositionis,quod intelligitur de particulari affirmatiua. Secũ-
da autem expositio est, vt intelligatur ex hoc,ꝙ dixit sed non omnia,hoc,ꝙ intel-
ligitur de vniuersali negatiua:& quasi diceret quod non omnia possunt mouere,
postquam non mouerit,absque eo,quod illic sit causa facta, quæ sit causa, si ali-
quid eorum quæ innata sunt mouere,fuerit mouens in actu: & eorum, quæ sunt

Digreditur, & ostẽdit ꝙ virtutes rõnales nõ qescunt qñq;, & mouetur qñque, nisi trãsmutatio præcesserit.

a Com. 15.

innata moueri,fuerit motum actu. Et secundum hoc sermo eius erit vniuersalis
in omnibus virtutibus motiuis.s.rationalibus, & irrationalibus: & hoc manife-
stum.Quoniam autem rationales non quiescunt quandoque, & mouentur quan-
doque,nisi propter renouationem transmutationum factarũ in eis ex extrinseco,
aut in anima,aut in corpore,manifestum est ꝙ prolixe loquemur de hoc post.
c Quando enim animal mouetur, postquam non mouebatur, necesse vt in eo sit
aut appetitus,qui añ nõ erat,aut illa concupiscentia, aut appetitus nõ fuerit,aut
per transmutationem præcedentem ab aliquo ente extra animam:& hoc erit,quan-
do illud ens fecerit aliquam passionem in corpore eius, ex qua fiet concupiscen-
tia,quæ non erat ante,aut appetitus. Et ex comprehensione illius entis, aut ex

A passione sue comprehensionis ab eo accidet ei imaginatio, & scientia,& appetitus,qui ante non erat, & concupiscentia motus, quæ ante non erat. Si autem posuerimus ipsum in omnibus suis dispositionibus existentibus in ipso, & extrinsecis in dispositione quietis idem cum ipso in dispositione motus, Tunc necesse est quod non sit dignius mouere in aliqua hora, quam quiescere: & sic aut non quiescet, neque mouebitur, aut quiescet,& mouebitur insimul: quod est impossibile: quia cum proportio [a] illius, quod habet potentiam agendi duo contraria, fuerit eadem, non faciet alterum illorum: & ideo, cum fuit impossibile in talibus istis virtutibus eandem proportionē esse inter duas actiones contrarias, iō impossibile fuit vt essent extra ambo, Verbi gratia, vt animal esset extra motum, & quietem. Et quod dicunt loquentes nostræ legis voluntatē dependere de actione entis noui in aliqua hora, ita, quod illud ens fiat apud præsentiam illius horæ absq; eo, vt fiat illic transmutatio, est sermo non intelligibilis. Voluntas enim, cum fuerit ad inueniendum aliquod ens in aliqua hora, necesse est vt in volente fiat in illa hora concupiscentia in agente, quæ non erat ante: & illa est causa propinqua ad agendum in illa hora, & non ante. Et causa illius concupiscentiæ est præsentia temporis, & præsentia temporis, quæ non erat ante, est transmutatio necessario, aut sequens transmutationem. Concupiscentia igitur, facta per præsentiam temporis est transmutatio extra transmutationem: ante igitur transmutationem, B quæ est posita prima, est alia transmutatio: & non potest homo sanus fugere hanc fidem existimatione præsente.

a Cū ꝓportio illius, qđ hēt potentiā agendi duo cōtraria fuerit eadem ad cōtraria nō faciet aliqđ illorum.

Contra saracenos ponētes voluntatē depēdere, de actiōe entis noui in aliqua hora, ita, ꝙ illud ens fiat absq; hoc, vt ibi fiat trāsmutatio.

Si igitur non semper motum est, tunc manifestum est quod non sic se habebant, sicut possibilia, hoc quidem moueri, illud vero mouere, sed oportuit mutari, alterum ipsorum. Necesse enim in his, quæ sunt ad aliquid accidere, vt si duplum non est, nunc autem est, mutari duplum, si non vtrumq;, alterum. Erit ergo quædam mutatio prior prima.

Noua relatio non accidit alicui, nisi ex variatione alicuius extremi.

Si igitur non fuerint semper mota, manifestum est quod non erāt illius dispositionis, in qua hoc poterat mouere, & hoc moueri, sed alterum eorum transmutatur. Necesse est enim hoc sequi in eis, quæ sunt in capitulo ad aliquid, Verbi gratia, quod si hoc non fuerit duplum istius, & est modo, necesse est transmutationem esse, & si non in vtroq;, in altero. Quapropter necesse est vt primam transmutatio C nem præcedat transmutatio.

9 Si igitur non fuerint entia præterita, quæ semper mouebantur, sed in aliquo tempore fuerint quiescentia, aut finito, aut infinito, manifestum est quod in tempore illius quietis non erant in dispositione, in qua possibile erat, vt motor moueret, & motum moueretur. Et cum ita sit, & postea venerunt ad dispositionem in qua motor mouet in actu, & motum mouetur in actu, manifestum est quod illud impedimentum iam ambulatum est: ex quo necesse est quod alterum eorum, aut vtrunque transmutetur, Et hoc intendebat, cum dixit, sed transmutatur alterum: et cum posuit quod necesse est in motore, & in moto, cum fuerūt mutata ex dispositione, in qua non fuit motus, ad dispositionem, in qua est motus quod necesse est vt illi motori, aut moto accidat transmutatio, aut vtrique, aut per accidens, aut essentialiter, Incœpit declarare hoc. Et dixit necesse est enim, &c. id est, & hoc necesse est, quia motor, & motum sunt in capitulo ad aliquid: &, cum in aliquo tempore hoc non moueret, & hoc non moueretur: & post hoc moueret, & illud moueretur: manifestum est quod inter illa fuit facta relatio, quæ non fuit ante: & omnis relatio sequitur transmutationem. Ergo necesse est vt ante relationem positam sit aliqua transmutatio in motore, aut in moto, aut in vtroque, aut in extrinseco, Verbi grbtia, quod sit illic aliquod impedimen-

Motor, & motū sunt in c. ad aliqd.

tum, quod aufertur post: & hoc intendebat, cum dixit, necesse est igitur vt sit trās mutatio, &c. Deinde dicit & qua propter necesse est vt primam transmutationem præcedat transmutatio. Et hæc demonstratio, quam induxit, est vniuersalis in omni motore, siue in virtute rationali, siue in non rationali: & hoc induxit nos ad exponenda verba eius, sicut prius exposuimus. Et oportet nos perscrutari in hoc loco quod intendit per hunc sermonem. Vtrum intendit quod motus secundum genus semper fuit, aut intendit hoc, esse motum æternum vnum in specie. Est enim in hoc aliqua difficultas: q̄m, si intendit declarare quod motus non deficit secundum genus in aliqua hora, existimatur quod impossibile est ipsum cōtinuari secundum genus, secundum quēcunq; modum fuerit positus. Sed sunt positiones impossibiles, & possibiles quædam: & hoc, quod est possibile, est illud, quod necessario sequitur ex istis propositionibus, quas posuit hic, s. potentiam præcedere actum secundum tempus: & secundum hoc est illud, quod intendit de hac intentione diminutum. & ideo videmus Alpharabium in suo libro de entibus transmutabilibus niti enumerare modos, in quibus possibile est motū præcedere motum alium: & hoc in motore, & in moto. D. declarasse quis possibilis, & quis impossibilis, & q̄ possibilis est necessarius secundum definitionē motus. Et secundum hoc erit opinio Alpharabij quasi complementū ad illud, quod declarauit Arist. hic: licet Arist. fecerit illud, quod fecit Alpharabius, in secundo libro de generatione. In illo enim libro declarauit qualiter est possibile omne motum præcedere motum, & quō est impossibile. Et sic sermo eius in hoc libro est diminutus, & complebitur post. Aut dicamus quod Arist. non intendit per hanc declarationem declarare quod impossibile est mundum esse in aliqua hora extra vnum motum, sed declarare quod mundus impossibile est vt sit extra motum secundum genus, Et quomodo inuenitur omne motum præcedere motum est alia quæstio. Et secundum hoc videtur quasi intendere contradicere sermoni dicentium motum deficere in aliqua hora, non probare motum esse æternum. Et forte etiam intendit per hunc sermonem probare mundum esse semper secundū hanc dispositionem, in quo est modo. Quoniam, cum posuerimus q̄ ista ordinatio est naturalis, & q̄ impossibile est mundum habere aliam ordinationem præter istam, s. q̄ omnes motus reducuntur ad corpus cæleste, & quod propinquitas corporis ad quasdam res, & sua remotio a quibusdam est causa, propter quam quædam mouentur quandoque, & quædam quiescunt quandoque, Et propter quam omnem motum sequitur motus, Et est declaratum quod impossibile est motum deficere in aliqua hora. Ergo manifestum est q̄d mundus semper fuit, & erit in hac dispōne. Quoniam, si deficeret, non deficeret nisi per quietē, non per mutationem ad aliam formam. Et, cum impossibile sit ipsum mutari ad aliam formam, aut quiescere, necesse est vt motus corporum, quę sunt eterni motus quæ sunt semper in motu, sint in hac dispositione semper, in præterito, & in futuro. Quoniam, si quiesceret totum, nihil aliud esset causa quietis eius, nisi quies eorum. Quēadmodum causa motus eorum, quæ mouentur quandoque, & quietis eorum, q̄ quiescunt quandoque, nihil aliud est, nisi motus eorum semper in propinquitate, & distantia. Si igitur possibile esset corpora cælestia quiescere, necesse est vt essent pars alterius mundi, vt essent hic alia corpora. quæ mouerentur circulariter quæ essent causa quietis istorum quandoque, & motus istorum quandoque: secundum hoc ergo possumus intelligere hunc locum. Et quod apparuit mihi post longam perscrutationem est, quod ex hoc, quod hoc induxit, apparet motum vnum continuum primum æternum esse, cum adiunctum fuerit hoc, quod declaratum est in hic, scilicet quod non est hic motus primus nouus, illi, quod declaratum est in septimo, s. quod, si est necesse vt in motis in loco sit primum motum, & primus motor, quod necesse est vt iste primus motor, & istud primū motum semper fuerint in hac dispositione, s. hoc mouere, & hoc moueri. Quoniam, si fuerit possibile ipsum incipere mouere in aliqua hora, cōtingeret, ut ipsum præcederet motus prior motu illius, & motum prius moto illius, & motorem priorem eo: & sic hoc quod fuit positum, quod ipse fuit primus motor, non fuit verum. Et, cum hic fuerit motor, qui semper mouet, tunc erit hic motum, quod semper mouetur, scilicet quod si

Oīs relatio sequitur trāsmutationem.

Digressio, q̄ q̄rit vtrum Ari. intēdit declarare q̄ motus sc̄dm genus semp fuerit.

Pria expō. Alpharabii.

Scd̄a expō, & est The.

Tertia expositio aliorum.

Quarta expō, Auer.

A est æternum. Et, si non, contingeret vt ante primum motorem esset motor prior illo, scilicet si posuerimus illud, quod mouetur ab eo, generari, aut transmutari aliquo modo transmutationis, nisi secundum motum in loco: &, cũ hic fuerit motum æternum, hic est motus æternus. Et maxime, cum adiunctum fuerit his duabus propositionibus hoc, quod apparet sensui, scilicet quod omnes motus reducũtur ad motum localem, quod iste motus est prior eis naturaliter. Et bene potest hoc apparere generaliter, s. hic esse transmutationem continuam necessario: quoniam, cum necesse est hic esse transmutationem primam naturaliter, & est, ĩpossibile transmutationem primam naturaliter esse in tempore nouam, Necesse est hic esse vnam transmutationem continuam: quæ est causa in hoc, quod ante omnem transmutationem est transmutatio.

Adhuc autem prius, & posterius quomodo erunt, tempore non existente, aut tempus, si non sit motus? Si igitur tempus est numerus motus, aut motus quidam. si quidem tempus semper est, necesse est, & motum perpetuum esse. At vero de ipso quidẽ tempore, extra vnũ, simul intelligi videntur omnes. Ingenitum enim dicunt. Et propter hoc Democritus demonstrat tanquam impossibilia omnia esse B facta. Tempus enim impossibile est esse factum. Plato autem ipsum generat solus. Simul enim ipsum cum cælo factum esse: cælum autem factum, esse dicit.

Solus plato generat tempus.

Deinde cũ & hoc, quomodo potest esse prius, & posterius, si tempus non sit? Et quomodo erit tempus, si motus non sit? Si igitur tempus est numerus motus, aut alicuius motus, tunc tempus, si fuerit æternum, necesse est vt motus sit æternus. Sed videmus omnes, præter vnum, conuenire in hoc de tempore. Dicunt enim ipsum esse non generatum, id est non nouum. Et per hoc declarat Democritus impossibile omnia esse generata: dixit, quia tempus est nõ generatum. Plato vero generat ipsum. Dicit enim ipsum generari cum cælo: & quod cælum est generatum, & nouum.

Cum declarauit quod ex definitione motus apparet quod motus est æternus, 10
C dicit quod hoc idem etiam apparet in tempore. Omne enim generatum, necesse est vt suum nõ esse præcedat ipsum: & quomodo potest aliquis intelligere prius & posterius si tempus non sit? Tempus enim facit prius, & posterius in rebus, q̃ non mouentur: In rebus, autem quæ mouentur, prius, & posterius existit per se. Et, cum posuit quod prius, & posterius non erit, si tempus non fuerit: & quod nouum non erit, si prius, & posterius non fuerit. Sequitur ex hoc quod nouũ nõ erit, si tempus non fuerit. Et, cum apparuit ei quod nouum non erit, nisi tempus sit, & tempus non potest esse, nisi motus sit per hoc, quod declaratum est quod tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, Incœpit declarare qđ necesse est, si tempus sit æternum, vt motus sit æternus, s. cuius tempus est numerus, & dixit, si igitur tempus est numerus motus. Et ista consecutio est manifesta ex definitione temporis declarata in quarto istius libri: & potest declarari ex ipsa natura temporis. Est enim notum per se, quod tempus aut est motus, aut sequitur motum: & dixit aut alicuius motus: quia non curat in hoc loco, siue tempus sit motus siue numerus alicuius motus. Et, cum verificauit consecutionem in hoc syllogismo, incœpit inducere opiniones antiquorum, & dixit, sed videmus omnes, præter vnum, & c. i. & sermo eius in hoc est intellectus per se, & apparet, quia antiqui percipiebant tempus esse æternum, sed non percipiebant ipsum sequi motum: & ideo dixit Democritus, dando rationem, quod impossibile est vt omnia essent generata, ex hoc, quod tempus est vna rerum, &

Tp̃s facit prius, & posterius in rebus, q̃ non mouentur, ĩ reb'ãt, q̃ mouent', prius, & posterius existit p̃ se. Per se notũ est, qđ tp̃s aut est motus, aut consequens motũ. Idem 12. me. c. 29. & 4. ph. c. 98.

Idē. 3. phy. com. 31.

non est generatum: & si antiqui percepissent, quod tempus non esset extra motum, credidissent motum esse æternum. Platoni autem accidit contrarium, quod accidit antiquis: concessit enim tempus sequi motum cæli: sed non concessit ipsum esse æternum, sed generatum.

Si igitur impossibile est, esse & intelligere tempus sine ipso nunc: nunc autem est medietas quædam, & principium, & finem habens simul, principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti: necesse est semper esse tempus. Vltimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim est accipere in tempore præter nunc. Quare, quoniam est principium, & finis ipsum nunc, necesse est ipsius vtraq; ex parte esse semper tempus. At vero, si tempus est, manifestum est, quia necesse, est esse & motū. Si quidē tempus est passio quædam motus.

Nihil est accipe in tpe præter nūc.

Tp̄s est q̄dā passio mot'.

Et etiam, si impossibile est vt sit tempus, aut vt intelligatur extra instans: & instans est medium, & est principium, & finis, sed principium temporis futuri, & finis temporis præteriti: necesse est vt tempus sit æternum. Quoniam, si fuerit acceptum vltimum tēpus, post quod non est tempus, necesse est vt sit in aliqua hora. Quoniam impossibile est vt in tempore sit aliquid omnino, nisi instans. Et quoniam instans est principium, & finis, necesse est vt ex vtraq; parte sit tempus, & si ex vtraq; parte sit tempus, manifestum est vt motus sit etiam. Tempus enim est aliquod accidentium motus.

11 Cum declarauit ꝙ necesse est, si tempus sit, vt sit motus, scilicet motus cuius numerus est tempus, incepit declarare tempus esse æternum, & proposuit ad hoc duas propositiones. Quarum vna est quod instans nunquam inuenitur, nisi in tempore. Et quod impossibile est tempus esse, extra instans. Et causa in hoc est, quia instans facit tempus, & ideo qui non percipit ad minus duo instantia, nō percipit tempus. Et ideo, cum posuit ꝙ impossibile est tempus esse extra instans, & cum positum est instans, positum est tempus, coniunxit huic aliam propositionem, s. ꝙ instans est principium futuri, & finis præteriti, & ista propositio est manifesta per se. Instans enim est illud, quod accipit intellectus pro differentia inter præteritum, & futurum, scilicet prius, & posterius in motu. Et, cum natura instantis est ista, manifestum est impossibile est imaginari instans, quod non est finis preteriti, & principium futuri. Et causa in hoc est, quia nihil inuenitur de tempore in actu, nisi instans. Et cum hoc impossibile est demonstrari, sicut demonstratur punctus: quia, cum demonstratur, transit statim. Et nullus potest imaginari instans esse principiū futuri absq; eo, ꝙ sit finis tpis præteriti, aut finem præteriti absq; eo, qđ sit principiū futuri: nisi estimetur tempus existere, q. linea recta: & immorari in hoc est superfluum. Et, cum posuit instans esse principium, & finem, incepit declarare quomodo sequitur ex hoc, vt tempus sit æternum. Et dixit finis enim temporis vltimi, post quod non est tempus, cum fuerit acceptus, necesse est vt sit in quibusdam instantibus, id est, q̄ṁ principium temporis, ante quod aduersarius dicit non esse tempus, necesse est vt sit in instanti: & similiter finis, postquam aduersarius fingit non esse tempus, necesse est vt sit etiam in instanti: & sic necessario ante tempus erit tempus, & post tempus, tempus. Dixit impossibile est enim, &c. id est, & necesse est vt extremitas temporis sit in instanti: qui impossibile est inuenire ex tempore aliquid in actu, nisi instans. Et veritas q̄nis est: q̄ṁ necesse est, si instans fuerit acceptū, aut demōstratur actu, sicut demōstrat' punstus, aut non demonstrat'. Si demonstratur, destruitur natura

Instans est principiū futuri, & finis præteriti.

Idē. ph. 125.

Nihil inuenitur de tpe in actu, nisi instans.

Quod īpoſſe fit aliquid ī tpe adinuenire actu, nisi instans.

A temporis: motus enim destruetur necessario: &, si fuerit impossibile ipsum demonstrari, nisi in motu, necesse est ut ante ipsum sit motus, & post ipsum sit motus. Et, si non, tunc erit acceptum quiescens, & tunc erit quasi punctus, non instans. Et vniuersaliter omne, quod diuidit motum, necesse est vt ante ipsum, & post ipsum sit motus. Et cum posuit, quod extremitas temporis quod ponitur generari, aut corrumpi necesse est vt sit in instanti dixit, si igitur instans, &c. id est, si igitur extremitas temporis, quod ponitur generatum, & nouum, scilicet ꝙ ante ipsum non est tempus: & instans est principium tẽporis futuri, & finis præteriti: necesse est vt ex duobus terminatis ad ipsum componatur tempus, & sic ante ipsum erit tempus, & post ipsum tempus. D.d. si igitur fuerit, id est, si igitur ex istis duobus terminatis ad ipsum fuit tempus, manifestum est, &c. id est, & cum declaratum sit quod in duobus terminatis cuiuslibet instantis sit tempus & tempus est consequens, & impartibile a motu. Manifestũ est quod in duabus partibus cuiuslibet instantis est motus: ergo motus est æternus necessario. Et fortè sciatur de hac demonstratione hoc, quod motus æternus est motus diurnus. Declaratum est enim in quarto quod tempus non sequitur primo, & essentialiter, nisi hunc motum. 4. phy. 130. & 132.

Eadem autem ratio est & de eo, ꝙ incorruptibilis sit motus, sicut
B enim in eo, ꝙ fiat motus, accidit priorem quandam esse mutationẽ, prima, sic hic posteriorem posteriori. Non enim simul quiescit, ꝙ mouetur, & ꝙ est mobile, vt ꝙ comburitur, & ꝙ combustibile est. Contingit enim, combustibile esse, ꝙ nõ cõburitur, neq; motiuũ & mouẽs.

Et iste sermo dicitur in hoc, ꝙ motus non corrumpitur. Quoniam sicut contingit dicentibus motum generari, vt transmutatio aliqua præcedat primam transmutationem, ita contingit hic, vt aliqua transmutatio sit post vltimam transmutationem. Quoniam aliquid cessare a motu, & cessare ab hoc ꝙ innatum est moueri, nõ sunt insimul. V.g. vt comburatur, & vt sit innatum comburi. Quoniam impossibile est vt sit innatũ cõburi absq; eo, ꝙ cõburatur. Neq; ẽt aliquid cessare ab hoc, vt sit innatum mouere, & cessare à mouere, erunt insimul.

Id est, & per illud, per quod fuit declaratum quod primus motus est æternus 12
C & non generatus, declarabitur ipsum non corrumpi. Quoniam sicut contingit ex positione eius, quod primus motus sit nouus, vt non sit primus, sed ante ipsum sit transmutatio prior, similiter contingit, si posuerimus quod primus motus corrumpitur, vt post corruptionem primi motus sit motus. Manifestum est, ꝙ si primus motus corrumpitur, quod post ipsum non erit motus, quemadmodum nõ erat ante ergo si posuerimus ipsum generari, erit ante motus, & si corrumpi erit post. Deinde incœpit declarare quomodo contingit vt post corruptionem primi motus sit alius motus. Et dixit, quoniam cessare aliquid, &c. i. qm̃ si primus motus, quieuerit quiete, in qua impossibile erit vt illud, ꝙ mouebatur, moueatur post. Necesse est vt post quietem moti fiat in eo aliqua dispositio, quæ faciat ipsum moueri post. Et ista dispositio necessario est motus, aut aliquid sequens motum: & sic post primum motum erit motus: quod est impossibile. Et similiter si cessauerit primus motor a mouere, continget vt ante ipsum sit alius motor, ꝗ dedit ei dispositionem, per quã fuit impossibile vt moueret, postꝙ̃ erat possibile.

Et corruptibile ipsum indigebit corrumpi, cum corrumpitur, & huius corruptiuum iterum posterius, corruptio enim mutatio quædam est. Si igitur hoc impossibile est, manifestum est quod est perpetuus motus, & non aliquando quidem erat, aliquando quidem non. nãq; assimilatur, sic dicere, figmento magis.

Et etiam neceſſe eſt vt corrumpens corrumpatur, quando corrum- A
pet,& ꝙ illud,ꝙ corrumpit illud,corrumpatur etiam, poſtquam corrumpit illud. Corruptio enim eſt aliqua tranſmutatio. Et cũ hoc fuerit impoſſibile,declarabitur ꝙ motus eſt æternus,& ꝙ nõ eſt quandoq;, & quandoq; non. Et ꝙ ſermo dicentis hoc magis aſſimilatur ſtulto.

23 Cum declarauit quod primus,aut primi motus neceſſe eſt vt ſemper fuerint,propter hoc, quod illud,quod mouetur illo motu, aut ila, quæ mouentur ilis motibus, ſi motus eorum fuerint noui abſque eo,quod præcederet eos motus, neceſſe eſt vt alterum duorum,aut illud, quod mouetur illo motu ſit generatum,aut æternum,& manifeſtum eſt quod: ſi fuerit generatum,neceſſe eſt vt ante primum motum ſit alius motus,& ante illum alius: & cum primus non erit,non erit vltimus. Et,ſi illud,quod mouetur primo motu,fuerit æternũ, & poſtea generaretur ſuus motus, poſtquam non fuit, neceſſe eſt vt ante primum motum ſit motus, & ante primum motorem ſit motor:quod eſt impoſsibile. Et, cum declarauit hoc,vult declarare per iſtam viam,quod impoſsibile eſt vt motus vltimus ſit, ita, quod poſt illum non moueatur aliquid,per illam eandem viam,per quam declarauit vt primus motus ſit prior ſecundum tempus cæteris motibus,Illud enim,quod mouetur hoc motu vltimo neceſſe eſt vt ſit aut æternum,aut corruptibile.Si corruptibile habebit corrumpens,& reuertetur queſtio de iſto, corrumpente vtrum ſit æternum,aut habet corrumpens. Si igitur eſt corruptibile,erit neceſſe vt ſic procedat in infinitum:quod eſt impoſsibile. Ergo neceſſe eſt vt Illud,quod mouetur vltimo motu,ſit æternum. Si igitur fuerit eternum,& motor illius ſit æternus, reuertetur quæſtio in eo,qua de cauſa motor æternus, & motum æternum ſemper fuerint in hac diſpoſitione,ſ.hoc mouere,& hoc moueri,& poſtea ceſſauerit a motu,poſtquam fuerunt in motu tempore infinito.Ergo illic eſt neceſſarium, vt ante primum motum,& primam rem motam,& primũ motorẽ ſit motus prior & motor prior,& motum prius:quod eſt impoſſibile. Sed tacuit hoc concludẽs vltimũ de duobus condiuidentibus,ſuper quæ fundauit hanc demonſtrationẽ,cũ iam induxerat ipſum in generatione motus. Et, cum compleuit hic in poſitione eius,quod illud,quod mouetur hoc motu vltimo eſt corruptibile, eſt illud, quod abbreuiabit in poſitione eius,quod illud, quod mouetur primo motu eſt generatum,ſ.quod ante eſt generans,& procedit ſic in infinitũ.Et ideo compleuit hũc ſermonem dicendo,&, cum hoc fuerit impoſſibile,manifeſtum eſt, &c. D.dixit & etiam neceſſe eſt vt corrumpens,&c.id eſt,& ſi aliquis poſuerit quod illud, quod mouetur vltimo motu, eſt corruptibile,& illud, quod corrumpet ipſum, eſt corruptibile ab alio corrumpente, & illud ab alio, procedetur ſic in infinitum:quod eſt impoſſibile. Ergo neceſſe eſt vt illud, quod mouetur vltimo motu,ſit æternum,&, cum fuerit motum æternum,& motor æternus, neceſſe eſt, vt motus illius ſit incorruptibilis,ſicut fuit ingenerabilis: & ſi non, qua de cauſa ceſſabit a motu illud,quod ſemper fuit in motu? & iſta expoſitio eſt vera. F

Similiter autem & dicere ꝙ aptum natum eſt ſic, & hoc oportere opinari eſſe principium, ſicut videtur Empedoclem vtiq; dicere ꝙ tenere,& mouere amicitiam in parte, & diſcordiam ineſt rebus ex neceſſitate,quieſcere autem in medio tempore.

Et ſermo dicentium hoc,magis aſſimilatur figmento:& ſimiliter eius,qui dixit,quod ſic debet currere natura rerum. Et qui exiſtimauit ꝙ principium eſt illud, de quo diximus ipſum eſſe, ſecundum ꝙ fecit ſimilitudinem Empedocles de dominio amicitiæ,& litis,huius quandoq;,& huius quandoq;,quæ mouent res neceſſario,& quies exiſtit interim in temopre.

A Id est, sermo dicentium quod motus non fuit ante, & postea fuit, est similis 14
sermonibus fictis: & similiter sermo dicentium quod quies, & transmutatio succedunt sibi in omnibus entibus, & quod natura totius entis moti facit hoc, non quia est aliquid, quod sit causa illius est, s. sermo fingentium. Et similiter sermo dicentium sermonem similem sermoni Empedoclis quod principium, secundum quod est necessarium ad esse, aut principia contraria facit alterum contrariorum in aliqua hora, & non facit alterum absque eo, quod illic non sit causa cogens ipsum ad hoc. Quia principium non habet causam, est sermo similis etiam figmẽto. Ex isto sermone etiam prouenit vt motus sit sine motore. Et cum dixit, & q existimauit quod principium, &c. & intendit naturales existimantes quod primum principium generans entia possibile est in eo, secundum quod est principiũ simile, s. sermoni Empedo. qui posuit principium entium amicitiam, & litem secundum similitudinem amicitię, & litis existentium in hoĩbus, s. quemadmodum amicitia congregat hoĩes lis aũt segregat, ita in entibus sunt etiam duo similia istis, s. amicitia naturalis, & odium naturale. Ita, quod qñq; mouet alterum & qñq; reliquum ad contrarium eius ad quod primum mouebat. Et quies est in tempore, quod est inter has duas actiones contrarias, absq; eo, quod illic sit causa cogens amicitiam agere in vna hora & litem agere in alia, cum sint principia necessarię actionis, & essentiæ necessarię. Et iste sermo est etiam similis figmento, sequitur enim ex eo vt motus sit sine motore.

Fortrassis autem & vnum principium facientes, sicut. Anaxagoras, sic vtiq; dicerent. At vero nihil inordinatum est eorum, quæ natura, & secundum naturam sunt. Natura enim causa omnis ordinationis est. Infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet. Ordinatio autem omnis ratio est. In infinito autem tempore quiescere, & postea motum esse aliquando, huius autem neq; vnam differentiam esse, quare nunc magis, quam prius. Neq; iterum aliquam ordinationem habere non iam naturę est opus. Nam simpliciter se habet quod est naturæ, & non aliquando quidem sic, aliquando vero aliter: vt ignis, qui fertur sursum, non aliquando quidem sit, aliquando non: aut rationem habet quod non est simpliciter. Quare dignius est, sicut. Empedocles dixit, in parte quiescere omne, & moueri iterum. Ordinationem enim iam quandam habet quod est huiusmodi. Sed hoc oportet dicentem non affirmare solum, sed causam ipsius dicere, & non apponere aliquid neq; velle dignitatem irrationabilem, sed aut inductionem, aut demonstrationẽ ferre. Hęc enim non sunt causę positę, neq; in hoc erunt amicitię, neq; inimicitię esse. sed huius quidem congregare, illius vero disgregare. Si vero determinetur quod est in parte, dicendum est, in quibus sic sunt, sicut quia est aliquid, quod cõgregat homines, amicitia, & fugiunt inimici adinuicem lite. Hoc enim supponitur, & in toto esse, videtur enim in quibusdam sic. Quod autem est, & per equalia tempora, indiget aliqua ratione. Vniuersaliter autem existimare, principium esse hoc sufficiens, quia semper est sic, aut fit, non recte se opinari habet: & hoc in quo Democritus reducit de natura causas, quod sic, & prius factum est: ipsius autem semper noluit principium quęrere, dicens in quibusdam recte, quod autem in omnibus non recte. trigonum enim semper habet duobus rectis angulos equales, sed tamen

Nihil inordinatũ ẽ eorum, q̃ sunt a nã, & secundum naturam.

Natura est cã oĩs ordinationis.

Finiti ad ĩfinitum nulla est ratio.

Principiorũ non eſt altera cauſa,

eſt aliqua perpetuitatis huius altera cauſa. Principiorum igitur non eſt altera cauſa, ſed perpetua ſunt. Quod quidem igitur nullum tempus erat, neq; erit, quãdo motus non erat, aut non erit, tot dicta ſunt.

Et forte etiam, qui ponunt principiũ vnũ, ſicut. Anaxagoras, ratiocinantur tali ratione. Sed nihil omnino naturale, aut currens curſu naturali, eſt ſine ordine. Natuta enim eſt cauſa ordinis in omni, in quo eſt. Et non eſt de actione naturæ aliquo modo, vt omnia ſint quieſcentia tempore infinito, & poſt moueantur quandoq; Et nulla differentia eſt in hoc omnino, faciens quod motus ſit magis nũc, quã ante. Et nullus ordo erit in hoc aliquo modo. Quod enim currit ſecundum naturam, aut erit vnius modi, ita quod non ſit quandoq; tale, & quandoq; tale, Verbi gratia, quod ignis aſcendit ſuperius naturaliter, abſq; eo, quod quandoq; eſt aſcendens, & quandoq; non: aut, ſi nõ fuerit ſemper vnius modi, cõſeruabit aliquã proportionem. Et ideo ſermo. Empedoclis eſt melior, ſcilicet quod totũ quieſcit quandoq;, deinde mouetur. Iſte enim ſermo facit aliquẽ ordinẽ. Sed deberet dicens hunc ſermonẽ non eſſe contentus in dicendo illũ narratione tãtũ, ſed deberet dicere rationẽ eius, & non deberet aliquid ponere ſine aliqua ratione, ſed aut inductione, aut demonſtratione illud affirmare. Iſta enim poſita, nõ ſunt cauſæ: nec iſtæ etiã, ſed alteres ſunt per amicitiã, aut per litẽ, & illa congregat, & iſta ſegregat. Et, ſi hæc duo ſint determinata in aliquibus duobus diuerſis, oportet dicere illa duo, quæ ſunt: ſicut eſt determinatũ in hominibus, quod illud, quod cõgregat eos eſt amor, & quod inimici ſunt illi, qui fugiunt ſe adinuicẽ. Ponit enim quod in toto etiã eſt talis curſus, & dicit: quoniã hoc exiſtit in quibuſdam rebus. Sed hoc exiſtere in temporibus æqualibus etiã indiget ratione verificante illud. Et vniuerſaliter exiſtimare, quod principium ſufficiens in hoc eſt, quod ſemper talis eſt curſus, & quod ſemper talis erit, non eſt rectum. Et hoc eſt illud, ad quod reddit. Democri. cauſas in natura, ſcilicet quod primus fuit, & non finxit. Et non oportet quærere qualiter ſemper fuit principiũ, & hoc iudiciũ in quibuſdam rebus non eſt verum. Triangulus enim ſemper habet angulos æquales duobus rectis. Sed principiũ eſt ad hanc rem æternã. Principia vero non habent alias cauſas, & ſunt æterna. Hoc igitur ſit dictum in hoc, ꝙ non erat aut erit tempus, cũ motus non erat, aut non erit.

15 Cũ deſtruxit ſermonẽ dicẽtiũ qđ motus incœpit, poſtq̃ non fuit oĩno, & corrũpet corruptione, poſtq̃ nõ erit motus oĩno, & ſermonẽ dicẽtium ipſum quieſcere qñq;, & quandoq; moueri, & dixit ꝙ ratiocinatio illius in hoc nõ eſt ratiocinatio, ſ. hoc qđ dixit quod non eſt querændum de principio, quare facit hoc in aliqua hora, & non facit hoc in alia quia quare eſt, eſt quærere cauſam, & principium non habet cauſam, quia eſt neceſſarium. D. & forte illi qui ponunt principium vnum, &c i. & forte illi, qui dicunt vnum principium eſſe, & qđ ſemper fuit quieſcens, & deinde incœpit mouere, ratiocinãtur ẽt ex hoc p̃ rõnẽ Empe, & eſt, qđ in principio non eſt quærendũ quare, quia eſt neceſſarium in eſſe,

A Et, cum dixit quod ratio Anaxag. est quoquomodo similis sermoni Empedo, sed debilior, incœpit declarare debilitatem sermonis Anaxag. & dixit sed nihil omnino, &c. & intendit per ordinem, vt cursus eius sit vnius modi, aut modorum diuersorum in tẽporibus determinatis, & quod illud, quod est vnius modi sit per vnam causam, & illud quod est modis diuersis, in temporibus diuersis sit per diuersas causas, quæ reuertuntur etiam in se circulariter. D. d. & natura est causa ordinis: & ista est ratiocinatio, quod res naturales non sunt extra ordinem. illud enim quod est causa ordinis, est dignius ordine, nisi raro sit extra ordinem casualiter. Deinde dicit, & non est de actione naturæ, &c. id est, quod in his duobus sermonibus sunt duo contraria coniuncta fundamentis naturalibus quorum vnum est, vt aliquid sit possibile tempore infinito in præterito, & post extrahatur in esse. Res enim quiescentes tempore infinito aut habent naturam vt moueantur, aut non. Si igitur habent naturam vt moueantur, quando quiescunt, violenter quiescunt: si vero habent naturam vt quiescant, qñ mouent' est, & motus violentus, & tempus motus violenti impossibile a est vt sit maius quam tempus naturale, nedum quod sit tempore infinito. Potentia enim illius, in quo est potentia, exit in tpe infinito vicibus infinitis necessario. aliud aũt, qđ est ẽt extra naturá. In hac opinione est ponere motum, & motorem existentia tpe infinito, et motorẽ non mouere, & motũ non moueri, & post incipere in motu in aliqua hora B absque eo, quod illic fuit causa, per quam moueret in illa hora, & non prius. Et b ista positio est similis positioni, quã ponunt loquentes nostræ legis. Sed quia ponunt motorẽ mouere voluntarie, ideo videntur magis sustentari quã qui ponit ipsum mouere naturaliter. Naturalia enim videntur habere ordinem terminatũ, s. currere eodem modo, aut semper, aut frequentius. Illa aũt, quorum principiũ est voluntas, vidẽtur diuersificari, & nõ sequi eundem modum actus. Sed, sicut diximus qđ uolẽs mouetur, postq̃ nõ mouebatur, aut mouet postq̃ nõ mouebat: necesse est tunc aliquã ꝓportionẽ fieri inter ipsum, & motũ, q̃ ante nõ erat: &, si nõ, nõ magis moueret in hoc tpe posito, q̃ in alio, Et, si nõ, nõ esset aliud, sicut diximus, nisi præsentia temporis: imaginari eñ tps est trãsmutatio sequẽs trãsmutationẽ, s. imaginari p̃sentiã illius. Et nos dicimus qđ volũtas, quia q̃rit actionẽ voluntariã, q̃rẽdũ est q̃madmodum impossibile est vt voluntas noua dependeat de actione antiqua & voluntas antiqua dependeat de actione noua. Et nos dicimus quod apparet, & apparebit impossibile esse, vt actio noua fiat per voluntatẽ antiquã, nisi sit actio antiqua media: Voluntas eñ nõ postponit facere qđ intẽdit, nisi ꝓpter existẽtiã alicuius intentionis in re intẽta, q̃ nõ erat in tpe volũtatis. Et si non, esset necesse vt illud, quod est voluntatum, esset cum voluntate. Cum igitur posuerimus voluntatem esse, in qua possibile postponi voluntatum, hoc erit ꝓpter existentiã alicuius, qđ nondũ erat, s. ꝓpter defectũ alicuius causæ, aut alicuius dispositionis, neque erit tempus, neque aliud, cum iam posuimus q̃ ista voluntas est primus motuum, Manifestum est quod tunc voluntatum debet esse cum ea. Si igitur posuerimus ipsam esse antiquam, voluntatum erit antiquum. In quo igitur istorum duorum fundamentorum possunt aliquid negare loquẽtes? fundamentum autem dicens quod voluntatum non post ponunt tempore voluntatẽ nisi propter hoc, quod aliquid deficit in voluntato, & est saltem præsentia temporis. Impossibile est vt negetur ab homine per suam intrinsecam rationem: sed, si negetur, erit per extrinsecam. Secundum autem fundamentum, quod est primam voluntatem, secundum quod est prima, non est transmutatio, conceditur ab aduersarijs, s. a loquentibus. Si igitur fuerit dictum, qđ istud est iudicium voluntatis nouæ in antiqua, aut postponi potest sine causa, Dicemus interrogando non concedit is, q̃ præsentia temporis est cã in essendo voluntatum: ergo hic est causa? Si igitur dixerint qđ tempus etiam inuenitur ex illa antiqua voluntate, reuertetur quæstio super illos in factura illius tpis. Tps, qđ fit, poquam nõ indiget tempore, in quo fiat, & per quod approprietur sua factio, & determinetur: &, si non, esset semper: & hoc manifestum est per se. Et, si fuerit dictũ quomodo posset inueniri noua actio sedm hanc opinionem ab antiqua voluntate, Dicemus mediante moto antiquo a volũtate antiqua, Istud enim motũ appro-

Illud, qđ est cã ordinis, ẽ dignius ordine.

a Impossẽ ẽ mot' violenti tps maius eẽ, q̃ tps mot' nãlis, &c. ꝓ hoc vide 1. cę. c. 15.

Digressio.

b Cõtra saracenos ponentes motorẽ, & motũ tpe infinito, & non mouere.

Rõnes Auer. quibus probat contra iudeos, et saracenos qđ a volũtate antiqua nõ põt noua actio prouenire.

Null' p rõnẽ suam intrinsecã negare põt qđ volitũ postponat' volũtati, nisi ꝓp defectũ aliquẽ in uolito.

Remouet tacitã rñsionẽ.

Dubium.

Solutio.

pinquabitur alicui, & distabit ab aliquo: & sic erit cã quietis, et motus aliquorũ, & cum hoc, quod est æternum. Et etiam, si fuerit hic voluntas antiqua, quæ antecedit voluntatum nouum sine mediatione motus, necesse est vt suum voluntatum non postponatur ab eo donec desinat in infinitum: & hoc essentialiter, & non accidentaliter. Quoniam qui ponit voluntatum nouum inueniri a voluntate antiqua mediante motu, non contingit ei vt voluntas præcedat voluntatum tempore infinito, nisi per accidens: & hoc manifestum est exercitantibus in cognitione eius, quod est essentialiter, & eius quod est accidentaliter. Et, si in hac propositione non distinguatur illud, quod est essentialiter ab eo, quod est accidentaliter erit sophistica. Et ex hoc habuerunt loquentes nostræ legis pro impossibili, ꝙ in eodem subiecto succedant sibi facta infinita. Fingunt enim quod, si generatum fuerit in eo, continget ipsum non esse, nisi pręcedant ipsum facta infinita: & dicunt quod est impossibile. Nos autem dicimus quod est impossibile essentialiter, non accidentaliter, s. quod cum aliquod agẽs fuerit, cuius esse non habet initium, contingit quod actiones eius non habeant initium. Vnde accidet vt ante quanlibet actionem eius sit actio, & ante quanlibet actionem eius sint actiones infinitæ, sed per accidens, non quia quædam sunt necessariæ in esse quorundam. Quoniam, si ita esset, contingeret vt non inueniretur ex eis aliquid, nisi post deletionem infinitorum: quod est impossibile. Cum igitur loquentes acceperunt loco eius, quod est per accidens, illud, quod essentialiter, dixerunt impossibile esse facta non habere primum: & est possibile per accidens: immo est necessarium ex hoc, quod ponitur agens, cuius esse non habet primum: sed est ipossibile essentialiter, vt actiones infinitæ sint necessariæ in esse nouam actionem. Et iam Ari. dixit hoc aperte in quinto istius libr. cum fuit perscrutatus vtrum motus habeat motum, & generatio generationem. Et similiter in ij. lib. de generatione, cum perscrutatus est de finitate elementorum. Et verificatio sermonis in agente volente est, quod agens, & mouens vl̃r est illud, ex quo prouenit mouere, & actio proueniens ex eo dicitur motus, & mouens, quod est hm̃oi, est duobus modis, mouens, qui mouet absq; eo. quod præcedat ipsum appetitus, aut voluntas, aut desiderium, aut quomodocunq; volueris appellare: & hoc mouere dicitur naturale: & mouens, in quo præcedit appetitus, & voluntas ad mouendum: & dicitur actio voluntaria. Et est manifestum ꝙ istud mouens mouetur primo a voluntato aut ex imaginatione illius, aut ex presentia illius: & iste motus dicitur appetitus. Omnis igitur motor a quo procedit appetitus ad mouere, est motor vno modo, & mouens alio modo. Et, cum hoc sit positum, dicamus quod omnis voluntatis nouæ mouere, quod sequitur ipsam a volente, est nouũ necessario. Et omnis volũtatis antiquæ mouere, quod sequitur ipsam a volente, est antiquum necessario. Quoniam, si fuerit nouum, necesse est vt istud mouere præcedat appetitus ad ipsum infinitus. quare igitur iste appetitus fuit causa motionis in aliqua hora, & non in alia, cum sit eiusdem dispositionis? Necesse est igitur vt ab hoc appetitu non proueniat mouere omnino, aut vt proueniat ab eo semper, aut vt sit illic appetitus nouus, qui est causa nouitatis motionis volentis ad voluntatum nouum. Et hoc contingit necessario ex hac positione, quod motus voluntatis a volente sequitur appetitum, & voluntatem volentis. Si igitur necesse fuerit hoc esse motorem antiquum, vel voluntatem antiquam, necesse est vt appetitus eius sit antiquus, & suum mouere sit antiquum, & suum voluntatum sit antiquum, sine principio, & sine fine. Quoniam, si voluntatum desierit, desinet voluntas, & si desinet voluntas, desinet appetitus: quod non potest esse in volente antiquo, & voluntate antiqua. Et vniuersaliter demonstratio Aristo. est vniuersalis omni motori, qui ponitur primus, siue fuerit positus per appetitum, siue non, s. quod impossibile est vt agat in aliqua hora, & nõ in alia. Quia tunc erit illic motor prior ipso, Et quod dicunt loquentes quod voluntatum nouum non postponitur a voluntate antiqua, nisi quia voluntas antiqua pendet cum eo in hora terminata. Quoniam, si appetitus, qui facit mouere nõ pendet cum eo, nisi in hora terminata, necesse est vt apud præsentiam illius temporis sequatur quod mouere volentis sequatur appetitum voluntati, Apetitus igitur, qui facit mouere, est nouus

Volũtatem p̃cedere volũtũ tpe infinito essentialiter ẽ ĩposs̃e, per accidẽs vero est necessarium.

5.ph.t.c.13. & 1.cę.c.22 Idẽ ĩfra hic c.47.

Vide dr̃iam inter ãgens, & mouens t.c.45. 1.de gñatione.

Mouens dupliciter.

De appetitu. Vide primo ph.c.81.

Obiecto loquentium. Solutio.

A cum nouitate tēporis: & similiter mouere, & non est appetitus antiquus. Aut dicamus quod per appetitũ non fuit factum mouere omnino, sed ex voluntate, scilicet ex se aut fuit factum ex mouere antiquo, sed non operabatur in motu propter defectum eius, quod necessarium est in motu. Et, cum illud fuit præsens post, scilicet tempus, tunc aget mouens, & mouebitur motum. Hoc igitur mouere nō sequitur voluntatem in illo tempore: indiget igitur motore priore ipso, qui facit illud, quod est necessarium in factura voluntati. Et quærendum est in nouitate illius rei necessariȩ eandum quæstionem, vtrum sit, scilicet ab agente volēte aut non volente, & reuertetur consecutio impossibilis a principio. Et totum hoc est manifestum exercitato in huiusmodi demonstrationibus, & sano capite, & non impedito a sermonibus sophistice præcedentibus positis, vt sunt opiniones mundanæ. Deinde dicit, & non est de actione naturæ, &c. id est, & non est natura innata facere quiescere res naturales, in quibus est tempore infinito, & post mouebuntur sine aliqua causa noua, quæ facit eas moueri tunc magis, quam in alio tempore. Et hoc intendebat, cum dixit, & nulla differentia in e. t in hoc omnino, &c. id est, dicens hunc sermonem nullam differentiam dat in entibus in dispositione quietis, & motus, sed in eadem dispositione sunt apud quietem, & apud motum: quod est valde inopinabile. Et hoc, quod dixit manifestum est de definitione naturæ. Dictum est enim naturam esse principium motus, & quietis, Necesse est igitur aut ipsam agere in alterum contrariorum continue, scilicet in motu aut quiete, aut vt agat vtrunque non continue, scilicet quietem quandoque, & motum quandoque, continuatio enim in successione istarum duarum actionum est ordinatio, & cursus in eadem dispositione. Et hoc intendebat, cum, d. aut erit simplex, &c. id est, quod natura innata est in alterum duorum, scilicet aut vt actio eius erit simplex, & vna, s. ꝙ facit alterum contrariorum tantum: & hoc intendebat per simplex. Aut faciet duo contraria successiue. Et intendebat declarare per hoc ꝙ sermo dicentium ꝙ omnia erant quiescentia tempore infinito, deinde mouebantur, est sermo non naturalis. Hoc enim non videtur esse de actione naturæ. Necesse est enim in actionibus naturæ esse continuationem, & æternitatem, aut in agendo alterum contrariorum tātum. Verbi gratia, vt motus ignis ad superius semper, & terræ ad inferius. Aut in agendo duo contraria successiue, sicut hoc, quod inuenitur de generatione, & corruptione consequentibus motum solis, & aliis contrariis sequentibus illum motum. Et, quia Empedocles dicebat mundum generari quandoque, & corrumpi quandoque secundum continuationem, di. ꝙ sermo illius magis participat sermonibus naturalibus. Deinde dicit iste enim sermo, &c. id est, qui enim dicit eum sermonem de mundo, scilicet ipsum moueri quandoque, & quiescere, quandoque, scilicet in temporibus determinatis, facit naturam habere aliquem ordinem, inquantum agit illud, quod agit continue, licet mutetur de contrario in contrarium. Et dixit aliquem ordinē, quia ordo completus est agere alterum contrariorum continue. Et, cum dixit, ꝙ iste sermo magis communicat cum sermonibus naturalibus. d. post hoc in quo egreditur ab eis. Et dixit, sed deberet dicens hunc sermonem, &c. id est, sed dicens hunc sermonem deberet dicere aliquam rationem, per quam affirmaret ipsum, & aliquam causam per quam esset. Dicens enim hoc deberet dare duo, scilicet demonstrationem, quia, aut propter quid, aut vtrunque. Et hoc intendebat, cum. d. sed dicere causam, &c. & oportet, sicut dixit, dicentem aliquem sermonem affirmare, ipsum aut per demonstrationem, aut per inductionem, non ponere ipsum sine aliqua ratione. Et per hoc, quod di. non ponere ipsum, possumus intellgere, & non ponere ipsam opinionem. Et potest intelligi & causa opinionis. Empedocles enim cum posuit opinionem suam in hac intentione, ponere etiam debuit causam opinionis. Deinde dicit ista enim posita non sunt causæ, & intendit illud, quod posuit Anaxagor. cum dixit, & intelligentia cœpit distinguere mixtum, postquam non distinxerat ipsum tempore infinito, & ꝙ posuit etiam Empedocles de amicitia, & lite non sunt primæ causæ, istæ enim indigent causis. Et, quia causa, quam Empedo, dedit in hoc, non est vera, nec potest euadere ab obie-

Expō alterius partis textus.

Documētū.

Documētū.

Cōpletus ordo est agere alterum cōtrariorũ cōtinue.

ctionibus d. nec istæ, &c. i. nec Emped. etiam dedit causam veram in hoc, ꝙ mundus quiescit quandoque, & mouetur quandoque, cum dixit, & causa istoꝝ duorum motuum contrariorum in mundo, s. in congregatione, & segregatione partium est lis, & amicitia, s. ꝙ amicitia congregat multa, & facit ea vnum, & lis segregat vnum, & facit ipsum multa. Et cum dixit ꝙ Emped. nihil inducit in hanc causam incœpit dare corruptionem istius causæ, & dixit, & si hæc duo, &c. i. si hæc duo contraria sunt determinata in se, necesse est vt illa duo, in quibus existunt ex rebus naturalibus, sint determinata in se, cum impossibile est, vt contraria sint eodem. Quapropter oportet dicentem hunc sermonem determinare illa, in quibus existit lis, & distinguere ea, in quibus existit amicitia: sicut distinguitur hoc in hominibus, & vocare deberet modum entium, in quibus est amicitia amicos, & in quibus est lis inimicos, sed hoc non potuit facere Empedo. in entibus, s. distinguere ī eis istos duos modos, D. si distingueret, nō posset dare causam in hoc, ꝙ mundus totus congregatur quandoque, & segregatur quandoque, nisi ita, ꝙ inimici reuertentur amici, & amici inimici. Quod igitur fingit, falsum est, & extra naturam. Et intendebat per hoc, quod sermo eius, cum hoc ꝙ est ornatus, non bene sequitur similitudinem, quam deberet sequi. Lis enim, & amicitia non inuenitur nisi in animalibus, & præcipue rationalibus, non in eis, quæ non sunt animalia. Empe. igitur assimilauit irrationalia rationalibus, & induxit ea eodem modo, & fecit plus, quod non sequitur similitudinem in omnibus accidentibus suis. Sermo igitur eius, cum hoc quod est ornatus, non est perfecte ornatus. D. d. ponit enim, &c. ista est narratio rationis Empe. D. enim ꝙ lis & amicitia in quibusdam rebus segregat, & congregat, necesse est, vt talis sit causa in omnibus rebus, Natura enim partis, & totius est eadem. Et manifestum est, quod iste sermo est rethoricus: Et cum dedit rationem eius, incœpit dicere quod debet dare ex causis concedendo hanc opinionem, & hanc rationem. Et dixit sed hoc esse in temporibus æqualibus, &c. i. sed hoc quod posuit, ꝙ isti duo motus contrarij sunt in tempore æquali, aut ꝙ tempus motus est æquale tempori quietis, indiget etiam ratione alia ab ista. Et dixit hoc, quia res, in quibus existit amicitia, & lis, scilicet res animatæ, non inueniuntur agere in temporibus æqualibus, ita quod omnes homines sint aliquo tempore amici, & in alio tempore inimici, ita quod tempora inimicitiæ sint æqualia temporibus amicitiæ. Hoc enim totum non inuenitur in suo exemplo, & ideo deberet dare aliam rationem, aut alias rationes ab illis, quas accepit ab hominibus. Et, cum dixit hoc, ꝙ diminuebatur ei in ipsa positione, dixit & vniuersaliter existimare, &c. id est, & vniuersaliter existimare quod principium sufficiens in hoc dicere, quod; natura eius est, quæ dat agere res contrarias, non est sermo rectus, nec hoc, quod datur in hoc, sufficit in causa istius positionis. D. d. & hoc est illud, ad quod fecit redire causas in natura, &c. id est, & hoc, quod dixit Empedo. in principio, cum quæsitum fuit ab eo, quomodo agit res contrarias, illud idem dixit Democritus in contrarietate existente in rebus naturalibus, i. ... Et hoc intendebat cum dixit, scilicet ꝙ antecedens etiam est tale, i. quia in causa præcedenti non dicitur plus in hoc, scilicet ꝙ agit contraria, nisi hoc, quod talem habet naturam. D. d. & non oportet querere, &c. id est, & non oportet quærere causam actionis eius, cuius esse est necessarium. Causa enim non debet quæri, nisi in eo, cuius esse non est necessarium, id est, quod non oportet quærere causam actionis entis necessarij. Et induxit antiquos ad hoc, quia ponebant principium mundi esse æternum, & mundum esse nouum. Vnde, cum quærebatur ab eis, quare inueniebatur mundus ab eo in tali tempore, & non in alio, cogebantur dicere illud prædictum, scilicet quod non oportet quærere in æterno, quare. Et non est, sicut existimauerunt, verumtamen oportet, vt non detur causa in actione principij, quando actio eius fuerit æterna. Si autem actio eius fuerit noua, oportet, vt habeat principium in illa actione. Et, cum narrauit sermonem Democriti, in hoc incœpit notificare quod ... sermo non est verus, Et dixit Et istud iudicium in quibusdam rebus non est verum

Lis, & amicitia nō īueniť nisi in animalibus, & ꝓprie rōnalibus, nō in inaīatis.

In quo est reddēda cā, & ī quo nō.

A rum, &c, id est; & sermo Democr. & sequentium eius quod res necessariæ non debent habuere causas, est verus in quibusdam rebus, falsus in quibusdam. Triangulum enim habere angulos æquales duobus rectis est necessarium tamē habet causam. Res vero necessariæ, quæ sunt principia, non habent causam: & si non tunc principium haberet principium, & procederet hoc in infinitum. Et intendebat declarare quod multa necessaria habent causas. Et quod principia æterna quorum actiones ponuntur nouæ, sicut actiones principiorum non æternorum, sunt digniora vt habeant principia: & sic primum principium reuertitur non primum. Et ideo antiqui dubitabant vtrum principia corruptibilium sint corruptibilia, aut æterna. Et, cum ponebant illa corruptibilia sequebatur ipsa non esse principia: & cum ponebant ea esse æterna, sequebatur omnia esse æterna. Et ideo cogebantur dicere illa vana. Cum autem perscrutatus est secundum cursum naturalem de istis rebus, vidit hoc esse ens medium inter æternum, & generabile, & corruptibile: & quodquodammodo est æternum, & alio modo generabile, & nouum: & est corpus, quod mouetur circulariter, quod est generabile, & corruptibile quantum ad vbi, & manens quantum ad substantiam. Et sic dissoluebatur ab eo hæc quæstio, ponendo hunc motum: & fuit possibile vt generabile nouum, mediante æterno, sit causa rerum generabilium. D. d. hoc igitur sit dictum in hoc, &c. i. iste igitur sermo sit sufficiens in hoc, qđ declaratum fuit hic, s. φ siue non fuerit motor, qui moueat in actu, aut fuerit illic motor, sed nō est motus, φ necesse est vt non sit illic tempus oīno. Et, cum non fuerit tempus, non erit ens nouum omnino. Motus enim necessarius est in essendo tempus: & simile huic, quod dixit in tempore, apparet in loco: & ideo nullum potest generare tempus, & locum: & si esset, esset valde inuerecundū.

Multa necessaria hñt causas.

Dubium antiquorum. An gñabiliū sint principia gñabilia, vel æterna.

Solutio. Corpus cœleste est mediū inter æternum, & corruptibile.

Quō sequat hoc. Vide 8. hp. c. & t. 10. vbi dr̄ φ nouū est cū priori, & posteriori, &c.

*Soluit rationes apparentes contra esse motum.* *Cap. II.*

Contraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex his considerantibus contingere maxime motum esse aliquando, cum non esset omnino. Primo quidem est quia neq; vna perpetua mutatio. Mutatio enim omnis apta nata est ex quodam in quiddam. Quare necesse est omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus fit. In infinitum autem moueri nihil.

C Et non est difficile dissoluere illud, per quod contradicitur huic. Illa autem, ex quibus existimatur, cūm consideratum fuerit de motu, possibile esse quod motus sit quandoq;, ita quod ante non fuit omnino. Sunt ista prima. Quia non erit transmutatio æterna omnino. Omnis enim transmutatio est ex aliquo in aliquid. Et ideo necesse est vt duo contraria, in quibus est transmutatio, sint fines cuiuslibet transmutationis. Et nihil mouetur sine fine.

Cum compleuit declarare hic esse motum vnum æternum, vult etiam inducere dubitationes, quæ pn̄t induci super hunc sermonem. Et quæstio sic componitur. Omnis transmutatio est ex aliquo contrario in aliquid contrarium: & si non, tunc motus esset ociosus, & superfluus, scilicet si illud, ex quo est motus, est idem cum eo, ad quod est motus: & contraria sunt finita: & quod est inter ea, est finitum, ergo & omne, quod est in finito est finitum. omnis motus est finitus. Ideo dixit omnis transmutatio est ex aliquo in aliquid, id est, ex contrario in contrarium. Deinde dicit, & ideo est necesse, &c. 16

Pria expō. Scđa expō. Tertia expō,siue scđa māifestatio. a Cōtrarietas nālis in loco non est nota per se. Idē. 5.ph.c. 9. Idē hic īfra c. 62. & i cæ.c. 86. b 6.ph.t.c. 91.92.& in de.

i.qm̄,cum posuerimus quod motus est ex contrario in contrarium,necesse erit vt D contraria sint fines transmutationis. D.d.& nihil mouetur sine fine, i.quod cum posuerimus quod omne motum mouetur in contraria,continget quod nihil mouet sine fine:quoniam,si mouetur ad infinitum,mouetur ad non contraria: sed positū est quod omne motum mouetur ad contrarium. Est ergo hoc inconueniens.Et forte intelligit p hoc,ꝙ dixit & nihil mouet sine fine hoc,ꝙ,si aliquid esset tale, tūc motus eius esset superfluus,& ociosus:& erit hæc, quasi alia ratio ab ea , in qua fuit dictum quod omne motum mouetur inter contraria . Et forte ista ratio est sufficientior prima in motu locali.contrarietas a enim naturalis in loco non est nota per se, & ideo,cū voluit Ari.declarare in vltīo sexti b quod omnis motus rectus est finitus,vsus est loco a contrarijs,præterquam in declaratione motus localis . Et vsus est etiam in declaratione motus localis alio modo, scilicet qđ illud,quod impossibile est vt sit,impossibile est vt incipiat fieri.

Amplius videmus,quoniam possibile est moueri,quod neque motum,neq; habens in seipso vllum motum : vt in inanimatis,quorum neq; pars vlla,neq; totum mouetur,sed quiescens mouetur quandoq;. Conuenit autem aut semper moueri, aut nunquam , si non fit, cum non fuit motus. Multo autem magis huiusmodi inanimatis est se manifestum est.cum nullus enim in nobis sit motus aliquādo, sed quiescentes,tamen mouemur aliquando,& fit in nobis ex nobis,ipsis principium motus aliquando,& si nihil extra moueat. Hoc enim in inanimatis non videmus similiter,sed semper mouet ipsa aliquid exteriorum alterum. Animal autem ipsum dicimus seipsum mouere . Quare,si quiescit aliquando penitus in immobili motus vtique fiet ex seipso,& non ab extra. Si autem in animali hoc possibile est fieri,quid prohibet idem accidere,& secundum omne ? Si.n.in paruo mundo ita sit, & in magno,&,si in mundo sit , & in infinito . Si quidem contingit,moueri infinitum,& quiescere totum. B

Et etiam videmus ꝙ possibile est,vt moueatur illud,quod non est motum,neq; in eo est motus omnīno. V.g.in non animatis . Videmus enim istas res,quod nec pars rei mouetur,nec totum,sed est quiescens,deinde mouetur quandoq;:& esset necesse,aut vt non moueretur in aliqua hora , si motus non sit,postquam non fuit, aut moueretur semper. Et hoc magis apparet in habentibus animas : quandoq;.n.sumus quiescentes,& nullus motus existit in nobis omnino,deinde mouebimur,& fiet in nobis ex nobismetipsis principium motus, licet nullum extrinsecum moueat nos. Hoc enim non inuenimus huiusmodi in vita carentibus . Sed ista semper non mouentur, nisi ab aliquo extrinseco alio. Viuum autem dicitur mouere se . Et ideo, cum quandoq; sit quiescens complete,necesse est vt fiat in eo, quod mouetur,motus ex se, non extrinsecus . Quoniam si hoc possibile est,vt fiat in animalibus,quid igitur prohibet,vt hoc sit in toto etiā? quoniam,si hoc est in mundo paruo,est etiam in magno. Et, si est in mundo,erit etiam in infinito. Si sit possibile,vt in infinitum moueatur,& quiescat secundum totum . E

17 Idest,& etiam videmus quædam,quæ mouentur,postquā non mouebant,neq; scđ'm totū,neq; scđ'm partē, sed scđ'm totū,& partes q̄escunt,deinde mouentur, D, d,&

A D.d.& esset necessarium, &c.i. ~ esset necessarium, si sit hic motor æternus, & motus æternus, vt nõ esset motus nouus. Motus enim nouus debet habere motorem nouum: immo, & est necessarium vt omne, quod sentitur quiescere, quiesceret semper: & omne, quod sentitur moueri, moueretur semper. Et, cum induxit hanc q̃onem, induxit ẽt aliam manifestiorem prima: & est hoc, quod apparet in habentibus animas: quæstio enim in eis est difficilioris dissolutionis, & dixit & hoc magis apparet in habentibus animas.i.& hoc, s. esse possibile vt motus fiat, postquam erat sine motu præcedenti, est manifestius in habentibus animas, quam in carentibus. Videmus enim femina, & animalia quiescere sine aliquo motu, postq̃ mouebantur, non ex motore extrinseco, sed ex se per principium existẽs in eis, ita quod existimatur, quod per hoc principium, quod est in eis, possunt moueri q̃nq;, & quiescere sine aliquo extrinseco. Et, cum dixit quod dubitatio de hoc in rebus animatis est manifestior, quam in rebus inanimatis, dedit causam in hoc, & dixit hoc enim non videtur, &c.i.& habẽtia animas sunt manifestiora in hoc, quia videmus ea incipere moueri sine aliquo extrinseco mouente, Illa aũt non mouentur, nisi q̃n mouerit ea aliquod extrinsecum. Videmus enim quod motus, qui fiunt in rebus carentibus anima, qui sunt post motus. In motibus aũt, qui fiunt in habentibus animas, non videmus quod

B ante ipsos est motus extrinsecus. Et apparet ex hoc, quod quæstio in carentibus anima non ordinatur ex hoc, quod motus eorum sit a motore æterno, sed quia in quibusdam sentiãtur motus noui absq; eo, quod in eis sentiatur motus extrinsecus: & vr̃, quod si hoc est vnum eorum, quod intendit per hunc sermonem, quod hoc non est, nisi de motibus per naturam, s. quæ mouentur per se per inclinationẽ, quæ est in eis. Sed apparet ex primo sermone quod est quęstio prędicta ex hoc, quod motus eorum fuerit a motore ęterno. Necesse est enim ponere motorẽ æternum esse: & in hoc conueniunt oẽs, sed differunt considerãtes in hoc vtrum primus motor posſit mouere q̃nq;, & q̃nq; non; aut est impossibile, sed est necesse vt semper moueat. Et forte Arist. intendit duos modos quæstionis: & propalauit primum modũ, & innuit sc̃dm per hoc, quod dixit & hoc apparet magis, &c. apparet enim ex hoc sermone quod, quæstio contingens in hoc, est eiusdẽ generis in habentibus animas, & carentibus. Sed est manifestior in habentibus, s. quod incipiunt moueri sine aliquo motu, qui fiat in eis, neq; in toto, neq; in parte. D.d. hoc enim non videtur, &c.i.& hoc magis apparet in habentibus animas, quia non videmus motum in eis ex extrinseco manifeste, sicut vr̃ in carentibus anima. Et hoc apparet magis in carẽtibus anima. Quia illa, aut mouentur violenter, aut naturaliter: & manifestũ est quod motor in eis, quæ mouentur violenter, est extrinsecus. Et non accidit in istis quæstio, s. ex

E modo hoc, s. ex quo accidit in habentibus animas. In eis aũt, quę mouentur naturaliter, accidit quæstio si indigentia istorum ad motorem extrinsecum est major, quam indigentia habentium animas. de motis. n. naturaliter apparet quod non mouentur, nisi generentur in locis extraneis, aut patiantur violenter quietem, & post recedet violentans: & vr̃ motor est generans in eis, aut auferens violentiã, vt declarabitur post, Et ideo dixit sed ista semper mouent̃ ab aliquo extrinseco. Viuum aũt dicitur mouere se: & vtrũq; in rei veritate, vt post declarabitur, indiget motore extrinseco, sed est latentius in habentibus animas. Et ista dicuntur mota ex se, illa autẽ non, quia ista existimantur posse moueri, & quiescere ex se: quod non inuenitur in eis, quæ mouentur naturaliter. Et, cum posuit hanc propositionem dicentẽ, quod in habentibus animas sit motus sine motu præcedente, dixit possibile est hoc in toto. D. induxit similitudinẽ interea, & dixit q̃m, si hoc est in mundo, &c.i. q̃m animal, quod mouetur ex se, assimilatur toti in hoc, ꝙ totum mouetur ex se, s. corpus cœleste. Similitudo enim inter animalia, & corpus cœleste est, q̃m vtrũq; mouetur ex se: & quemadmodum alij motus reducuntur in animali ad primum motorem, qui non mouetur, sic est in mũdo magno. Et ideo dicitur ꝙ homo est mundus paruus. Et hic sermo est rethoricus, quamuis iudiciũ in radice non sit verũ, s. quod motus nouus sit in animali sine motu pręcedenti: & non dat quod necesse est vt motus nouus

Hic dubitat an expõ data in prima parte textus sit cõueniẽs.

Solutio.

A quibus est motus naturalis elementorum.

Cur aĩata dicuntur ex se mota, in animata non.

sit, sed dat hoc esse possibile. Est igitur quæstio super sermonem prædictum. D D.d.&c, si est in mundo, &c. & dixit hoc cōtradicendo antiquis dicentibus mū dum generari ex re infinita, sicut plures dicunt in causa materiali, sicut Anaxa. go. in mixto. D. igitur, si est possibile vt finitū moueatur secundum totū, postq̄ non mouebatur omnino, possibile erit hoc in infinitum, si est possibile, vt infinitum recipiat vnum motum in omnibus suis partibus.

Hoc aūt quod primum dictum est, non eundem semper, & vnum esse motum, qui est in contraria, recte dicitur. Hoc enim fortassis necessarium est, si nō semper vnum, & eundem esse possibile est eiusdē, & vnius motū. Dico aūt sic, vtrum necessarium vnius chordæ vnus, & idem sonus sit, aut semper alter, similiter se habente, & mota. Sed tamen qualitercunq; se habeat, nihil prohibet vnum, & eundē esse aliquem, quia cōtinuus, & perpetuus est. Manifestum autem erit magis ex his, quæ posterius sunt.

Dicamus igitur ad hoc, Sermo autē, qui primo fuit dictus, s. quod motus ad contraria non est semper idem in numero, rectus est. Ergo E dignius est, vt sit necessarium, si motus eiusdem rei non semper est possibile vt sit idem, scilicet, V.g. vtrum sonus eiusdem chordæ sit idem, aut semper mutatur vna post aliam, licet chorda sit eiusdem dispositionis, & licet moueatur, sed secundum vtrumlibet istorum fuerit, nihil prohibet vt sit hic vnus motus, ex hoc, quod est continuus, & æternus. Et hoc declarabitur post magis.

16 Cum induxit has tres quæstiones, incœpit dissoluere eas. & primo de quæstione, dicente quod impossibile est vt inueniatur motus infinitus: quoniam omnis motus est ex contrario ad contrarium: Et quia potest aliquis respondendo dicere quod licet motus sint finiti, quia sunt ex contrario, & in contrarium, tū non est remotum vt continuatio, & æternitas sit in eis ex iteratione inter contraria, scilicet iteratione infinita. Et, quia ista responsio non est vera, quia post declarabitur in hoc tractatu quod talis motus non est vnus, nec continuus. Dixit, Dicamus igitur ad hoc, &c. id est, & intendit quod, cum fuerit iteratus, & quasi dicat, & ideo non oportet nos respondere hac responsione in dissolutione istius quæstionis. Deinde facit quasi dubitationem in hoc, scilicet vtrum motus eiusdem rei iteratus inter duos fines sit vnus motus continuus, aut non continuus. Et dixit dignius est igitur, &c id est & est dignius vt sit necessariū vt motus iteratus non sit vnus motus, & si non est necessarium vt idem motum moueatur eodem motu, sed potest moueri pluribus motibus. Deinde dedit exēplum de hoc, & dixit. Verbi gratia vtrum sonus, &c. id est. Verbi gratia dicere vtrum sonus eiusdem chordæ, super quam iteratur manus percutientis sine pausatione, sit idem sonus aut plures. Et hoc intendebat, cū dixit aut est semper vnus post alium, id est quod quilibet sonus eorum est alius ab altero, dum percussio fuerit continua: quoniam non est dubium quod si percussio non fuerit continua, quod soni erunt plures. Deinde dixit licet chorda, &c. id est & ista quæstio non intelligitur, nisi quando chorda fuerit in tempore percussionis in eadem dispositione fortitudinis: & similiter percussio, & chorda in hoc tempore appareat moueri non quiescere. In tali igitur dispositione dubitatur in motu chordæ ad duas partes oppositas, vtrum sit vnus motus, aut plures. Deinde dixit sed scdm vtrūlibet, &c. i. & scdm vtrumlibet istorū duorum modorū fuerit dispositio de motu iterato, scilicet siue fuerit vnus, siue non, hoc non prohibet quin hic inueniatur vnus motus simpliciter, propter hoc, q̄ est continuus, & æternus. Deinde dicit, & hoc declarabitur post magis. & intendit, cum locutus fuerit de motu continuo, & declarauit ipsum esse motum diurnū, F

Moueri aũt, ꝙ non mouetur, nullum inconueniens est. Si aliquando quidem sit extrinsecus mouens, aliquando aũt non. Hoc tamen, quomodo vtiq; erit, inquirendum est. Dico aũt, vt idem ab eodem motiuo existente aliquando quidem moueat, aliquando autem nõ. Nihil enim aliud dubitabit hoc dicens. Quapropter nõ semper alia quidem quiescunt eorũ, quæ sunt, alia vero semper mouentur.

Aliquid aũt moueri, postquam non mouebatur, non est inopinabile. Cum positum fuerit ꝙ motus illius est extrinsecus ab eo. Et non intẽdimus hic quærere quomodo sit hoc, scilicet quõ erit illud, quod mouet, & illud, quod mouetur, & est idem quandoq; mouens, quandoque non. Dicens enim hoc non dubitat, nisi in hac intentione sola, scilicet quare quædam entia non sunt semper quiescentia, & quædam semper mota.

Cum dissoluit primam quæstionem, incœpit dissoluere secundam, in qua dictum fuit qualiter contingit, si hic sit motus continuus, vt quædam rerum mo- 19
ueantur quandoq;, & quiescant quãdoq;. Et dixit aliquid autem moueri, &c. id est quæstio autem, in qua quæritur, quare plures rerum mouentur postquam non mouebantur, non est difficilis ad soluendum in rebus, quarum motor est extrinsecus. Notum enim est per se, ꝙ causa in hoc est, aut absentia motoris, aut distãtia eius, aut præsẽntia impedimenti. Et, quasi innuit in hoc, quod dissolutio quæstionis in hoc est, quod corpora simplicia non mouentur ex se. Et, quia ista quæstio inducit quærentem ad dicendum quomodo prouenit motus nouus a motore æterno: quoniam, cum motor extrinsecus mouet ita, quod moueatur, necesse est vt habeat motorem. Si igitur illic motor fuerit extrinsecus, sicut dictum fuit in septimo, contingit vt moueatur a moto, & illud motum ẽt a moto, & procedetur in infinitum, aut inuenitur primum motum, quod mouebitur ex se: & quæretur de illo, si mouet semper quomodo inueniuntur quædã habere motorem quandoq;, & quædam non, & quærere hoc est quasi extrinsecum ab eo, quod declaratũ est, scilicet quod hic est motus æternus: hoc enim quærere, est quærere quare omnia, quæ moueutur, non mouentur semper, & omnia, quæ quiescunt, non quiescunt semper. Et ideo dixit & non intendimus quærere, &c. id est, quærere quomodo inueniũtur motus noui est quęrere quomodo est possibile vt in quibusdam rebus sit motor præsens, & motum præsens, & tamen quandoq; mouetur, quandoq; non: & non intendimus perscrutari de hoc in loco, quasi debeamus respondere ad illud. Ista enim quæstio est cõmunis dicentibus ꝙ motns est nouus, & dicentibus ꝙ motus est antiquus. Sed dicentes a quod motus est nouus secundum genus, postquam non fuit, non possunt respondere ad hanc quæstionem. D.d. dicens enim hoc, &c. id est quare non diuiduntur in hæc duo tantum, sed inuenitur in eis aliquid, in quo succedunt sibi hæc duo, & aliquid, quod proprie habet alterum eorum, scilicet quietem semper, aut motum semper: & intendebat ꝙ ista quęstio sit alia a prædicta, cum in rei veritate non est, nisi perscrutatio de causa eius, quod comprehenditur in istis tribus modis. Videmus etiam quod quædam entia mouentur semper sine cessatione, scilicet corpora cœlestia, & quædam quiescunt semper, scilicet terra, super quam mouentur hæc corpora, & quædam mouentur quandoque, & quiescunt quandoque & sunt illa, quæ sunt sub corporibus cœlestibus, & supra terram.

Triplex causa, cur q̃dã rerũ motarũ ex extrinseco mouent, postq̃ non mouebantur.

a Ponẽs motum esse nouum scđm genus nõ potest reddere rationẽ, cur aliquid de nouo ĩcipit moueri.

Cęlũ semper mouet, terra semper quiescit, iter media aliqñ mouent, & aliquãdo quiescunt.

Maxime autem videtur tertium habere dubitationem: ꝙ fit, cum non insit prius motus, ꝙ accidens est in animatis. Quiescens enim prius post hæc vadit, mouente nullo exteriore, sicut videtur. Hoc autem falsum est. Conspicimus enim semper aliquid moueri in ani-

malibus eorum, q̃ naturalia sunt. Huius autẽ motus non animal ipsum causa est, sed cõtinens forsitan. Ipsum aũt dicimus se ipsum mouere non secundum omnem motũ, sed secundum locum: nihil enim prohibet, magis autem forsitan necessarium est in corpore multos fieri motus a continente. Et horum quosdam intellectum, aut appetitum mouere. Illo autem totum animal mouere, quale cõtingit circa somnos. Sensibilis enim, cum neq; vllus insit motus, fit vnum quoddam expergiscuntur animalia iterum. Sed namque manifestum erit & de his ex consequentibus. D

Latio.

Sermo autem tertius proprie existimatur esse locus dubitationis, scilicet vt fiat motus, qui non fuit ante. Et est illud, quod accidit in habẽtibus animas: animal enim primo quiescit, & post ambulat sine aliquo extrinseco mouente ipsum, secundum quod existimatur. Sed hoc est falsum. Semper enim inuenimus aliquid moueri in animali quod est naturale in eo: & causa motus istius animalis non est anima eius, sed aer, qui continet animal, in eo quod reputo. Et, cum dicimus ipsum moueri a se, non intendimus omni motu, sed motu locali. nihil enim remouet, immo dignum est vt sit necessarium, vt in corpore fiant plures motus a continente. Quorum quidam mouent voluntatem, & appetitum, & tunc ista mouebunt animal secundum totũ. V. g. hoc, quod accidit apud somnũ: quoniam, licet dormiens non habet motum sensus omnino, tamen animal non expergescit a somno nisi quia aliquis motus est in eo. Sed hoc etiam apparet in sequentibus. E

20 Ista est tertia quæstio, sicut dicit. Et, est locus dubitationis in hoc, s. in ponendo possibile esse vt motus fiat absq; eo, quod in moto præcedat motus omnino. Videmus enim animal, sicut dixit moueri post quietem, & sine motu præcedenti sentito in eo. Et, quia istud primum dictum est valde sufficiens, ideo loquentes [a] nostræ legis posuerunt principium æternum mouere per volũtatẽ possibilem, Et totum hoc est existimatio falsa, sicut dixit Ari. Semper enim inuenimus aliquid moueri in animali, quod est naturale in eo: & intẽdit per hoc alterationem, quæ est in corporibus animalis ex anima nutritiua per calorem naturalem, qui est in eo. Nunquam enim cessat [b] actio istius caloris naturalis, cũ enim cessat, tunc est mors. Ista igitur est vnus motuũ, ex quibus non fugiunt corpora animalium. Secundus aũt motus est motus alterationis, qui fit ex continenti extrinseco. Et ideo dixit & causa istius motus animalis, &c. i. quod, cũ animal incœpit moueri post quietẽ, non incœpit ita quod primus motor in hoc, sit anima. Ita, quod non præcedat in corpore eius, aut in anima eius alius motor. Et dixit hoc, vt reputo, quia potest aliquis fingere plures motus fieri semper in corporibus animaliũ, qui non videntur esse causæ in hoc quod animal mouetur post quietem. Et, quia hoc nomen motus [c] est æquiuocũ, & ista dubitatio non est de motu locali, dixit &, cum dicimus, &c. & ista dubitatio est propria motui locali, quia non inuenitur [d] aliquid moueri ex se, nisi in motu locali. In cæteris autem motibus, motor est extrinsecus. Et, cum dixit in dissolutione istius quæstionis quod hoc, quod existimatur quod animal moueẽ sine motu facto in eo, non est, sicut existimatur: sed causa motus eius post quietem est hæc, quod aer continens ipsum extrinsecus mouet ipsum: & incœpit declarare quomodo sit hoc. Et dixit & nihil prohibet, &c. i. & necesse est vt principium motuum animalis sit ex continente: quia nihil prohibet vt plures motus fiant in animali a continente, immo hoc est necessariũ, Et, quia posuit quod in corpore animalis fiunt plu- F

a Vñ acceperũt loquẽtes suæ legis primũ principium æternũ posse mouere per volũtatẽ possibilẽ, &c.

b Cessatio actiõis naturalis in aïalibus ẽ mors. consule 2. de aïa. c. 5. & in 2. de morte & vita.

c Nomẽ motus est equocũ. pro hoc vide 3. ph. c. 4.

d Nõ inuenitur aliquid

A tes motus ex continente, narrauit quõ accidit ex istis motibus vt animal moueatur in loco. Et dixit quorũ quædam mouentur, &c, i. & hoc est ita, ꝙ ĩ animali fiet ab eo, quod accidit sibi, opinio volũtas, & appetitus ad motum, aut ad expellendum nocumentũ contingens ex continente, aut ad inducendũ iuuamentum. Et intendit hic per opinionẽ aliquid cõe virtuti imaginatiuę, & rationali. Animal enim non accidit appetitus, nisi ex imaginatione, V. g. ꝙ, cũ patitur sitim imaginatur aquam, & appetit eã, & mouetur ad illam: & sic cũ patitur famem: & cum timet, fugit, & cum auferuntur appetitus, quiescit: aut cũ accidit ei fatigatio, & appetit quietem. Et Arist. dedit exemplũ in somno. quies. n. animalis in somno est quies perfectissima, quę fit post motum: & expergefactio ab eo est perfectissimus motus post quietem perfectam. Existimatur enim ꝙ cum animal [a] dormit ꝙ non mouetur omnino: &, cum expergefit ꝙ tunc inuenit in eo motus, quem non præcedit motus alius. Et dixit. v. g. &c. & intendit motũ actionis virtutis nutritiuę in cibo. qñ enim ista virtus fuerit operata in nutrimẽto per calorẽ naturalem, humefaciet ex eo membra, q̃ sunt causa somni, s. cor, & cerebrum, & tunc dormiet animal necessario. Et, cum actio virtutis nutritiuę cõpletur in cibo, & cessauerint vapores, qui fiunt ex digestione cibi tũc expergefiet animal. Et post [b] declarabit hanc intentionem bene, sicut dixit.

moueri ex se, nisi in motu locali.
Oppositũ vide 2. de ani. com. 50.
Animali nõ accidit appetitus, nisi ex imaginatione.
a De causis somni, & expergefactionis.
b In libro de somno & vigilia.

B *Examinat diuisionem rerum quoad motum, & quietem, & probat nec omnia quiescere, nec omnia moueri semper. Cap. III.*

PRINCIPIVM autem considerationis, quod quidẽ est, & de dicta dubitatione: quare, quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando aũt quiescunt iterũ: necesse igitur aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidem moueri, alia vero quiescere. Et iterum horum, aut quæ mouentur moueri semper, quæ vero quiescunt quiescere semper, aut omnia apta nata sunt similiter moueri, & quiescere; aut reliquum adhuc & tertium est. Cõtingit enim eorum quæ sunt, alia quidem semper immobilia esse, altera vero semper moueri, alia autem cum vtrisq; accipere: quod quidem nobis dicendum est. Hoc enim habet solutionem omnium dubitationum, & C finis nobis huius negotii est.

Et principium istius perscrutationis est, quod dictum fuit in quæstione prædicta, scilicet quare quædam entia quandoq; mouentur, & quandoq; quiescunt Dicamus igitur ꝙ necesse est aut vt omnia quiescant semper, aut omnia moueantur semper, aut vt quædam moueantur, & quædam quiescant. Et istorum etiam aut vt illa, quæ mouentur moueantur semper, & illa, quæ quiescunt, quiescant semper, aut vt omnia sint innata eodem modo moueri, aut quiescere, aut tertium remanens. Possibile enim est vt entium quædam non moueanť semper, & quædam moueantur semper, & quædam in eis succedit vtrũq;, quod oportet nos dicere. Per illud enim dissoluetur quæstio contingens in hoc, & complebitur ista scientia, in qua sumus.

CVM declarauit necesse esse vt sit motus ęternus, & dissoluit quęstiones 28
contingentes in hoc, incœpit perscrutari de hoc per viam rerum motarũ, quę mouenť ex se apud nos qñq;, & quiescunt qñq;, Quoniam ex ista via

poterit demonſtrare motorem æternum eſſe, & motum æternum. Et hoc ſcito D
perficitur ſcientia de omnibus, quæ mouentur, & quieſcunt. Scientia enim de
motu non perficitur niſi cum fuerit declaratum q̃uo eſt curſus de hoc in omni-
bus partibus mundi, ſ. in diſpoſitione motus. Hoc enim ſcito, perficitur cogni-
tio de motu. Et dixit & principium iſtius perſcrutationis, &c. i. principium
perſcrutationis, quæ continet ſcientiam de diſpoſitione motus, & quietis in om
nibus partibus mundi in nouitate, & antiquitate, eſt ponere conſiderationē de
hoc. ſ. de illo, quod dictum fuit in quæſtione prædicta. Et eſt quare quædā entia
qñq; mouentur, & qñq; quieſcunt. Et, cū dixit ꝙ principium perſcrutationis
debet eſſe de hac perſcrutatione & hoc erit perſcrutando vľr de omnibus en-
tibus, quam habent diſpoſitionem in hac intentione, incœpit dicere, & dixit,
Dicamus igitur, &c. & diuiſio, quæ poteſt eſſe in entibus naturalibus in hac
intentione eſt talis, quæ diuiditur in tres partes primo, quarum vna diuiditur i
tres: & ſic erunt quinq; condiuidentia. Prima igitur pars trium partium eſt, vt
omnia ſint quieſcentia ſemper. Secūda aūt, vt omnia ſint mota ſemper. Tertia,
eſt media inter hæc duo, ſ. vt quædam quieſcant, & quędam moueantur, & hoc
tribus modis. Quorum vnus eſt, vt quieſcentia ſint ſemper quieſcentia, & mo-
ta ſint ſemper mota. Secundus, vt illa quieſcentia ſint mota, & illa mota quie-
ſcentia, ita quod omnia entia moueantur, & quieſcant qñq;. Tertius eſt, vt in E
entibus inueniantur iſti tres modi, ſ. vt quædam moueantur ſemper, & quædā
quieſcant ſemper, & quædam moueantur qñq;, & quieſcant qñq;, vt viſum eſt
de rebus. Diuiſio aūt determinans hoc, eſt dicere quod res vna, aut erit ſemper
quieſcens, aut ſemper mota, aut qñq; quieſcens, & qñq; mota. Et iſtæ tres di-
uiſiones imaginantur ſcd̃m ſeptem modos, ſ. aut vt omnia quieſcant ſemper,
aut vt omnia moueantur ſemper, aut vt omnia recipiant motum, & quietē: aut
vt quædam quieſcant ſemper, & quædam moueantur ſemper, aut vt quædam
moueantur quandoque, & quieſcant quandoque: aut vt quædam quieſcant
ſemper, & quædam moueantur, quandoque, & quieſcant quandoque: Aut
vt inueniantur in eis tres modi, ſcilicet quod quædam moueantur ſemper, &
quædam quieſcant ſemper, & quædam moueantur quandoque, & quieſcant
quandoq;. Entia enim aut erunt ſicut vna res accepta: & tunc diſponentur
per vnum iſtorum trium, ſcilicet aut per motum ſemper, aut per quietem
ſemper, aut per vtrumque, ſcilicet per motum quandoque, & quietem quan-
doque: Aut diuidentur entia in duas partes, aut in tres. Si igitur diuiſerimus
entia in duas partes, tunc diuiſio erit triplex ſcilicet. Aut vt altera pars ſit
ſemper in motu, & altera ſemper in quiete: Aut vt altera pars ſit ſemper in
motu, & reliqua quandoque motu, & quandoque in quiete: Aut vt altera
pars ſit ſemper in quiete, & reliqua quandoque in motu, quandoque in quie- F
te. Si igitur entia fuerint diuiſa in tres partes, tunc quælibet pars eorum di-
ſponetur per vnumquodq; iſtorum trium, ſcilicet vt quædam quieſcant ſem-
per, & quædam moueantur, & quædam faciat vtrumque: & ſic condiuiden-
tia erunt ſeptem. Sed Ariſt. contentus fuit in quinq;, & tacuit partem dicentē
quod entia diuiduntur in duo. Quorum vnū eſt vt altera pars quieſcat ſemper,
& reliqua moueatur qñq;, & quieſcat qñq;. Secundum eſt vt altera pars mouea
tur ſemper, & reliqua faciat vtrūq;. Et non induxit de modis diuiſionis entium
in duas partes, niſi vnum modum tātum. Et eſt vt altera pars quieſcat ſemper,
& altera moueatur ſemper. Et forte fecit hoc abbreuiando. Quoniam, cū de-
claratum fuerit entia eſſe ſecundum tres partes, ſ. quod quædam pars ſemper
quieſcit, & quædam ſemper mouetur, & quædam facit vtrūq; deſtruentur aliæ
diuiſiones. Iſtarum enim diuiſionum ſemper tres ſunt falſæ manifeſtæ per ſe, &
quatuor ignotæ. Tres autem falſæ ſunt, vt omnia ſint ſemper quieſcentia, aut
vt oīa ſint ſemper mota, aut vt quædā ſint ſemper quieſcentia, & quędā ſemper
mota. Iſtæ enim tres diuiſiones contradicuntur per ſenſum. quatuor autem ſunt
ignotæ. Et hoc, quod quærit hic, declaratum eſt iam de potentia prædictorum:
ſed ipſe vult complere perſcrutationem de eo in hoc loco. Modus autem decla
rationis iſtius intentionis de prædictis talis eſt, Declaratum eſt quidem in ſe-

A primo ab Arist. hoc esse primum motum in loco ex se, ad quem perueniunt cæteri motus locales. Et est manifestum per se quod cæteri motus inueniūtur per sensum reduci ad motum in loco, scilicet ad corpus cœleste. Et, cum hoc fuerit coniunctum ad illud, quod declaratum fuit primo in hoc tractatu, scilicet quod primum motum est æterni motus, erit necesse hic esse aliquod quiescens æternum, super quod moueatur hoc primum motum: & hoc motum æternum, quod declaratnm est, est illud, quod videtur sensu moueri semper, & est corpus cœleste. Et quiescens, quod videtur sensu semper quiescere, est terra. Et est illud, quod declaratum est ratione. Nihil enim est hic quod posset conuenire ei, quod declaratum est ratione nisi istud. Et forte illud, quod videtur semper quiescere, est primus motor istius motus: & est illud, quod post declarabitur. Sed istud non dicitur esse quiescens nisi æquiuoce. Et propinquitas istius motus ad quædam quandoque, & remotio eius a quibusdam quandoque, est esse terræ diuisionis, scilicet vt quædam moueantur quandoque, & quiescant quandoque. Sed in hoc tractatu vult perscrutari a principio de istis propositionibus, & complere sermonem de hoc cōmuni. Et quasi illa, quæ generaliter prædixit vult modo distinguere, & determinare. Et posuit principium perscrutationis de hoc, in hac diuisione, in qua diuisit entia in septem.

Primus motor non est quiescēs, nisi equiuoce.

B Dicere omnia igitur quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sensum, infirmitas quædam intellectus est. Et de toto aliquo, & non de parte ambiguitas est. Neque solum ad physicum, sed ad omnes scientias (vt est dicere) & ad omnes opiniones, propter id, quod motu vtuntur omnes. Amplius autem de principiis importunitates, sicut in rationibus circa doctrinas nihil sunt ad mathematicum, similiter autem & in aliis, sic neque de eo, quod nunc dicitur, ad physicum. Suppositio enim est apud ipsum naturam principium motus esse.

Quærere rationē, & dimittere sensum infirmitas quædam est intellectus.

Dicere autem omnia esse quiescentia, & quærere rationem super hoc, & dimittere testimonium sensus in hoc, est debilitatio discretionis. Et dubitatio in hoc est in toto, non in parte. Et hoc etiam non solummodo contradicit scientiæ naturali, sed & omnibus scientiis, & omnibus opinionibus. Omnia enim ista vtuntur motu. Et etiam, F quemadmodum negare principia in mathematicis, non est contradicere mathematico, & similiter in aliis scientiis, & similiter negare hoc, quod diximus modo, non est contradicere naturali: fundamentum enim positum est ei, quòd natura principium motus est.

22 Cum numerauit illos modos, vult modo declarare quis eorum est manifestæ destructionis, & quis non, & incœpit a modo, qui est valde improbabilis, & est dicens quod omnes res sunt quiescentes. iste enim sermo valde contradicit sensui: & iste sermo est sermo Zenonis. Et dixit dicere aūt omnia esse quiescentia, &c. id est & qui ponit hoc, facit opinionem vincere sensum. Apparet enim sensui plures res moueri, & motum esse: & qui facit hoc, scilicet qui quærit rationes, quibus destruat illud, quod apparet sensui, est debilis discretionis. Veræ enim a conclusiones non declarantur, nisi a propositionibus, & propositiones a sensu, & experimentum sermonum verorum non est, nisi vt conueniant sensatis, non econuerso, sicut isti faciunt. Et, cum posuit quomodo ista opinio est contra naturam, & quod causa positionis illius, est debilitas capitis qui facit vincere res apparentes res sensibiles, aut sermones sophisticos accidentales in res sensibiles veras, Incœpit notificare locum, in quo est dubitatio

a Veræ conclusiones nō declarantur, nisi a propositionibus, & propōnes

a sensu, & experimẽtũ sermonũ verorũ non est nisi, vt cõueniant sensatis, non ecõuerso. Idem 1. cœ. c. 22. & 3. de aĩa. com. 7.

Primi philosophi, aut dialectici est cõtradicere negantibus principia. Idem 1. phy. te. c. 8, & 3. cœ. com. 4. Idẽ hic infra com. 25.

Qui negat subiectũ alicuius artis, nullũ habet sermonẽ cũ eo artifex illius artis, &c.

**in hac intentione. Et dixit** & dubitatio in hoc, &c. i. & **dubitatio** de motu est de oĩbus entibus, qm̃ omnia entia mouentur: & qui dubitat de motu dubitat de principio motus, & si de principio dubitat, dubitat de oĩbus entibus. Et, cum dixit quod ista propositio est extra naturam, incœpit declarare ꝙ ista opinio cum hoc, est extranea a fundamentis naturalibus, & nõ naturalibus, & quod est in fine improbabilitatis, & cũ hoc non debet naturalis contradicere ei. Naturalis enim non debet contradicere ei, qui negat sua principia: hoc enim debet facere primus philosophus aut dialecticus. Et iam dixit hoc in primo tractatu huius. Et dixit & hæc non est solummodo contradictio scientiæ naturalis, &c. & intendit per oẽs scientias, scientias voluntarias, & artes mechanicas. Oẽs enim istæ vtuntur motu: & cum motus destruitur destruuntur omnia ista. Et, cum dixit improbabilitatem, quæ est in hoc sermone, incœpit declarare quod non est de numero opinionum falsarũ, quas naturalem oportet destruere, qm̃ non est cõtradictio essentialis. Et dixit & ẽt quemadmodum negare principia, &c. qm̃, cum vnum principiorũ, quæ ponit artifex huius scientiæ est motum esse: & nullus artifex alicuius scientię scd̃m quod est artifex illius, debet contradicere ei, qui negat principia illius scientiæ. vt declaratũ est in posterioribus. V. g. quod mathematicus non debet contradicere ei, qui negat aliquod principium mathematicum, vt magnitudines diuidi in infinitum, aut punctũ esse: & sic in alia scientia manifestum est ꝙ naturalis non debet contradicere ei, qui negat motũ esse. D. d. fundamẽtum enim positum, &c. i. & motum esse, est principium in hac arte: quia qui negat motum, negat naturam. Dictum enim est in definitione naturæ ipsam esse principium motus, & quietis: & qui negat naturam negat naturalia: & qui negat subiectum alicuius artis, nullum habet sermonem cum eo artifex illius artis: cum non habeat principia per quæ loquatur cum eo: quia negat principia, ex quibus fundantur contradictiones negationis subiecti.

Fere aũt & dicere omnia moueri falsum quidem est, minus autem hoc extra scientiam. Positum enim est quod natura in physicis principium motus sit, & quietis. Similiter aũt physicum est motus. Et dicunt quidam moueri eorum, quę sunt, non alia quidẽ, alia vero non, sed omnia & semper, sed latere hunc sensum nostrum. Ad quos non determinantes qualem motũ dicunt, aut oẽs, non difficile est cõtradicere. Neq; enim augeri, neq; diminui possibile est cõtinue, sed est & medium: Est aũt similis ratio huic de eo, quod est guttã conterere saxum, & plantam natam lapides scindere. Non enim, si tantũ effoditur, aut remouit gutta, & dimidium in medio tp̃e prius. Sed sicut nauis tractus est, & guttæ tot tantum mouent. Pars aũt ipsorum in nullo tp̃e tantum. Diuiditur enim quod remouetur in plurima, sed nihil ipsorum motũ est seorsum, sed totũ simul. Manifestum igitur est, q̃d non est necessariũ, semper aliquid abire: quia diuiditur diminutio in infinita, sed totum aliquando abire. Similiter aũt est & in alteratione qualibet. Nõ enim, si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc & alteratio, sed subito fit multotiẽs sicut densatio. Amplius cum infirmetur aliquis, necesse est tempus fieri, in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari. Necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nullum. Quare dicere cõtinue alterari multum in manifestis est ambigere. In contrariis enim alteratio est. At Lapis, quia neq; durior fit, neq; mollior.

Non omnia semper alterari.

Et fere sermo dicens etiam, quod omnia mouentur est falsus, sed

A minus exit a natura. Natura enim est in rebus naturalibus principium quietis, sicut & motus. Et secundum hunc modum non est res naturalis. Sed quidam dixerunt quod entia mota nō sunt quædam, & quædam non mota, sed omnia mouentur, & motus eorum est semper, sed hoc etiā absconditum est a nostro sensu. Et isti homines, & si non determinant quem motum intendant, aut si intendunt omnes motus, tamen non est difficile contradicere eis. Impossibile est enim aliquid augeri, aut diminui semper. Sed inter ea est medium, scilicet illud, ad quod peruenit augmentum, & a quo incœpit diminutio. Et iste sermo est similis ei, quod dicitur de distillatione super lapides, & diuisioni lapidis a planta posita. Est enim quæstio similis prædictæ. Si igitur nos dissoluerimus istā quæstionē, statim dissoluemus hanc quæstionē, in qua sumus, & bonus verificator dixit, quod distillatio continua perforat lapidem. Quærendum est igitur, si acciderit vt lapis perforetur hoc modo a centum guttis distillatis, ꝙ non est necesse, si guttæ cadentes faciunt aliquā quantitatē, vt medium fiat in medio illius. Sed ita est de guttis, sicut de motu nauis, scilicet quod aliquantulū guttarum mouet aliquā quantitatē. Pars enim illarum non mouet tempore omnino illam quantitatem. Illud enim, quod diuiditur per distillationem, diuiditur in multas partes. Sed nulla illarum partium mouetur per se, sed insimul mouentur. Manifestum est igitur ꝙ non est necesse ex hoc, quod diminutio diuiditur in infinitum, quod ex diminuto recedat semper aliquid, sed forte recedet ipsum totum. Et secundum hunc modum est cursus de alteratione etiam, quæcunque alteratio sit. Quoniam non est necesse, si alteratum diuiditur in infinitū, vt propter hoc diuidatur etiā alteratio in infinitum. Sed multotiens erit subito, sicut est congelatio. Etiam processus infirmi ad sanitatem debet esse in tempore. C Et non erit transmutatio eius in extremo temporis, & transmutatio eius non erit, nisi ad sanitatem, non ad aliud. Sermo igitur dicentis in habente hanc dispositionem quod semper alteratur, est dubitatio in eo, quod est valde manifestum. Alteratio enim non est nisi ad cōtrariū. Et etiā lapis non fit magis durus, & magis mollis, quā sit.

*Inter augmētū, & diminutionē iter iacet mediū.*

Cum declarauit improbabilitatē, quæ est in sermone dicentis ꝙ omnia quie- 23
scunt, & ꝙ dicens hoc negat principia naturalium. Incœpit etiam declarare errorem dicentis ꝙ omnia mouentur. Et dixit & fere sermo, &c. i. & dicere etiam quod omnia mouentur, & negare quietem in entibus naturalibus, est falsum: sicut est falsum dicere ꝙ omnia quiescunt, sed minus exit a via naturali. & ideo dixit. & fere. i. fere est æqualis ei in falsitate. D. incœpit declarare quomodo conueniunt ista opinio, & prædicta in hoc, ꝙ non debet contradici a naturali. Et dixit natura enim, &c. i. & causa in hoc, ꝙ sermo dicentis ꝙ omnia mouentur est sermo non naturalis sicut sermo dicentis ꝙ omnia quiescunt, est quia naturalis ponit naturam esse quasi pro fundamento. Et dictum est in definitione naturæ, ꝙ est principium quietis, sicut motus. Quia igitur quies, & motus accipiuntur in definitione naturæ: ideo ponere quietem, & motum esse est fundamentum naturale: & Naturalis non habet propositiones per quas possit contradicere negantibus alterum istorum, Dicere autem ꝙ omnia mouen-

*Cōparatio duarum opinionū adinuicem.*

*Naturalis ponit naturam esse quasi ꝓ fundamēto.*

Idē.2. phyſ. c.3.& t.c.6. Idē pri. cœ. cō.5.

a Motus apud nos eſt manifeſtior qete, qes.n. eſt priuatio, & motus eſt habitus. vide pro hoc. 4.ph. c.118. & 120.& 3. de aīa. c.25.

b Quæ illarum opinionū ſit magis veritati propinqua, & q̄ magis erronea.

tur, eſt ſufficientius quā dicere ꝙ omnia quieſcunt: quia motus [a] apud nos eſt D
manifeſtior quiete: quies enim eſt priuatio, & motus eſt habitus. Et ſimiliter illi, qui fingunt ꝙ omnia mouentur poſſunt habere aliquam rationem: & eſt, quoniam quemadmodum ſunt hic res motæ, quæ non apparent moueri, niſi in longo tempore, ſed exiſtimantur quieſcere, ita non eſt remotum in rebus quæ exiſtimantur quieſcere, vt apparet motus earum in temporibus, in quibus pertranſeunt multe vitæ humanæ. Et hoc intendebat cum dixit ſed quidā dicunt, &c. Et [b] cum dixit hanc opinionem, & rationem iſtorum hominum, dixit & iſti homines, &c.i. & iſti homines, & ſi nōn determinant qui motus abſconduntur a ſenſu, ita, quod non comprehenduntur ab ipſo propter tarditatem eorum, vtrum ſint quædam genera motuum aut omnia, tamē non eſt difficile cō tradicere eis. Et dixit hoc, vt reputo, quia iſta dubitatio in motibus augmentationis, & alterationis eſt fortior. exiſtimatur enim quod iſti motus ſunt continui: ſed continuatio eorum latet ſenſus. Et ideo poſuit contradictionem eorum in his duobus generibus, & dixit impoſsibile eſt enim, &c.i. et impoſsibile eſt vt aliquis fingat ꝙ motus contrarij continuantur adinuicem, immo inter quoslibet duos motus contrarios eſt medium quieſcens: & eſt illud, ad quod peruenit alter duorum motuum contrariorum, & ex quo incœpit reliquus motus. Quoniā inter augmentū, & diminutionem eſt mediū: & eſt illud, ad quod peruenit augmētum, & ex quo incœpit diminutio. Et, cum dixit iſtam cōtradictionē incœpit B
etiam dicere ꝙ iſta opinio, eſt ſimilis opinioni ponentis ꝙ res, quæ ſunt agētes, aut exiſtentes in potētia, ſunt agentes in actu, aut exiſtentes. Quieſcens enim in actu eſt motum in potentia: & deceptio in hoc eſt de genere deceptionis in hoc alio. Qui igitur poſuerit ꝙ illud, quod eſt in potētia, eſt illud, quod eſt in actu, & non diſtinxerit inter ea, ponit ꝙ omnes res ſemper mouentur. Et quia intendit declarare hoc dixit & iſte ſermo eſt ſimilis ei, &c.i. & qui dicit quod omnia apud quietem mouentur, ſed motus eorum latent ſenſum, eſt ſimilis dicenti in diſtillationibus aquæ ſuper lapidem, ꝙ quælibet gutta aquæ habet operationem exiſtentem in actu in illo lapide. Et ſimiliter etiam qui dicit in planta, quæ oritur in lapide donec diuidit illum, quod in qualibet parte tēporis, in qua oritur diuidit partem lapidis, donec compleatur diuiſio in illo tempore, in quo diuiditur in actu. Et ſecundū hoc, quando aliquid creuerit ſecūdū quantitatem digiti in vno anno, augmentabitur etiam in qualibet parte exiſtēte in actu partium illius temporis, pars exiſtens partium illius digiti in actu. Ita, ꝙ digitus diuiditur in partes in actu, quarum numerus erit ſicut numerus partium, in quas diuiditur annus: quod eſt impoſsibile. Et, cum narrauit ꝙ ſermo dicens ꝙ res quæ apparent moueri poſt quietem in tempore quietis, mouētur etiā, ſed latent ſenſum, eſt ſimilis ſermoni dicentis, ꝙ quælibet guttarum F
aquæ, quæ operantur in lapidem, habent in illa operatione aliquam partē, incœpit narrare corruptionem iſtius ſermonis. Et dixit non enim eſt neceſſe, &c. id eſt, non enim eſt neceſſarium, quando vna collectio guttarū operatur in lapide, primam operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt illæ guttæ faciāt medietatē illius operationis in medietate illius temporis. Et dixit hoc, quia, ſi operantur in medietate illius temporis, operabuntur in medietate iſtius tēporis medietatē illius paſsionis, & in medietate illius medietatis medietatem medietatis, & ſic in infinitum: &, cū ita ſit, tunc non inuenitur illa, niſi poſt deſinētiam paſsionum infinitarū. Et iam declaratum eſt hoc eſſe impoſsibile in quinto huius.ſ. vt factio motus ſequatur eſſentialiter alium motum. Et ideo neceſſe eſt vt prima pars, quæ fit in actu ex parte motus eius ſit inſimul, vt poſt dicet. Et cum narrauit quod non ſequitur, ſi congregatio guttarum deſcendentiū in illo tempore in quo apparuit paſsio illarum in lapide facit aliquam paſsionem, ꝙ non ſequitur, vt quælibet gutta earum operetur in illū lapidē. D. ſed ita eſt de guttis, &c.i. ſed ita eſt de guttis, quarū congregatio operatur in lapide, ſicut de multis hominibus qui mouent nauem: quoniam ſi quemadmodū vnuſquiſque eorum ſolus non mouet nauem, & omnes mouent. Ita, ſi congregatio illarum guttarum operatur in lapide, non ſequitur vt quælibet gutta operetur per

A se, in lapide. Et hoc intendebat, cum dixit quod aliquantulum, &c. id est, & quantitas terminata guttarum mouet quantitatem terminatam lapidis, quemadmodum numerus terminatus hominum, mouet nauem terminatam. Pars autem illarum guttarum non mouet in tẽpore omnino ex illa quantitate aliquid, cuius proportio ad totam passionem sit, sicut proportio illius partis ad cõgregationem guttarum operantium in lapide, quemadmodum non mouet vnus hominum nauem, quam mouebant omnes in tempore omnino, Deinde d. illud, enim quod diuiditur, &c, id est, quoniam illud quod diuiditur per distillationem a lapide, scilicet illud, quod recessit ab eo diuiditur in multas partes: sed non quælibet illarum partium recessit per se ab aliqua parte illarum guttarum: sed omnes partes recedunt insimul a congregatione guttarum determinatarum. Sequeretur enim vt vnaquæque partium guttarum perforantium lapidem moueret, si quælibet pars partis recedentis recederet a lapide per aliquam partem partium guttarum. Et, si ita esset, tunc recederet aliqua pars lapidis per primam guttam descendentem super illum. Et quasi intendit inuenire per hunc sermonem: quod, licet illa passio sit diuisibilis, tamen non sequitur vt quælibet pars illius passionis fiat a quacũque parte guttarum descendentium, sicut posset existimari. Immo illud, quod fit ex eo in actu fit subito. Et hoc in-
B tendebat cum dixit sed in simul mouentur. Et ratio super hoc est illud, quod dixit, scilicet quoniã impossibile est vt passio manifesta, quæ apparet in multis annis, diuidatur per tempus illorũ annorũ, ita, ꝙ quælibet pars sensibilis illius tẽporis habeat partẽ sensibilem illius passionis: & hoc intendebat cum dixit, manifestũ est igitur, &c. i. manifestum est, ꝙ non est necesse si posuerimus ꝙ diminutio diuiditur in infinitum secundum quod est transmutatio in tpe, vt apparuit in sexto, vt recedat ex diminuto in tempore diminutionis aliquid in actu in infinitũ: quoniã secundum hoc contingeret vt nunquã diminutũ cõsumeretur. sed nos videremus ipsum cõsumi secundum totum. Et intendebat per hoc ꝙ diuisio secundũ hunc modũ est finita in transmutatione, quę est in quãto & quali, & vbi. Quoniã illa diuisio infinita motus, quæ declarata est in sexto, est diuisio in potẽtia. Ista aũt est diuisio in actu. Et, si diuisio infinita esset in actu, nõ inueniret motus generatus, neque corruptus. Declaratum est. n. ꝙ id, quod transmutatur, transmutabatur iam, & quod transmutatur, transmutatur semper. Et intendebat per totum hoc, ꝙ, si passio, quæ fit a guttis aquæ diuideretur in actu secundum diuisionem partium guttarum, contingeret vt fieret a quacunque parte caderet super illum ex guttis aquæ. Sed dicimus ꝙ in passione, quæ fit in lapide, est quædam pars, quæ est prima pars facta in actu, & non fita quacũque parte in actu cadente super illum ex guttis, sed partes ex eis ter-
F minatæ: &, si non, tunc quælibet pars moueret quodlibet: & similiter in omni transmutatione. Et secundum hunc modum est de alteratione, quæcũque alteratio sit. Non enim est necesse si alteratum diuiditur in infinitũ, vt propter hoc diuidatur ẽt alteratio in infinitũ. s. inquantũ fit ab alterante: ita, ꝙ si imaginati fuerimus alterans alterare, cõtinget vt illic sit alteratio, & si nõ apparet sensibilis immo prima pars, quæ fit ex alteratione in actu est determinata, & alterãs agens ipsum est determinatum. Et, si prima pars, quæ fit ex transmutatione, nõ esset determinata, & agens transmutans ipsum non esset determinatę virtutis, tunc omnia sicut illi fingunt, essent in continua transmutatione: & contingeret vt inter duas transmutationes sensibiles non esset quies omnino. Deinde dixit multotiens erit subito, sicut est congelatio, id est, sed prima pars in transmutationum, qui fiunt siue fuerit transmutatio in loco, aut in qualitate, aut in quantitate, fit subito, id est, in instanti, non in tempore, &, si non, tunc inter transmutationem, esset, transmutatio, & non inueniretur transmutatio noua omnino. Et existimatur, quod totum hoc contradicit ei quod dictum fuit in sexto, scilicet ꝙ transmutatio non habet partem, quæ sit prima sed omne, quod transmutatur iam transmutabatur. Ioannes autem dubitauit in hoc loco, & expositores dubitauerunt in sexto in alteratione, & dixerunt: quod, si prima pars sit in eis subito, non sequitur tunc vt alteratio non habeat

Gutta cauat lapidẽ cõsumit anulus vsu.

Secundum Auer. patet hic dari primum in motu locali, & in motu alterationis, et augmenti.

Obiectio.

Solutio aliorum.

Solutio commentatoris.

primum: & ipse concessit hic quod prima pars alterationis fit subito. Dicamus D nos quod prima pars, quae fit ex motu, quodammodo est in actu, & quodammodo in potentia. Quoniam secundum quod illud, quod erit in actu, est determinatũ: secundum hunc modum est indiuisibile. Et secundum quod motus est cõtinuus est diuisibilis, & non est in eo primũ naturaliter in actu, nisi quiesceret motum. Cum igitur considerauerit illic de motu, secundũ ꝙ est continuus, dixit ꝙ nõ habet primam partẽ: &, cũ considerauerit hic secũdum ꝙ est generatus, postquam non fuit, & generatũ est determinatae quantitatis, dixit ꝙ habet primũ. D. d. & etiam processus egri ad sanitatem, &c. i. & oportet secundũ sermonem, dicentẽ ꝙ omnia mouetur, vt ęgritudo trãsmutetur in sanitatem in tẽpore ęgritudinis, ita, ꝙ in eo existant contraria insimul. Omne enim transmutatũ transmutatur in tempore, non in extremo temporis, scilicet in instanti: si igitur tempus in quo eger transmutatur ad sanitatem non fuerit aliud a tempore in quo transmutatur de sanitate in ęgritudinem, continget vt transmutetur ad sanitatẽ, & infirmitatem insimul. Et sic continget vt in tempore sanitatis quiescat in sanitate, & in tempore aegritudinis quiescat in aegritudine. Et, si non, tunc in sanitate mouebitur ad sanitatem, & ad aegritudinem: quod est impossibile. Et similiter contingit, quod a dispositione aegritudinis moueatur ad sanitatem, & ideo dixit & transmutatio eius erit ad sanitatem, & non ad aliud. i. & necesse B est vt res quiescat in eo, ad quod est transmutatio: & si non, nihil moueretur ad finẽ: & manifestum est quod omnes sunt a contrarijs ad contraria. D. d. sermo igitur, &c. i. & intendit per valde manifestum, illud, cuius destructio est valde manifesta per se, & ex praedictis. Per se autẽ, quia manifestũ est apud nos hic esse res quiescentes, & motus factos post quietem. Ex sermone vero, quia motus est ex contrario in contrarium, & quod res debent quiescere in cõtrarijs, ad quae mouentur, & ex quibus mouentur: & hoc intendebat, cum dixit alteratio enim, &c. D. d. & etiam lapis, &c. i. ꝙ alteratio, per quam generatur lapis est transmutatio proueniens ad rem quiescentem, & est durities. Verbi gratia, lapis enim impossibile est vt fiat magis durus, aut magis mollis. Dicamus igitur ꝙ est in motu continuo. Et omne hoc negat intellectu prima, & contradicit huic opinioni secundum dialecticam, vt declararet ex eo intentionẽ, quae non erat nota: & est, ꝙ non est hic motus continuus in rei veritate, nisi motus localis, quia est velocissimus motuum. Et hoc est ita: quia illud, quod augmentatur. Verbi gratia, digitaliter in vno anno, non possumus dicere, ꝙ in qualibet parte temporis demonstrata inueniamus partem magnitudinis fieri, sicut accidit hoc in motu in vbi. Et causa in hoc est, quia minima partium magnitudinis factarũ est determinata in intellectu in actu, & quaelibet earum fit in instanti cum sit indiuisibilis in factione. Vnde necesse est vt istę partes non continuẽ F tur in motu, nisi continuentur in instanti adinuicem. Et etiam non possumus di uidere istas partes secundum numerum partium temporis sensibilium ita, ꝙ generatio istarũ partiũ continuetur per continuationẽ generationis partium temporis in quo dicimus rem augeri digitaliter, scilicet vt sint non distinctae abinuicem. Non enim potest aliquis fingere hic esse partes, quae fiunt in actu, non distinctae abinuicem, quarum esse non comprehenditur a sensu. Terminus enim entis in actu est, vt sit tangibile: cum sit impossibile inuenire corpus non tangibile: & omne tangibile comprehenditur per sensum tactus: ergo omne ens in actu est comprehensibile. Et, cum ita sit, sicut narrauimus, bene apparet quod illud quod dixit Alpharabius in principio sui libri de entibus transmutabilibus, scilicet quod de definitione motus in vniuersali apparet continuatio, est sermo non verus. Sed non apparet hoc, nisi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. In alijs autem motibus in quibusdam est possibile vt apparet continuatio. s. vt partes eorum inueniantur indistinctę abinuicem, & in quibusdam non apparet hoc, quia partes eorum non inueniuntur secundum illũ modũ. Et similiter illud, qđ dicit Alpharabius in prędicamẽtis de deffinitiõe eius ꝙ est agere, & pati, nõ est verũ. Ex illa. n. definitione apparet ꝙ oĩs actio, & passio est cõtinua, ĩ quo attribuit illa res actioni, & passioni,

Quõ in motu datur primũ, & quomodo non.

Digressio.

Nullus motus põt esse cõtinuus nisi motus localis. Idẽ. 6. phys. 91. & 92. & infra.

Descriptio entis in actu est vt sit tangibile.

De ratione motus nõ ẽ vt sit continuus. Vide 3 phys. c. 6.

Non omnia semper loco ferri.

A Et secundum quod fertur, mirabile est, si latuit lapis deorsum latus, aut manens in terra. Amplius autem terra, & aliorum vnũquodque ex necessitate permanent quidem in propriis locis, mouentur autem ex his violenter. Si igitur quædam ipsorum sunt in propriis locis, necesse est neque secundum locũ omnia moueri. Quod quidẽ igitur impossibile sit aut semp: moueri oĩa aut semper oĩa quiescere ex his, & aliis huiusmodi sciet aliquis. At vero, neque alia semper quidem contingit quiescere, alia vero semper moueri: aliquando autem quiescere, & aliquando moueri nullam. Dicendum aũt quod impossibile sit, sicut in dictis prius, & in his. Videmus enim in eisdem fieri dictas mutationes. Et adhuc, quoniam oppugnat manifestis dubitans. Neque augmentũ, neque violentus motus est, nisi mouebitur extra naturam quiescens prius. Generationẽ igitur remouet, & corruptionem hęc ratio. Fere autẽ & ipsum moueri, fieri quoddã, & corrumpi videtur omnibus. In quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc.

B 5 Ex quo aũt mutatur corrumpitur hoc, aut hinc.

Et mirũ est etiã, vt lapis in suo motu tradatur ignorantiæ in suo descensu ad inferius, aut in sua quiete super terram, ita quod nõ percipiatur. Et etiam terra, & vnaquęque aliarum rerũ sunt quiescentes in suis locis propriis, & mobiles ab eis violente. Si ergo quędam res sunt in suis locis propriis, sequitur, vt non omnia moueantur. Ex istis igitur, & aliis similibus creditur quod impossibile est vt omnia moueantur semper, aut vt omnia quiescant semper. Neque etiam est possibile, vt quædam sint semper quiescentia, & quædam semper mota: ita, quod nulla res moueatur quandoque, & quiescat quandoque. Et dicendũ est in destruendo hoc illud, quod diximus in destruendo illud, quod fuit ante dictum. Inuenimus enim modos trãsmutationis, quos prædiximus, fieri in eisdẽ rebus. Et, cum hoc dubitat quis, in hoc contradicit rebus manifestis. Quoniam, si non moue

F 6 tur extra suam naturam, & ante erat quiescens, non erit hic augmẽtum, nec motus violentus. Iste igitur sermo destruit generationem, & corruptionem, & fere destruit motum etiam: omnes enim homines opinabantur quod generatio, & corruptio cuiuslibet rei est motus. Illud enim, ad quod trãsmutatur res, ipsum generatur, aut id in eo. Et illud, ex quo transmutatur, ipsum corrũpitur, aut ex illo.

Cum destruxit sermonẽ dicentem ꝙ omnia mouentur, qui est similis sermoni dicentium quod quælibet guttarum facientium aliquam passionem in lapide habet aliquã passionem existentem in actu, sed non comprehenditur a sensu. Et contradixit huic sermoni secundum posse. Et destruxit ipsum etiam ex hoc, quod motus perueniunt ad contraria, in quibus debent quiescere. Et qđ, si hoc non esset, oporteret vt eadem res moueretur duobus motibus contrarijs insimul. Et contradixit etiam ei tertia contradictione: quoniam plures qualitates transmutabiles videntur non recipere magis & minus. Vnde necesse est qđ quiescat, quando peruenerit ad eas. Incœpit notificare impossibilitatem, & improbabilitatem. Et dixit & mirum est, & c. i. &, qui dicit quod quiescens existimatur moueri, & motum existimatur quiescere, contingit ei vt nullã cer- 24

Plures qualitates trãsmutabiles vidẽtur nõ recipere magis,

& minus. Sed vide oppositũ.5.phi.c.19. & 22. & 10. meta, cõ,25.

titudinem habeamus in motu eius, quod mouetur: aut in quiete eius, quod quiescit. Sed omne, quod sentimus moueri, potest esse eorum, quę quiescunt, & omne quod sentimus quiescere potest esse eorũ, quæ mouentur: & sic, quando sentimus lapidẽ moueri de superiori ad inferius, nõ habemus certitudinẽ in hoc, qđ mouetur sed forte non percipimus quietẽ illius: & etiam, quando senserimus ipsum quiescere inferius, non habemus certitudinem in hoc, ꝙ quiescit, quoniã forte mouetur. D. induxit quintã rationem, & dixit, & etiam terra, &c. i. & et manifestum est per se quod nos videmus terrã, & alia elementa, scilicet aquã, & aerem moueri ad sua loca propria, & moueri, & quiescere in eis naturaliter. Et, si mouentur ab eis, non mouentur, nisi violenter non naturaliter. Et, cũ notum sit, ꝙ quædam rerum quiescunt naturaliter in suis locis proprijs, & quod mouentur ab eis violenter, & ꝙ iste motus est contrarius quieti, necesse est vt non omnia moueantur. D. d. ex istis igitur, & alijs similibus, &c. &, quia ista, per quæ contradicit sermoni dicenti omnia moueri, & sermoni dicenti omnia quiescere, sunt eadẽ cum eis, per quæ contradicitur sermoni dicenti omnia diuidi in duas partes, quarum altera semper quiescit, & reliqua semper mouetur. D. ex istis igitur, & alijs similibus, &c. apparet enim hic esse plura, quæ mouẽtur quandoque, & quiescũt quandoque, & iste sermo potest cõtradici etiã per illas contradictiones prædictas, scilicet sermo dicentis, quod quædã pars entiũ semper mouetur, & reliqua pars semper quiescit. Quia dicens hoc negat quietem, quæ apparet in quibusdam entibus quandoque, et motum quandoque. Ista enim, quæ nos sentimus moueri quandoque, & quiescere quandoque, necesse est, vt ponat dicens hunc sermonem in alteram duarum partiũ, in quas diuidit omnia entia scilicet quod necesse est opinari ipsa esse in eis quæ quiescũt semper, aut in eis, quæ mouentur semper, aut quædam in istis, & quædam in illis: & quocunque modo fit, ponit hic esse res, quæ videntur moueri, & in rei veritate quiescunt: & videntur quiescere, & in rei veritate mouentur. Quoniam, si istam partẽ entiũ, quæ mouentur quandoque, & quiescunt quandoq; numerauit in eis, quæ mouentur semper: ponit quod quiescentium sunt quædam, quæ apparent quiescere, & mouentur in tẽpore quietis apparentis. Et, si positũ fuerit ipsum esse ex quiescentibus, tunc ponitur ꝙ quiescentium sunt quædã, quæ apparent moueri, tamen quiescunt: & similiter, si fuerit positũ, quod quędam sunt in quiescentibus, & quędã in mobilibus, tunc ponitur vtrunque. Et omnia ista vniuersaliter sunt positiones sophisticæ. Nullam enim rationem potest dicere dicens hunc sermonẽ, nisi assimilauerit sensibilia vera sensibilibus falsis: & est primum [a] principium principiorum sophistarum, qui negant scientiam, & quod nullum verum comprehenditur, sicut dixit Epicurus & alij. Quo modo autẽ mutabuntur contradictiones dictæ in duobus modis vniuersalibus contrarijs ad sermonẽ, qui est inter illos duos modos, dicentẽ, quod quædam entia quiescunt semper, & quædam mouentur semper, non est difficile ei, qui voluerit considerare in hoc aliquantulum. Quod enim est vniuersale ex illis contradictionibus prædictis, potest aliquis dicere ex eo huic opinioni particulari, & quod est ex eis particulare, non potest aliquis ex eo contradicere huic opinioni. V. g. quoniã contradictio, dicens, ꝙ si omnia mouentur, sequitur vt terra moueatur semper in suo loco proprio non contradicit huic opinioni, quia est particularis. Et ista opinio est particularis. Contradictio autem dicens ꝙ motus sunt in contrarijs insimul, si sunt hic res, quæ mouentur semper est sermo cõis ad destruendũ sermonẽ dicẽtis, ꝙ oĩa mouentur, & sermonẽ dicentis ꝙ illa, quæ existimantur quiescere quandoque, & moueri quandoque, sunt semper mota: & hoc intendebat, cum dixit, & dicendum est in destruendo hoc, &c. D. d. inuenimus enim modos transmutationis. i. & sensus contradicit istis tribus opinionibus, scilicet dicentibus omnia quiescere, aut omnia moueri, aut quædam moueri semper, & quædam quiescere semper. Nos. n. inuenimus sensu, ꝙ modi trium motuum fuerint in eadem re, postquã non fuerint. Inuenimus enim aliquid moueri, in loco postquã non mouebatur, & alterari, postquã non alterabatur: & augmentari, postquam non augmentabatur. D. d. &c. cum hoc, qui

a Primũ principiũ sophistarũ est assimilare sensibilia vera sẽsibilibus falsis.

Nihil mouetur violẽte, nisi quies sit ei naturalis

A dubitabat in hoc, &c. i. quoniam, si hic non fuerint res, quæ mouentur quãdoque, & quiescunt quandoque, nihil erit hic, quod moueatur extra suam naturã scilicet violenter. Quod enim mouẽtur violenter, non mouetur, nisi quies sit ei naturalis iste: & similiter non erit hic etiam augmentum postquam non erat. D. d. sermo igitur destruit generationem, & corruptionem, id est, sermo dicentis, ꝙ nihil mouetur quandoque, & quiescit quãdoque. Et dixit, & fere destruit motum, quoniam cũ generatio fuerit, erunt alij motus, & quasi est finis eorum. Et qui destruit finẽ, fere destruxit ea quæ sunt ad finem. Aut quia in alijs motibus inuenitur generatio, & corruptio, & ideo dixit omnes enim homines opinantur, &c. Et, cum. d. ꝙ omnis generatio, & omnis corruptio est motus: dedit causam in hoc, & dixit illud enim, ad quod transmutatur aliquid, &c. i. & generatio est cum motu, & corruptio est cum motu, quia omnis transmutatio est de aliquo in aliquid, & transmutatio rei, ad illud ad quod transmutatur, est generatio illius rei: & transmutatio eius ex illo, in quo erat, est corruptio illius rei. V. g. quod transmutatio rei, ex albedine in nigredinem, est corruptio albedinis: & generatio nigredinis. D. d. illud enim ad quod transmutatur, &c. & dixit hoc: quia transmutationum quædam est in vbi, & quædam in quale. Illud enim, ad quod est transmutatio in qualitate ipsum erit transmutatũ. V. g. quod illud quod transmutatur ex albedine in nigredinẽ erit nigrum. Illud aũt, quod transmutatur de vbi in vbi, non erit vbi, sed in vbi. Et hoc est ita: quia transmutabilium, quædam disponuntur simpliciter, & quædam secundum ad aliquid, & ideo dixit & illud, ad quod est transmutatio, aut erit ipsum, aut in eo. Deinde dixit, & illud, ex quo est transmutatio, &c. id est, & illud, ex quo est transmutatio, aut corrumpetur in se, id est in substantia illius, aut in aliqua dispositione suarum dispositionum. Verbi gratia quando transmutatio fuerit de quali in quale, aut corrumpetur in suo vbi, ex quo transmutatur quando transmutatio fuerit in loco.

Generatio & finis motus. Idẽ. 6. ph. 32

Qui destruit finẽ destruit ea, q̃ sunt ante finem.

Quõ trãsmutatio accidẽtiũ est gñatio.

Illud, quod trãsmutatur de vbi i vbi non, est vbi sed in vbi.

Quare manifestum quod alia quidem mouentur, alia vero quiescunt. Omnia autem velle quiescere aliquando, aliquando autẽ moueri, hoc iam copulandum est ad antiquas rationes. Principium autem iterum faciendum a nunc determinatis, idem est, quod quidem incœpimus prius.

Declaratum est igitur ex hoc, quod quædam res forte mouentur, & quædam forte quiescunt. Dicere autẽ quod omnia quandoq; mouentur, & quandoque quiescunt, oportet modo habere solicitudinẽ de ipso secundum sermones prædictos. Et ponere principium illius etiam de illis intentionibus, quas modo determinauimus, scilicet illud idem principium, a quo incœpimus prius.

Cũ narrauit qđ principiũ perscrutationis naturalis de motus dispositione in hac intẽtione est cõsiderare de ipso in oĩbus entibus, numerando primo oẽs modos diuisionis in entibus secundũ considerationẽ motus, & quietis in eis, & nouitatis, & antiquitatis. Incœpit primo, & determinauit illas diuisiones. Deinde cõtradixit ex eis opinionibus improbabilibus. Deinde reuertitur ad id, qđ primo intẽdit de perscrutatione, postquã fecit rememorationẽ de illo, qđ declaratũ est de cõtradictione antiquorũ in illis opinionibus. Et dixit. Declaratũ est igitũ ex hoc, &c. & hoc qđ dixit, manifestũ est: & nõ cõtradixit eis, sicut diximus, nisi ad cõfirmandũ sermonẽ secundũ dialecticã: qm̃ hoc non est proprium huic arti. Deinde dixit dicere aũt quod omnia quandoq; mouẽtur, &c i. qm̃ hoc est ignotũ naturaliter, & est illud ex quo oportet perscrutari, & habere solicitudinẽ circa ipsum, & est vtrũ omnia entia naturalia mouentur quandoque quiescunt quandoque. Aut inuenitur in eis aliquid quod semper mouetur, aut semper quiescit, Quoniã hoc, quod quædam quiescunt quandoque, & mouentur 25

Vide supra com. 22.

**qñq;,eſt manifeſtum per ſe.** Sed eſt quęrendũ vtrũ hoc,qđ apparet in parte, eſt D poſsibile in toto,aut impoſsibile. Deinde dixit: & habere ſolicitudinẽ, &c. id eſt,& perſcrutari de eo per illa principia,quę declarata ſunt ſuperius: & innuit ea,quę declarata ſunt in quinto,ſexto,& ſeptimo,de motu. D.d.& ponere principiũ illius,&c.i.ex illa diuiſione determinãte diſpoſitiones entium in motu, & quiete:& cum dixit hoc,incœpit iterare illam diuiſionem.

Aut.n.omnia quieſcunt,aut omnia mouentur,aut hæc quidẽ quieſcunt,hęc autẽ mouentur,eorũ quę ſunt. Et,ſi alia quidem quieſcũt, alia aũt mouentur,eorũ,quæ ſunt,neceſſe eſt, aut omnia aliquando quieſcere,aliquando moueri,aut alia quidẽ ſemper quieſcere,alia vero ſemper moueri,aut alia aliquando quieſcant, aliquando moueantur ipſorũ. Quod igitur non poſsibile ſit omnia quieſcere,dictum eſt prius, dicamus autẽ & nunc. Si enim ſecundũ veritatem ſic ſe habet,ſicut quidã dicũt eſſe,quod eſt infinitũ,& immobile,ſed nõ ſic videtur ſecundũ ſenſum,ſed mouentur multa eorum, quæ ſunt. Si igitur eſt opinio falſa, aut omnino opinio,& motus eſt. Et ſi phãtaſia, & ſi aliquãdo quidẽ ſic videatur eſſe, aliquãdo autẽ aliter. B Phantaſia enim,& opinio motus quidã eſſe videntur. Sed de hoc quidem intendere ,& quærere ratione eorum, quæ dignius habemus, quam ſi ratione indigeremus, eſt hominis male iudicantis quid eſt melius,& peius,& credibile,& non credibile, & principiũ, & nõ principiũ. Similiter aũt impoſsibile eſt & omnia moueri, aut alia quidẽ ſemper moueri,alia vero ſemper quieſcere.Ad omnia enim hęc ſufficiens eſt vna fides. Videmus enim quædã aliquando moueri, aliquando autem quieſcere. Quare manifeſtũ eſt quod impoſsibile ſit omnia ſimiliter qeſcere,& omnia moueri cõtinue.Et quòd alia quidem ſemper moueantur,alia vero ſemper quieſcant.

*Non omnia ſemper quieſcere.*

*Phãtaſia,& opinio motus quidam eſſe vñr.*

Dicamus igitur quod omnia entia, aut erunt quieſcentia,aut omnia mota,aut quædã quieſcentia,& quædam mota . Si igitur quædã ſunt quieſcentia,& quædã mota, neceſſe eſt,aut vt omnia quandoq; quieſcant, & quandoque moueantur: aut vt quædã quieſcãt ſemper, F & quædam moueantur ſemper,aut vt quædam quandoq; quieſcãt, & quandoque moueantur.Quoniã autẽ impoſsibile eſt vt omnia entia ſint quieſcentia,iã dictũ eſt ſuperius , & nos dicemus etiã ipſum nunc. Quoniã,ſi in rei veritate eſſet,ſicut quidã dicunt , quòd totũ ens eſt infinitũ,& nõ motũ,ſed hoc nõ apparet ſenſui. Sed videmus ſenſu quòd plures rerũ entiũ mouentur. Si igitur ſit hic exiſtimatio falſa,& vniuerſaliter exiſtimatio erit hic motus. Et ſimiliter, ſi fuerit hic imaginatio,&,ſi fuerit hic exiſtimatio quandoque, quòd res eſt talis diſpoſitionis,& quandoq; econtrario. Exiſtimatio enim,& imaginatio exiſtimant eſſe motus. Sed perſcrutari de hoc, & quærere rationẽ in eo,cuius ſcientia apud nos eſt ita firma,quòd nõ indiget ratione,eſt de opere eius,qui non poteſt diſtinguere inter nobilius, & ignobilius,& inter certum,& incertum,& inter principiũ , & illud, quod non eſt principium. Et ſecundum hunc modum impoſsibile

*Quęrere rationẽ in eo, cuius ſcientia apđ nos eſt ita firma, ꝙ nõ idiget*

eſt etiam

A est etiam vt omnia entia moueantur, aut quędam moueantur semper, & quædam quiescant semper. Quod enim sufficit in contradicendo totum hoc vniuersaliter est vnum certum. Et est, quoniam quædam entia videntur moueri quandoq;, & quiescere quandoq;. Manifestum est igitur ꝙ impossibile est, vt quædam quiescant semper, & quædam moueantut semper. Quemadmodum apparuit ꝙ impossibile est, vt omnia quiescant semper, aut vt omnia moueantur semper.

rõne est de ope non potentis distinguere.

Ista diuisio, quam hic incœpit dicere, iam prædicta est. Et ipse tacuit duo condiuidentia: quorum vnum est, vt omnia entia sunt duobus modis modus, qui semper mouetur, & modus, qui quandoq; mouetur, & quandoq; quiescit. Altera autem pars est, vt quædam quiescant semper, & quædam alia moueantur quandoque, & quiescant quandoque. Veruntamen, sicut diximus sufficit in perscrutatione de his duobus modis, pescrutatio de modo, dicente quod quædam mouentur semper, & quædam quiescunt semper, & quædam faciunt vtrumq;: quoniam cum declarauit hunc modum esse, destruentur isti duo modi esse. Et, cum induxit prædictas diuisiones, quas prius induxerat secundum modum, quem determinauimus, incœpit dicere illud, quod dicitur de eis prius, & vult addere in contradictione eorum alia, quæ prius non dixerat, & dixit: quoniam autem impossibile est, &c. id est, & dictum est quid existit in eis de errore, & modo erit dictum. D. d. quoniam si in rei veritate est, &c. id est, quoniam, & si ratiocinatio dicentis motũ nõ esse, est similis ratiocinationi, quæ dicitur in rei veritate propter difficultatem suæ dissolutionis, & est dicens, quod ens non mouetur, quia opinatur qđ ens est infinitum: & quod infinitum impossibile est vt moueatur, quia non habet locum in quo moueatur, vt narrauit in primo istius libri de Melisso. Tamen ratio ista est contraria sensui. Et hoc intendebat cum dixit, sed tamen hoc non apparet sensui, &c. id est, quod ista opinio contradicit sensui, & omnis opinio cui contradicit sensus, non est bona opinio. Apparent enim hic res, quæ mouentur in rei veritate, & iudicat sensus præcise eas moueri in rei veritate, propter congregationem quinq; sensuum in testimonio econtrario ei, quod apparet visui, quod aliqua apparent moueri, sed non mouentur. Et ideo opinandum est, quod quædam sensibilia sunt, quæ præcise iudicantur esse vera, & quædam sunt, quæ præcise iudicantur esse falsa: licet sentiantur vt apparent in deceptionibus visus, & quædam sunt ignota donec surgat demonstratio, sicut apparet de paruitate corporis solis. Qui enim nescit demonstrationem, de magnitudine illius dubitat, & F dicit, quoniam hoc forte erit propter remotionem, & forte est in rei veritate. D. induxit demonstrationem, quam non induxit prius, & est de genere cõtradictionum falsarum opinionum, sicut sermo dicentis nihil comprehendit ex quo sequitur aliquod comprehendi. Et dixit si igitur est hic existimatio falsa, &c. id est, & ponens hanc opinionẽ, non potest euadere quin ponat aliquid moueri. Existimare enim hic nihil moueri, est existimare postquã nõ fuerit: & existimare motum esse, est falsum apud eos, & falsum potest transmutari ad verum. Et, si fuerit existimatio aliqua falsa, aut vera, postquam non fuit erit motus. Quoniã esse hãc existimationem est generatio, & omnis generatio est motus, aut sequens motum. & similiter, si fuerit hic imaginatio, id est, & sequitur esse imaginationem motum: imaginatio enim est generatio, & omis generatio est motus, aut sequens motum. Deinde dicit, & si fuerit hic existimatio quandoque aliquid esse talis dispositionis, &c. id est, & hoc apparet magis in existimationibus, quæ fiunt in re secundum tempora: quoniam, cum apud nos fuerit aliqua existimatio de aliquo, quod sit talis dispositionis in tali tempore, & alterius dispositionis in alio tempore. Mutatio enim nostra de existimatione in existimationẽ est transmutatio necessario, & intendebat quod, quia omnia sunt quiescentia contingit, vt nunquam mutentur existimationes in eadem re, scilicet vt in eadem re non existimentur existimationes diuersæ, in temporibus diuersis; ita, qđ

26 Te. c. 21. p̃dicta fuit ista diuisio. quõ sit sufficiens, vide 5. seq.

Opinio, cui contradicit sensus nõ ẽ bona.

Sẽsibilia reperiunť secũdum tres dispositiones.

eadem existimatio fit de Sorte in domo, aut exire a domo, quod est valde improbabile. Et quia existimationem, & imaginationem esse motum, aut sequi motum, non est manifestum per se. Deinde existimatio enim, & imaginaito existimantur esse motus, id est, aut sequi motum. Et, quia omnes istę rationes sunt probabiles, & nulla fides est in eis nisi secundum quod propositiones sunt magis probabiles, quam conclusio, non quia sunt manifestiores conclusione apud intellectum dicit, sed perscrutari de hoc, &c. i. sed perscrutari de hoc, cuius scientia est manifesta per se, & quærere rationem super illud, cuius scientia apud nos est ita certa, quod non indiget ratione, est de opere eius, qui non habet discretionem in distinguendo. Et, cum compleuit contradictionem istius opinionis, reuertitur ad contradicendum opinioni secundæ, & dixit, & secundum hunc modum, &c. id est, & cũ sit manifestum apud nos quod quædam entia mouentur quãdoque, & quiescunt quandoque, & sumus certi, quod ista comprehensio non est ex fallacia sensus, ideo istud principium sufficit nobis quod non mouentur omnia semper, aut quiescunt semper. Aut omnia entia diuidi in duas partes, quarum vna quiescit semper, & reliqua mouetur semper. Et, cum destruxit istas tres diuisiones prædictas, fecit rememorationem de hoc, & dixit manifestum est igitur, & c. i. & iã igitur apparuit, quod entia non diuiduntur in duas partes, quarum vna quiescit semper, & reliqua mouetur semper: quemadmodum apparuit quod impossibile est, ut omnia sint quiescentia, & omnia sint mota, & omne hoc apparet ex hoc, quod quædam quiescunt quandoque, & quædam mouentur quandoque. Iste n. modus opponitur tribus modis prædictis.

Epylogus.

*Ostendit quoddam necessarium ad probationem sequentium, scilicet quod omne, quod mouetur ab aliquo mouetur. Cap. IIII.*

Reliquum vero considerandum est, vtrum omnia sint huiusmodi possibilia moueri, & quiescere: aut quædam quidem sic, alia vero semper quiescunt, alia vero mouentur semper. Hoc autem demonstrandum est à nobis. Mouentium igitur & eorum, quæ mouentur, alia quidem secundum accidens mouent et mouentur, alia autem per se. Secundum accidens quidẽ, vt quæcunq; sunt in eo, quod sunt in mouentibus, & in his, quæ mouentur, & quæ sunt secundum partem autem per se ex quæcunq; non sunt eo, quia, aut in sunt in mouente eo, quod mouetur, nec quo pars aliqua ipsorum mouet, aut mouetur. Eorum autem, quæ per se, alia quidem à seipso, alia vero ab alio. Et alia quidem natura, alia autem violentia, & extra naruram. Quodcunq; enim ipsum à seipso mouetur natura mouetur, vt quodlibet animalium, mouetur enim ipsum animal à seipso. Quorumcunq; autem principium in ipsis motus est, hoc natura dicimus moueri. Vnde animal quidem totum ipsum seipsum mouet: corpus autem, secundum quod est corpus, contingit natura, & extra naturam moueri. Differunt autem secundum qualem motum quod mouetur eueniat, & ex quali elemento consistet Et eorum, quæ mouentur ab alio, alia quidem natura mouentur, alia extra naturam. Extra naturam mouentur, vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autem partes animalium multotiens moué

Quę a seipsis mouent.

Quę a natura mouent.

tur extra naturam ob positiones,& modos motus.

Remanet igitur considerare, vtrum omnia entia sint talis dispositionis, vt moueantur,& quiescant: aut quędam sint talis dispositionis,& quædam quiescunt semper,& quædam mouentur semper. Hoc enim est, quod oportet nos nunc declarare. Dicamus nos igitur quod mouentia,& mota mouẽt,& mouentur quædam per accidens,& quædam per se. Per accidens autem, sicut omnia existentia in motis, aut mouentibus,& sicut ea, quæ sunt quasi pars. Per se vero sunt omnia, quæ mouent, aut mouentur, non quia existunt in motore, aut in moto, nec quia pars eorum mouet, aut mouetur. Eorum autem, quæ mouentur per se, quædam mouentur ex se,& quædam ex aliis. Et istorum, quædam naturaliter,& quædam violẽter,& extra naturã. Quod enim mouetur ex se, mouetur naturaliter, sicut vnumquodq; animalium: animal enim mouetur ex se,& omne, cuius principium motus est in eo dr̃ moueri naturaliter,& iõ animal scd̃m totũ naturaliter mouet se. Suũ corpus aũt possibile est vt moueanť naturaliter, & extra naturã. Hoc.n. diuersať scd̃m motũ cui contingit vt moueatur, scd̃m ipsum & scd̃m elemẽtũ, ex quo contingit, vt constituatur. Eorũ vero, quæ mouenť ex aliis, quædã mouenť natu aliter, & q̃dã extra naturam. Extra naturam vero est, sicut motus corporum terrestrium ad superius,& motus ignis ad inferius. Et mẽbra animalis etiam multotiẽs mouentur extra suam naturam propter modos suæ positionis, aut propter partes sui motus.

CVm declarauit quod impossibile est vt motus primus sit si motus æternus non fuerit, scilicet vt primus sit æternus: &, si nõ, nõ erit primus. Et declaratum est de dissolutione quæstionum contingentium, quod necesse est vt ista perscrutatio sit vniuersalis, ita quod cognoscatur quomodo est dispositio omnium entium in hoc, scilicet in motu, & quiete. Incępit perscrutari de hoc a principio & iterare perscrutationem de rebus declaratis prius. Perscrutatio enim de eis in hoc loco est magis propria: & istæ res quando fuerint addiunctæ ei, quod declaratum est in primo istius tractatus, apparebit quod est hic motus, & quod est iste motus æternus. Et sunt, sicut diximus, duæ propositiones. Quarum prima est, quod omne motum habet motorem. Secunda, quod omnia, quæ mouentur in loco reducuntur ad rem motam per principium existens in ea non motum omnino. Et primo incœpit perscrutari de prima propositione, dicendo quod omne motum habet motorem: & fecit rememorationem de hoc, quod declaratum est in principio quinti de diuisione motoris, & moti ad illud, quod est per se, & ad illud, quod est per accidens. Et narrauit primo modo modorum diuisionum entium in motum, & quietem, quem vult quærere in hoc loco. Et Arist. qui primo processit in doctrina istius intentionis de mo scilicet in declarare motum æternum esse, ita, quod est res manifesta ex suis sermonibus in congregationibus tractatuum suorum, vidit quod ista doctrina est diminuta, & ideo iterauit ipsum: & quidam expositores ignorauerunt hoc: opinati sunt quod illud, quod declaratum est in principio septimi, est superfluum, & ideo absciderunt illud a suis libris. Et, quia ista est intentio eius, incepit diuidere dispositiones entium in motu, & quiete de illo, quod est ...m ex eis. Et dixit: remanet igitur, &c. id est, &, quia manifestum est quod non omnia entia quiescunt, neque omnia mouentur, nec quædam mouentur semper, & reliqua quiescunt semper. Cum quædam videãtur quiesce

re quandoque, & moueri quandoque, remanet igitur perscrutari de hoc, s. vtrum est possibile vt omnia moueantur quandoque, & quiescant quandoque, vt fertur in quibusdam. Aut sunt aliqua, in quibus hoc est impossibile, s. quæ semper mouentur, aut quæ semper quiescunt. Et ideo non curauit de duobus modis, qui dantur intelligi a diuisione, scilicet vt entia sint duobus modis, modus qui semper mouetur, & modus qui quandoque mouetur, & quandoque quiescit. Aut vt omnia sint duobus modis, modus, qui semper quiescit, & modus, qui quandoque mouetur, & quandoque quiescit. Et cum distinxit illud de quo intendit perscrutari, incœpit diuidere motorem, & motum & dixit. Dicamus igitur, &c. i. quod quodlibet istorum, s. motoris, & moti, est res, aut per se, aut per accidens. Erunt igitur quatuor, motor per se, & motor per accidens, & motum per se, & motum per accidens. Et incœpit distinguere illud quod est per se ab illo quod est per accidens: quia illud quod [a] est per accidens decipit in perscrutatione quando fuerit admixtum cum eo, quod est per se. Et vtitur in hoc, quod dixit per accidens in principio istius diuisionis accidentis, quod dicitur vniuersaliter posuit. n. ipsum, oppositum ei, quod est per se, quod dicitur generaliter. D. diuisit illud, quod est per accidens, in illud, quod est per accidens, quod dicitur principaliter, & illud, quod mouetur per suam partem, quod dicitur secundario. Et dixit per accidens vero, i. illud, quod dicitur principaliter, est sicut omne, quod existit in mouentibus, & motis, i. quod illud, quod mouetur per accidens, est omne, quod dicitur moueri, quia est in moto. Et hoc est duobus modis: modo, qui est impossibile vt moueatur omnino, vt anima in corpore: & modo, qui est possibile vt moueatur, vt homines sedentes in naui. Et, similiter etiam motor per accidens est illud, quod est in motore, sicut rubedo, quæ est in igne, quæ est comburens per accidens. Et, cum diuisit illud, quod est per accidens generale, in illud quod est per accidens principaliter, & in illud, quod mouetur per suam partem, quod dicitur secundario, dedit exemplum de hoc. Et dixit & illud, quod est quasi pars, id est, quod illud, quod mouetur per accidens, quod dicitur generaliter, quoddam est per accidens quod dicitur principaliter, & quoddam secundario: & est illud, quod mouetur per partem. id est, illud, cui attribuitur mouere aut moueri propter partem. Verbi gratia, sicut dicimus in illo, cuius manus mouetur, ipsum moueri. Et similiter accidit in motore sicut dicimus, iste homo percussit istum, licet non percussit eum nisi manu. Et, cum descripsit duos modos eius, quod est per accidens generaliter, incœpit describere illud, quod est per se, quod opponitur ei: & est illud, quod principaliter dicitur per se, per negationem duorum modorum eius, quod est per accidens. Et fecit hoc quoniam illud quod est per accidens, est notius illo, quod est per se. & ideo accidet in quibusdam locis describere habitum per negationem priuationum, & dixit per se autem, &c. id est mouentia autem, & mota per se, sunt illa, quæ mouent, aut mouentur, neque per accidens, neque per partem. Et accepit in descriptione eius, quod est per se, negationem duorum modorum, eius, quod est per accidens generaliter. Et, cum distinxit illud quod est per se ab illo, quod est per accidens, & intendit considerare in eo, quod est per se, incœpit diuidere ipsum, & dixit eorum autem, quæ mouentur per se, quædam mouentur ex se, & quædam ex alio, i. & eorum quæ mouentur per se, non per accidens, neque per partem: quædam mouentur per principium existens in eis, vt habentia animas: & quædam mouentur ab aliquo extrinsece, vt carentia animabus. D. diuisit ista duo, & dixit & istorum quædam naturaliter &c. D. incœpit declarare quod animal secundum quod mouetur ex se, est mouens naturaliter: & dixit quod enim mouetur ex se, &c. Et, cum narrauit quod animal mouetur naturaliter, quia mouetur ex se: dedit causam in hoc & dixit animal enim mouetur ex se, &c. Et potentia istius sermonis est similis tali modo: animalia mouentur ex se: &, quod mouetur ex se, mouetur a principio in eo, & omne, quod mouetur per principium in ipso, mouetur naturaliter. Quoniam omne, quod mouetur per principium in eo, mouetur per naturam. Dictum enim est in definitione naturæ quod est principium in re, per quod mouetur, & quiescit. Vnde necesse est, vt illud, quod mouetur per principium in ipso, moueatur per naturam. [b] Definitiones enim conuertuntur necessario cum diffinito. Et, ...

Qui sint isti expositores vide infra c. 33.

a Illud, quod est per accidens decipit in perscrutatione, quando fuerit admixtum cum eo, quod est per se.

Idem 5. phis. c. pri.

In quibusdam accidit describere habitus per negationem priuationum.

Omne, quod mouetur ex se, mouetur per principium existens in eo: & omne, quod mouetur per principium existens in eo, mouetur naturaliter.

b Definitio.

declarauit quod animal mouetur naturaliter, dixit & ideo animal secundum totum naturaliter mouet se, id est, & cum dicimus quod animal mouetur naturaliter, intendimus, quod anima mouet corpus per suam naturam: & corpus a mouetur per suam naturam ab ea: sed mouetur secundum quod est corpus suo motu naturali: & ideo dixit corpus autem suum est possibile vt moueatur naturaliter, & extra naturam, id est quod, cum mouetur a sua anima naturaliter, mouetur quandoque naturaliter, & quandoque extra naturam: motus autem eius, secundum quod est animal, est naturaliter: cum non moueatur, secundum quod est animal, nisi ab anima: & anima mouet corpus naturaliter. Et dedit has omnes rationes: quia potest aliquis dicere quod motus corporis ab anima. Verbi gratia, ad superius, est motus extra naturam: cum moueat ipsum econtrario suo motu naturali. Corpus enim animalis innatum est moueri ad inferius, sed tamen, quia anima anima lis est forma sui corporis naturaliter, necesse est, vt motus eius a sua anima, sit naturaliter. Sed, si fuerit inuentum aliquod motum per principium in eo, ita, quod in suo corpore non sit principium contrariorum motui animæ, tunc, illud motum erit motum naturaliter simpliciter, scilicet per animam, & per corpus, vt declaratum erit de corpore [b] cœlesti. Et, cum dixit quod possibile est vt animal mouetur naturaliter, & extra naturã, dixit hoc enim diuersatur, &c. id est, & causa in hoc quod corpus animalis quandoque mouetur ab anima ipsius naturaliter,

E & quandoque extra naturam, est diuersitas partium, ad quas mouet anima ad illas partes locales, ad quas mouent elementa. Si igitur [c] contingit quod anima mouet corpus ad partem, ad quam mouetur corpus secundum motum elementi dominantis in ipso, tunc motus corporis ab anima erit naturaliter, & tunc congregatur in eo naturalitas ex motore, & moto. V. g. quod quando animal mouetur ex se descendendo, tunc motus eius erit naturalis: si autem motus eius erit contrario motui elementi, tunc motus corporis ab anima erit non naturalis. V. g. quando homo saltat in sursum. Et, cum declarauit quod illud, quod mouetur ex se, mouetur naturaliter, non violẽter, nisi si consideratus fuerit motus sui corporis in respectu quorũdam motuum animę, incepit notificare etiam quod in eo quod mouetur ex alio, inueniuntur isti duo modi, scilicet motum naturaliter, & motum extra naturam. Et dixit & illa, quæ mouentur ex aliis, &c. & intendit per illud quod mouetur naturaliter, motum lapidis ad inferius, & motum ignis ad superius, & posuit ista moueri [d] ex aliis, quia ista non mouentur ex se, donec moueantur ex aliis, vt declarabitur post. Et intendit per illud, quod mouetur extra naturam, motum istorum ad contrariam partem debitam, V. g. sicut

F est motum corporum terrestrium ad superius, & motum ignis ad inferius. Et d. & membra animalis multotiens, &c. ac si diceret, corpus autem eius possibile est, vt moueatur naturaliter, & extra naturam. Et intendit per situm, motum motus. Et intendit per partes motuum, superius, & inferius.

Et maxime moueri à quodam quod mouetur in his, quæ extra naturam mouentur est manifestum, propter id, quod manifestum est ab alio moueri. Postea autem quæ sunt extra naturam eorum, quæ sunt secundum naturam, ipsa quæ à seipsis, vt animalia. Non enim hoc est immanifestum, si ab aliquo moueantur, sed quomodo oportet accipere mouens ipsum, & quod mouetur. Videtur enim quod ibi sit accipiendum, sicut in nauibus, & in non natura existentibus, sic & in animalibus esse diuisum mouẽs, & id, quod mouetur, & sic omne ipsum seipsum mouet. Et maxime autem dubitabitur reliquum dictæ vltimæ diuisionis. Eorum enim, quæ mouentur ab alio, alia quidem extra naturam posuimus moueri, alia autem reliquuntur contra poni, quæ natura. Hæc autem sunt, quæ dubitationem afferunt, vt à quo mouentur, vt grauia, & leuia: hæc enim in oppositos locos violen-

nes necessario conuertuntur cum suo dfinitio.

a Motus animalis, secundũ quod ẽ corpus, põt esse nãliter, & extra naturã, sed motus eius, secũdum quod ẽ animal, est semp nãlis. vide. 2. c. de substãtia orbis.

b Mot' corporis cœlestis est simplr nãlis, & ex parte animæ, & ex pte corpis. vide oppo. 2. cæ. c. 3.

c No. quõ motus aĩalis qñq; est nãlis ex parte motoris, & mobilis, & quo solũ ex parte motoris.

d Elementa non dñr moueri ex aliis nisi quia nõ dñr moueri ex se, donec moueant' ex aliis.

Idẽ ifra 29.

tia mouentur: in proprios autem, leue quidem ſurſum, graue autem D
deorſum natura.

Et in rebus, quæ mouentur extra naturam, apparet proprie quod
illud, quod mouetur, mouetur ab aliquo, quoniam in illis, quæ mo-
uentur ab aliis manifeſtum eſt. Deinde poſt illa, quæ mouentur ex
tra naturam, illa ex illis, quæ mouentur nāliter, quę mouentur ex ſe,
vt modi animalium. Non enim latet de iſtis moueri ab aliquo, ſed
quomodo oportet determinare in animalibus motorem à moto. Vi
detur enim fere ꝙ quēadmodum in nauibus, & in aliis, quorum con-
ſtitutio non eſt naturalis, ita & in animalibus motor diſtinguitur à
moto, & ſecundum hunc modum erit ipſum ſecundum totum mouēs
ſe. Sed illud, in quo eſt dubitatio proprie, eſt illud, quod remanet
de diuiſione prædicta. Diximus enim quod eorum, quæ mouentur
ex aliis, quædam mouentur extra naturam. Ponendum eſt igitur
quod quædam mouentur naturaliter: & iſta faciunt dubitare, ſi mo- E
uentur ab aliquo. V.g. leuia, & grauia. Iſta enim mouentur ad duo
loca oppoſita violente: & mouentur ad ſua loca propria, leue quidē
ad ſuperius naturaliter, graue autem ad inferius naturaliter.

Cum diuiſit motorem & motum in illud quod eſt per ſe, & in illud, quod eſt p
28 accidens. Incępit conſiderare in modis eorum, quæ mouentur per ſe, & perſcru
tari vtrum omne motum eorum, habeat motorem, aut non. Et eſt quæſtio de qua
perſcrutatus eſt in principio ſeptimi: cum ſit prima quæſtio, de qua deberet per-
ſcrutari ille, qui vult quęrere vtrum ſit hic motus æternus. Et fecit hoc,
quia voluit declarare diſpoſitionem in hoc de corporibus ſimplicibus ſermo
ne proprio. Iſta enim fecerunt dubitationem in hoc, quod omne motum habet
motorem. Et iterauit omnia predicta, quibus eſt vſus in declarando hanc quæ-
ſtionem, quia voluit incipere perſcrutationē a principio de illis rebus prædictis:
& compleuit ſermonem in eo. Omne enim, quod fuit declaratum de eo, fuit
deciſum in locis diuerſis, & modo vult congregare illud, & complere perſcruta
tionem de illo. Et, quia prius diuiſit illa, quæ mouentur per ſe in tres modos,
in motum violente, & motum natutaliter, & diuiſit ea, quæ mouentur nturaliter
in duo, ſcilicet in habentia animam, & in ea, quæ mouentur per declinationem, F
ſcilicet per grauitatem, & leuitatem, incœpit dicere in quibus iſtorum apparet
motum habere motorem & in quibus latet. Et dixit: & in rebus quæ mouen
tur extra naturam, &c. id eſt, &, cum res motæ ſint tribus modis, manifeſtum
eſt, quod illa, quæ mouentur violente, & extra naturam, ſicut terra ad ſuperius,
& ignis ad inferius mouentur ab alio, ſcilicet manifeſtum eſt in iſtis, quod motor
in eis, aliud eſt a moto. D. d. poſt illa, quæ mouentur, &c, i. & poſt iſta apparet
hoc in eis, quæ mouentur naturaliter ex ſe, ſicut in modis animalium, ſ. quod mo
tor in eis apparet eſſe aliud a moto. Et deinde diuidit poſt illa quia iſta inten-
tio magis apparet in eis, quæ mouentur violente, & poſt iſta apparet in animali-
bus, nullus enim dubitat ꝙ animal mouetur ab anima, & ꝙ anima eſt motor, &
corpus eſt motum, & ideo dixit non enim latet, &c. & in hoc modo dicimus, ꝙ
motor differt a moto, quia nō latet aliquem in animalibus ꝙ corpora ſua mouen
tur a principio exiſtente in eis alio ab eis. Sed latet de eis, hoc, quomodo eſt exi
ſtentia motoris in eis, ſ. vtrum eſt diſtinctus ab eis econtrario eis, quæ mouentur
a motore extrinſeco, ſ. quia in iſtis apparet manifeſte, quod motor eſt diſtinctus a
moto. Et intendit per hoc expergefacere homines ad appetendum quærere de
a Motorem partibus animæ, & dixit videtur enim fere quod, quemadmodum in nauibus,
i animalib' &c. & intelligendum hic per diſtinctionem, diſtinctionem in eſſe, non diſtinctio-

nem in definitione. Motorem [a] enim in animalibus esse distinctum a moto p definitionem, est manifestum per se, sed est ignotum, vtrum distinguatur, aut non distinguatur, nisi per accidens: & hoc intendebat cum dixit sed quomodo oporteret determinare, &c. id est, determinare qualis est dispositio motoris ad motum. Et, cum dixit ꝙ de hoc est perscrutandum in animalibus, dedit dubitationem, quę facit credere, quod motor in animalibus potest distingui secundum esse, & dixit videtur enim fere, &c, i. & hoc est dubium, quia potest aliquis dicere, quod forte ita est in dispositione motoris ad motum in animalibus, sicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principium in eis, sicut in nauibus, & in alijs artificialibus. Quoniam cum dixit hoc reuersus est ad distinguendum illud, quod est manifestum de animalibus, & dixit: & secundum hunc modum, &c. i. & secundum hanc opinionem de animali, scilicet ipsum componi ex motore, & moto, quorum vtrumque distinguitur a reliquo naturaliler, intelligendum est quando dicimus quod animal mouet se secundum totum, id est, secundum quod componitur ex motore, & moto: & non ita, quod motor & motum sint in eo idē in actu. D. d. sed illud, in quo est dubitatio, proprie, est illud, quod remanet ex diuisione, i. & dubitatio non est nisi in tertio modo. Iam enim diuisimus ea, quæ mouēntur essentialiter, & diximus, quod quędam mouentur violente, & quædam naturaliter, & eorum quæ mouentur naturaliter, quædam videtur moueri ab aliquo alio, et sunt animalia: & in quibusdā latet hoc, & sunt corpora simplicia. In istis enim non apparet alietas motoris a moto, sicut apparet in habentibus animas, imo in eis non est alietas omnino: & sunt sicut dixit graue, & leue. [a] Ista enim inueniuntur moueri ad sua loca naturalia ex se, & ad loca opposita suis locis naturalibus ex alijs. Verbi gratia, quia lapis ad inferius mouetur per se naturaliter, & ad superius per violentiam, & econtrario ignis, & hoc intendebat cum dixit, ista enim mouētur ad duo loca opposita, duobus suis locis naturalibus: & mouentur naturaliter ad sua loca propria,

esse distictū a moto definitiōe ē manifestū p se. vel in esse.

In corporibus simplicibus non est alietas motoris a moto, sicut appet in habētibus animas. vide 4. ph. c. 71.

a Grauia, & leuia mouētur ad sua loca naturalia ex se, & ad loca opposita suis locis naturalibus mouētur ex aliis.

A quo autem adhuc manifestum non est, sicut, cum mouentur extra naturam. Et .n. ipsa a seipsis ponere impossiblle est. Animalis enim hoc est, & animatorum proprium: & facere stare posse ipsa secundum seipsa. Dico autem, vt si ambulandi causa est ipsi, & non ambulandi. Quare, si est in ipso igni sursum ferri, manifestum est ꝙ in ipso & deorsum. Irrationabile est autem vno motu moueri solum à seipsis, si ipsa seipsa mouent.

A quo autem mouentur non est manifestum in eis, sicut est manifestum, quando mouentur extra naturam. Dicere enim ea moueri ex se impossibile est. Hoc enim est proprium animalibus, & est proprium habentibus animas. Et, si ita esset, tunc esset possibile eis quiescere ex se: & dico, Verbi gratia, quod, si aliquis est causa suiipsius in ambulat one est etiam causa suiipsius in dimittendo sui ambulationem. Et ideo, si ascensus ad superius est ex ipso igne, manifestum est quod descensus ignis etiam ad inferius est ex ipso igne. Et dicere etiam quod res, quæ mouentur ex se, vno motu tantum mouentur, non est de ratione, si mouent se.

Quod ex se mouētur nō tm̄ vno motu mouent.

Id est. In corporibus autem simplicibus non apparet ipsa moueri a motore alio moto, sicut apparet hoc in eis, quæ mouentur ab extrinseco. D. d. dicere enim, &c. i. & non possumus etiam dicere in eis, quæ mouentur a principio in eis addito ei quod mouere ex eis absque eo, quod indigeant causa extrinseca, sicut

Aīalia non indigent in prīcipio sui motus cā extrinseca, sicut inaīata 29 Idem supra c. 27.

dicimus in eis, quæ mouentur ex se, quod mouentur a principio in eis sine indi- D
gentia causæ extrinsecæ: sicut est dispositio in habentibus animas. hoc enim impossibile est. Deinde incœpit declarare quomodo est impossibile, & dixit quoniam hoc non est nisi in animalibus, s. quæ mouentur a principio in eis sine indigentia causæ extrinsecę. Deinde dedit rationem super hoc, & dixit & si ita esset, &c. id est. Verbi gratia, si ignis esset causa in se per quam posset moueri sine indigentia causæ extrinsecæ tunc per istam causam posset quiescere sine indigentia causæ extrinsecæ. Res enim, in qua est causa qua potest moueri sine indigentia causæ extrinsecæ sicut animal in quo est anima per illam potest quiescere. D.d. & dicere etiam, &c. i. & dicere in eo, quod mouetur per principium in eo, sine indigentia alicuius extrinseci, quod mouetur vno motu, non est secundum rationem. Principia enim, quæ sunt huiusmodi, innata sunt mouere motibus diuersis.

Amplius quomodo cõtingit continuum aliquod ẽt copulatum, ipsum seipsum mouere. Secundum enim quod vnum est, & continuũ, non tactu, secundum hoc impassibile est. Sed secundum quod diuiditur, sic hoc quidem aptum natum est facere, illud, autem pati. Neq;, ergo horum vllũ ipsum seipsum mouet, (consita enim sunt) nec B
aliud continuum vllum. Sed necesse est diuidi mouens in vnoquoq; ab eo, quod mouetur: sicut in inanimatis videmus, cum moueat ipsa aliquid animatorum.

Et etiam quomodo est possibile vt aliquid continuum naturaliter conuenientium moueat seipsum. Secundum enim quod est vnum, continuum, non contiguum, est irreceptibile passionum. Et secundum quod est segregatum erit tale, quod quiddam eius est innatum recipere, & quiddam agere. Nullum igitur istorum mouet seipsum, cum sit conueniens, neq; aliquid omnino continuum. Sed necesse est vt motor in quolibet eorum sit distinctus à moto. Sicut videmus in carentibus anima, quando mouerit illa aliquod habentiũ animas.

; o Cum declarauit quod illa, quæ mouentur naturaliter, nõn mouentur per principium in eis, quia non mouentur ex se, induxit etiam secundam declarationem, C
per quam declarat ꝙ illa etiam non mouentur per principium in eis. Et abbreuiatio eius, quod dicit, est. Et, quia illa, quæ mouentur per principia in eis, necesse est vt diuidantur secundum definitionem in motorem, & motum, & vt non E
sint idem secundum definitionem, & essentiam. Motor enim debet esse distinctus a moto, aut secundum definitionem, & esse insimul, sicut illa, quæ mouentur ab extrinseco, aut secundum definitionem tantum, sicut est dispositio in habentibus animas. Anima enim quæ est motor in eis, distinguitur a corpore, quod est motum secundum definitionem: licet non distinguatur secundum esse, s. ꝙ impossibile est animam esse sine corpore, nisi æquiuocæ. Et, quia corpora simplicia sunt vna secundum definitionem, & nullum eorum potest diuidi in motorem, & motum, necesse est vt non sint mota ex se, nisi esset possibile vt motor esset ipsum motum. [a] Si igitur aliquis dixerit, ꝙ sunt corpora simplicia composita ex materia, & forma, quorum vtrunque est distinctum secundum definitionem a reliquo. Dicimus ad hoc, ꝙ prima materia non est existens in actu, & illud, quod mouetur ex se debet diuidi in motorem, & motum in actu: quoniam, illud quod est in potentia, [b] neque mouetur, neque mouet. Si igitur lapis, Verbi gratia, moueretur ex se, contingeret vt esset mouens, & motum eodem modo ... dum formam: quoniam non est existens in actu, nisi secundum formam, quod est ... D.d. & etiam quomodo est possibile, &c. & intendit per continuum illud, quod est vnum non per contiguitatem, & intendit per conueniens illud, quod est con...

a Ex hoc vr̃ velle qđ non sint plures formæ substantiales in simplicibus. Confide 4. cæ. c.22. & 4.ph.71.
b Quod est in potentia, neq; mouet neque mouet. Idē.5.ph.c.8.
c Hr̃ ꝓ inconuenienti hæc simplicia esse mo-

A milium partium, cuius desinitio partis, & totius, est vna, s. illud, quod non est diuersæ substantiæ. D. d. scd̄m igitur ꝙ est continuū, &c. i. ꝙ res continuę scd̄m ꝙ sunt cōtinuę nō cōtiguæ, impōe est vt recipiant passionē, i. motū ex se: cū non diuidantur, in motorem, & motum: nisi essent continuæ copulatæ secundum contiguitatem Et d. hoc: quia illud a quod mouetur ex se: aut erit diuisibile secundū desinitionem in motorem, & motum, aut erit diuisibile in partes secundum contiguitatem: sicut quod congregatur ex aliquibus, quod est continuum secundum cōtiguitatem. Omne igitur, quod mouetur ex se, aut erit distinctum, aut diuisibile secundum desinitionem, aut secundum quantitatem, s. partes. Et, cum corpora simplicia non diuidantur altero modo istorum, sequitur ꝙ non moueantur ex se omnino. D. d. & secundum ꝙ est segregatum, &c. i. illa autem, quæ diuiduntur, aut secundum desinitionem, aut secundum quantitatem, possibile est vt diuidantur in motorem, & in recipientem motum. Et, cum posuit ꝙ res continuæ consimiles impossibile est vt moueantur ex se: nihil enim, quod mouetur per illud per qd' mouetur res mouet se, nisi secundum illud, quod est non consimilis, s. secundum ꝙ diuiduntur in motorem. & motum, D. nullum igitur istorum, &c. & ista est conclusio, quam intendit per hunc sermonem. Et iste sermo sic componitur. Corpora naturalia sunt consimilium partium simplicium, & illa quæ sunt consimilium partiū simpliciū, impōe est vt moueant se: ergo corpa naturalia non mouent se.
B Et, cum dedit conclusionem induxit terminum medium istius conclusionis, & dixit, cum sit conueniens, &c. i. & cum ista sint conuenientia, & nullū cōueniens mouet se: Et quasi incœpit primo, & uerificauit maiorem propositionē, s. ꝙ impossibile est vt aliquod moueat, s. secundum ꝙ est vnum continuum, sed secundum ꝙ est segregatum discretum. D. induxit conclusionem, & post induxit syllogismum, s. vtranque propositionem minorem, & maiorem cum dixit, cum sit conueniens, & nullum b aliquod secundum ꝙ est continuum, mouet se, i. cū corpora naturalia sint continua, & nullum vnum continuum mouet se. Et, cū declarauit ꝙ non mouentur ex se, incœpit declarare ꝙ necesse est vt moueantur ex aliis, & dixit immo necesse est, &c. i. & cum sit declaratum quod non mouent̄ ex se sequitur necessario vt moueantur ex aliis extrinsecis. Et hoc intendebat cum dixit: & motor in quolibet eorum sit distinctus a moto in quolibet eorum. Deinde exemplum in hoc, & dixit sicut inuenimus in carentibus anima, &c. i. ꝙ motor in eis est necessario extrinsecus, sicut motus lapidis ad superius ab homine.

uētia, & mota scd̄ nō formam. Sed vide tu oppositū, 4. cæ. c. 22.

a Quod mouet ex se aut est diuisibile in motorē & motū secūdū desinitionē, aut in partes secundum contiguitatem.

b Nullum continuum, scd̄m ꝙ est continuum, mouet se. Idem primo de gn̄atione, t. c. 78. et 4 ph. t. c. 48.

Sed si accidit hoc semper moueri ab aliquo, fiet vtiq; manifestum
C diuidentibus causas. Est autem & in mouētibus accipere quæ dicta sunt. Alia enim extra naturam horum ipsa motiua sunt, vt vectis nō natura grauis motiuus est. Alia verò natura, vt actu calidum motiuū est potentia calidi. Similiter autem & in aliis huiusmodi est. Et mobile quoq; similiter natura, quod est potentia quale, aut quantū, aut vbi, cum habeat principium huiusmodi in seipso, & non secundum accidens. Erit enim idem, & quale, & quantum, sed alterum alteri accidit, & non secundum se est. Ignis autem, & terra mouentur ab alio, violente quidem, cum extra naturam, natura autem, cum ipsorum actus, potentia sunt.

Sed sequitur in istis, si mouentur naturaliter, vt semper moueantur ab alio. Et hoc apparet diuidendo causas. Et debemus accipere in motoribus etiam illas intentiones, quas diximus, quæ sunt motores extra naturam, Verbi gratia, quoniam sagittam manganellæ, mouere lapidem non est naturale. Et quædam naturaliter, Verbi gratia, quod calidum in actu mouet calidum in potentia. Et secundum hūc

modum dispositio de aliis similibus. Et similiter etiam illud, quod mouetur naturaliter, est illud, quod est in potentia quale, aut quantum, aut vbi. Cum principium, quod est tale, fuerit in eo non accidentaliter. Idem enim potest esse quale, & quantum, sed alterū erit in altero per accidens, non per se. Ignis igitur, & terra mouentur ex alio, aut violente, quando mouentur extra naturam, vt naturaliter, quando mouentur ad suas actiones, quas habent in potentia. D

81 Cum declarauit ꝙ illa, q̄ mouentur naturaliter, quæ sunt carentiai manabus, s. corpora simplicia non mouentur ex se, fuit necesse vt mouerētur ex aliquo extrinseco. Oē enim motum ab aliquo necesse est, aut vt motor sit in eo, & tunc erit motum ex se: aut extra illud. Et forte hoc non sequitur, nisi cum declarabitur quod omne motum habet motorem, & quod nihil mouet se ita, quod motor sit ipsum motum. Cum igitur declarauit, sicut diximus, quod illa, quæ mouentur naturaliter, & carent animabus, non mouentur ex se dixit. Sed sequitur in istis, &c. id est, & sequitur ex sermone prædicto, vt non moueantur nisi ab aliquo extrinseco cum non moueantur a principio in eis. D. incœpit declarare hoc alio modo, & dixit, & hoc apparet diuidendo causas, &c. i. & apparet etiam ꝙ ista, quæ mouentur naturaliter & non animata, sunt mota naturaliter ab aliquo extrinseco diuidendo causas in suas primas species. Deinde accipiemus similia illis in motoribus. Mouentia enim sunt vnus modorum causarum. Et intendebat, quod quia causæ diuiduntur primo in duas partes, quarum vna est vt sint causæ secundum violentiam, secunda vt sint causæ secundum naturam. Necesse est vt mouentia diuidantur in has duas partes. Et hoc intendebat, cum. d. & debemus accipere, &c. i. & debemus diuidere etiam mouentia in istos duos modos, in quos diuisimus causas secundum naturam, & extra naturam. D. d. quemadmodū n. mouentur extra naturam, &c. & hoc intellectum est per se. D. d. & quædam naturaliter, &c. i. quædam mouentia mouent per suam naturam, sicut calidum in actu, quod habet naturam mouendi illud, quod est calidum in potentia, vt fiat calidum in actu. D. d. & secundum hunc modum, &c. i. & aliæ virtutes actiuæ, q̄ habent naturam facere ea, quæ sunt in potentia, sibi similia in actu. Et, cum dixit motorem secundum naturam, dicere incœpit de moto secundum naturam: & dixit. & similiter etiam, &c. i. quemadmodum illa, quæ mouētur naturaliter sunt illa, in quibus natura est mouere aliquid, & ad aliquid, donec faciat illud in actu. Ita etiam illud, quod mouetur naturaliter, quod est in potentia aliqua intētio prædicamentorum decem. V. g. vt sit in potentia quale, aut quantum aut vbi. Et cum omne, quod est in potentia motum, est, illud in cuius natura est recipere aliquod prædicamentorum decem, sequitur ꝙ motor naturaliter sit omne, ꝙ pōt mouere illud, quod est in potentia aliquod prædicamentorum decem vt faciat illud prædicamentorum in actu. Et ideo dixit necesse est esse in hoc, quod motum naturaliter sit hoc, ꝙ principium mouens sit, & dicit cum habeat principiū, &c. Et dixit hoc, qm̄ res mouetur ab alio essentialiter. Cum igitur mouetur ab aliquo essentialiter tunc mouetur eo per suam naturam, & cum mouetur accidentaliter non mouetur ab eo per suam naturam. D. declarauit hoc, & dixit idem n. est quale, & q̄ptum, i. & exemplum eius, quod mouetur per accidens, est vt aliquis motor moueat aliquid, quod est in potentia. V. g. quale, & cum facit ipsum quale in actu, sequitur vt illud habere quantum, quod prius non habebat. V. g qn̄, aqua mouet aerem ad frigus, sequitur illud minor quantitas. & similiter etiam forte mouet aliquid in quantitate essentialiter, & sequitur illud qualitas p accidens. v. g. ex quo nutritur animal. Multoties. n. sequitur quantitatē in eo aliqua qualitas: & dixit idem. n. fit quale, & q̄ptum, i. ab eodem motore. Et, cum ita sit, necesse est ut alterum sit ab eo essentialiter, & alterum accidentaliter, s. ꝙ, si quantitas fuerit ab eo essentialiter, & qualitas erit accidentaliter, & econuerso, & ideo dixit: sed alterum eorum est in altero per accidens, i. sed alterum eorum

Cā̃ diuidū tur i das partes.

E

C

F

Aliqd, qñq; p se mouet ad q̄ptitatē, & p accñs ad qualitatē, & econtra.

A sequitur necessario vt inueniatur ab illo agente vno per accidens. Vnum.n.agens non habet naturam largiendi, nisi vnum tantum. Et, cum declarauit quod omne, quod in quolibet prædicamento mouetur naturaliter ab eius motore extrinseco naturaliter, cum fuerit in sua potentia vt moueatur naturaliter ad illud. V.g. ad quale, & quantum & vbi, & posuit quod illud, quod mouetur accidentaliter, & violenter est illud, quod mouetur contrario illi, quod in sua potentia est vt moueatur. Et similiter est de illo, quod mouet. Cõclusit ex hoc, quod terra, & ignis, & alia corpora simplicia habent istos duos modos vt moueant, & moueantur. Habent.n. virtutem naturalem, & violentã, s. accidentalẽ Et dixit ignis igitur, & terra, &c. i. quod ista mouentur violenter, qñ mouentur per virtutem violentam, quæ est in eis, & mouentur naturaliter quando mouentur ab eo, quod generat ipsa. Et intendebat declarare ex hoc sermone, quod motus corporum naturalium in hoc loco est in rei veritate ab eo, quod generat ipsa sicut alia accidentia, quæ inueniuntur generari in re per generationem ipsius. Et, quod ista sunt magis digniora esse de numero eorum, quæ mouentur ab extrinseco, quam de numero eorum, quæ mouentur per principium in eis, & quod nulla est contradictio in eis ponendo illa moueri naturaliter, ab extrinseco, cum plura generabilium naturalium generentur naturaliter, ex extrinseco. Et, cum declarauit in
B istis quod necesse est vt numerentur in eis, quæ mouẽtur ex extrinseco, & iam posuit ea moueri naturaliter declarauit secundum quot modos dicitur in eis moueri naturaliter cum eo, quod mouetur ex extrinseco, cum apparet in primo aspectu quod omne motum ex extrinseco mouetur violenter.

Vnũ agẽs ñ hẽt nãm largiẽdi, nisi vnũ tm̃. Idẽ pri. de gen. t c. 36. & pri. cæ. cõ. 8 Vide infra hic cõ. 51. ꝑ intellectione huius.
Motus corporũ nãliũ ĩ loco est ab eo, qđ generat ipa, sicut est de aliis accidentib'. ꝑ hoc uide. 28. 3. de cælo.

Quoniã aũt potentia esse multipliciter dicitur, hæc causa est non
esse manifestum à quo huiusmodi moueantur, vt ignis sursum & ter
ra deorsum. Est aũt potentia aliter quid sit sciens, & habens iam
scientiã, & non considerans. Semper aũt, cũ simul actiuũ, & passiuum
sunt, ipsum fit aliquando actu, quod est potentia, vt addiscens: & ex
potentia ente, alterũ fit potentia. Habens enim scientiã, non consi-
derans aũt, potentia sciens est quodammodo, sed non sicut & ante
addiscere. Cum aũt sic habeat, si aliquid non prohibeat, operatur, &
C cõsiderat, aut erit in contradictione, & ignorantia. Similiter & hoc
se habet in physicis. Frigidũ enim potentia est calidũ, cum aũt mute
tur iam ignis est: ardet aũt, nisi aliquid prohibeat, & impediat. Si-
F militer aũt se habet & circa graue, & leue. Leue enim fit ex graui,
vt ex aqua fit aer, hoc est & enim potentia primum, & iam leue, ope
rabitur mox, nisi aliquid prohibeat. Actus enim leuis est alicubi esse,
& sursum. Prohibetur aũt, cũ in contrario loco sit. Et hoc similiter se
habet in quanto, & quali. Et tamen hic quæritur quare moueantur,
ad ipsorum loca grauia, & leuia. Causa aũt est, quod apta nata sunt
in aliquo vbi esse: & hoc est leui, & graui esse, hoc quidem sursum, il
lud aũt deorsum duci. Potentia aũt est leue, & graue multipliciter
sicut dictum est. Cum enim sit aqua, & quodammodo potentia est
leue: &, cum aer est adhuc potentia est: contingit enim per im-
pedimentum non sursum esse: sed, si auferatur impediens, agit,
& semper sursum fit. Similiter autem & quale, vt sit in actu,
mutatur: mox enim considerat sciens, nisi aliquid impediat
etiam ipsum quantum extenditur, nisi aliquid prohibeat. Su-

ſtinens autem, & prohibens, dimouens, eſt ſicut mouens, eſt autem ſicut non: vt columnam euellens, aut lapidem remouens, aut à vaſe aquam, ſecundum accidens enim mouet. Sicut repercuſſa ſphæra nõ à pariete mota eſt, ſed à proiiciẽte. Quod igitur nihil horũ moueat ſeipſum manifeſtum eſt, ſed motus habet principiũ, nõ mouendi, neq; faciendi, ſed patiendi. D

Potẽtia dr̃ multifariã.

Et quod illud, quod eſt in potẽtia, dicitur multis modis, hæc fuit cauſa, vt illud, ex quo mouentur iſta, & ſimilia, eſt non manifeſtum. V.g. quod ignis mouetur ad ſuperius, & terra ad inferius. Et addiſcens eſt in potentia ſciens alio modo ab eo, ſecundum quem illud quod habet ſcientiam, ſed non ſcit, eſt ſciens in potentia. Et illud quod eſt in potentia, forte erit in actu, quando fuerit ſemper congregatum agens, & tempus recipiens. V.g. quod addiſcens erit ſciens ab eo, cuius ſcientia in potentia, erat aliud in potentia. Quod enim habet ſcientiam, ſed non ſcit, eſt ſciens in potentia quoquo modo: ſed iſte modus potentiæ non eſt ille modus in quo erat prius, antequam addiſceret. Cum igitur fuerit in hac diſpoſitione, aget ſuam actionem, & ſciet tunc, niſi aliquid impediat, & ſi non, contingeret vt eſſet in oppoſito ſcientiæ ſcilicet ignorantiæ. Et ſecundum hunc modũ currit diſpotio de rebus naturalibus etiam. Frigidum enim eſt in potentia calidum, & cum fuerit tranſmutatum, erit tunc ignis, & comburet, niſi aliquid impediat. Et ſimiliter eſt de graui, & leui etiam: ex graui enim quandoq; generatur leue. V.g. ex aqua aer primo enim erat tale in potentia, & tunc fiet leue, & faciet ſtatim ſuam actionem, niſi aliquid impediat. Actio enim leuis eſt vt ſit in aliquo vbi, & ſuperius. Impedimentum autem accidit, quando fuerit in contrario loci eius. Et ſecundum hoc eſt curſus in quantitate, etiam & in qualitate. Quamuis hoc debet quæri, ſ. quare leuia mouentur ad vnum locũ & ſimiliter grauia. Et cauſa in hoc eſt, quia ſunt nata, vt ſint in aliquo vbi. Et eſſentia grauis, & leuis eſt iſta, illud vbicari inferius, & iſtud ſuperius. Sed leue, & graue in potentia ſunt multis modis, ſicut diximus. Aqua enim, dum eſt aqua, in potentia leuis quoquo modo: & cũ fuerit aer, poſsibile eſt vt impediatur, quin ſit ſuperius. ſed, ſi illud impedimentum aufertur, ſtatim aget ſuam actionem, & erit ſemper ſuperius. Et ſecundum hunc modum tranſmutatur quale ét ad illud, quod eſt in actu. Sciens enim ſtatim ſciet, niſi impediatur: & ipſum etiam quantum extenditur, ſi nihil ſit, quod impediat: illud autem, quod aufert impedimẽtũ quoquomodo eſt motor, & quoquo modo non eſt motor. V.g. ꝙ ſi aliquis homo auferat columnã fulciẽtem põdus, aut auferat lapidem poſitum ſuper vtrem in aqua, tũc mouebit iſta, ſed per accidens. Quemadmodum pila, quæ a pariete reflectitur, non mouetur a pariete, ſed a proiiciente. Manifeſtũ eſt igitur quod nullum iſtorum mouet ſe, ita quod in eo ſit principium motus, vt moueat, aut vt agat, ſed vt recipiat actionem. E F

Actio leuis eſt vt ſit in aliquo vbi, & ſupius.

Eſsẽtia grauis, & leuis eſt iſta, illud vbicari inferius, & iſtud ſupius.

A Cum declarauit quod lapis, & vniuersaliter corpora naturalia simplicia non 32 mouentur ex se, cum non diuidantur in motorem motum. Et quod propter hoc, necesse est vt motor eorum sit extrinsecus. Et declarauit quod motor eorum est extrinsecus, cum hoc quod sunt mota naturaliter: & quod hoc in eis est per potentiam natrualem, quæ est in eis vt moueantur ad sua loca propria, sicut potentia existens in re generata in substantia ad recipienda alia prædicamenta, s. quod motor in eis est naturalis, & extrinsecus, Et quod hoc, quod mouentur in loco, prouenit eis a generante, sicut prouenit qualitas propria, & alia accidentia. Vult declarare quod latētia motoris istorū est essentialiter, & propter mixtionem potētiæ quam habet accidentaliter cum potentia, quam habet essentialiter. Et ideo habet duos motores, motorem accidentaliter, & motorem essentialiter. Et ideo motor, qui est essentialiter admiscetur cum eo, qui est accidentaliter, ita, quod existimatur quod ista mouent se. Et hoc intendit declarare in hoc capitulo. Et dixit: &, quia illud, quod est in potentia, &c. i. & non est manifestum illud mouens, ex quo mouentur essentialiter corpora simplicia: quia potentia ad motum dicitur duobus modis. Quorum vnus est de potentia essentiali, quæ est materia, ex qua generata sunt, & est naturalis. Alius autem est de potentia violenta, quæ est accidentalis. Deinde dedit exemplum, & dixit & potentia violenta, &c. V. g. B quod ignis mouetur, &c. i. & exemplum potentiæ essentialis, quæ nō exit in actū, nisi a motore essentialiter, est potentia, quæ est igne ut moueat᷑ ad inferius, cum reuertitur terra: & potentia, quæ est in terra vt sit ignis, & vt moueatur ad superius, quæ est similis potentiæ quæ est in addiscente, vt sit sciens. Exemplum vero potentiæ, quæ est accidentalis, est potentia, quæ est in ipso igne, quando impeditur a motu ad superius: & potentia, quæ est in ipsa terra, vt moueatur ad inferius, quando impeditur: & ista potentia est similis potentiæ, quæ est in sciente, qñ non scit. i. non vtitur sua scientia, & est violenta. Et, quia altera istarum est essentialis, & altera accidentalis, assimilauit essentialem potentiæ, quæ est in addiscente, vt fiat sciens, & potentiam acccidentalem ei, quæ est in sciente, quando nō vtitur scientia, propter aliquod impedimentum. Et hoc intendebat cum dixit & addiscens etiam in potentia, &c. id est, & addiscens, antequā addiscat, dicitur esse sciens in potentia alio modo ab eo, quo dicitur in eo, ꝙ habet scientiam in tempore, in quo non vtitur sua scientia, quod ipsum est sciens in potentia. Prima enim est de genere potētiæ essentialis. Secunda vero de genere potentiæ accidētalis. Et ideo potentia essentialis a indiget in hoc quod exeat in actum agente essentialiter. Secunda autem non indiget agente in hoc, quod exeat in actum, nisi per accidens. Quoniam non est in potentia, nisi propter impediens, aut propter defectum subiecti in quo agit. V. g. quoniam ignis est comburens in poten- C tia, quando non inuenit materiam, quam comburat: cum igitur inuenit materiam, quam comburat, tunc fit comburens in actu sine indigentia motoris extrinseci. Et similiter ignis habet duas potentias, potentiam essentialem, & est potentia, quæ est in corpore, ex quo generatur, & potentiam accidētalem, & est potentia quæ est in igne, quando impeditur, & ista, secundum quod est accidentalis, indiget motore accidentali, econtrario primæ potentiæ. Et, cum ita sit, quæstio igit᷑ dicens, vtrum ista corpora simplicia moueantur in loco a motore extrinseco, aut ex se. Distinguendum est in responsione ad illam. Quoniam motus, qui est in potentia naturali, est & potentia, quæ est in re, ex qua generat᷑ corpus simplex in quo inuenitur motus, necessario indiget motore essentialiter, & est illud, ꝙ est extrinsecum, s. generans. Generans n. est illud, ꝙ dat corpori simplici generato formā suam, & oīa accidentia cōtingētia formæ: quorū vnū est motus in loco. Et ideo, cum forma fuerit completa in eo, complebitur, vbi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid impediet. Potentia vero ad motum, quæ accidit inueniri in corpore simplici, quando impeditur in tempore suę generationis, quum moueatur ad suum locum naturalem ab alio impedimento, quando generatur in loco extraneo, aut quando exit a suo loco naturali ab aliquo extrahente, non indiget in hoc, ꝙ exeat in actum, motore extrinseco essentialiter, cum sit potentia accidētalis. Et, cum ita sit, & illud, ꝙ mouetur essentialiter, est illud, quo est po-

A quo ꝓuenit forma ab eodē accidētia consequētia formam ꝓueniunt.

Potentia essentialis est in mā, & naturalis.

a Potentia essentialis, ad hoc, vt exeat in actū, indiget agente essentialiter, sed potentia accidētalis nō indiget agēte, nisi ꝑ accidens.

Gñans est illud, qđ dat corpi simplici gñato suā formam, & oīa accidentia contingētia formæ, q̃rum est vnū

motus loco Idem supra c.31. & pro hoc vide, 3. cæ,28.

tentia vera ad motum, scilicet potentia receptionis motus: tunc illud, quod mouetur in rei ueritate hoc motu, est materia, ex qua generatur corpus simplex. V.g. q aer, qui est in potentia ignis, & superius, est illud, quod mouetur in rei veritate, & essentialiter ad superius, quando fit ignis. Et cum distinxit potētiā accidentalem a potentia essentiali, incępit proprie dicere potentiam essentialem, & dixit, & illud, quod est in potentia, forte erit in actu &c. id est, & proprium est potentiæ essentialier, vt non fiat in actu, nisi propter motorem essentialem, & quod nō venit ad actum, nisi quando cōgregātur duo, scilicet recipiens, & agēs, econtrario potentiæ accidentali, quæ non indiget, ad hoc quod exeat ad actū, motore extrinseco, nisi per accidens, & est recessus impedimenti. Et dixit forte, qm̄ quandoque congregatur agens, & recipiens, & nullus sit motus. D. dedit exemplum potentiæ essentialis naturalis, & dixit. V.g. quia addiscens fit sciēs, id est, ab eo, quod est in potentia vera, facit ipsum scientem in rei veritate. D.d. illud enim, quod habet scientiam, &c. i. ille enim, qui est sciens, quando non vtitur sua scientia, dicitur esse sciens in potentia alio modo ab eo, quo dicitur in addiscente esse sciens in potentia antequam addiscat, s. quoniam illa, est potentia accidentalis, & ista est potentia essentialis. D.d. cum igitur fuerit talis dispositionis, &c. i. &, quando sciens fuerit sciens in actu, tunc non indiget in sua actione motore extrinseco in actu, sed aget sua actione, nisi aliquid impediat, Et, si aliquis diceret q, si sciens, quando non vtitur sua scientia est sciens in potētia eo modo, quo dicimus in addiscente esse sciens in potentia, contingeret vt sciens, quando non vtitur sua scientia esset ignorans, sicut addiscens, qui est sciens in potentia. Et hoc intendebat cum dixit &, si non contingeret, &c. Et cum declarauit quod potentia dicitur duobus modis, scilicet de potentia accidentali, & essentiali. Et quod accidentalis non indiget motore extrinseco, nisi per accidens, incępit notificare quod potentia, quæ existit in lapide ad inferius, est de hoc genere, scilicet accidentalis, &, cum ita sit, tunc ista non mouetur ex se, scilicet essentialiter, & dixit & secundum hunc modum, &c. id est, & secundum modum duarum potentiarum, quæ existunt in addiscente, & sciente, inueniuntur istę duæ potentiæ in corporibus simplicibus naturalibus etiam. Quemadmodum enim discens est sciens in potentia, &, cum fuerit sciēs in actu, oporabitur sua scientia, nisi aliquid impediat. Similiter corpus, quod est in potentia ignis, aut calidum, aut motū ad superius, cum fiet ignis in actu, fiet superius in actu, nisi aliquid impediat. D.d. & similiter est de graui, & leui, scilicet q potentia in eis dicitur duobus modis dictis in addiscente & sciente, & quod illud ex quo generatur graue & leue est potentia grauis & leuis in rei veritate. Et cum exiuerit de potentia in actum erit leue in actu aut graue in actu: nisi aliquid impediat, Et hoc intendebat cum dixit: quandoque enim generatur ex graui &c. & potentia vera quæ est actio leuis scilicet motus ad superius est in graui in actu: quod est leue in posse. Et intendit per totum hoc quod cum potentia vera quæ est ad motum istorum corporū fuerit in eo ex quo generantur. Et ista potentia non exit in actum nisi a generāte & agente graue aut leue: necesse est vt motor istorum corporum simplicium scilicet grauis aut leuis sit generans non quod mouet ex se. Deinde dicit & impedimentum accidit ei &c. id est, & graui & leui accidit vt impediantur ab vbi quod deberent habere a generante ea, eo modo secundum quem habet alia accidentia quando generatum fuerit in loco extraneo & impeditur illic aliquo impedimento. Et hoc intendebat cum dixit, & secundum hunc modum est de quanto & quali, id est, quemadmodū potentia quæ est ad quantum & quale quæ sunt propria generatio est in materia ex qua generatur: ita est de vbi proprio: & quemadmodum quantum & quale exeunt de potentia in actum a generante: ita est de vbi quando generatum fuerit non in suo loco naturali. Deinde dicit quāuis hoc &c. id est, & cum fuerit dictum quod motus ad superius corporis leuis & corpis grauis ad inferius fuerit a generāte, quęrendum est ab aliquo quare motus leuis est ad contrariam partem ei ad quam mouetur graue. Et quare omnes partes grauis mouentur ad eundem locum, & similiter omnes partes leuis. Dicendum est ad hoc quod hoc sit in eis naturaliter, & perscrutatur de hoc in libro

Vide consimile. 2. de aīa. t. c. 5. de actu. & t. c. 10. de potentia duplici.

Documētū.

D à secundo cæli & mundi. Et cum opposita fuit ei hæc quæstio dedit responsionem ad illam secundum quod pertinet ad hunc locum. Et dixit, & causa in hoc est, &c.id est, & causa in hoc, quod mouentur ad loca opposita, scilicet graue, & leue est quia sunt nata vt sint in locis propriis, scilicet quod esse eorum non completur nisi essendo in illis locis, sicut complentur alia accidentia, & propria sequentia substātiā vniuscuiusq; eorū. Et iō dixit, & essentia grauis & leuis ē ista, s.q̃ essentia grauis & leuis facit vt leue vbicet' supius, & graue infertus, & hęc vbicatio aut collocat' in definitione grauis & leuis: aut est actio intentionis q̃ collocat' in definitione eorum. Leue.n.& graue describunt' p̃ hanc actionē,& hoc declarabitur etiam in cælo & mundo. Et cum compleuit omnia ista reuersus est ad faciendum rememorationem de prædictis. Et dixit, sed graue, & leue in p̃ñtia sunt multis modis: sicut diximus, id est, quoniam dicentur per potentiam naturalem passiuam & violentam: quæ erit quando impeditur ab aliquo. Deinde dicit, aqua enim, &c. id est, aqua enim dum est aqua est in potentia naturali leuis, & cum fuerit aer leuis in actu: nisi aliquid impediat ita quod non agat actionem leuis, & sic inuenietur in ea potentia violenta, & ista sicut diximus distinguuntur a vera potentia quoniam ista est volenta & illa nturalis. Deinde dicit secundum hunc modum, &c.id est, illud quod est in potentia aliquod quale cum transmutatum fuerit de potentia in actum tunc illud quale aget

Tex. c. 20. versus finē.

Hæc vbicatio, aut collocatur ī definitiōe grauis, & leuis aut est actio intentionis, q̃ collocat' ī definitione illorum. Vide. 4. cę. cō. 26.

E suam actionem nisi aliquid impediat: sicut addiscens quando fuerit sciens in actu: aget enim actionem discentis nisi aliquid impediat, & similiter aqua cum fuerit aer aget actionem aeris nisi aliquid impediat, id est, vbicabitur superius. Deinde dicit illud autem quod aufert impedimentum, &c. id est, & intendit, quod istud est mouens per accidens non essentialiter. Deinde dedit exemplū, & d. Verbi gratia, si aliquis homo, &c.id est. Verbi gratia, si aliquis homo aufert columnam sustentantem pondus, tunc ille homo mouebit illud pondus ad inferius, & cadet illud ponderosum ad inferius per accidens, & similiter quando aufert lapidem positum super vtrem inflatum, ille homo dicitur mouere illum vtrem per accidens. Et dicitur mouere per accidens: quia ista potentia est violenta, scilicet potentia impedita. Deinde dicit quemadmodum pila, &c.id est, quemadmodum quando proiiciens proiecit pilam ad parietem, & reflectitur ab eo: non dicitur quod paries mouet illam illo motu reflexeo per se: sed proiiciens & paries si dicatur mouere per accidens. Et ita dicitur illud qđ aufert impedimentum mouere lapidem per accidens, & quod generat ipsum mouere ipsum essentialiter. Et cum compleuit hanc declarationem fecit rememorationem de hoc, & dixit declaratum est igitur, &c.id est, declaratum est igitur quod nullum corporum simplicium naturalium, scilicet quod terrę & ignis

F & cęterorum mouet se: propter hoc, quod in eo est principium quo moueat se, & hoc essentialiter: non accidentaliter: sed in eo est essentialiter principinm receptionis, vt moueatur ab extrinseco non principium actionis nisi per accidens.

Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut extra naturam, & violenta. Et quæ, vi & extra naturam omnia, à quodam, & ab alio. Eorum autem, quæ natura iterum, quæ, & a seipsis mouētur, ab aliquo mouentur, & quæ non à seipsis, vt leuia, & grauia (aut enim à generante, & faciēte leue, & graue, aut ab impedietia, & prohibentia soluente). Omnia ergo, quæ mouent̄, ab aliquo vtiq, mouebuntur. Hoc autem dupliciter: aut enim non per seipsum est mouens, sed per alterum, quod mouet mouens, aut per seipsum, & hoc, aut est mouens primum post vltimum, aut per plura media, vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu mota ab homine: hic autem non amplius, ex eo, quod ab aliquo moueatur. Vtrumq; igitur mo

uens dicimus,& vltimum,& primum mouentium,sed magis primũ, D
id enim mouet vltimum,sed non hoc primum,& sine primo, quidem
vltimum nõ mouebit.illud autem sine hoc:vt baculus nõ mouet,nisi
moueatur ab homine.

Et,cum omnia mota,aut mouentur naturaliter, aut extra naturã,
& violente. Et omnia mota violente,& extra naturam mouentur ab
aliquo alio. Et ea,quæ mouentur naturaliter,& ex se, mouentur ab
alio etiam. Etsimiliter ea,quæ non mouentur ex se,vt grauia, & le-
uia, mouentur aut ex transmutante,& agente leue, aut graue, aut ex
auferente impedimentum. Necesse est igitur vt omnia mota mouean
tur ab alio. Et hoc duobus modis. Motor enim,aut non per se,mo-
uet motũ, sed quia aliud mouet ipsum,aut ita,ꝙ ipse moueat per se.
Et iste motor,aut erit primum post illud aliud, aut erit medium plus-
quam vnum. V.g.ꝙ baculus mouet lapidem, & mouetur à manu,
& manus ab homine, homo autem non mouetur ab aliquo. Et nos E
dicimus in omnibus eis mouere, scilicet in primo, & postremo, sed
primum est dignius. Primumenim mouet postremum,& non postre
mum,primum,postremum igitur non mouet sine primo,primum ve
ro mouet sine postremo. V.g.ꝙ baculus non mouet, si manus non
mouerit.

Existimatur quod capitulum prædictum ante proximum intendit quod Ari-
33 sto.intendit per ipsum quod omne mótum habet motorem. Et ideo dimisit The
Digressio mistius declarationem eius quæ est in principio septimi & contentus est in hac
cõtra The. declaratione hic: & opinatus est eam esse magis certa quam primam. Cum il-
la quæ illic est signum, ista autem existimatur esse inductio. Et videtur quod
inductio non sufficit in hoc, & maxime apud ponentes hic esse aliquid qđ mo-
uet se sicut ponit Plato. Et videtur mihi quod ipse intendit per hanc declaratio
nem hic dissoluere quæstionem accidentem in propositione dicente quod omne
motum habet motorem ex motis simplicibus. Ista enim apparent moueri per
se:cum fuerint extra sua loca naturalia,& sunt simplicia non diuisibilia scilicet
quod motor in eis est ipsum motum. Ista igitur quia faciunt dubitare in hac q̃-
stione secundum quod Ari.dixit in principio septimi, ideo incœpit illic demon- F
strare hanc propositionem,scilicet quod omne motum habet motorem:sed non dis
soluit illic,quæstionem accidentem in eis ex his simplicibus. In hoc autem loco
dissoluit illam quæstionem & declarauit quod ista mouentur ab extrinseco, &
non mouetur ex se nisi per accidens, & sic compleuit sermonem suum in hoc
quod omne motum moueatur ab aliquo, & ipse post perfecte perscrutabitur de,
Tex,expõ. hoc,scilicet declarando quod impossibile est vt aliquid moueat se. Et.d. & cum
omnia,&c.i.& cum declaratum sit quod cum omne motum aut mouetur violen-
te, aut naturaliter:& illa quæ mouentur naturaliter aut mouentur ex se, scilicet
habentia animas: aut erunt corpora grauia & leuia,& iam apparuit in istis tri-
bus modis moueri ab aliquo alio.Illa autem quæ mouentur violẽte & grauia &
leuia mouentur a motore extrinseco:alia autem mouentur a motore existente
in eis ergo necesse est vt omne motum moueatur ab aliquo alio.Et intendebat qđ
ista propositio declarata est hic perfecte:cum quęstio quæ accidit in ea ex corpo
ribus grauibus & leuibus sit dissoluta: & demonstratio facta sit de ipsa a princi-
Inductio, in pio septimi:non quia inductio qua vtitur hic sit sufficiens in hoc. Inductio enim
qua non pci in qua non percipitur quod prædicatio est essentialis non dat certitudinem natu-
pit̕ qđ p̄dica ralem,licet inducantur in ea omnia particularia, Et cum verificauit hãc propo-
sitionem

D stionem: & est quod omne motum mouetur ab alio, incœpit declarare quod illa quæ mouentur in loco reducuntur ad aliquod motum ex se. Et, d. & hoc duobus modis &c. i. & cum declaratum sit quod omne motum habet motorē: & est manifestū quod motores sunt duobus modis: aut quod motor mouet motum, quia aliud extrinsecum mouet ipsum, aut quia motor mouet: nō quia aliud mouet ipsum: & ista propositio est manifesta per se. D, induxit aliam propositionem & dixit & iste motor &c. i. & omnis motor aut erit primus motor, qui mouet postremum motum. s. motum sequens, aut erit illic medium inter primū motorem, & inter postremum motum: & istud medium aut erit vnum, aut plus ꝙ vnum. Et intendit per primum motorem illud quod non mouet quia aliud mouet ipsum, sed per se: & per medium illud quod mouet quia aliud mouet ipsum: & ideo prædixit quod omnis motor aut mouet per se aut per aliud. Sunt igitur tria, primus motor, & medius motor quod est motum, & postremum motum quod non mouet omnino. V. g. quod baculus mouet lapidem & manus baculum, & homo manum. D. d. homo vero &c. i. homo vero in hoc exemplo est primus motor: & intendit per hominem virtutem mouentem manum hominis: & medius motor est manus & baculus, & postremum motum est lapis. D. d. et nos dicimus in eis &c. & intendit in primo medio & hoc intendebat cum. d. scilicet postremum. D. d. sed dignius est primum, id est sed dignius est mouere primum. D. d. ipsum enim mouet postremum, non postremum primum, id est quoniam primum non indiget secundo vt sit motor, sicut secundum medium indiget vt sit motor primo: & ideo medium non est motor in actu nisi per primū. Primum igitur est prius illo secundum naturam & secundum causam: secundū naturam autem quia cum aufertur, aufertur medium: & cum fuerit non sequitur vt sit medium: sed cum fuerit medium sequitur quod primum sit necessario.

*Propositio est essentialis, non dat certitudinem naturalē, licet in ea oĩa particularia inducantur, pro hoc vide secundo priorum.*

E *Primus motor est prior medio motore, & scd̄m naturam, & scd̄m cām. Vide consimile infrate, com. 38. 39.*

### *Quod necesse sit deuenire ad primum aliquod, quod vel sit immobile, vel moueat seipsum.* *Cap. V.*

SI igitur necesse est omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & hoc, aut ab eo, quod mouetur, aut ab alio, aut nō, & si ab alio, quod mouetur, necesse est aliquid esse primū mouens, quod non sit ab alio primo. si autem huiusmodi est primum, non necesse est esse alterum. impossibile est enim in infinitum abire mouens, & quod mouetur ab alio ipsum: infinitorū enim est nihil primum: si igitur omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem non autem ab alio. Necesse est primum a seipso moueri.

F *In mouentibus physicis in infinitum procedi non posse.*

Si igitur est necessarium vt omne motum moueatur ab alio, & vt motus eius sit ab alio, aut ita, quod non sit motum, aut ita, quod sit motum, &, si motus eius fuerit ex alio moto, necesse est hic esse primum motorem, qui non mouetur ab alio: &, si non, sequitur, cum primum fuerit huiusmodi, vt postremū sit necessario: impossibile enim est hoc procedere in infinitum, hoc, quod motum sit motum semper ex alio. Infinita enim non habent principium omnino. Si igitur omne motum moueatur ab alio. Et primus motor mouetur, sed nō mouetur ab aliquo, sequitur necessario vt moueatur ex se.

*Infinita non habent principiū oĩno.*

CVM posuit quod omne motum habet motorē, & posuit secundo ꝙ omnis motor aut mouet: quia aliud mouet ipsum: aut mouet quia ipsum mouet & non mouetur. Et posuit tertio quod motor est duobus modis: pri- 34

mus & medius inter primum & ipſum motum. Et poſuit quarto quod primus motor prior eſt naturaliter medio. Vult congregare iſtas propoſitiones in duobus ſyllogiſmis hypotheticis: quorum vnus eſt diuiſiuus, & alius continuus, & concludere ex hoc illud quod intendit concludere, & eſt quod mouentia quæ mouentur in loco reducuntur neceſſario ad motum ex ſe, quod eſt primū mouentium quæ mouentur. Et dixit ſi igitur eſt neceſſarium &c. id eſt ſi igitur eſſe neceſſe quod omne motum habet motorem alium a ſe in eſſe vt declaratum eſt in ſeptimo, & completum in hoc tractatu, neceſſe eſt ex hoc vt omnis motor qui mouetur, aut mouetur ex ſe aut ex motore extrinſeco. Et motor extrinſecus aut mouet ita quod mouetur, aut mouet & non mouetur. Sed impoſsibile eſt vt moueatur a motore extrinſeco qui non mouetur, ergo neceſſe eſt vt moueatur a motore & moto. Et ipſe diminuit a ſyllogiſmo diuiſiuo vnum extremum trium, ſcilicet vt moueantur ex ſe, quia hoc intendit declarare. Et ſimiliter diminuit deſtructionem alterius partis, & eſt quod illud quod mouetur ab extrinſeco impoſsibile eſt vt moueatur a motore, qui non mouetur niſi per accidens, ſicut fuit dictum in auferente impedimentum & generante in rebus naturalibus. Et cum concluſit ex hoc ſyllogiſmo quod illud quod mouetur ab alio neceſſe eſt vt moueatur a motore qui mouetur, induxit ſyllogiſmum hypotheticum continuum. cuius antecedens eſt pars verificata ex duabus partibus ſyllogiſmi diuiſiui. Et. d. & ſi motus eius eſt ab alio qui mouetur, &c. Deinde dicit & ſi non, ſequitur &c. id eſt & iſtud eſt neceſſarium, quia cum poſtremū fuerit ſequitur vt primum ſit, & ſi non ſequitur, cum primum fuerit vt poſtremum ſit. Deinde dicit impoſsibile enim eſt, &c. id eſt, & cum manifeſtum eſt per ſe ex poſitis quod cum primum non fuerit, nō erit poſtremum, nec medium, quoniam medium non mouet ſine primo. Dicamus quod impoſsibile eſt vt media procedant in infinitum, immo neceſſarium eſt ipſa peruenire ad motū quod mouetur ex ſe, non ab aliquo extrinſeco. Deinde incœpit declarare modum iſtius conſecutionis, &. d. infinita enim non habent primum, id eſt, & cum poſuerimus quod media ſunt infinita, ſcilicet quod motū mouetur ſemper ab alio extrinſeco, & illud aliud etiam mouetur a motore quod mouetur etiam ab alio extrinſeco, tunc impoſsibile erit illa media habere primum, & cum primum non fuerit non erit poſtremum, quoniam cum extremum eſt ſequitur primum eſſe, ſicut diximus, manifeſtum eſt quod cum primum non fuerit ſequitur quod poſtremum non ſit. Et cum declarauit quod neceſſe eſt in rebus in quibus inueniuntur plures motores vt in eis ſit primum motum ad quod reducuntur incœpit declarare quod iſtud motum primum debet eſſe motum ex ſe, &. d. ſi igitur omne motum, &c. id eſt & cum poſuerimus quod omne motum habet motorem, & poſuerimus quod primus motor neceſſe eſt vt moueatur quando mouet in loco, quia eſt corpus, neceſſe eſt vt moueatur ex ſe, id eſt per principium exiſtens in eo: cum ſit impoſsibile vt moueatur a motore extrinſeco: quod eſt contra poſitum.

Neceſſe eſt ut omne motum habeat motorē aliū a ſe in eſſe. Vide op. 4. cœli cō. 22.

Amplius autem & ſic ipſam hanc rationem eſt aggredi. Omne enim mouens & aliquid mouet, & aliquo: aut enim ſeipſo mouens mouet, aut alio: vt homo aut ſeipſo, aut baculo mouet: & vetus proiecit, quia aut ipſe, aut lapis, quem mouit: impoſsibile autem mouere eſt illud, quo motus defertur abſque eo, quod mouet ſeipſo. Sed, ſi ipſum ſeipſo mouet, non neceſſe eſt aliud eſſe, quo mouet. Si vero ſit alterum id, quo mouet, eſt aliquid, quod mouebit, nō quodam alio, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit. Si ergo quod mouetur, mouet, neceſſe eſt ſtare, & non in infinitum ire. Si enim baculus mouet eo q̄d mouetur a manu, & manus mouet baculum. Si autem & hanc aliud mouet, & hunc alterum aliquod mouens eſt. Cum autem aliquo moueat ſemper alterum; neceſſe eſt prius ipſum ſeipſum mouens. Si

A enim moueatur quidem hoc, non aliud autem mouens ipſum ſit, neceſſe eſt ipſum ſeipſum mouere. Quare & ſecundum hanc rationem, quod mouetur, aut mox a ſeipſo mouente mouebitur, aut venit aliquando ad huiuſmodi.

Et poſsibile eſt etiam hoc idem declarare ſecundum hunc modū: Omnis motor mouet aliquid, & per aliquid: motor enim, aut mouet aliquid per ſe, aut per aliud, Verbi gratia, quod homo aut mouet per ſe, aut per baculum: & occurrit aliquid aut ipſe ventus, aut lapis, quem eleuat ventus. Et impoſsibile eſt quod moueat illud, per quod mouet ſine eo, quod mouet ſe. Sed, ſi aliquid mouet ſe, non eſt neceſſe, vt cū eo ſit aliquid aliud, per quod mouet. Et ſi aliquid aliud ſit, per quod mouet, neceſſario erit illic aliquid mouens etiam non per aliquod, ſed per ſe, & ſi non, procederetur in infinitum. Si igitur motum mouetur ab aliquo, neceſſe eſt vt hoc ceſſet, & non procedat
B in infinitum. Baculus enim ſi mouet, mouetur a manu, & manus mouet baculum: &, ſi manus mouetur ab aliquo alio, tunc mouens baculum erit aliquid aliud. Si igitur fuerit hic ſemper aliquid aliud, quod mouet per aliquod neceſſe eſt vt aliquid ſit prius, quod mouet ſe. ſi igitur hoc mouetur, & non ab alio, ſequitur neceſſario, vt ipſum moueat ſe. Secundum igitur hunc modum etiam ſequitur neceſſario vt illud, quod mouetur, aut mouetur ex motore ſui ſine medio, aut veniet poſt ad talem motorem.

Iſte eſt modus declarationis alius a primo: ſed non differt a prima declaratione, niſi in modo vtendi quibuſdam propoſitionibus, non in ſeipſa. In prima enim declaratione poſuit quod motor eſt duobus modis, primus, ſcilicet & medius, & quod medius non mouet ſine primo. Deinde declarauit ex hoc quod medij impoſsibile eſt vt procedant in infinitum. Et cū primus non fuerit non erit poſtremus. In hac autem declaratione poſuit ꝙ omne quod mouetur aliquid aut ipſe per ſe, id eſt ſine inſtrumento, aut per inſtrumentum. Et iſta propoſitio eſt in loco primæ propoſitionis in qua dictū fuit in prima declaratio-
C ne, quod omnis motor aut eſt primus aut medius inter motorem & motum, ſcilicet poſtremum. Et manifeſtum eſt quod illa propoſitio & iſta ſunt duæ ſecūdum modum, ſed eædem ſecundum ſubiectum. Deinde poſuit ſecundo quod illud per quod mouet motor non mouet ſine motore, id eſt, quod inſtrumentum non mouet ſine eo quod mouet inſtrumentum. Et iſta propoſitio eſt in hac demonſtratioue loco illius in qua dictum fuit in prima declaratione, quod mediū impoſsibile eſt vt moueat ſine primo, & ſunt ſicut diximus eædem in ſubiecto, & duæ ſecundum modum. Deinde cum coniunctum fuerit huic quod motor qui mouet ita quod mouetur, aut ab extrinſeco aut ex principio in eo eſt illud per quod mouet motor, concluduntur duæ cōcluſiones. Quarum vna eſt quod primus motor qui mouetur, mouetur ex ſe, & ſecunda quod primus motor non mouetur omnino, & ideo neceſſe eſt vt non ſit corpus. Et declaratio inducitur ſic. ſi ſunt hic mouentia quæ mouent ex alijs ex extrinſeco, neceſſe eſt vt perueniant ad motorem qui mouetur ex ſe, aut ad motorem qui non mouet oīno neq; ex ſe neq; ex alio, Q̄m̄ ſi non peruenerit ad hæc duo, tunc erunt inſtr̄a infinita: & cū fuerint inſtr̄a infinita non erit illic motor qui vtatur eis, qđ eſt cōtra poſitum. Si igitur poſuerimus in hac demonſtratione qđ oīs motor qui mouetur ab extrinſeco eſt inſtrumentum, concludet ex hac demōſtratione quod eſt neceſſe vt hoc ſit motum ex ſe in loco, & tunc iſta concluſio erit eadē cum cō

clusione primæ demonstrationis. Et si posuerimus quod omnis motor, qui mo- D uetur ex extrinseco, aut ex principio in eo est instrumentum: concludet ur hic esse primum motorem qui non mouetur omnino: & ista est alia conclusio ab ea quam conclusit in prima demonstratione. Et nos perscrutabimur quam istarũ intendit Arist. concludere in hac demonstratione. Et dixit & possibile est declarare &c. apparet ex hoc quod illud, quod intendit declarare per hũc sermonem est illud quod declarauit in prima declaratione. s. quod mouentia quæ mouentur in loco, reducuntur ad motorem qui mouetur ex se. Et possibile est vt in hoc sermone sit aliquis pertransitus: & erit conclusio istius demonstrationis primitus hic, quod mouentia quæ mouentur in loco reducuntur ad motorẽ, qui non mouetur essentialiter ex se: & sequitur ex hoc aliquid quod mouetur ex se esse. s. compositum ex corpore per quod mouet. s. instrumentum, & ex hoc motore qui non est corpus. Corpus enim impossibile est vt moueat in loco sine eo quod mouetur essentialiter. Et cum narrauit quod possibile est declarare illud quod prius declarauit per aliam declarationem, incœpit proponere propositionem istius declarationis secũdæ. Et dixit omnis motor &c. i. omnis motor mouet aliquod necessario aut per se, aut per aliud id est per instrumentum. Et hoc manifestum est ex hoc per quod exposuit sermonem suum, cum dixit motor. n. aut mouet aliquid per se aut mouet per aliud. Si igitur intellexerimus p aliud E aliquid distinctum a motore tũc motum ex se collocatur in eo quod mouet per se non per aliud: & tunc ista demonstratio inducet nos ad motum ex se. Et si intellexerimus ex motu per aliud numerationem tantum, tunc illud quod mouet per se non per aliud est motor qui non mouetur omnino. Motum enim ex se componitur ex motore & moto. Motor igitur qui est in eo mouet motũ primum per se, s. corpus: & mouet illud quod est sub primo mouente mediãte alio quod est primum motum. V. g. anima in animali est mouens per se cum mouet corpus animalis sine medio. i. sine instrumento, & mouet illud quod est extra corpus animalis per instrumentum quod est corpus animalis. Sed exemplum eius sonat magis secundum primam expositionem, & hoc est quod dixit, V. g. ꝙ homo, id est, aut mouet aliquid per se, aut per baculum. Hic igitur posuit illud per quod mouet distinctum a primo mõtore, & posuit motorem per se illud quod non indiget instrumento extrinseco: & secundum hoc ista declaratio concludet illud idem quod prima declaratio conclusit. D. d. & proijcit aliquid aut ipse ventus &c. & istud est exemplum confirmans hunc intellectum, & intendit ꝙ ventus aliqñ mouet aliquid per se, & quandoq; mouet aliquid mediante lapide quem eleuat. Et potest aliquis quærere de vento vtrum sit de numero eorum quæ mouentur ex se, aut de numero eorum quæ mouentur ex alio. Et F similiter quærere de motu ferri ad magnetem, vtrũ ferrum in hoc motu mouetur ex se aut ex alio. Et est manifestum ꝙ ventus est de genere eorum quæ mouentur naturaliter cum non mouetur nisi a generante ipsum, & in hoc loco induxit exemplum large: & similiter ferrum est quoquo modo de numero eorum quæ naturaliter mouentur cum non mouetur a magnete nisi per alterationem quam acquirit mediante aere a magnete: & ideo qñ complexio magnetis transmutatur non attrahit, sicut accidit ei qñ confricatur cum allejs, & vt dicitur. Et hoc manifestum est in lapide qui non attrahit paleas donec calefiat. Et cum posuit ꝙ motor est duobus modis, s. qui mouet per se, & motor qui mouet per aliud, id est, per instrumentum posuit secundam propositionem. Et dixit impossibile est vt moueat &c. i. & impossibile est vt illud per quod mouet motor moueat sine illo quod mouetur ex se, & hoc demonstrat ꝙ ipse ponit motum per se de genere motoris, s. sine instrumento. Deinde narrauit ꝙ motor per se præcedit naturaliter motorem per aliud, & dixit sed si aliquid fuerit quod moueat se &c. i. & illud quod mouet per se, si ponatur esse non sequitur vt motor per aliud sit, sicut sequitur cum motor per aliud fuerit vt motor per se sit, & ista est dispositio prioris naturaliter. Et cum posuit has duas propositiones incœpit concludere illud quod intendebat concludere, & dixit si igitur fuerit aliquid aliud &c. id est, si igitur fuerit positum hic aliquis motor qui mouet, quia

Corpus impossibile est vt moueat ĩ loco absq; eo, ꝙ moueatur essentialiter.

An ventus ex se moueatur, vel ex alio.

Solutio.

De motu ferri ad magnetem, vide ẽt 7. phy. c. 10. quia. d. oppositum.

Vel & melius motorẽ per se de genere moti per se.

A aliud mouet ipsum, & illud aliud mouet quia aliud mouet ipsum, etiam necesse est vt ibi sit aliquid quod mouet, nõ quia aliquid aliud mouet ipsum ex extrinseco, sed quia ipsum mouet seipsum, & impossibile est vt mouentia quæ mouẽtur ex alijs procedant in infinitum. Deinde induxit exemplum de hoc, & dixit si igitur motor mouetur ab alio, necesse est vt hoc cesset & non procedat in infinitum, id est, si igitur motor mouetur ab alio motore, & tunc mouet ipse, & ille alius motor etiam est talis, s. quod non mouet nisi moueatur ab aliquo extrinseco, necesse est vt hoc cesset, & non procedat in infinitum. Deinde dedit exemplũ & dixit baculus enim &c. si igitur hic est semper aliquid aliud quod mouet, necesse est vt hic sit prius aliquid quod mouet se. Verbi gratia, quod si baculus mouet lapidem, & non mouet ipsum donec moueatur, & manus etiam non mouet nisi moueatur ab aliquo alio, tũc ille qui est baculi motor in rei veritate est aliquid aliud a manu. Manus enim & baculus in hoc sunt in eodẽ ordine, & hoc intendebat cum dixit si igitur mouet manum aliquid aliud, tunc mouens baculum erit aliquid aliud, id est, præter manum. Deinde dicit si igitur hic est aliquid aliud, id est, alius motor præter manum, necesse est vt hic sit aliquid prius quod mouet se, id est, necesse est vt hic sit motor prior naturaliter manu qui mouet se, & iste est homo, & quod est tale in rei veritate est calor B naturalis. Et hoc est necesse, quoniam iam posuit quod cum illud per quod est mouere fuerit, necesse est vt primus motor sit. Et cum primus motor fuerit impossibile est vt mouentia quæ mouentur procedant in infinitum. Et dixit si igitur hoc mouetur & non mouetur ab alio aliquo, sequitur necessario vt ipse moueat se: aduersarius enim aut concedet quod iste primus motor mouet & nõ mouetur, aut ponet quod non mouet nisi moueatur. Si igitur concesserit primũ, hoc est quæsitum, si non concesserit, tunc necesse est vt concedat primum motorem mouentium esse qui mouet se. & ideo dixit post secundũ igitur hunc modũ &c. sequitur ergo necessario ex hoc vt omne motum aut mouetur a moto per se, aut reducitur ad talem motum.

Dispõ prioris natura'r est, cũ aliud fuerit ipsum esse, & non econtra.
Idẽ 5. met. ca. de priori: & in post pdicamẽtis.
Primũ mouens in ho e est calor naturalis.

Iuxta autem hæc dicta, & sic intendentibus contingent eadẽ hęc. Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur, aut hoc rebus in erit secundum accidens, vt moueatur quidem quod mouetur, non tamen propter id, quod mouet ipsum semper, aut nõ per accidens, sed nõ necesse est moueri quod mouetur. Si autem hoc est, manifestum est quod contingit aliquando nihil moueri eorum, quæ sunt. Non enim necessarium est accidens, sed contingens non esse. Si C igitur ponamus possibile esse, nullum impossibile accidit, falsum autem fortassis. Sed motum non esse impossibile est. Ostensum enim hoc prius est quoniam necesse est semper motum esse.

Posito possibili non sequitur impossibile.

Et hoc idem sequitur, si posuerimus considerationem secundum hunc modum. Quoniam, si omne motum mouetur a moto, tunc necesse est, aut vt hoc accidat rebus per accidens, ita quod res, & si non mouet nisi moueatur, sed tamen non quia mouentur: aut non sit ita, sed hoc est essentialiter. Primo vero, si fuerit per accidens, non sequitur necessario vt motor moueatur. Et, si ita fuerit, manifestum est quod est possibile in aliqua dispositione vt nullum ens moueatur: quod enim est per accidens, non est necessarium, sed potest quin sit. Si igitur nos posuerimus illud, quod est possibile, quod non sit, nullum sequitur impossibile, sed forte falsum. Sed defectus motus, ita, quod nullus motus sit, est impossibile. Iam enim declarauimus quod necesse est vt semper sit motus.

36 Cum iam declarauit ꝙ primus motor in mundo debet esse motor, per quem mouetur motum ex se primum, non motus omnino, neque accidentaliter, neq; essentialiter. Quoniam, si fuerit motus altero istorum modorum, non erit motor primus, incœpit declarare declaratione propria quod impossibile est vt sit motum per accidens, sicut est dispositio in motoribus, & motis ex se quæ sunt hæc, scilicet generabilibus, & corruptibilibus, Et dixit & hoc idem sequitur, si posuerimus, &c. id est ꝙ primus motor totius non mouetur per accidens: sicut est dispositio in animalibus, quæ sunt hic. Deinde dicit quoniam, si omne motum, &c. id est quoniam, si omne motum mouetur a motore, qui mouetur, necesse est aut vt motus existens in motoribus accidat in motoribus per accidens ita, ꝙ, cum aliquid mouerit, & mouebitur, non mouebit secundum ꝙ mouebitur, sed hoc fuit in eo per accidens. Et tacuit illud, quod sequitur ex hoc: quoniam fuit manifestum: & est, ꝙ, si mouerit, quando mouet, est in eo per accidens, necesse est vt sit hic motor, cui non accidat hoc, & maxime primus, Deinde dicit aut vt non sit ita, sed hoc est essentialiter, id est aut moueri motoris non est per accidens, sed essentialiter, ita, ꝙ motor in eo, quod est motor, nõ mouet, nisi moueatur. Deinde dicit primo vero, &c. id est & si hoc fuerit necessarium in mouere motoris in hoc, ꝙ motor moueat, & posuerimus motorem talem moueri per accidens, sicut est dispositio in anima cum animato. Et, cũ non est necesse vt mouere istius motoris sit semper, & necessario, sed possibile est vt in aliqua hora non moueat. Deinde dicit &, si fuerit ita manifestum est, &c. id est &, si moueri primi motoris totius est necessarium in suo mouere, &, si fuerit motum per accidens, manifestum est ꝙ possibile est vt iste motor primus non moueat &, si hoc fuerit possibile, ꝙ motus omnium entium sit a primo motore, possibile est in aliqua hora, vt nihil moueatur. Deinde incœpit declarare quomodo sequitur hoc, & dixit quod enim est per accidens, non est necessarium, id est cum posuerimus ꝙ iste motor non mouet, nisi moueatur, & posuerimus ipsum moueri per accidens, possibile est vt aliqua hora veniat, in qua non mouebitur: quod enim est per accidens, non est semper, neque necessarium. Et cum fuerit possibile vt non moueatur, erit possibile vt non moueat, cum sit ita, ꝙ suum moueri est necessarium in suo mouere. Deinde dicit & si posuerimus quod est possibile, &c. &, si posuerimus illud, quod est possibile vt non sit, non sequitur falsum impossibile, sed falsum possibile: & ex falso possibili non sequitur impossibile: vt dicitur in analeticis. Deinde dicit sed defectus motus, &c. id est, sed defectus motus in aliqua hora, qui sequitur ex hac positione est impossibilis: declaratum est enim in principio istius tractatus quod est hic motus æternus semper. Illud igitur, quod est possibile, scilicet qđ primus motor est possibile quod non moueat in aliqua hora, est impossibile: & illud, ex quo sequitur impossibile, est impossibile: & est, quod primus motor non mouet, nisi moueatur per accidens. Et, quia est impossibile vt ponatur quod primus motor mouetur essentialiter, & hoc est manifestum ex prædictis, tacuit hanc diuisionem, & per destructionem eius complebitur demonstratio.

Quod est ꝑ accidẽs non est necessariũ neq; semper. Idẽ infra. cõ. 49. & 2. ph. 48.

Et rationabiliter sic accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & quo mouet. Quod igitur mouetur, necesse est moueri, mouere autem non necesse. Sed quo mouet, & mouere, & moueri. Contingit enim hoc simul, & secundum idem esse ei, quod mouetur, igitur vna cum ipso mutatur. Manifestum est enim hoc in mouentibus secundum locum: tangere enim necesse est se adinuicem aliquo tempore. Mouens autem sic, sicut quod esse, non quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus vltimum, quod moueri quidem potest, motus autem principium non habet, & mouetur quidem, ab alio autem, sed non a seipso, sed rationa-

bile est, vt non dicamus necessarium tertium esse, quod mouet quidem, cum sit immobile. Vnde Anaxago. recte dicit intellectum impassibilem affirmans, & immixtum esse, quoniam motus principiũ ipsum esse facit. Sic enim vtique solum mouebit, cum sit immobilis, & imperabit, cum sit immixtus. Anaxag.

Et de necessitate sequitur hoc. Necesse est enim tria esse, motum, motorem, & per quod mouet. Motum autem necesse est vt moueatur, & non est necesse vt moueat. Illud autem, per quod mouet motor, necesse est vt moueat, istud etiam transmutatur, & cum hoc est coniunctum cum moto: & hoc manifestum est in motoribus in loco, quia necessario sunt contracta in aliquo spatio. Quod autem mouet, quia non illud, per quod fit mouere, non mouetur omnino. Cum igitur inuenimus postremum, & est illud, quod mouetur, sed in eo non est principium motus, & inuenimus aliquid, quod mouetur, sed non ex alio, sed ex se, & est primum non ratione, necesse est vt tertium etiam sit, & est illud, quod mouet, & non mouetur. Et ideo Anaxagoras etiam bene dixit, cum dixit quod intelligentia non mouetur, neque recipit passionem, nec admiscetur cum alio, cum posuerit ipsam principium motus. Secundum enim hunc modum solum erit motor, scilicet vt sit non motum, & secundum hunc modum erit dominans, scilicet vt sit non admixtum.

Id est, & recte sequitur hoc, scilicet vt primus motor non moueatur omnino neque per se, neque per accidens ex hoc, quod dicam. Deinde incœpit inducere propositiones q̃bus vtitur in hac declaratione, Et dixit necesse est enim, &c. id est, manifestum enim est per se quod in rebus, quæ attribuuntur motui, sunt tria genera, scilicet Motor. Et illud, per quod mouet motor, & est illud, per qđ sequitur motorem. Et motum, Verbi gratia in animali: quoniam motor est anima. Illud autem, per quod mouet iste motor est musculus, aut calor naturalis, qui est in lacertis. Motum autem est corpus. Deinde incœpit dicere propria vniuscuiusque istorum generum trium, & dixit motum autem necesse est vt moueatur, &c. id est motum autem, quod est tertium, non est necesse vt moueat qñ mouetur: sed forte mouet, & forte non: & sequitur ex hoc, ꝙ postremum motũ in mundo nihil mouet omnino: &, si non, procederetur in infinitum. Et cum dixit illud, quod est proprium postremo motori, incœpit dicere illud, quod est proprium ei, per quod mouet primus motor, scilicet instrumento: & dixit: & illud, per quod mouet, necesse est vt moueat, & vt moueatur, id est, & proprium est ei, per ꝙ mouet motor, vt moueat, & vt moueatur insimul. Deinde incœpit declarare quod necesse est in hoc vt moueatur, quando mouet, & dixit hoc enim etiam transmutatur: quoniam hoc non mouet, nisi quando primus motor mouet ipsum, necessario sequitur vt, quando mouet, moueatur. Deinde dicit & cum hoc est coniunctum cum moto, &c. id est, & cum hoc apparet quod illud, per quod mouet primus motor, mouetur, quando mouet postremum motum, quia tangit illud postremum motum. Et hoc manifestum est in eis, quæ mouentur in loco: apparet enim quod motum non transfertur, nisi transfertur cum eo coniunctum per aliquod spatium: & dixit quod hoc apparet in motis in loco: quoniam illud, per quod alterat primum alterans, existimatur in pluribus non alterari, sicut manus mortificatur mediante rete piscis rachada, vel rabadanarcha noti, & sicut sol 37

Musculus, aut calor naturalis ẽ motor instr̃alis: sed oppositũ dixit de calore naturali, com. 35.

Postremum motũ in mũdo nihil mouet oĩno.

Illud, per ꝙ alterat primũ alterãs, existimaẽ in pluribus nõ alterari. vide pro hoc. 2. cœ.c.42.

**calefacit aerem mediantibus** corporibus cœlestibus. **Et.d.aliquod** spatium, & non dixit totum spatium: quia apparet quod instrumentum, per quod fit mouere, forte associatur moto vsque ad finem motus, & forte associatur ei per aliquod spatium, sicut chorda, quæ dirigit sagittam, & manus, quæ proijcit lapidem. Et, cum induxit propria postremi, & medij, induxit proprium primi, & dixit illud autem, quod mouet, &c. id est, & est proprium ei, quod mouet per se, non quia mouet per aliud, hoc, vt non moueatur omnino. Et intendit hanc dispositionem esse in primo motore totius: & hoc nititur declarare ex hoc sermone. Et, cum posuit hanc conclusionem positione, incœpit declarare quomodo sequitur ex proprijs moti, & eius, per quod mouetur, cum eo, quod est proprium, etiam primo secundum quod est primus motor totius, Et dixit cum igitur inuenimus, &c. id est, &, cum inuenimus postremum in mundo: et est motum separatum a motore, cum sit proprium huic vt non moueat: & inuenimus illud, per quod est motus istius postremi moti peruenire in mundo ad motum ex se, scilicet a motore in eo, ꝙ est primum, & principium totius: Et primum, secundum quod est primum, non debet esse prius eo, quod est, post, solummodo secundum definitionem, sed secundum esse, & definitionē, econtrario dispositioni in motore, per quem mouentur mota ex se, scilicet generabilia, & corruptibilia, necesse est vt iste motor sit separatus a moto omnino, & nō sit motum omnino: & vt sit separatus a moto. Quoniam, cum aliquid fuerit compositum ex duobus oppositis, quorum vtrumq; existit per se, & alterum eorum fuerit separatum a reliquo, necesse est vt reliquum sit separatum, Verbi gratia quod, si terra, & aqua sint separata, alias coniuncta, in mixto, & vtraque earum existit per se, scilicet quod neutrum est necessarium in esse alterius, & aqua fuerit abstracta a terra in aliquo loco, necesse est vt terra sit abstracta ab aqua in aliquo loco: Sunt enim duo extrema, & in medium: cum igitur alterum extremum fuerit, necesse est vt aliud sit: & similiter est de primo motore cum medijs, & postremo moto: media enim, licet sint plura, eandem habent naturam, scilicet illud, per ꝙ fit motus, Sunt igitur in secundo ordine sequente primum motorem, & motum est in tertio ordine. Si igitur nō fuerit dictum ꝙ primus motor necesse est vt sit existens per se, non sequitur ex hoc, ꝙ postremum mouetur, & non mouet, hoc, quod primum moueat & non moueatur, & ideo addidit illis duobus proprijs, quod posuit quod primum, & principium, secūdum quod est principium, est separatum in esse, non in definitione tantum. Cum igitur posuerit ipsum esse separatum in esse cum illis duobus proprijs modis moti, & eius, per quod fit motus, declarabitur tunc tertium proprium, quod est quæsitum in primo motore. Et non sufficit in hac declaratione, quod primus motor sit separatus in esse: quoniam potest aliquis dicere, licet sit separatus in esse, tamen est mixtum cum eo, quod mouetur ab eo tali mixtione, quod non potest euadere quin moueatur cum motu moti. Sicut si aliquis dixerit quod elementa nunquam inueniuntur, nisi mixta. Cum igitur fuerit positum proprium postremi, & est ipsum esse separatum a motore, tunc verificabitur proprium primi principij, secundum quod est motor, & principium, scilicet quod non mouetur. Et, si etiam fuerit positum proprium postremi, & non fuerit positum proprium principij, non complebitur demonstratio, sicut fecit Themistius in sua expositione. Et vocauit quæsitum tertium, quia est tertium eorū, quæ posuit ex propositionibus, non quia est tertium trium generum, sed est primum eorum, & postremum est tertium motum, & secundum est medium, aut media. Et quia Anaxago. fuit primus eorum, qui inuenerunt hoc proprium de primo principio dixit, & ideo Anaxago. &c. & intendebat per hoc, quod dixit non recipiens passionem, non alterabile, nec transmutabile: & intendit per non mixtum non corpus, neque in corpore. Deinde dicit secundum igitur hunc modum solum erit motor, id est secundum igitur hunc modum erit motor vltimus, scilicet vt non sit motum aliquo modo transmutationum, & quod vniuersaliter non admiscetur materia. Deinde dicit & secundum hunc modum erit dominans, id est dominans res passiuas, generabiles, & corrupti-

Primū, i eo ꝙ est primū, non solū dr̄ esse prius eo ꝙ est post, scd̄m definitionem, sed scd̄m esse & definitionē: ecōtra incorruptibilibus Quando aliquid fuerit cōpositū ex duobus oppositis, quorū vtrumq; existit p se, & alterū fuerit separatū a reliquo, & reliquum necessario separabitur a reliquo.

Vide idē de Anaxago. 1. de ani. 34. & 3. de ani. te. com. 4.

A biles: nam si esset in materia, pateretur a rebus, quas mouet, & sic contingeret transmutatio, & corruptio, & nõ esset motor æternus.

At vero, si non secundũ accidens, sed ex necessitate mouetur mouens, nisi aũt mouetur, non vtique mouet, necesse est mouens, si mouetur, aut sic moueri quod sit secundũ eandem speciem motus, aut secundum alterã. Dico autẽ calidum & ipsum calefieri, & sanãs & sanari, & ferens & ferri, aut sanans ferri, ferens autẽ augeri, sed manifestũ quoniã impossibile est. Oportet enim vsque ad indiuidua diuidentes dicere, vt si aliquis docet geometrizare, & doceri geometrizare idem est: aut si proiiciat, proiici secundũ eundẽ modũ proiectionis, aut non sic quidem, Sed scd̃m aliud ex alio genere: vt qđ fert augeri, hoc autẽ augens alterari ab altero, hoc autẽ alterans secundum alterum quẽdam moueri motũ. Sed necesse est stare, finiti enim sunt motus. Iterum aũt in idẽ reflectere, & alterans dicere ferri idẽ
B facere est, ac si mox dicat ferens ferri, & docens doceri. Manifestum est enim ꝙ mouetur a superius mouente mouetur omne, & magis a priori mouentiũ. At vero hoc impossibile est. Docens enim accidit addiscere, quorũ hoc quidẽ non habere, illud autẽ scientiã habere necessariũ est. Amplius aũt his magis irrationabile est, quoniam accidit omne motiuũ esse mobile, si ab eo quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur. Erit enim mobile: sicut, si aliquis dicit quoniã sanatiuum & sanans, sanabile erit, & ędificatiuũ ędificabile, aut mox aut per plura. Dico autẽ, sicut, si mobile quidem ab alio est omne motiuum, sed non secundũ eundem motum mobile, quo mouet proximũ, sed secundum alterũ: vt sanatiuum & disciplinatiuum: sed hoc ascendens perueniet aliquando ad eandẽ speciẽ, sicut diximus prius. Alterũ, igitur horum impossibile, aliud autem figmentum est, absurdum enim est alteratiuum ex necessitate augmentatum esse.

C Et postea, si motor non mouet per accidens, sed necessario: & si non mouetur, non mouet, sequitur necessario, si motor mouetur, vt moueatur aut illo eodẽ modo quo mouet, aut alio, Verbi gratia, aut vt calefaciens ipsum calefiat ipsum, sanans ipsum sanetur, & ipsum transferans transferatur; aut vt transferatur sanans, & sanetur trãsferens, aut augmentetur. Sed hoc manifestum est quod est impossibile: necesse est enim vt diuisio perueniat ad indiuidua, Verbi gratia, quod qui scit geometriã alicuius rei, addiscit geometriã illius eiusdem rei, & quod proiicit aliquid, proiicitur illo modo proiectionis. Aut vt non sit secundũ hunc modũ, sed vnũquodque mouetur secundũ vnũquodq; generum. V. g. vt transferens augmentetur, & augmentans alteretur ab aliquo, & alterans istud moueatur alio modo. Sed, si fuerit ita, continget vt motus cesset. Modi enim motus sunt finiti. Si autẽ aliquis dixerit quod hoc reciprocatur, ita quod alterans transferatur, tunc erit sermo illi similis, si dixerit de principio quod transfertur, & sciens addiscit. Manifestum est enim quod om-

Primus motor magis īfluit q̄ secūdus. Idē infra.t.c. 41.

ne motū etiam mouetur a motore superiori, & maxime a primo mouentium. Sed hoc est impossibile. Necesse est enim vt docens addiscat illud, de cuius quodā nō habet scientiam, & de quodam habet scientiam. Et magis improbabile etiam est hoc, quod sequitur ex hoc, vt omne, quod innatum est mouere, sit innatum moueri, si omne, quod mouetur, moueatur a motore moto. Hoc enim est simile sermoni dicenti quod omne, quod innatū est sanare, est innatū sanari, & omne, quod est innatū edificare, est innatū edificari, aut primo, aut per plura media, Verbi gratia, quod omne, quod innatū est mouere, innatū est moueri ab alio. Sed motus, quo innatum est moueri, secundum ipsum non est motus, secundum quem innatū est moueri suum compar, sed alius motus. V.g. quod illud, quod innatū est edificari, innatū est doceri. Sed, si ascenderis ex hoc ad principium in aliqua dispositione, venies ad illum eundem modū, sicut diximus superius. Quoddā igitur huius, quod diximns hic, est impossibile, & quoddā fictum, & hoc est improbabile dicere, scilicet quod illud, quod est innatum alterare, necessario innatū est augeri. E

38 Cū posuit quod, si fuerit necessarium in hoc, quod motor moueat, ipsum moueri, Et est necesse si hoc fuerit, ita vt moueri sit in eo, aut essentialiter, aut accidentaliter, & destruxit quod moueri in eo sit accidentaliter, Vult igitur hic destruere secundū condiuidens, quod est, quod moueri sit in eo essentialiter, Et dixit, & postea, &c. id est, & post hanc declarationem prædictam, scilicet quod necesse est hic esse motorē, qui non mouetur accidentaliter, si fuerit motū essentialiter, & omnis motor non mouet, nisi moueatur: necesse est vt motor moueatur illo modo motus, quo mouet, aut alio modo motus, & hic est syllogismus hypotheticus continuus, cuius consequens diuiditur in duo opposita. D. dedit exemplum de hoc, & dixit, Verbi gratia, &c. id est, & exemplum eius, quod motor mouetur illo modo motus, quo agit, est vt calefaciens calefiat, quando calefacit, & sanans sanetur, quando sanat, & trās ferens transferatur, qū transfert. Et exemplum eius, quod mouetur alio modo motus a modo, quo agit, hoc est, vt sanans transferatur, & tunc sanet, scilicet quod translatio sit necessaria in sanatione eius, transferens etiam moueatur alio modo motus. V.g. augeatur, Et, cū induxit istos duos modos, scilicet consequens in hoc syllogismo, incœpit destruere eos, & dixit, sed manifestum est hoc esse impossibile, scilicet duos modos esse insimul. D. incœpit destruere alterum modū, & est, quod motor mouetur necessario illo modo motus, quo agit: & dixit, necesse est enim, vt diuisio perueniat, &c. id est, & est impossibile vt transmutans transmutatum transmutetur modo transmutationis, secundum quam transmutat: quoniam, cum diuiserimus transmutationē, quousque perueniamus ad indiuidua, quæ sunt in modo illius transmutationis, continget vt idem sit transmutatum, & transmutans eodem modo. Verbi gratia, quod, cum nos diuiserimus transmutationem, & trāsmutatum in tres transmutationes, quæ sunt alteratio, augmentatio, diminutio, & translatio, & diuiserimus vnam earū in suas proprias species, Verbi gratia, vt diuidamus qualitatē in sua propria genera, & accipiamus ex eis vnam speciem, Verbi gratia formam, quæ est in animato, secundum quod est animatum, & acceperimus ex istis sanitatē, & acceperimus ex istis vnum indiuiduū, quod agat, vel patiatur, continget vt sanans, quod est medicus, Verbi gratia, sanetur. Quod est valde improbabile, scilicet vt ille qui sanat a febre, sanetur ab ea, quando sanat. Et simili ter, si acceperimus aliquod indiuiduum indiuiduorum formarum, quæ sunt in anima. Verbi gratia sciēs geometriam: continget enim vt sciat aliquid de geometria, & addiscat insimul, Verbi gratia, vt sciat mensu- F

D rum trianguli, & addiscat ipsam insimul. Et, cum destruxit primam diuisionem, & est vt motor moueatur modo motus, quo mouet, D.d. aut vt non sit ita, &c. id est, aut dispositio mouentium non erit talis, scilicet vt moueantur illo modo motus, quo mouent: sed vnumquodque mouentium mouet genere motus alio a genere, quo mouetur. Verbi gratia, vt transferens augeatur, & augmentās alteretur, & alterans moueatur alio motu. Deinde dicit sed, si hoc fuerit, id est, sed continget ex hoc peruenire ad motorem, qui non mouetur. Genera enim motuum quibus mouētur motores sunt finita. V.g. quod, si transferens transfert, quando alteratur, & alterans alterat, quando augetur, sequitur necessario vt augmentans augmentetur, non ita, quod transmutetur, cum nullum hoc sit genus quartum motus: & secundum hoc non omnis motor mouetur, neque illo modo, quo mouet, neque alio modo. Et, quia aliquis potest dicere ꝙ possibile est vt hoc reciprocetur, scilicet vt transferens transferat, cum alteratur, & alterans, cum augmentat, & augmentans, quando transfertur, & sequitur ex hoc primum impossibile, quod est vt idem transferat, & transferatur eodē modo, & sanetur, secundum ꝙ sanat, Dixit, Si autem dixerit aliquis, &c. id est, ex ista positione sequitur vt res moueatur eo modo, quo mouet: sicut sequitur ex prima positione, & in nihilo differunt: sed in prima res alterat, quando alteratur sine medio, hoc autem cum medio: & idem est impossibile, siue aliquid

E moueat aliquid, secundum quod mouetur illo modo motus cum medio, aut sine medio. Et quia consecutio ista non apparet, nisi quando fuerit positum ꝙ mouentia, quæ mouentur secundum hunc modum, necesse est vt reducantur ad primum motorem, qui est causa in inueniendo motum in eis, & sine ipso nō mouerent. Dixit manifestum est enim quod omne motum, &c. id est, & necesse est quod in istis sequatur impossibile prædictum: & est aliquid moueri illo modo motus, quo mouet: quia manifestum est quod omne motum cuiuscunq; generis sit generum motus, si mouet quando mouetur, non mouetur nisi a motore, qui est ante ipsum, & hoc intendebat per motorem superiorem, & dixit & maxime a primo mouentium: quoniam cum mouentia mouentur ex alijs, postremum eorum nō mouet, nisi per motorem, qui est ante ipsum, scilicet qui mouet ipsum: & similiter istud secundum non mouet, nisi per tertium, quod est ante ipsum, & omnia non mouent, nisi per primum motorem. Si igitur posuerimus. V.g. quod generans generat, quando alteratur, & alterans alterat, quādo transfertur, sequitur necessario vt transferens sit principium istorum motuum, & motor istius motus est primus motor, & similiter illud, quod mouetur ab eo. Et, cū ita sit, & posuerimus vt trāsferens, quod est primū. V.g. transferatur, quando generat, & generatū nō potest esse, nisi quando transferens fuerit, quo-

F niā ita fuit positum, sequitur necessario vt transferens non sit transferens, nisi transferatur. Sed, quia impossibile non apparet in hoc loco bene in moto in loco. Existimatur enim quod motor in loco mouet se: induxit modum motus, in quo apparet impossibile sequens hanc propositionem vniuersaliter, & dixit sequitur enim vt sciens addiscat, &c. i. sequitur enim ex hac positione vt primus motor, Verbi gratia in alteratione, vt sciens doceat idem numero, & addiscat ipse insimul, ita, quod qui docet angulos trianguli esse æquales duobus rectis, addiscat demonstrationem eius, quando docet ipsam: sequitur enim hoc vt idem sciatur, & ignoretur insimul. Addiscere enim est secundum ignorantiam, & docere secundum scientiam. D.d. & magis improbabile est, &c. i. & vniuersaliter qui dicet ꝙ motor non mouet, nisi secundum ꝙ mouetur, sequitur ei inconueniēs, qđ contingit dicenti, quod sanans non sanat, nisi secundum quod sanatur. D. incœpit dicere quomodo contingit hoc inconueniens, & dixit, aut ex primo, aut per media plura vno. i. aut ex primo, quando mouetur illo modo motus, quo mouet: si autem posuerimus ꝙ mouetur alio modo motus ab eo, quo mouet, veniet idem impossibile, scilicet mouere per medium. Et iste sermo & prædictus sunt idē & eadem demonstratio: sed induxit primum in forma demonstrationis, & s. dm in forma ducētis ad impossibile improbabile. In hac enim positione adunata sunt hæc duo, s. impossibilitas, & improbabilitas.

Genera motuū, quibus mouent motores, sunt finita.

Non ergo necesse est semper moueri q̃ mouet̃ ab altero, & ab hoc q̃ moueatur: stabit ergo: Quare aut a quiescente mouebitur qđ mouetur primum, aut ipsum seipsum mouebit. At vero, si oporteat cõsiderare vtrum causa motus, & principium motus, sit ipsum seipsum mouens, aut quæ est ab alio, illam omnes ponunt. Ipsum enim quod per se est causa, semper prior est eo, quod est secundum alterum, & quod ipsius est. D

Quod per se causa ẽ, semper prior est eo, quod est secundũ alterum.

Non igitur est necessarium, vt motũ moueatur ab aliquo semper, vt istud aliud moueatur: cessabit hoc igitur. Et primum motũ, aut mouebitur a quiescente, aut ipsum mouebit se. Si igitur est necessarium cõsiderare q̃ istorum duorum est causa, & principium motus, vtrum illud, q̃ mouetur ex se, aut ab alio. Quilibet enim homo festinat ad ponendum hoc. Illud enim, quod per se mouet in aliqua dispositione, semper est causa prima eius, cuius transmutatio est in illa dispositione etiam. B

39 Id est, &, cũ declaratũ est q̃ impossibile est vt aliquid moueatur ab aliquo extrinseco moto, & q̃ aliud etiam moueatur ab alio extrinseco moto, & sic in infinitũ: sed necesse est vt hoc cesset, sicut declaratum fuit prius apud primum motum, quod non mouetur a motore extrinseco moto. Deinde dicit primũ igitur motum, aut mouebitur a quiescente, &c. i. necesse est igitur vt primũ motũ in loco moueatur a motore, qui non est innatum moueri, aut moueatur a motore, qui mouet se: vt intendit Plato secundum suam positionem, quod omnis motor de necessitate mouetur. Deinde dicit si igitur necesse est considerare, &c. id est, &, si necessarium est in hac perscrutatione considerare quod istarum rerum motarum est dignius vt ponatur primum, vtrum illud, quod mouetur ex se, aut illud, quod mouetur ex alio extrinseco. Quilibet enim homo conuenit nobiscũ in hoc, quod illud, quod mouetur ex se, est dignius vt sit primum principium quam illud, quod mouetur ex alio. Et cum dixit quilibet homo festinat ad ponendum hoc [illegible] causam in hoc, & dixit illud enim, quod per se mouet. &c. id est, & hoc [illegible]estum est omnibus, & concessum eis: quoniam illud, quod per se est in dis[illegible]itione, per quam est mouens, semper est causa præcedens illud, per quod aliud est in illa dispositione, scilicet per quam est mouens. Et dixit hoc: quoniã, si hoc est necessarium in hoc, quod aliquid moueat, vt moueatur, tunc motor, qui habet in se istam dispositionẽ, est dignior vt sit motor, quã illud, quod habet hanc dispositionem ex alio. F

Secũdũ Platonẽ omnis motor de necessitate mouetur.

Quare hoc considerandum est accipientibus alterum principium: si aliquid mouet ipsum seipsum, quomodo mouet, & secundum quẽ mouet modum. Necesse igitur est omne, q̃ mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostensum est prius in vniuersalibus de natura q̃ omne, quod mouetur per se, continuum est. Impossibile igitur est ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. Feretur enim totum, & feret secundum eandem loci mutationem, vnum cum sit, & indiuiduum specie, & alteretur, & alteret. Quare doceret vtique, & doceretur simul, & sanaret, & sanaretur secundum eandem sanitatem. Amplius determinatum est q̃ mouetur mobile. Hoc aũt potentia est cum mouetur, non autem actu. Quod autẽ est potentia in actũ vadit. Est autem motus actus mobilis imperfectus. Mouens autem iam actu est, vel calefacit calor, & omnino generat

Oẽ, q̃ mouetur, est diuisibile infra t. cõ. 46. & 6. phys. 32. & 5. ph. 62. & quæ ibi. Impossibile est idẽ mouere seipsũ.

A habens speciem. Quare simul idem, & secundū idem, calidum erit, & non calidum. Similiter autē & aliorum vnumquodque, quorū mouens necesse est habere vniuocum. Hoc ergo mouet, id autem mouetur ipsum seipsum mouens.

Oportet igitur considerare nunc de hoc, incipiendo alio modo, scilicet si aliquid mouet se, qualiter mouet & quo modo. Dicamus igitur, quoniam necesse est vt omne motum diuidatur in diuisibilia. Hoc enim declaratum est prius in nostro sermone de summis de natura. Omne enim motum per se est continuum. Et impossibile est vt illud, quod mouet se, moueat se secundum totum. Quoniam tunc secundum totum transferret, & transferretur eodem modo translationis, & est vnum indiuisibile in sua specie, & tunc idem alterabit, & alterabit: & sic sciet, & addiscet īsimul, & sanabit, & sanabitur eadem sanatione. Etiam determinauimus etiam quid intendimus, cū B dicimus quod aliquid mouetur, secundum qđ mouetur: & est quòd in potentia mouetur, & non in actu. Et illud, quod mouetur semper, nititur ad perfectionem. Et motus est perfectio nō completa ei, quòd innatum est moueri, & motor autem iam exiuit in actum. V. g. quòd calefaciens est calidum, & vniuersaliter est illud, quod iam habet formam: & sic idem in eodem modo erit calidum, & non calidum insimul. Et secundum hunc modum est de qualibet aliarum rerum motarum, quarum motor est vniuocum secundum formam.

Quum declarauit quod omne motum in loco reducetur ad motum ex se, Et quod, illud quod sequitur de hoc in motis postremis particularibus, sequitur similiter in motis primis vniuersalibus, siue fuerit vnum, siue plura, Et declarauit quod necesse est vt motor, per quem mouetur motū ex se primum, non moueatur omnino, neque essentialiter, neque accidentaliter. Et declarauit quod idem impossibile est vt moueat, & moueatur, eodem modo. Vult perscrutari de moto ex se, secundum quod est motum ex se, quo mouetur, & a quo mouetur, & intendebat hoc: quoniam videbatur Platoni quod motū ex se componitur ex moto, & motore, qui mouet se. Et ideo dixit oportet nos nunc cōsiderare, &c. idest, & intendit per hoc, illud, quod mouetur ex se, quod manifestū est esse motum esse. D. d. dicamus igitur quod necesse est, &c. & intendit per hoc, illud, qđ declaratū fuit prius, scilicet quod omne motum est corpus, Et quod omne corpus diuiditur in corpora diuisibilia semper, Et quod impossibile est corpus diuidi in indiuisibilia, sicut dicunt platonici. Et, cū dixit, quia est continuū, innuit causam, quae facit motum esse continuum. Motus enim quia est continuus, fuit necesse vt subiectū eius sit de natura continui, & non de natura discreti. Et, cum posuit hanc propositionē, dicentem quod omne motum est diuisibile, sequitur vt omne motum sit corpus, siue ponatur mouere se, aut moueri a motore alio. Et, cum verificauit hanc consecutionem, & iam declarauerat qđ impossibile est vt idē, secundū quod est corpus, moueat se ita, quod moueat se, & moueatur eodē modo, posuit etiā hanc propositionem, & dixit & impossibile est vt illud, &c. id est, & iste sermo est intellectus ex prędicto, scilicet qđ impossibile est quod aliquid moueat, secundum quod mouetur, & hoc est in motis & mouentibus, quae dicuntur vniuoce, & dixit hoc, quia hoc non est impossibile, nisi in motoribus, quae sunt corpora, aut virtutes in corporibus. Et [a] quando existimauit Plato quod mota ex se mouentur a motoribus abstractis, scilicet quia ponebat quod mouens se est abstractum, & quod abstractū est mouēs 40

Motus, qa est cōtinuus, fuit necesse, vt subiectū, eius sit de natura cōtinui & non de nā discreti, idē 2. cœ. c. 47. & 2. de genera. t. c. 62.

Idē mouere se est īpossibile ī corporibus, & in virtutibus ī corpore.

a Quō plato existimauit idem mouere se.

Motus aīę, & intelligētiarū est ęquoce dictus,

cũ motu, qui est a motoribus, qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus.

se. Sed, si hoc fuit ita, tunc motus, & mouere illic dicentur æquiuoce cum motu, qui est hic: & error contingit Platoni ex hoc, quod opinabatur quod primus motor in corpore, qui mouetur ex se, non est corpus; & est vera opinio. Et opinatus est cum hoc, ꝙ omnis motor, siue fuerit corpus, siue non, non mouet, nisi moueatur vno modo motus, dicto vniuoce. Et fuit impossibile apud ipsum vt motor, qui est corpus, moueat se, & similiter qui est virtus in corpore. Et tūc conclusit ex hoc, quod anima non est in corpore, & quod est æterna, cum moueat se. Et hoc esset verum, si anima moueret se essentialiter, & moueret se motu proprio abstractis, scilicet vt intellectus, & intellectum in ea essent idem, vt declaratū est de primo motore, & de cæteris motoribus abstractis. Sed iste motus dicitur æquiuoce cū motu, qui est a motoribus, qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus: & oē hoc manifestū est exercitātibus se in istis sciētijs.

Quod prius est, magis est causa mouēdi, quam sequens. Idem supra tex. c. 38.

Quod autem non contingat ipsum seipsum mouere sic ꝙ vtrūq; moueatur ab vtroque, ex his manifestum est. Neque enim erit primū mouens vllum, si idem vtrūque mouebit. Quod enim prius est, magis est causa mouēdi, quā sequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere erat, aliud quidem ꝙ ab alio mouetur ipsum, aliud aūt a seipso. Proximius autē est, ꝙ longius est ab eo, ꝙ mouetur a principio, quā medium. Amplius non necesse est mouens moueri, nisi a seipso: secundum accidens ergo contra mouet alterum. Accipiebam tamen contingere non mouere. Ergo erit aliud quidem quod mouetur, aliud autem mouens immobile. Amplius, non necesse est mouens contra moueri, sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum a seipso moueri si necesse est semper motū esse. Amplius secundum quem mouet motum, & mouebitur vtique. Quare calefaciens calefiet.

Necesse est igitur vt illud, quod mouet se, sit quiddam motor, & quiddam motum. Et apparet ex hoc, quod dicemus, quod illud, qđ mouet se, non mouet ita, quod vtraque pars eius mouetur ab vtraq; parte. Tunc enim neutra pars erit motor primus, cum vtraque pars moueat se. Quoniam, vt sit causa motionis illud, quod est prius, est dignius, quā vt sit causa motionis consequentis, & suum mouere ad illud est magis. Mouere autē fit duobus modis. Quorum vnus est, vt motum moueatur ab alio, & alius est, vt moueat per se. Et illud, quod est remotius a moto, est propinquius principio. Et etiam, non sequitur necessario vt motum sic moueat, si motū ex se non fuerit: per accidens igitur mouet vtrunque eorum reliquum: ergo possibile est vt vtrūque eorum non moueat alterum. Ergo eorum vnū erit motum tantum, & alterum motor non motum. Et etiam, non est necessariū vt motor reuertatur, & moueatur, sed est necessarium vt sit aliquid, quod moueat, & non moueatur, aut aliquid, quod mouetur ex se, si est necessariū vt semper sit motus: &, si non, tunc moueretur motu, quo moueret, & sic calefaciens calefieret.

41 Id est, &, cū motū ex se impossibile est vt moueat se ita, quod motor i eo sit motū idē, necesse est vt sit cōpositū ex motore, qui non mouetur, & ex moto. Quoniā, si motor in eo fuerit motū, tunc ipsum erit primū motū ex se: & reuertetur quæstio, vtrū motū in eo sit motor, aut quiddam est motor, qui non mo-

A uetur, & quiddam motum. Et est manifestum quod motor, a quo mouetur motum per se, non est corpus: quoniam si esset corpus non moueret, nisi moueret. Si Arist. igitur esset contentus in hac declaratione de dispositione motus ex se, esset sufficiens in hoc, quod intendit. Sed, quia aliquis potest defendere Platonem dicendo, quid prohibet quod vtraque pars moti ex se moueat reliquam, ita, quod motus eius sit quasi reciprocatus in se, Dixit, & apparet ex hoc, quod nos dicemus, &c. & intendit essentialiter, & non accidentaliter. D. d. tunc enim, &c. i. d est, sed, cum hoc fuerit positum, sequitur vt neutra earum sit primum motum ex se. Deinde dixit cum vtraque moueat se, &c. id est, & sequitur vt vtraque earum non sit primum motum, quoniam vtraque earũ est dignior, vt sit causa eius, quod est se mouere seipsum, q̃ vt sit causa se mouere aliud, Quoniam, si mouere aliud est consequens mediante se, mouere seipsum est præcedens: & ratio est econtrario: & est, quoniã vtriusque earũ mouere seipsum est se mouere aliud. Prior igitur duarũ motionũ est mouere aliud, & consequens, & posterius est mouere se: quod est econtrario ei, quod mouetur ex se. D. d. & motio iam fuit duobus modis, &c. & demonstrat destructionem istius positionis, scilicet vt duo mota aut plura vtrunque eorũ moueat reliquũ essentialiter, ex hoc, quod declaratũ est quod motũ, quod inuenit in eis, quæ B mouetur insimul, quę sunt duo, & plus, est duobus modis. Quorũ vnus est motũ qđ mouet ab alio. Et alterũ motũ, quod mouetur per se. Et est illud, ad qđ perueniunt mota ex alijs. Et illud, qđ est remotius a postremo moto. Et est illud, quod est propinquius principio, quod est motũ ex se: est dignius mouere q̃ propinquius ei. Et scđm hoc erit impossibile vt vtrũque duorũ motorũ moueat reliquũ essentialiter, Tunc. n. vtrunq; erit motũ, & motor insimul eodem modo, & non erit illic primus motor, primũ motũ ex se, nec postremũ motum, nec media. Et totũ hoc est econtrario ei, quod positum fuit de dispositione in loco. Sed quia hoc non prohibet hoc esse per accidens, scilicet vt illud, quod mouet per se, accidat ei, vt moueat aliud, dixit & etiam non sequitur necessario, &c. i. &, cum in motis quæ sunt huiusmodi, scilicet quorum vtrũque mouet reliquum essentialiter, non fuerit motum ex se, non sequitur vt motum eorũ moueat aliud. Hoc enim non est necesse, nisi in medio, quod est inter motũ ex se, & postremum motum, quod non mouet, vt declaratum fuit prius. Et, cũ omne hoc est, sicut narrauimus, tunc nõ est possibile, vt vtrũque eorum moueat vtrũq;, nisi per accidens, & quod vtrũque eorum sit motum ex se, & hoc est econtrario ei, quod posuit aduersarius. Deinde dixit ergo possibile est, &c. id est, &, cum vtrunque eorũ non mouet reliquum, nisi, per accidens, possibile est vt neutrum moueat reliquum, ita, quod ex ambobus non fiat motum ex se nisi per accidens: & aduersarius ponit quod motum ex se mouet se essentialiter, & semper. Deinde induxit conclusionem, quæ demonstrata est prius, & dixit alterum igitur erit motum, &c. id est &, cum motum ex se non potest cõponi ex duabus partibus, quarum vtraque moueat reliquam, sequitur necessario vt componatur ex duabus partibus, quarum altera est motor tm̃, non mota, & alia mota tantum. Deinde dixit, & etiam non est necessarium &c. id est, & ẽt non est necessariũ vt motor non moueat, nisi reuertatur, & moueatur a se, & tũc moueat, siue moueat se per medium, aut sine medio: contingit enim vt calefaciens calefaciat se: & cum hoc est impossibile, necesse est, si motus est semper, vt sit hic primus motor, qui non mouetur, & motum ex se: & si non, contingeret, sicut dixit quod calefaciens calefaceret se, & tunc calefaceret aliquid: quod est impossibile.

At vero, nec primo ipsum seipsum mouet, nec vna pars, nec plures mouebunt ipsum seipsum. Vnumquodque enim totum, si mouetur ipsum a seipso, aut ab aliquo eorũ, quæ sunt ipsius, mouebit, aut totum a toto. Si igitur quia mouetur aliqua pars ipsa a seipsa, hoc vtique erit primum ipsum seipsum mouens: separatum qui-

dem enim hoc mouebit ipsum seipsum, totum autem non: si autem D totum a toto mouetur, secundũ accidens vtique mouebitur, hæc ipsa a seipsa. Quare, si non necessario accipiãtur non moueri a seipsis. Totius ergo aliud mouebit, cum immobile sit, aliud autem mouebitur. Solum enim sic possibile est aliquid per seipsum mobile esse. Amplius, si quidem tota ipsa seipsam mouet. Hoc quidem mouebit ipsius, aliud vero mouebitur. Ergo totum quidem a b. & a seipso, mouebitur, & ab. a. primo.

Et impossibile est etiam vt nulla pars eius, quod primo mouet se, nec plures vna, moueat seipsam. Quoniam, ipsum totum si mouetur ex se, aut mouetur ab aliqua parte suarum partiũ, aut ipsum totum mouetur a seipso toto. Si ergo mouetur ita, quod aliqua pars eius mouetur ex se, tunc illa pars est primum, quod mouet seipsum, quoniam ista pars singulariter mouet seipsam. Illud autem secundũ totum non. Et, si illud totum mouetur a seipso toto, tunc ista, scilicet partes, etiam mouent se per accidens. Et, si hoc non est necessariũ, E neque ponatur eas non moueri ex se, tunc igitur quiddã totius mouet, & non mouetur, & quiddam mouetur. Et etiam, si aliquid secundum totum mouet se, & quiddam est motor, & quiddam motum. a. b. ergo mouetur ex se, & ex. a.

A. mouens. B. motum.

Tota linea ex seipsa mouetur, & ab, a, primo,

42 Ista est declaratio, in qua sustentatus est Arist. in hoc, quod motum ex se cõponitur ex motore, qui non mouetur, & ex moto: non ex moto, & motore, qui innatus est mouere se, vt Plato dicebat. Expositores autem, scilicet Themistius, & Alexander inducunt demonstrationem super hoc alio modo, existimãdo ipsam esse breuiorem, & certiorem demonstratione Arist. Dicunt enim, quod motum ex se non potest euadere a quinque partibus contradicentibus, scilicet aut diuiditur in duas partes, motorem non motum, & rem motam, Aut vt totũ moueat se, Aut vt vtraque pars moueat vtranque, Aut vt pars moueat totum, F Aut vt totum moueat partem. Et ducunt ad inconueniens in omnibus eis eadem via. Et est, quia motor est ipsum motum. Dicunt enim quod, si totum mouet totum, erit mouens idem cũ moto, quod est impossibile. Et, si pars mouerit totum, tunc eadẽ pars erit in eo motor, & motum. Et similiter, si vtraq; pars mouerit vtramque partem, vtraque earum mouebit se: non enim est differentia inter hoc quod aliquid moueat se cum medio, aut sine medio. Et similiter dicunt, si totum mouerit partem, sequitur vt totum moueat se. Et totum hoc est error, & deceptio. Primo enim decipiuntur, peccantes in hoc, quod existimant, quod diuisio, qua vtitur in hac declaratione, est diuisio in contradicentibus: & quod demonstratio complebitur, quando quatuor contradicentia destruentur, & remanebit quintum, quod est, quod motum ex se componitur ex motore nõ moto, quod non est corpus, & ex moto, quod est corpus. Et non est, sicut existimauerunt. Quoniam cum posuerimus, ꝙ impossibile est vt motum sit ipse motor, tunc necesse erit vt motũ ex se diuidatur in duas partes, scilicet in motorẽ, qui non mouetur, & rem, quæ mouetur tantummodo. Sed quia Aristo. vidit ꝙ sunt hic alij modi ab his duobus modis, & põt aliquis existimare, ꝙ motũ ex se forte est secundũ aliquem eorum, incipit destruere eos ad confirmandũ suam demonstrationẽ: & ideo induxit in vno quoque eorum conclusionẽ, quam induxit

Digressio cõtra Themistiũ, et Ale.

Primus error eorũ.

duxit

dixit in prima demonstratione, &, si demonstratio eius esset fundata super modū contradictionis, non induceret conclusionem, nisi semel. Et, quia existimatio magis apparens est, quod vtraque pars moti ex se mouet reliquam secundum reciprocationem, incepit destruere hoc, dicendo, hoc aut erit essentialiter, aut accidentaliter. Et, si fuerit essentialiter, continget vt non sit in eis motum ex se, et etiam vt aliquid moueat se, secundum ꝙ mouetur. Et, cum destruxit duas diuisiones, destructum erit vt illud, quod mouetur ex se, sit tale. Expositores autē, cum destruxerunt diuisionem, quæ est essentialiter, existimauerunt quod positio esset destructa: & hoc est secundum peccatum. Et hoc etiam, quod dicunt, ꝙ, si totum mouetur a parte, continget vt pars: quæ mouet, moueatur essentialiter, immo sequitur etiam vt illa pars moueatur ex se, necessarium est vt destruatur ista positio, dicendo, ꝙ quæstio reuertitur in hoc, ꝙ mouetur ex se quomodo mouetur. & contingit etiam, ꝙ illud, quod fuit positum motum primum, non sit primum motum. Et etiam totum moueri a parte est per accidens. Responsio igitur remanebit in modo, qui est per accidens ipsum esse impossibile: est enim in rei veritate de modo, secundum quem pars mouet partem, cum nullo modo imaginatur quod pars mouet totum, nisi per accidens. Et remotius est imaginari quod totum mouet partē essentialiter: nō est igitur vtēdum istis duobus modis, donec diuidantur secundum esse essentialiter, & accidentaliter, sicut fecit Arist. Sed hoc non fecit in his duobus modis, neque habuit curam de eis, cum nullus existimet in primo moto ex se quod pars illius mouet totum, aut ꝙ totum mouet partem: cum pars mouens debet distingui a parte mota secundum esse, aut secundum definitionem. Et, cum ita fuerit, tunc motum ex se diuidetur in duas partes, in motum ex se, & motum a moto ex se: & tunc non imaginabitur quod pars mouet totum, aut quod totum mouet partem, nisi per acidens. Et, quia isti duo modi, qui sunt per accidens, sunt manifesti, non habuit curam de eis Arist. sed habuit curam destruere eos, in quibus non bene apparet eos esse per accidēs, sicut fecit in partibus, quæ mouent se adinuicem, & in ponendo quod quelibet pars mouet se, in quo dixit, quod, si motum ex se fuerit tale, continget vt ille partes mouent, sed per accidens. Aristo. igitur non vtitur istis modis, nisi eis, in quibus latet eos esse per accidens: & sunt illi modi, de quibus potest aliquis existimare quod aliquis eorum est motum per se. De eis autem, de quibus apparet accidentalitas, non habuit curam Arist. & sunt quod totum mouet partem, aut ꝙ pars mouet totum. Si igitur aliquis dixerit quod Aristo. debet destruere istos modos, scilicet totum mouere partem, & partem mouere totum, secūdum ꝙ sunt per accidens, Dicemus ad hoc, ꝙ Arist. diuisit eos propter hoc, quod accidentalitas est manifesta in eis: & non voluit destruere, nisi eos, in quibus accidentalitas non est manifesta per se, cum hoc, sicut diximus, quod nullus existimat: vt motū ex se sit tale, scilicet de eis, in quibus accidentalitas est manifesta per se.

Totum moueri a parte ē p accidēs, & remotius ē imaginari q̃d totū mouet partē essentialiter.

Dubium.

Solutio.

Quoniam autem mouet aliud quidē, quod mouetur ab alio, aliud autem cum sit immobile, & mouetur aliud quidem mouens, aliud autem nihil mouens. Ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse, mouenti autem, & adhuc ex eo, quod mouetur, non mouente autem ex necessitate, sed qualiter euenit. Sit enim, a, mouens quidem & immobile, b, verò quod mouetur ab, a, & mouet id in quo est, c, hoc autem mouetur quidem ab ipso, b, mouens autē nihil. Si enim & per plura media veniet in, c, sit per vnū solum: omne igitur, a, b, c, ipsum seipsum mouet. Sed, si aufero c, ipsum quidem, a, b, mouebit ipsum seipsum: n ipsum: a, est mouens, b, verò quod mouetur, c autem non mouebit ipsum seipsum neque penitus mouebitur. At verò nec, b, c, mouebit ipsa seipsam sine, a, b enim mouet in eo, quod mouetur ab alio, non quia a suiipsius aliqua parte, A. b igitur solum

ipsum seipsum mouet. Necesse est itaq; ipsum seipsum mouens habere mouens, immobile autem, & quod mouetur, nihil autem moués ex necessitate. Contacta autem aut vtraque se inuicem aut alterum alterum. Si igitur continuum est mouens (quod enim mouetur necesse est continuum esse) manifestum est quod totum ipsum seipsum mouet, non eo quod ipsius aliquid huiusmodi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum, & motum & mouens eo, quod ipsius aliquid est mouens & aliquid quod mouetur. Non enim totum mouet, neq; totum mouetur, sed mouet quidem a, B autem tantum mouet. Sed tamen c ab ipso b non necessario mouetur, impossibile est enim hoc. D

Et, quia aliquid mouet, aut ita, quod moueatur ab alio, aut ita quod non moueatur, & aliquid mouetur, aut ita quod moueat, aut ita quod non moueat omnino. Necesse est vt illud, quod mouet se, sit ex non moto, sed est motor & ex moto, sed nõ necessario est motor, sed currit secundum vtrumlibet. Sit igitur a, motor, sed non motũ, &, b, motum ab a, & mouens c, & c moueatur ex b, & nihil moueat omnino. Quoniam, cum ad hoc perueniemus cum mediis pluribus vno, ponatur vnum medium tantum esse a b c igitur totum mouet se: sed, si abstulerimus c, remanebit a b mouens se, a enim est motor, & b motum, & c non mouet se, immo non erit omnino motor: neq; b c mouebit se sine, a: B enim non mouet, nisi quia mouetur ab alio, non à parte aliqua ipsius a: b enim solum mouet se. Necesse est igitur vt illud, quod mouet se, habeat in se motorem, sed est non motum, & motum. Sed est non motor alicuius necessario, dũ vtrumq; conuenit cum reliquo, aut dum vtrumq; conuenit cum reliquo tangit reliquum. Si igitur motor fuerit continuus, motum verò necessario est continuum: Manifestum est quod tota res erit mouens se, nõ quia quiddam ipsius est tale, scilicet moués se, sed tota res mouet se, sed est motum, & motor, ita, quod quiddam eius est motor, & quiddam est motum. Non enim ipsum secundum totum mouetur, neq; ipsum secundum totum mouet, sed mouet secundum a, & mouetur secundum b, tantum. E F

| Motor tantum. | Motum, & mouens, | Motum tantum. |
| --- | --- | --- |
| A | B | C |
| Anima. | Calor naturalis. | Corpus musculi. |

Et quia. Cum declarauit quod moti ex se quædam pars est motor, qui non
43 mouetur & est forma, & quædam pars mouetur, Vult declarare quod omne motum ex se primum, & essentialiter componitur ex parte, quæ mouet tantum, & ex parte, quæ mouetur, & quod pars mota non est de necessitate propter hoc, vt sit motor alterius partis, sed in quibusdam motis ex se erit motor, scilicet in eis, quæ sunt non prima, & in quibusdam non erit, scilicet in primis. Et intendebat declarare per hoc, quod necesse est vt in motis ex se, in quibus sunt plura vno moto sit motum ex se primum: quoniam, si-

D pars mota esset semper motor, contingeret vt motum ex se diuideretur in plures partes duabus, Ipse igitur ponit has partes esse finitas, & declarat quod motum primum ex se in talibus componitur ex motore, & moto tantum. Et, cum voluit declarare hoc, incœpit diuidere modos motoris, & dixit, & quia, aliquid mouet, &c. idest, quia motor est duobus modis, aut motor, qui non mouetur omnino, quando mouet: & est illud, ad quod inducit nos sermo: aut motor, qui mouetur, quando mouet. Illud autem, quod mouetur, & tunc mouet, & non est necesse semper vt sit motor, sed forte erit motor, & motum, & forte erit motum non motor alicuius rei: necesse est vt motum ex se componatur ex motore non moto, & ex moto, sed quod non de necessitate est motor: & hoc est, quod est motum ex se primum, scilicet quod non mouetur a sua parte. Illud autem, quod mouetur ex se propter aliquam partem ipsius, sicut est dispositio in animali secundum totum. Et primum motum in eo est motor necessario: sicut calor naturalis, qui est motor, & motum in animali necessario: quoniam cum fuerit separatus a membris, quæ mouentur, corrumpetur. Hoc igitur est illud, quod intendebat declarare in hoc sermone, scilicet quod motum ex se componitur ex duabus partibus tantum, Quarum vna est motor tantum, & alia motum, & quod motum ex se conium naturaliter, si primitus non fuerit tale, necessario est in eo motor talis.

Calor naturalis est motor, & motũ in aĩali. Idẽ supra. c. 37. & 7. phy. c. primo.

E Et cum, d. hoc, dedit exemplum de literis, & d. sit. a. &c. idest, sit igitur motum ex se, compositum ex motore, qui non mouetur, scilicet. a. & ex motore, qui mouetur ex. a. plus vno, Verbi gratia, vt sit compositum ex a, & b, &c. A. autem mouebit. b, & non mouetur, &. b. mouet. c, & mouetur ab a, &. c. mouetur ex. b, & nihil mouet. Deinde dicit: qm̃, cum ad hoc peruenemus, &c. i. & indifferẽter siue istud motum ex se compositum ponatur componi ex motis, & motoribus multis, ita, quod primus motor mouet postremum motum cum pluribus mediis, aut cum vno medio, in hoc, quod intendimus declarare, scilicet ꝙ in omni moto ex se tali est motum ex se primum, quod componitur ex duabus partibus tantum, & ꝙ illud est motum ex se, non aliqua alia pars partium, quæ sunt in illo. Deinde dicit ponatur igitur esse per vnum medium tantum, id est, & cum nulla differentia est in hoc, ꝙ ponatur mouere cum pluribus mediis finitis, aut cum vno medio, ponatur mouere cum vno medio, scilicet ponatur componi ex tribus. medium enim vnum existit in tali numero. Deinde dicit. a. b. c. igitur totum mouet se, idest &, cum posuerimus ꝙ mouens se mouet partem postremam ipsius, scilicet. a. manifestum est quod istud ex se motum componitur ex. a, &. b, &. c. Verbi gratia, ꝙ musculus est motum ex se, & componitnr ex tribus, scilicet ex corpore musculi, & est postremum motum, & ex calore naturali, qui est motor, & motum, qui transit in

F neruis, & anima mouente, quæ est forma in illo calore naturali. Deinde dicit sed, si igitur abstulerimus. c, &c. id est, sed, si abstulerimus. c, ex hoc moto ex se, quod componitur ex a. b. c, tunc remanebit illud, quod componitur ex. a. b, motum ex se. Et, cum dixit, ꝙ illud remanens, compositum ex a. b, est illud, quod in rei veritate mouet se, dedit causam in hoc, & dixit. a. enim est motor, &c. id est, & sequitur necessario vt illud, Quod mouet se. sit compositum ex. a. &. b. Quia. a. est motor, cum sit necessarium vt mouens se habeat motum, &. b. est primum motum ab. a. C. autem non est motum: quod est necessarium inuentendo motum ex se, scilicet quia. c. non est pars, quæ mouetur ab eo: & hoc intendebat, cum dixit, &. c. non mouet se, i. & c. non est illud, quod mouet se, nec est motum, quod est in illo, quod mouet se, cum sit declaratum ꝙ illud, quod mouet se, componitur ex duobus, s. a, &. b. Et. c. forte non erit omnino motor, & remanebit residuum motum ex se, scilicet illud, quod componitur ex. a, &. b. D. d. neque. b. c. etiam mouet se sine. a. i. neque possumus etiam dicere ꝙ. b, &. c. est illud, quod mouet se sine. a, Et intendebat concludere diuisionem. Quoniam non possumus dicere, ꝙ illud, quod ponitur ex. a, &. b, & c. est illud, quod mouet se: quoniam, si aufertur. c, remanebit. a. b, mouens se, Neq; etiam possumus dicere hoc in solo, a; A, enim non mouetur

Aĩa est forma ĩ calore naturali. Idẽ, 7. met. cõ 31.

sine.b.Neq; in solo.b,sine.a:qm̃ necesse est vt.b.habeat motorem. Remanet de necessitate vt illud, de quo dicimus mouere se, sit compositum ex a, & b. Et,cũ narrauit q.b.non est mouens se,dedit causam in hoc,& dixit, b.n.mouet, quia mouetur,&c.i.& b.non est motum ex se, quia positum fuit moueri ex alio,s.ex a,non ab aliqua parte in ipso:quoniam,si moueretur ab aliqua parte in ipso, tũc illa pars esset mouens se.D.d.qm̃.a.b.solum est illud,quod mouet se.i.qm̃ illud, quod componitur ex,a.b,est illud,qđ est necesse vt moueatur ex se, & intendebat q.b,non fuit positum in positione diuidi in parte,quæ est motor, non motum & in parte,quæ est motum,sed posuimus a.motorem, & b.motum. Et, cum posuit omnia ista,dedit conclusionem,& dixit,necesse est igitur, &c. declaratum est igitur ex hoc,quod illud,quod est motum ex se,in rei veritate componitur ex motore,qui non mouetur, & ex primo moto. Iam igitur conclusit illud, quod intendebat declarare,& est,quod motum ex se componitur ex duabus partib', s.ex motore non moto,& ex moto,quod non mouet de necessitate. D. d. dum conuenit vtrunque reliquo, aut tangit ipsum.i.quod non sequitur vt motum moueat de necessitate,dum mouetur a suo motore. Ista enim concomitãtia erit ex duobus:in primo autem moto erit,dum fuerit conuenientia inter ipsum,& motorem.In medio autem dum tangit tertium.Medium autem necesse est vt tangat corpus.Primus autem motor necesse est vt conueniat. D.d.si igitur motor fuerit continuus,&c.i.si igitur primus motor est de natura continui, quia est in continuo in rei veritate,quod est motum,manifestum est quod totum est in toto continuo moto,non in quodam eius.Quoniam non posuimus ipsum propter suã continuitatem cum aliqua parte eius,sed cum toto:&, cum ita sit, totum ex se est motor secundum totum, sed non eodem modo,sed motor propter a.& motum propter.b.Et dixit,si motor fuerit continuus, quia primus motor non est virtus in corpore, ita quod diceretur continuum propter naturam continui cum ipso,s.corporis. Deinde dicit, sed est motum,& motor,&c.i.non continuum, s. quod in eo est motor, & motum insimul, sed est,sicut,d,mouens secundum a, & mouetur secundum,b,tantum. D

E

Hic hr̃ textus expressus,& cõ.cõtra negãtes dari minima naturaria.

Dubitationem autem habet,si auferat aliquid quis ab ipso,a,si cõtinuum sit mouens quidem,immobile autem ab ipso,b, quod mouetur. Reliqua ergo ipsius,a,mouebit reliqua autem ipsius,b,mouebitur. Si hoc est,non erit quæ primo mouetur à seipsa,quæ est,a,b. Remota enim parte ab,a,b,adhuc mouebit seipsam reliqua,a,b:potẽtia nihil prohibet vtrumq;,aut alterum id,inquam,quod mouetur diuisibile esse,actu autem indiuisibile. Si autem diuidatur,non etiam habens est eandem potentiam.Quare nihil prohibet & in ipsis diuisibilibus potentia primum vnum esse. Manifestum igitur ex his quoniam est primum mouens immobile.Siue enim hoc stet mox, quod ab aliquo mouetur,ad immobile primum,siue in quo mouetur quidem,ipsum autem seipsum mouens est,& stans. Vtrobiq; accidit primo mouens in omnibus esse motis immobile. F

Et quæritur in hoc.si ex a,si fuerit continuum, & est motor nõ motum,aut ex b,quod est motum,diminuatur aliquid:vtrum illud,quod remanet ex a, sit motor,& illud,quod remanet ex b,sit motum. Quoniam,si hoc fuerit,tunc a.b non erit primum motum ex se. Quoniam ex a & b auferetur aliquid,& reliquum mouet se. Dicamus igitur ad hoc,quod non est inopinabile,vt vtrunq;,aut alterum,s.motum sit in potentia diuisibile,in actu autem non.Sed,si fuerit diuisum tunc natu

D [natu]ra eius non erit illa eadem natura: & ideo non eſt inopinabile, vt in diuiſibilibus ſit in potentia aliquid primum. Apparet igitur ex hoc, quod primus motor non eſt motum. Quoniam, ſi motum ceſſabit, & mouetur ab aliquo, peruenietur ad primum motorem, qui non mouetur, &, ſi perueniatur ad motum, ſed iſtud mouet ſe, & facit ipſum quieſcere, ſequitur ex illo modo, & ex iſto inſimul, vt primum in omnibus motis ſit non motum.

Cum declarauit quod motum ex ſe componitur ex motore non moto, & ex moto, quod non mouet de neceſſitate. Et ꝙ, ſi mouens inueniatur compoſitum ex pluribus vno moto, neceſſe eſt vt diſſoluatur in motum ex ſe primũ, ſ. in illud cui eſt proprium vt primum motum in ipſo non moueat de neceſſitate. Motum enim ex ſe, quia eſt duobus modis, Modo, ſ. in quo primum motum a primo moto [no]n mouet de neceſſitate, Et modo, in quo primum motum nihil mouet de neceſſitate. Incœpit dubitare de hoc, ſ. in motum primum ex ſe eſſe. Poteſt enim aliquis dicere quod non eſt poſsibile vt primum motum per ſe ſit, neque primus .44
E motor: quoniam motum eſt continuum per ſe, & motor etiam eſt continuus, quia eſt in continuo, & continuum diuiditur ſemper in diuiſibilia. Et ideo dixit, & quæritur de hoc, &c. i. & quæritur in hoc, quod diximus, ſcilicet quod mouẽs ſe primum eſt, quod componitur ex motore non moto, & ex moto indiuiſibili, ideſt, non motore tali modo. Poteſt enim aliquis dicere ꝙ, ſi ex motore, qui non moueatur (ſi motor ſit de natura continui) quia eſt forma continui diminuatur aliquid, aut ex moto, cum de neceſsitate ſit de natura continui, aut ex motore (ſi accidit ei continuitas) remanebit reſiduum motum ex ſe: & ſic non erit hoc mouẽs ſe ipſum primum, neque motor primus. Et hoc intendebat cum dixit, q̄m, ſi hoc fuerit, &c. D. dedit ſolutionem & dixit, dicamus igitur ad hoc, &c. i. dicamus igitur ſoluendo quod non eſt remotum vt vtrunq; ſit diuiſibile in potentia in infinitum, ſi vtrunq; fuerit continuum, aut alterum, ſcilicet motum, ſi non fuerit poſitum quod motor eſt de natura eius, cui accidit continuitas, & eſt materialis, vt declaratum eſt, in actu aũt impoſsibile. Deinde dicit ſed eſt ſi diuidatur, &c. i. & eſt impoſsibile vt motum diuidatur in actu in infinitum, & ſimiliter motor: q̄m tunc diuiſio peruenit ad hoc, quod eorum natura corrumpetur. V.g. quod, ſi primum motum ex ſe fuerit ignis iſte demonſtratus, & a quo auferemus partem, & poſtea aliam, & poſtea aliam, perueniemus ad talem quantitatem, quæ ſi diuidatur, corrumpetur ignis, cum minima quantitas ignis ſit determinata. Et ſimiliter
F eſt de animali anuloſo, ex quo, ſi diuiſa fuerit aliqua pars, remanebit reſiduũ non motum ex ſe: &, cum iſta diuiſio non procedat in infinitum, manifeſtum eſt hoc eſſe motum ex ſe primum, & motorem primum. Et tale motum eſſe poſuit pro principio, in principio ſeptimi, ad declarandum quod omne motũ habet motorem. Deinde dicit & ideo non eſt inopinabile, &c. ideſt & ideo non eſt impoſsibile vt diuiſibilibus in potentia ſit aliquid primum: licet, ſecundum quod eſt in potentia, non ſit in eis primum, ſed eſt neceſſe hic eſſe primum: &, ſi non, non eſſet motus. Et dixit in motore. Quoniam primi motores apud ipſum ſunt duobus modis, ſcilicet motor naturalis, ideſt, qui conſtituitur per rem motam: & hoc eſt in rebus generabilibus, & corruptibilibus. Et motor nõ materialis: & hoc non dicitur continuum, niſi per accidens. Continuitas enim eſſentialiter eſt impoſsibilis in omni moto primo, q̄m eſt non corpus. Non enim loquitur in hoc loco, niſi in moto ex ſe ſimpliciter: In moto autem ex ſe, quod eſt impoſsibile eſſe in toto primus motor, manifeſtum eſt quod non dicitur continuũ omnino, quia non mouetur, neque eſſentialiter, neque accidentaliter: & hoc non accidit, niſi in motoribus, qui conſtituuntur per rem motam ab eis, ſicut in animabus animalium. Principia autem prima, quæ ſunt in motis ex ſe æterna, motor in eis non eſt diuiſibilis, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter. D.d. apparet ex hoc igitur, &c. id eſt, &, cum manifeſtum ſit quod motum ex ſe non poteſt

Minima ꝙ[uanti]tas ignis eſt determinata. Idem īfra 62. Idẽ 6.ph.32.49 59.91. Idẽ pri.phy.36.37.38. Idem 2.de aīa.41 97. & prio cæ.116.
Motor duplex.

diuidi in infinitum, manifestum est quod in motis ex se est talis motor, scilicet D qui non mouetur omnino. Deinde dedit modum, ex quo apparet hoc, &, d. quoniam, si motum cessabit, &c. idest, si mouetur ex se non ex alio: & hoc intendebat cum. d. cessabit: & omne motum moueret ab aliquo, peruenitur in hoc moto ex se ad motorem, qui non mouetur. Quoniam, si componitur ex pluribus vno moto, necesse est peruenire ad motorem, qui non mouetur: &, quia tale non est mediū inter motorem, qui non mouetur in eo, & inter motum, & ideo dixit, cessabit cito. Deinde dicit &, si perueniatur ad motum, &c. id est, &, si motum positum non mouet se, sed perueniat ad mouens se, vt prius declaratum fuit: & omne mouens se est in eo motor, qui non mouetur: sequitur necessario ex illo moto, & ex isto, vt hic sit primus motor, qui non mouetur. Et quasi diceret, &, quia omne motum non fugit alterum istorum, scilicet quod aut erit motum ex se, aut ex alio: & motum ex alio peruenit ad motum ex se: & motum ex se habet motorem qui non mouetur. Sequitur ex vtroque modo vt omne motum habeat motorem, qui non mouetur, id est, quod omnes motus reducuntur ad talem motorem, aut ad vnum, aut ad plures vno. Et dixit est illud, quod mouet se, & facit ipsum quiescere, quia iam accepit in descriptione moti ex se, quod est illud, quod habet quiescere ex se: & in hoc differt motum ex se secundum suam opinionem, & a motibus corporum simplicium, cum ista existimentur moueri per se. E

Motum ex se in aĩalib' differt a moto ex se in corporibus simplicibus.

*Ostendit, quod primum mouens est incorruptibile, nec mouetur per se, nec per accidens. Cap. VI.*

QVoniam autem oportet motum semper esse, & non deficere, necessarium est aliquod esse ꝑpetuum, ꝗ mouet primū. Siue ergo vnum sit, aut plura, & primum mouens immobile est.

Et, quia motus necesse est, vt sit semper, & nunquam deficiat, sequitur necessario, vt sit hic aliquis primus motor, siue vnum, siue plura, & quod primus motor non sit motum.

45 Cum declarauit in sexto quod est impossibile quod motus æternus sit, nisi circularis, Et declarauit in principio septimi quod omne motum habet motorē, Et postea declarauit in illo tractatu quod mota mouentia se adinuicem in loco reducuntur ad motum ex se, Et declarauit in principio istius tractatus quod nunquam motus deficiet, neq; in præterito, neque in futuro. Sequitur ex hoc, quod primum motum ex se, ad quod reducuntur omnes motus ex se in loco, sit æternum. Et, si non, esset possibile vt motus deficeret in aliqua hora, cum ipsum sit causa illius. Et ꝗ propter hoc necesse est vt sit hic vnus motus æternus: & est ille, secundum quem mouetur istud motum primum. Deinde dicit post hoc quæstiones contingentes in hoc, & vidit quod necesse est iterare perscrutationem de motu in hoc tractatu, & complere sermonem de hoc ĩ propositionibus, quibus vsus est in sexto, & septimo. Et vniuersaliter vidit, ꝗ melius est congregare illud totum, & declarare quod remanet ad declarandum de dispositione entium in motu, & quiete, & declarare quis motus sit iste motus, & vtrum motor illius sit in materia, aut nō ĩ materia. Et incœpit diuidere entia in omnes dispositiones, quæ possibile est vt existimetur esse secundum ipsas in motu, & quiete. Et postea dissoluit quæstionem contingentem in hoc, quod omne motum habet motorem ex motibus corporum simplicium, & declarauit quod ista non mouentur ex se. D. declarauit quod omnia mouentia, quæ mouentur in loco reducuntur ad motum ex se. Et postea declarauit ꝗ motum istud, & motor componitur ex vno moto, & ex primo motore, qui non mouetur. Et cum compleuit hanc declarationem perfecte, & est illa, quam declarauit in septimo F

Cõtinuat dicta dicendis rememorando fere oĩa, ꝗ dicta sunt.

D non perfecte: quoniam illic non declarauit ꝙ primum motum debet componi ex motore, qui non mouetur, & ex primo moto. Reuersus est etiam ad illud, quod declarauit in principio istius tractatus, scilicet ꝙ nulla est hora, in qua deficit motus, ad concludendum illam eandem conclusionem, quam conclusit in principio istius tractatus, ex hoc, ꝙ declaratum fuit in eo, quod motus nunquam deficit, & ex illo, quod declaratum fuit in septimo, scilicet ꝙ mouentia, quæ mouentur in loco, reducuntur ad motum ex se. Quoniam illa conclusio perfectius apparebit hic, cum sermo de propositionibus, super quas fundata est declaratio est perfectior in hoc tractatu: & conclusio est quod est hic motus vnus æternus. Et, quia omnia ista sunt, sicut narrauimus, reuersus est ad primam propositionem, quam verificauit in principio istius tractatus, &.d. &, quia motus, &c. id est, &, cum declaratum sit ꝙ omnia mouentia, quæ mouentur reducuntur ad primum motum ex se, quod componitur ex primo moto, & ex motore, qui non mouetur. Etiam declaratum est quod in nulla hora deficit motus, necesse est vt primus motor, ad quem reducunt alij motus, sit æternus, & sit absolutus ab omni transmutatione, & vt motum ab eo etiam sit absolutum ab omni transmutatione, nisi a motu in loco: & siue ille motor, qui est talis, fuerit vnus, aut plures. Et fuit necesse vt ipse non

E quiescat a mouere, nec illud, quod mouetur ab eo a motu, quia est causa motuum. Et demonstratum est quod motus nunquam deficit: &, si ille motor in aliqua hora non moueret, tunc deficeret motus. Et fuit necesse etiam vt non sit transmutabile, neque essentialiter, neque accidentaliter. Quoniam, si ita esset, tunc esset motor prior illo. Et, cum manifestum sit, æternum esse motorem, & motum ab eo æternum: quoniam, si non esset æternum, tunc moueretur ab eo per accidens, & sic esset illic motor prior illo: ergo necesse est vt sit hic motus æternus. Vtrum autem iste motor est vnus, aut plures perscrutandum est in alia scientia.

Nota quare declaratio septimi est imperfecta. Vide ꝓ hoc et 4. cœ. c. 25.

Expositio textus.

Vide. 12. meta. t. cō. 42. & inde.

Vnumquodq; igitur immobilium quidem, mouentium autem perpetuū esse nihil pertinet ad eam, quæ nunc rationem. Quod autem necessarium est esse aliquid quod semper immobile quidē ipsum sit ab omni exterius mutatione, & simpliciter, & secundum accidēs, motiuum autem alterius manifestum est hoc considerantibus. Sit autē, si aliquis velit, in quibusdam contingens, quod sit aliquando, & aliquando non sine generatione, & corruptione. Fortassis enim est ne-

F cessarium, si aliquid impartibile aliquando quidem est, aliquando autem non, sine mutatione, aliquando quidem esse, aliquando autem non esse omne tale. Et principiorum quidem immobilium, motiuorum autem, quædam aliquando quidem esse, aliquando autem non esse, contingere ponatur. Sed nequaquam omnia talia esse possibile est. Manifestum enim est, quod causa quædam ipsa seipsa mouentibus in est aliquando quidem esse, aliquando autem non esse. Ipsum enim seipsum mouens necesse est omne magnitudinem habere, si nihil mouetur impartibile. Mouens autem nulla necessitate est tale. vt igitur alia quidem fiant alia autem corrumpantur, & hoc esse continue, nulla causa est immobilium quidem, non semper autem entium etiam. Nec hæc semper quidem mouentium, horum autem altera. Ipsius enim semper ꝙ est & continui nec vnumquodq; ipsorum causa est, nec omnia. Hoc autem enim sic se habere perpetuum, & ex necessitate est. Omnia infinita, & non simul omnia sunt-

Vtrum autem vnumquodq; mouentium, quæ non mouentur, sit æternum, non est intrans modo ad propositum. D Quoniam autē necesse est vt sit hic aliquid, quod in se non sit motum, & sit absolutum ab omni transmutatione simplicirer, & per accidens, quod mouet aliquod aliud, declarabitur hoc modo. Ponatur igitur esse possibile in quibusdam, vt sit quandoq;, & non sit quandoq;, sine generatione & corruptione. Dignius est enim illud, quod non diuiditur, quando fuerit quandoq;, & non fuerit quandoq;, vt esse cuiuslibet talis, aut non esse, sit necessarium, vt sit sine transmutatione. Ponatur igitur quod possibile est, vt quædam principia, etiam quæ sunt non mota, sed sunt mouentia, sint quandoq;, & quandoq; non sint. Sed non est possibile vt omnia sint talia. Manifestum est enim, quod hic est alia causa eorum, quæ mouent se in esse eorum quandoq;, & non esse eorum quandoq;. Omne enim, quod mouet se, necesse est vt habeat magnitudinem, cum illud, quod non diuiditur, non mouetur. Motor autem non sequitur aliquo modo vt habeat magnitudinem. E Causa vero in hoc, quod quædam generantur, & quædam corrūpuntur, & hoc esse perpetuum, non est vnum eorum, quæ sunt non mota: sed non sunt semper in esse mota ita, ꝙ illa moueant semper, & per hoc moueant alia. Quod enim est tale, nec non vnū huius, neq; omnia erit causa rei perpetuæ continuæ. Ista enim dispositio, secundum quam sunt ista, est æterna, & necessaria. Ista autem omnia sunt infinita, sed non omnia existunt insimul.

46 Cum declarauit quod necesse est vt sit hoc motum ex se æternum, compositū ex motore, qui non mouetur, & ex moto æterno. D. vtrum autem vnumquodque, &c. & intendit animas animalium, quæ sunt hic: istæ enim animæ mouent, & non mouentur, & quæstio in eis est existens. Plato enim dicit quod omne mouens se est æternum, & anima apud ipsum est æternum. Et, quia ista perscrutatio magis pertinet ad perscrutationem de anima, dixit, quod non intrat modo sermonem hunc. Et intendit quod ista perscrutatio est alia ab illa. Et in libro, a F quo extraxi verbum Aristo. inueni talem literam (si autem vnumquodq; mouentium, quæ non mouentur, fuerit aliquod æternum, non intrat hunc sermonem) id est, quærere autem vtrum vna animarum sit æterna, aut omnes sunt generabiles, & corruptribiles, non pertinet ad hunc locum, & hoc est quasi melius: qm̄ quædam partes animæ videntur esse generabiles, & corruptibiles: sed dubitatur de eis in motore, qui dicitur intellectus. Et in libro Themistii inuenimus loco istius, quoniam autem omne æternum mouet, ita quod non mouetur, non intrat hunc sermonem. Et est tertius sermo a prædictis. Deinde dicit quoniā autē necesse est, &c. id est, quoniam autem necesse est vt sit hic motor, qui non mouetur, absolutus ab omni transmutatione simpliciter, scilicet essentialiter, & accidentaliter, qui mouet aliquid aliud semper: & est primum motum ab ipso, vt declaratum est a prædictis, & declarabitur etiam hoc modo. Et intendebat per hoc, quod dixit, aliquid aliud, quod in se non mouetur, motorem, qui non mouetur, qui est altera duarum partium moti ex se. Et intendit per hoc, quod dixit absolutum ab omni transmutatione, quod non accidet ei aliquis modus transmutationis, nec generatio, nec corruptio, nec alteratio, nec augmentatio, nec diminutio, nec motus localis. Et cum dixit simpliciter, & per accidens, forte intendit per simpliciter illud, quod est commune ei, quod est essentialiter, & ei ꝙ accidentaliter. Transmutatio enim simpliciter diuiditur in essentialiter, & accidentaliter.

D A taliter, & secundum hanc expositionem dixit rememorationem de altero duorum modorum, in quos diuiditur transmutatio simpliciter, & tacuit reliquum, scilicet propalauit modum, qui est per accidens, & tacuit modum, qui est essentialiter. Et forte intendit per simpliciter essentialiter. Transmutatio enim simpliciter est essentialis, cum sit transmutatio vera: transmutatio autem non simpliciter est accidentalis. Simpliciter enim dicitur de transmutatione in substantia nõ simpliciter vero de transmutationibus cæterorum prædicamentorum. Et intendit per hoc, quod dixit quod mouet aliquid aliud, partem, quæ est primum motum, quod est secunda pars primi moti ex se. Et, cum voluit hoc declarare alio modo a prædicto, dixit, ponatur igitur quod hoc sit possibile in quibusdam, &c. id est. & ponatur quod quædam istorum mouentium, quæ non mouentur, inueniantur quandoq;, & quandoque non, non secundum modum quod generantur quandoq; essentialiter, aut corrumpuntur, cum non sint corpora, sed secundum ꝙ esse, & non esse eorum sequitur illud, ꝙ generat, & corrumpitur essentialiter. Et, cum narrauit quod hoc possibile est poni in quibusdam motoribus, qui non mouentur, incœpit narrare quod hoc impossibile est vt sit in omnibus, scilicet vt sint generabilia, & corruptibilia per accidens, & .d. sed non est possibile, &c. id est, sed, si posuerimus omnia mouentia, quæ non mouentur esse talia, non erit possibile. D. incœpit declarare qualiter est hoc impossibile in omnibus, & dixit, manifestum

Prima expositio.

Secunda expositio.

Transmutatio in substã tia ē simpliciter, in reliquis pdicamētis est nõ simpliciter. idē. 5. phy. tex. c. 7 | Et pri. de gene. tex. c. 11. Et pri. ph. t. c. 62.

E B est enim, &c. id est, apparet enim ratione quod necesse est vt sit hic aliquid mouens se, ita, quod ipsum sit causa in hoc, quod quædam mouentia se mouent quandoq;, & quandoq; non, & hoc erit secundum diuersitatem suæ dispositionis ad ea in propinquitate, & remotione tantum, scilicet in loco. Et quia ista positio nõ põt esse in eo, qđ mouet se, nisi sit corpus: qđ. n. nõ est corpus, non mouetur, dedit causam, propter quam fuit ista positio possibilis, scilicet ponere quod primũ mouentium se est mouens se æternum, Et dicit, omne enim mouens se, &c. & .q.d. & diximus ꝙ principium mouentium istorum, quæ sunt quandoq;, quandoque non, debet esse mouens semper, scilicet compositum ex motore, qui non mouetur æterno, & ex moto ab ipso æterno. Quoniam, si posuerimus causam istius esse motorem æternum sine moto æterno, non possemus dicere quomodo erit causa eius, quod est quandoq;, & deficit quandoq;. Si igitur dixerimus quod mouet se, erit hoc possibile, qm̃ tunc erit corpus, & secundum suam propinquitatem, & remotionem a re erit causa vt agat in ipsas dispositiones contrarias. Et hæc est causa, propter quam inserit hic in hoc loco, & ideo .d. motor autem non est necesse aliquo modo vt habeat magnitudinem, & intendit, ꝙ est motor, & non motum. Omne enim corpus non mouet in loco, nisi moueatur, vt positum est in septimo.

F Et, cum narrauit quod necesse est vt sit hoc aliquid mouens se semper, quod sit causa inesse eorum, quæ mouent se quandoq;, & quandoq; non, incœpit notificare consecutionem in hoc, & .d. causa autem in hoc est ꝙ quædam, &c. id est, &, quia est manifestum per se quod mota ex se, quæ sunt hic, quædam generãtur, & quædam corrumpuntur: & hoc inuenitur semper in eis: non possumus ponere causam esse in hoc æternam, vnum eorum, quæ mouentur ex se, & non sunt perpetuæ causæ. D. d. ita, quod ista moueant se semper, id est, ita quod ponamus quod vnum eorum, quæ mouent se, aut plura vno moueant se semper, & propter hoc mouent alia secundum continuitatem, & perpetuitatem. D. d. quod enim est tale, & c. id est, & necesse est, cum generatio, & corruptio eorum, quę sunt apud nos, perpetuæ sint, ponere motum ex se semper, quoniam nullum eorum, quæ mouentur ex se, quæ sunt generabilia, & corruptibilia, nec omnia possunt esse causa rei perpetuæ continuæ. D. dedit causam, propter quam fuit necesse vt ista generabilia, & corruptibilia, non sint quædam causæ quorundam, sicut potest aliquis dicere, Verbi gratia, quod homo generatur semper ab homine, & equus ab equo, & .d. ista enim dispositio, &c. id est, & impossibile est vt ista dispositio perpetua sit in eis propter vnum eorum: vnumquodq; enim eorum est corruptibile, & non est etiam possibile vt hoc sit in eis ex seipsis, scilicet vt quædam sint causæ quorundam essentialiter. Causæ enim quæ sunt essentialiter de necessitate, sunt finitæ, & insimul, & ista non sunt talia. Et hoc intendebat, cum

dixit, ista autem omnia sunt infinita,& non sunt insimul. Quoniam autem ista sunt perpetuæ generationis,& corruptionis, manifestum est propter hoc, quod declaratum est hic, & quod est hic motus primus æternus, qui continet totum. Et hoc apparet etiam per se: quoniam, si esset possibile vt homo generaretur a non semine hominis, tunc de necessitate ille homo diceretur homo æquiuocæ cum isto homine. Quoniam, quando materia fuerit diuersa, diuersabitur, & forma,& si nõ,nõ essent hic materiæ propriæ, neque formæ propriæ: & tunc quodlibet generaretur a quo libet, & in quolibet. Et tunc vniuersaliter materiæ essent ociosæ,& superfluæ. Quoniam, si esset possibile vt homo generaretur a terra, sicut vermis, tunc aut esset necessarium, aut in maiori parte, aut in minori parte. Et, si esset necessarium, tunc homo non generaretur ab homine omnino. Et, si esset in maiori parte, tunc homo generaretur ab homine in minori parte. Et sic hoc esset casualiter. Sed si hoc esset ĩ minori parte, s. casu, Tũc eadẽ spẽs ĩueniret̃ nã,& casu. Et, qđ fit casu, semꝑ est oppositum ei, qđ fit nã. Et ẽt, si ita esset tũc cõparatio,& respectus cãrũ ad causata nõ esset,& sic auferretur nã necessarii. Et etiam declaratum est quod illud, quod fit casu, sit a causis inuentis propter aliquam causam naturalem,& in maiori parte, quando impediuntur ab inueniendo causatum ab eis: quod non est innatum fieri ab eis. Et, cum ita sit, necesse est, si homo generaretur casu, vt generetur a causis, quæ fuerunt propter aliquam speciem,& impediebantur a generatione illius speciei. Et ideo causæ eius, quod est casu, non sunt terminatæ. Et, cum ita sit, esset possibile vt homo generaretur ex semine asini, aut ex semine æqui & vniuersaliter ex infinitis materiis. Et ideo nulla species inuenitur casu. Sed illa quæ inueniuntur casu, sunt monstruosa non naturalia. Et totum hoc manifestum est per se. Sed diximus ista contra negantes hoc esse manifestum per se: sicut Auice. qui dicit possibile esse hominem generari a terra, sed conuenientius in matrice, & iste sermo ab homine, qui dat se scientiæ est valde fatuus. Si igitur dicatur, quod non apparet ex istis generabilibus, quod sunt æterna nisi secundum præteritum: & demonstratio non complebitur, nisi ponantur æterna in præterito, & ĩ futuro Dicemus ad hoc, quoniam, cum declaratũ sit quod impossibile est, vt deficiant in præterito infinito, declarabitur quod est impossibile in eis vt deficiant in futuro. Quoniã, si deficerẽt ĩ futuro, deficerent in præterito infinito. Quoniã illud, in quo est potentia infinita, non est determinatum magis ad vnum tempus quam ad aliud. &, si deficerent in præterito, non essent nunc: ergo impossibile est vt deficiant omnino. Si igitur aliquis dixerit quod, cum declaratum sit de natura istorum, quod nunquam deficiunt genere, quid indigent motore,& moto, quæ non deficiunt secundum indiuiduum. Et, si indigent hoc de necessitate, quo. Dicamus ad hoc, quod ista indigent motore extrinseco æterno, vt largiatur eis esse nedum perpetuitatem: quoniam, si ista non haberent causam primam in motu, tunc non essent: & si essent, esset possibile vt deficerent: quoniã quædã essent tunc causæ quorundam per accidens: & quod est per accidens, nõ est semper, nec necessarium. Quomodo autem indigent de necessitate motore ex se extrinseco, qui semper moueat, aut qui continet totum: Dicamus quod mota generabilia manifestum est, quod indigent apud generationem moto ex se generatio enim in eis non est ex seipsis, scilicet, quod est quia quædam non generant quædam.& ideo esse istorum non fuit perpetuum. In generabilibus autem generans propinquum est in ipsis, & ideo fuit æternum, scilicet, quod generãs in istis non dat, nisi principium generationis. Deinde dimittit generabile, quousque perficiatur sua generatio, necesse est, vt sit hic complens illud generatum ex se per principium, quod est in eo, & conseruans ipsum, & hoc erit largiendo calorem similem calori, quem largitus est primus generans. Aut conseruando illum calorem, per quem generatum fuit generatum ex se. Quoniam, quemadmodum motum in loco, hoc ex se indiget motore extrinseco, ita est in generabilibus ex se. Et, cum ita sit, necesse est, vt non compleatur generatio alicuius eorum, quæ generant se, nisi sit illic generans extrinsecum præter generans propinquum, quod est in ipso gene-

Quando mã fuerit diuersa, diuersabitur, & forma. Idẽ. 4. cę.c.37 et 8. met. t.c. 11.
Prima rõ.
Scđa rõ.
Tertia rõ.
2.ph.t. cõ. 48.
Nulla spẽs est a casu. Idẽ.7.me.c. 22.
Vide consimile contra Aui.2. met. co.15.
Dubium.
Solutio.
Illud, ĩ quo est potentia infinita, nõ est magis determinatum ad vnũ tp̃s, q̃ȝ ad aliud. Idẽ 1.cæl.c. 128.133. & 134.
Esse nõ generãtorũ ex semine nõ est perpetuum.

lalo, per quod generatum fuit ex se, scilicet quod dedit principium generandi. Et quia generans extrinsecum est alterans necessario, necesse est, secundum quod sequitur, vt alteratio eius sit alteratio tēperata, scilicet similis calo ri naturali, per quem completur illud ens. Necesse est vt alterans cum alterato non sit in eodem situ in toto tempore crementi, sed quandoque appropinquatur ei, & quandoque remouetur ab eo, ita, quod generatum acquirat ex hoc vnum calorem in forma in toto tempore sui crementi. Et, cum ita sit, necesse est vt alterans appropinquetur quandoque alterato, & remoueatur quandoque ab alterato. Et, cum ita sit erit motum in loco. Et omne motum in loco reducitur necessario ad motum ex se: ergo necesse est vt extra ista generabilia sit motum ex se, aut vnum, aut plura vno, quod semper mouet. Et non sequitur ex hoc, vt appropinquetur, & remoueatur, sed, & secundum quod agit duo contraria insimul, scilicet generationem, & corruptionem. Cum igitur declaratum sit quod ista indigent in sua generatione moto ex se extrinseco, & posuerimus quod generatio istorum est æterna, necesse est vt istud motum ex se, quod est necessarium in generatione eorum, & corruptione sit æterne, & vt sit semper, &, si non, indigent motore priori ipso. & sic in infinitum. Et, cum declarauit hoc, iterauit ipsum ad rememorationem, & dixit.

E

Manifestum igitur quia quamuis millies quædam principia immobilium quidem, mouentium autem, & multa ipsa seipsa mouentiū corrumpuntur, alia autem fiunt, & hoc quidem immobile, & aliud quod mouet alterum, alterum autem hoc. Sed nihilominus est aliquid, quod continet. Et hoc extra vnumquodq;, quod est causa eius, quod est, alia quidem esse, alia vero non, & continuæ mutationis. Et hoc quidem his, hæc autem aliis causa motus sunt.

Manifestum est igitur quod si essent hic principia innumerabilia, scilicet principiorum, quæ mouent, & non mouent, & plura mouentium corrumpuntur, deinde generantur. Et illud, quod non est motum, mouet istud, & aliud mouet aliud. Hoc non faceret aliquo modo, nisi esset hic aliquid, quod contineret etiam hoc in vnaquaq; rerum, quod est causa in esse quorundam, & non esse quorundam, in

F hac transmutatione continua ita, quod hoc sit causa motus istorum, & ista sunt causa motus aliorum.

Dicit: manifestum est igitur quod, si fuerint hinc principia infinita ex mouentibus, quæ non mouentur ex se, & ex motis ex se, quæ componuntur 47
ex istis principijs, quæ non sunt corpora, & ex primis corporibus motis ab eis, quorum quodlibet corrumpitur, deinde reuertitur ipsum, & mouent-se adinuicem, scilicet vt quædam generent quædam, ita, quod motor in eis non moueatur ab alio sed ex se, V. g. quod istud moueat illud, ita, quod non moueatur ab alio, & iste motor moueatur ab alio, & sic in infinitum, Verbi gratia, s. vt Vel reuertuntur.
Sor. generat Platonem ex se, & Sortes generetur a Cicerone, & Cicero a Vergilio, & vnumquodque istorum in hoc motu mouetur ex se, & sic in infinitum, Manifestum est quod hoc non erit, neque est possibile alio modo ab eis, secundum quod possibile est ponere quod hic est motum ex se, quod contineat ista ex extrinseco quod est causa in esse quorundam istorum, & in non esse quorundam, secundum continuitatem, & perpetuitatem, ita, quod motor æternus sit causa motus istorum, quæ mouentur ex se generabilium, & corruptibilium secundum perpetuitatem: & erunt ista causę aliarum rerum, quæ mouent. Et cum dixit, Et istud, quod non est motum. &c. id est & istud demonstratum ex istis mouet hoc demonstratum, & est non motum ab alio, sed ex se: & aliud

etiam ab isto mouet aliud ab illo, & sic erit in infinitum: impossibile est vt ista sint, nisi ponatur hic aliquod motum ex se, continens omnia ista aliquo modo cõtinentiæ. Et hoc intendebat, cum dixit, non faceret hoc aliquo modo, &c. & intendit alio modo ab eis, secundum quorum vnum imaginatur hic esse motum ex se continens omnia: immo necesse est imaginari motum ex se continẽs ea aliquo modo continentiæ. Et nos iam declarauimus modum continentiæ, quem innuit. Et non dimisit ipsum nõ distinctum, vt mihi videtur, quia manifestum est per se: quod, si ista mota ex se generabilia, & corruptibilia non essent determinata, & continuata a motibus corporum cœlestium, non essent, nedum vt continuaretur esse in eis. Et ideo, si positum fuerit totum generari, contingeret vt esset pars alterius mundi. Et modus generationis istorum, quæ mouent se adinuicem, per accidens est. Quia sunt quasi instrumenta, per quæ mouent corpora cœlestia, scilicet quod homo non dat in generatione hominis nisi illud, quod est quasi instrumentum: corpora cęlestia sunt quasi artifex, & virtutes informatiuæ, quas vocat Arist. virtutes animæ in libro de animalibus, fiunt etiam a corporibus cœlestibus. Et tu bene scis quod non de necessitate debet instrumentum esse infinitum, sed necesse est, si fuerit hic artifex, qui operatur per instrumentum generabilia, & corruptibilia, & semper operatur, aut sint hic instrumenta infinita: & et quando Sor. generat Platonem, & Plato Ciceronem, tunc Plato non generat Ciceronem propter generationem eius ex Sor. sed propter voluntatem eius scilicet quia proiicere voluit semen in illam fœminam. Sor. enim generare Ciceronem est per accidens. Ergo illud, quod loquentes nostræ legis existimauerunt esse impossibile, iam apparuit esse necessarium: & errauerunt in hoc, quia acceperunt illud, quod est essentialiter, loco eius quod est accidentaliter, & existimauerunt esse impossibile illud, quod non est impossibile, s. quod causas esse infinitas est impossibile essentialiter, & possibile accidentaliter.

Primũ documentum. Idẽ pri. meteo, c. 1. Secundum. Modus gñationis istorũ q̃ mouent se adinuicẽ, est p accidẽs. Tertium. Sortẽ generare Ciceronem est per accidens. Quartum. Vide idem. 5. ph. c. 13. et hic supra. c. 15.

Si igitur perpetuus motus est, perpetuum erit & mouens primum, si vnum est. Si vero plura, plura & perpetua. Vnum autem magis quã multa, & finita quam infinita oportet existimare. Eisdem enim contingentibus semper finita magis accipienda sunt. In his enim, quæ sunt natura, oportet finitum, & id quod melius est si contingat, esse magis. Sufficiens autem est, & si vnum, quod primum immobilium sit perpetuum, erit principium aliis motus.

Eisdem contingentibus semp finita magis accipienda sunt.

Et, si motus fuerit æternus, tunc primus motor erit æternus, si fuerit vnus. Et, si fuerint plures vno, tunc æterna erunt plura vno. Sed melius est opinari ipsum esse vnum non plures. Hoc enim complebitur per tria. Et, si fuerint plures, melius est opinari ipsos esse finitos, quam infinitos. Contingentia enim, cum sint eadem, oportet esse melius habere finitos. Res enim, quæ sunt per naturam, oportet vt accipiatur in eis pars finita, & melior in eo, quod est possibile, & vnum sufficit. Et prima rerum, quæ non mouentur, erit æterna, & principium motus in aliis rebus.

48 Cum declaratum sit quod, si necessario est hic motus æternus, quod necessario erit hic motor æternus, & motum æternum, & quia non apparet hoc, vtrum sit vnum, aut plura, sed hoc tantum apparuit, quod necesse est vt sit hic motor talis, incœpit considerare quid est dignius ponere in hoc loco. Ista enim perscrutatio propria est metaphysicæ. Et dixit, & si fuerint plures vno, &c. id est, & si iste motor, qui declaratus fuit esse æternus, si fuerit vnus, æternum erit vnum, & si plures, æterna erunt plura. D. d. sed dignius est opinari, &c. i. vt mihi videtur quod est dignius opinari quod iste motor est vnus, quia esse sensibile, s. mundus

Vtrum motor æternus sit vnus, vel plures ista pscrutatio ẽ ppria met.

A complebitur per tria, scilicet per motorem æternum, & motum æternum ab eo, & per motum non motorem, & ista complebuntur per vnum. Et, cum complebitur per vnum melius est vt inueniatur per vnum, non per plura. D.d. & si fuerint plures dignius est, &c. D. dedit causam in hoc, & dixit contingentia enim &c. i. quũ, si illud, quod cõtingit in mundo a positione istorũ principiorum, vt sint finita, & esse infinita sit idem, Tunc ponere ea esse ĩfinita est superfluum, & extra naturã. Et intendebat per contingentia apparentia hic, s. illa quæ cogunt nos ponere hic esse principia æterna. Et q.d. Quoniam, quando illa, quæ apparẽt hic perficiunt, ponẽdo principia æterna, siue finita, siue infinita, tunc melius erit ponere finita. Illud. n. qđ pficit p finitũ melius est ut inueniat p finitũ. D.d. & vnũ sufficit, i. & vnũ motũ ex se semp sufficit in reddendo causas eorũ, quæ apparet hic. Ponendo enim hoc, tunc res motoris habebunt principium æternum, & tunc istud principium mediante moto æterno erit principium rerum, quæ mouentur quandoque. & quiescunt qñque semper: & p hanc positionem complebitur hic esse: & si non esset difficile immo impossibile ponere æternum esse principium generabile, & corruptibile.

cõsile supra com. 45. Sed vide op po. 1. de aĩa. c. 2. & 3. de aĩa c. 5. in solutione. 3. qõnis.

Illud, qđ pficit, p finitum melius est vt inueniatur p finitum. Idẽ. 1. ph. t. c. 50.

B Manifestum autem ex his, quia necesse est esse aliquod vnum, & perpetuum, primum mouens. Ostensum enim est quoniam necesse est motum semper esse. Si autem semper, necesse & continuum esse. Etnanq; ipsum semper continuum est. Sed consequenter esse non est cõtinuum. At vero si continuus est, & vnus est. Vnus autem, qui ab vno mouente est, & vnius quod mouetur. Si enim quiddam aliud & aliud mouebit, non continuus totus est motus, sed consequenter erit. Igitur ex his sciet aliquis esse aliquod primum mouens immobile.

Motus continuus, et vnus ab vno mouente est & vnius qđ mouetur.

Et apparet ex hoc, quod nos dicemus etiam, quod est necessarium vt motor primus sit vnum æternum. Iam declarauimus esse necessarium quod motus sit semper. Et si motus fuerit semper, necesse est, vt sit continuum semper. Aeternum enim est continuum. Successiuũ autem non est continuũ. Sed, si fuerit continuus, erit vnus. Et vnus motus erit ab vno motore, & ab vno moto. Quoniã, si mouet successiue, tunc illic motus non erit continuus. Ex istis igitur erit homo certus hic esse aliquod primum non motum.

F Ista est alia declaratio quod primus motor est vnus. Et dixit declaratum est quod necesse est, &c. id est, iam declarauimus quod necesse est vt sit hic primus motor perpetuus moti æterni. Et manifestum est quod, cum posuerimus hic esse motum æternum, quod mouetur motu perpetuo, necesse erit vt motus istius moti sit motus continuus, non successiuus. Motus enim successiui, licet sint in eodem moto, tamen non sunt continui, nec dicuntur esse perpetui, cum quandoque sit in eis quies. Deinde dixit sed, si fuerit continuus, erit vnus motus, & hoc est notũ per se, D.d. & vnus motus est, qui prouenit ab vno motore. D dedit cãm in hoc, & d. quoniam, si mouet successiue, &c. id est, quoniam, si vnum motum mouetur a pluribus vno motore successiue, tunc ille motus non erit continuus. D.d. ex istis igitur, &c. & intendit per primum: primum omnium mouentium, id est, q, si fuerint hic alia mouentia ab eo, quæ non mouentur, tunc illa mouentia sequuntur ipsum: quoniam motus eorum sequuntur motum illius motum primi, q est velocissimus motuum. 49

Hic vr̃ dicere ad vnitatem numerabilem mot' requiri vnitatẽ motoris Idem infra. 22.

Et iterum, considerans in ptincipia mouentium. Esse igitur quædam eorum, quæ sunt, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescunt, manifestum est. Et per hoc factum manifestum fuit quia non omnia mouentur, neq; omnia quiescunt, nec alia quidem

quiescunt semper, alia autem semper mouentur. Quæ nãq; sunt vtro D biq;, & potentiam habentia sunt, aliquando quidem moueri, aliquando autem quiescere, demonstrant de his. Quoniam autem hæc manifesta sunt omnibus: volumus autem demonstrare & duorum vtrãq; naturam, quoniã sunt alia semper immobilia, alia autem quæ semper mouentur. Procedentes autem in hoc, & ponentes omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut à seipso, aut ab alio mouetur. Semper deueniemus in hoc accipere, quoniam eorum, quæ mouentur, est principium: & eorũ quæ mouentur, id quod ipsum seipsum mouet. Omnium autem id, quod immobile est. Videmus enim & manifeste esse huiusmodi, quę mouent ipsa seipsa, vt animatorum, & animalium genus. Hæc quidem & opinionem attulerunt, ne forte contingat motum fieri, cum non sit omnino: propter id quod in his videmus contingere. Immobilia enim, cum sint aliquando, mouentur iterum, sicut videtur. E

Et erit magis certus in hoc etiã, qñ considerauerit principia motuum. Manifestum est enim, quod entium, quædam quandoq; mouentur, & quandoq; quiescunt. Et per hoc fuit declaratum quod non omnia mouentur, neq; omnia quiescunt, sed quædam quiescunt semper, & quædam mouentur semper. Illud enim, quod habet vtrũque, & habet potentiam vt moueatur, & vt quiescat, declarat ista. Et ꝙ habet talem dispositionem manifestum est cuilibet. Et intendimus declarare etiam naturam vtriusq; duorũ modorũ, scilicet quod quædam entium semper non mouentur, & quædam semper mouentur. Et incępimus in hoc, & posuimus quod omne motum mouetur ab aliquo, & quod istud, aut est non motum, aut motor, & ex se motum, ant ex alio semper, & peruenimus ad hoc, ꝙ mota habent principium motum, quod mouet se. Et principium omniũ est illud, quod non mouetur. Et nos inuenimus visibiliter aliqua talia, & sunt illa, F quæ monent se. V.g. genus habentium animas, & genus modorum animalium. Ista igitur faciunt existimare, quod forte possibile est vt fiat motus sine eo, quod ante fuit omnino. Quia nos inuenimus quod hoc accidit in istis. Sunt enim quandoq; non mota, deinde mouentur, secundum quod existimantur.

50 Quia viæ, per quas iuit Aristote. in declarando quod hic est motor æternus, & quod non mouetur, sunt duæ, Quarum vna est probando quod motus est ęternus. Secunda autem est ex consideratione de motis ex se, quæ sunt hic. Et processit per hanc viam, postquam declarauit quod hic est motus æternus, quando considerauit de natura eorum, quæ mouentur apud nos quandoque, & quiescunt quandoque, & iam declarauit prius motorem non motum esse per hoc, quod motus æternus est, & vult nunc notificare quod homo erit magis certus in hoc, quãdo considerauerit in natura eorum, quæ mouentur ex se quæ sunt hic. Quoniam quando homo considerauerit in motibus particularibus, qui sunt in hoc mundo, inueniet eos reduci ad motum ex se: & ideo necesse est vt ita sit in toto. Hic autem vult facere rememorationem de illa via, ex qua declaratur etiã quod motũ

habet primum motorem, qui non mouetur, & quod motus æternus eſt in moto æterno, & econtrario primæ viæ. In prima enim probauimus ex motu æterno motorem eſſe, qui non mouetur. Hic autem probauimus ꝙ motus æternus eſt ex hoc, ꝙ motor, qui non mouetur eſt. Et, cum iſtæ duæ viæ fuerint coniunctæ, tunc firmior erit ſcientia. Et ideo.d. Et homo erit magis certus, &c.id eſt, ſicut fecimus ſuperius. Deinde dicit quoniam, cum manifeſtum ſit, &c. Deinde dicit, & ideo illud, quod habet vtrunque, &c.id eſt, ex illis enim, quę videmus moueri ex ſe quandoque, & quieſcere quandoque, ſciuimus ꝙ in entibus ſunt quædam, quæ mouentur ſemper, & quædam, quæ nunquam mouentur: quia non habent naturam vt moueantur. Et, cum hoc fecit, ſ.quia conſiderauit in hoc de motis ex ſe, fecit rememorationem, & dixit, Et, quia illud, quod habet talem diſpoſitionem, eſt manifeſtum cuilibet, i.aliqua eſſe, quæ mouentur ex ſe, & quieſcunt ex ſe. D.d. & intendimus etiam, &c.i. & hoc intellectũ eſt per ſe. D.d, quomodo fecit hoc, & d. & poſuimus ꝙ omne motum, &c. i. quoniã, cum conſiderauit de natura eorum, quæ mouentur hic, fuit declaratum ꝙ omne motum habet motorem, &, cum conſiderauit de natura ipſius motoris, vidit ꝙ iſte motor non poteſt fugere aliquam trium diſpoſitionum, ſ.aut vt moueat, & non moueatur, aut vt moueat, & moueatur ex ſe, aut vt moueat, & moueatur ex alio, Et fuit neceſſe ꝙ iſtud, quod mouetur ex alio, perueniat ad motum ex ſe per motorem, qui non mouetur, ſequitur vt principium omnium ſit huius, ſ.motum ex ſe a motore, qui non mouetur. Et, quia iſtas propoſitiones non accepit, niſi ex motis ex ſe, quę ſunt hic, & apud conſiderationem de iſtis cum hoc, quod inducunt nos ad quæſitum, faciunt nos etiam dubitare in primo principio, quod forte poſſibile eſt, vt quieſcat, quia iſta quandoque quieſcunt, & mouentur quandoque. Dixit & nos videmus aliqua, &c.id eſt, & ſicut ſequitur vt omnia habeant principium ex ſe motum: & hoc, quod apparet de iſtis motis ex ſe, qui ſunt hic: alii enim motus reducuntur ad iſtos. Similiter etiam faciunt dubitari in primo moto: quoniam, cum apparet quod iſta mouentur ſine motu præcedenti, ſed poſt quietem perfectam, fuit poſſibile vt hoc eſſet ẽt poſſibile in primo moto.

Hic exp̃ſſe concedit dari regreſſum Vide idẽ infra c.53. Vide cõſidẽ. 6. ph.c.12. & 15. Et 1. de aĩa.c.11.

Motor quilibet aut mouet, & non mouetᷣ, aut mouet, & mouetᷣ ex ſe, aut mouet, et mouetᷣ ex alio. Vide ꝓ iſto dicto. 5. ſupra co. 20.

Hoc autem oportet accipere, quoniam ſecundum vnum motum ipſi mouent & quod ſecundum hunc, non proprie. Non enim ex ſeipſis eſt cauſa, ſed in ſunt alteri motus naturales animalibus, ſecundum quos non mouentur per ſeipſa, vt augmentum, & decrementum, & reſpiratio, ſecundum quos mouetur animalium vnumquodq; quieſcens, & non mouetur ſecundum eum motum qui eſt a ſeipſo. Horum autem cauſa continens eſt, & multa eorum, quę corpus ingrediuntur, vt quorundam alimentum eſt. Dũ enim decoquitur, dormiunt. Diſgregato autem ſurgunt, & mouent ſe ipſos, cum primum principium ſit extra. Vnde non ſemper mouentur continue ſeipſis. Aliud enim eſt mouens ipſum. quod mouetur, & mutatur ad vnumquodq; mouentium ſeipſa. In omnibus autem his, primum mouens, & cauſa ipſum ſeipſum mouendi, mouetur ſecundum accidens tamen. Mutat enim corpus locum. Quare & quod in corpore exiſtit & quod eſt vniuerſaliter mutans ſeipſum.

Sed debemus facere ita, ꝙ motor eſſentialiter non moueat, niſi vno motu, & quod ipſe mouet iſto motu, non quia eſt primum cũ nõ eſt cã ex ſe. Sed in aĩalibus ſunt alii motus naturales, qui nõ, ſunt ex illo. Verbi gratia, augmentum, & diminutio, & anhelitus: & cum iſtis motibus mouetur quælibet modorum animaliũ ſine eo, quod mouetur ex ſe, ſed etiam quieſcit. Et cauſa iſtorum motuum eſt

illud, quod continet ipsum, & mulra aduenientia suo corpori, Verbi gratia, nutrimentum in animalibus quibusdam. Quoniam, cum digeritur dormiunt, &, cum distinguitur, expergefiunt, & mouent se. & primum principium est extra: & ideo non mouentur semper ex se continue. Motor enim illorum est aliud ab eo, quod est quando mouentur, & laborant secundum vnumquodq; monentium. Et in omnibus istis mouetur primus motor, qui est causa eius quod moueant se ex se: Sed motus eius erit per accidens. Corpus enim mutat suum locũ: & ideo mutat locum illud, quod est in corpore, & quod est in vniuerso mouens se. D

Corpus mutat locũ, & ideo illud, quod est in corpore, mutat locum.

51 Id est, & non opinandum quod primus motor in istis mouet pluribus motibus ex se. Vnus enim motor non mouet essentialiter, nisi vno motu: & hoc, quod inuenitur in istis motis, scilicet habentibus animas, quod vnus motor in istis mouet pluribus motibus, est per accidens. Et hoc intendebat, cum dixit, & hoc, quod mouet isto motu, non est ita, quod est primum. i. opinandum est quod vnus motor istorũ, scilicet qui non mouentur, non mouet essentialiter, nisi vno motu. & hoc, quod mouet istis pluribus motibus in eis, quæ sunt apud nos, non est ita, quod ipse prima causa sit in istis pluribus motibus. Quoniam, si esset causa prima istorum motuũ, tunc non moueret, nisi vno motu necessario. Ab vno enim non prouenit essentialiter, nisi vnum motum: sed multa intrant ipsum per accidens, quæ abscindunt motum eius, & alia, quæ sunt causa in hoc, quæ faciunt motum post quietem. Et hoc intendebat, cum dixit, quoniam non est causa ex se, &c. id est, & causa in hoc, quod prima causa in hoc, quod habentia animas, quæ sunt hic, mouentur quandoq;, & quiescunt quandoq;, non est ex se, idest, quod ista causa non est causa, propter quam mouetur ex se, sed alia causa ex rebus continentibus, & aduenientibus ex extrinseco facit in animalibus motus naturales: & illi motus erũt causæ vt motor, per quem mouentur ex se, moueat quandoq;, & quandoq; non moueat. D. dedit exemplum istorum motuum, & quomodo accidit ex eis hoc, &. d. Verbi gratia, augmentum, &c. i. Verbi gratia, hoc, quod accidit animali in suo corpore de motu augmẽti a nutrimento, & de motu diminutionis a rebus extrinsecis, & a defectu nutrimenti etiam. Et hoc, quod accidit ei, & de motu in qualitate apud anhelitum. Anhelitus enim est in animalibus ad infrigidandum calorem naturalem, & temperandum ipsum. Motus igitur anhelitus dat animalibus qualitatem. D. d. ex istis igitur motibus, &c. i. in istis motibus, scilicet augmento, diminutione, & alteratione mouetur animal, sine eo, quod moueatur ex se, sed etiam quiescens. D. d. & causa istorum motuum, &c. i. & causa istorum motuum, qui sunt in animali, non ex se, est corpus continens: & illa, quæ intrant suũ corpus. Et intendebat quod causa istorum motuum sunt res distinctæ ab animali, aut extrinsece, aut intrinsece. D. dedit exemplum mouentium intrinsecus, cum sint latentiora, & quomodo erunt causæ quietis eius quandoq; ex se, & motus eius quandoque ex se, &. d. V. g. nutrimentum in quibusdam animalibus, &c. i. V. g. nutrimentum adueniens corpori animalis in quibusdam animalibus, scilicet quæ innata sunt dormire. Nutrimentum enim cum aduenit corpori istius animalis, & operatus fuerit calor in ipsum, ascendet ab ipso vapor humidus ad caput, & cor & sic grauabit animal, & laxabunt instrumẽta motus, ita, quod quiescit in loco, & dormiet. Et, cum nutrimentum fuerit digestum, tunc membra animalis mouentia alleuiabuntur, & expergefiet animal, & mouebitur ex se in loco: &, cum ita sit, tunc primus motor animalis in loco, & faciens ipsum quiescere, non est motor, qui est in eo, qui non mouetur, scilicet per quem mouetur ex se, sed primus motor in eo est illud extrinsecum, aut illud adueniens corpori. Et hoc intendebat, cum dixit & primum principium est extrinsecum. D. d. & ideo non mouetur semper, &c. i. quia corpus animalis mouetur ab extrinseco, ideo non mouetur semper ex se continue: &, si nõ, tũc necesse esset, secundum quod est motũ ex se, aut mouetur

Vnus motor essentialiter non mouet nisi vno motu. Vide idẽ supra. c. 31. & quæ ibi.

Ab vno nõ prouenit essentialiter, nisi unũ, sed multa itrãt ipm per accidens.

I

Iuuamẽtum anhelitus. uide ẽt per hoc. 2. de anima. 88. & 89.

F

Causæ somni, & vigiliæ. Vide ẽt supra com. 20, & in libro de somno, & vigilia.

D A mouetur semper,& continue,cum vnus motor sicut dictum est,non moueat,nisi vno motu tm. D,dedit causam, propter quam fuit animal huiusmodi in abscisione sui motus,& dixit motor enim illius erit aliud, &c.i.& causa in hoc, ꝙ motor,qui non mouetur in istis,mouet qñq;,& qñq; non,est,quia nõ est primus motor in hoc motu.Sed primus motor in istis est aliud extrinsecum,quando mouetur, & transmutatur iste motor ab illo extrinseco secundum naturam cuiuslibet eorum, quæ mouent ipsum,s.ꝙ si natura eius facit ipsum quiescere, quiescit:&,si natura eius facit ipsum mouere,mouebitur. Et,cum declarauit ꝙ primus motor,qui non mouetur in hoc motu, mouetur ab extrinseco, incœpit declarare modum,quo mouetur, Et.d.& in istis omnibus,&c.i.& in istis motis ex se omnibus generabilibus,& corruptibilibus mouetur primus motor ĩ eis, per quem mouetur ex se a rebus extrinsecis. Sed motus ab eis non est essentialiter,sed accidentaliter.Motus aũt eius est accidentaliter,licet sit indiuisibilis:qm̃ constituitur per subiectum,s.per corpus. Et ideo accidit ei moueri, qñ corpus mouetur:& omne,quod mouetur,quia est in moto, est motum per accidens,Et hoc intendebat cum.d.corpus enim mutat suum locum,&c.& causa in hoc,ꝙ iste motor mouetur per accidens,est,quia constituitur per corpus, & sic transfertur per accidens,per translationem corporis,omne, quod est in corpore,licet sit motor. Et debes scire quod hoc non est,sicut translatio partis cum translatione totius, sed sicut albedinis cum translatione subiecti: Cum sit declaratum quod iste motor non est corpus,cum moueat,& non moueatur:& ideo dixit,& quod est in vniuerso mouens se:conseruando se a partibus,q̃ sunt in corpore,licet hic,& ille moueantur per accidens. Et debes scire,quod non intendebat quod motus eius,qui est per accidens, s.motoris,qui non mouetur in animali a causis extrinsecis,est motus eius in loco propter motum sui subiecti,s. corporis. Sed intendebat quod motus eius a causis extrinsecis est propter motum sui subiecti ab eis in loco,s.vt augmentetur, aut alteretur, est sicut motus eius in loco a motu sui subiecti,s.corporis. Videt̃ enim ꝙ manifestum est, hic, ꝙ omnis motor in subiecto mouetur per accidẽs,propter motũ sui subiecti, deferentis ipsum,s.in loco. Vtrum aũt omne, quod mouetur in loco per suũ subiectum, transmutetur per transmutationem sui subiecti,s.transmutatione alteratiua,non transmutatione in loco,nondum est declaratum.Cum enim hoc fuerit declaratum,declarabitur quod,si illud non transmutabitur ab extrinseco, nõ mouebitur ex motu sui subiecti in loco: licet appareat ex verbis Arist. futuris quod ipse ponet quod omne,quod non transmutatur ab extrinseco per accidẽs, non mouetur ex suo corpore per accidens,vt patebit post. Et forte Aristo.tacuit cõplementum demonstrationis,quam intendit hic,qm̃ est manifestum:qm̃, cum verificatum fuerit ex hoc,quod omne motum ex se,quod quiescit,qñq;, & mouetur qñq;,mouetur ab extrinseco.Et est declaratum quod primum motum ex se nihil est extra ipsum, sequitur manifeste in secunda figura quod primum motum ex se non quiescit omnino. Et erit ista demonstratio alia a prædictis:qm̃ illud,quod hunc sequitur sermonem,quod apparet esse complementum istius demonstrationis,idem apparet cum demonstratione prædicta: & patet ex suis verbis in principio istius capituli ipsam esse aliam demonstrationẽ a prædicta.

Omne,qđ mouet̃,quia est ĩ moto, est motum ꝑ accidens. Documentum primũ.

E

Documentum scđm. Oĩs motor in subiecto mouet̃ ꝑ accidẽs ad motũ subiecti.

Documentum tertiũ.

Documentum quartũ.

F G

Ex quibus est scire,quia, si aliquid est immobilium quidem, mouentium autem & ipsorum,quæ secundum accidens mouentur, impossibile est continuo motu mouere. Quare si necesse est continue esse motum,esse aliquid oportet primum mouens immobile, & non secundum accidens, si debet,sicut diximus, in his,quæ sunt, esse incessabilis quidam,& immortalis motus.Et manere quod est ipsum in seipso,& in eodem: principio enim manente,necesse est & omne manere,quod continuum est ad principium. Non est autem idem mo-

Pricipio manēte, necesse est & oē manere, continuum existens ad principium,

ueri secundum accidens a seipso, & ab altero. Ab altero enim inest, & eorum, quæ sunt in cœlo quibusdam principiis, quæcunque secundum plures feruntur motus. Alterum autem corruptibilibus solum. D

Ex hoc igitur erit homo certus, quod si aliquid fuerit ex eis, quæ non mouentur, sed mouetur etiam per accidens, impossibile est vt motus sit æternus. Et ideo, si fuerit necesse, vt motus sit æternus, necesse est vt primus motor sit, qui non mouetur neque per accidens. Sed necesse est, sicut diximus superius, vt in entibus sit aliquis motus, qui non cessat. Et quod remaneat ipsum etiam in eadem dispositione. Quoniam, cum principium remanserit, totum necessario remanebit, cum sit continuum cum principio. Et aliquid moueri per accidens ex se, aut ex alio, non est idem. Illud enim, quod mouetur ex alio, inuenitur etiam in quibusdam principiis rerum, quæ sunt in cœlo, scilicet ea, quæ transferuntur modis translationis pluribus vno. Aliud autem inuenitur in corruptibilibus tantum. E

52 Prima ratio quod motor primi moti non mouet per accidēs. Documētū.

Id est, ex hoc igitur quod apparuit in motoribus non motis, quæ sunt in animalibus, scilicet quæ sunt mota per accidens, erit homo certus in hoc, quod aliquid si ponatur mouere totum, & ponatur cum hoc moueri per accidens, sicut animæ animalium, quod motus totius non erit æternus. Deinde dicit necesse est igitur vt sit primus motor, &c. id est, &, cum declaratum sit quod ista mouētia mota, quandoque mouentur, & quandoque non mouentur per accidens, est necesse, sicut diximus, si vnus motus est continuus, qui non cessat, vt motor illius sit non motus per accidens. Et intendebat per hunc sermonem, vt videtur, dissoluere quæstionem, contingentem ex istis motis ex se, quæ quiescunt quandoque, & mouentur quandoque. Quoniam, cum declarauit quod motor in istis est motor per accidens, & demonstrauit ꝙ primus motor totius non est motum nec accidentaliter, nec essentialiter, dissoluetur ex his duobus quæstio, contingens ex his in primo moto ex se. Ista enim existimatur quiescere, & moueri sine eo, quod motor in eis moueatur omnino. Et, cum apparuit quod motor in eis mouetur per accidens, & fuit demonstratum ꝙ motor totius non mouetur per accidens, dissoluetur quæstio, contingens ex istis in motu totius. Et potest intelligi ex hoc sermone ꝙ est demōstratio per se, sicut diximus. Deinde dicit & quod remaneat ens ipsum, &c. id est, & necesse est vt sit hic primus motor, non transmutabilis vnus, qui sit causa quod mundus remaneat idem, & secundum eandem dispositionem. Principium enim cum remanserit vnum, tunc illud, cuius est principium, scilicet totum remanebit necessario: cum totum sit continuum cum eo, scilicet cum parte ipsius non generabili, neque corruptibili, scilicet cum primo moto ab isto principio. Quoniam, si ista pars continua cum eo, fuerit generabilis, aut corruptibilis, tunc mundus non remanebit idem, & erit illic principium prius ipso, cum necesse sit vt motus sit ante motum inuentum ab eo. Et intendebat declarare ꝙ, cum fuerit verum quod totum ens est eiusdem dispositionis essentialiter, necesse est vt hoc sit a principio, quod est principium per se, non propter aliquod accidens. Et, si posuerimus quod istud principium mouetur per accidens, & fuerit iste motus necessarius in ipso mouere, continget vt aliquid sit essentialiter in aliqua dispositione a principio, quod est principium per accidens: quod est impossibile. Deinde dicit & aliquid moueri per accidens, &c. & dixit hoc, quia forte aliquis potest dubitare in hoc, quod dixit apparet enim quod ipse ponit istud F

Scda ratio ad idem. Principiū, cū remanserit vnum, remanebit illud, cuius est principium necessario. Documētū.

principium, mouens, non motum, non quia alteratur, nec quia augmentatur ex extrinseco, neque quia mouit se in loco per accidens: sicut accidit animalibus animalium, quia constituuntur per primum subiectum, quod mouet. Sed istud principium non constituitur per subiectum, quod mouetur ab ipso: sed est e conuerso, scilicet quod permanentia subiecti est secundum illud. Et hoc patebit perfecte, cum fuerit declaratum quod iste motor non est in materia. Cum igitur posuit, sicut dixit quod istud principium non mouet se in loco per accidens, & apparet in quibusdam principijs æternis hoc, ꝙ mouentur ex alijs modo accidentali: & sunt corpora cœlestia, in quibus inueniuntur motus plures vno, sicut est dispositio in planetis erraticis. Motor enim cuiuslibet stellæ, ex eis, scilicet qui est proprius vnicuique eorum: & est ille, qui mouet illam motu ab occidente in orientem, mouetur per accidens a maiori motore in primo moto maximo, & est motor a motu orientali: quoniam orbes istorum omnium sequuntur maxime orbem in hoc motu, Verbi gratia quoniam orbis solis mouetur a suo motore proprio ab occidente in orientem, scilicet suo motu proprio annuo, & mouetur suus motor a suo motore maximo motu diurno: & sic accidit suo motori proprio per accidens a maximo motore totius ex hoc, quod mouet suum motum proprium ab eo, quod est orbis solis. Quia igitur inuenitur in motoribus, qui sunt in corporibus cœlestibus, aliquid, quod mouetur ab alio, hoc modo accidentali, non ex se, ideo fecit hanc exceptionem. Et debet intelligi ex hoc, quod mouentia, quæ sunt hic, sunt illa, quæ mouentur ex se, & ex alijs per accidens, scilicet ex motu sui subiecti, id est primi moti ab eis. Et hoc est, quia motor constituitur per primum motum ab ipso, scilicet quia motor est in eo forma, & motum materia: & est acceptum in definitione formæ, secundum quod materiæ accipiuntur in definitionibus formarum. & hoc est id, de quo dicitur moueri per accidens, in rei veritate. Motor autem in corporibus cœlestibus non constituitur per subiectum ipsius: & ideo non mouetur per motum subiecti moti ab ipso hoc modo accidentali. Quod autem eorum habet subiectum, quod mouetur ex alio motore proprio, dicitur quod ille motor proprius mouetur per accidens, scilicet ex hoc, quod suum subiectum mouetur ab alio: quia accidit ei, scilicet motori proprio quidam modus mouendi: & est, quia subiectum eius mouetur ab alio: non quia ipse mouetur per motum sui subiecti: sicut est dispositio in motoribus, qui sunt hic. Et ideo dicetur in eis motor per accidens, & dicetur æquiuoce, scilicet in illo, quod mouetur per subiectum acceptum in sua definitione, & per subiectum quod non habet introitum in sua dispositione. Et ista dispositio est diminutio in motore corporis cœlestis, cui accidit vt suum motum moueatur ab alio. Et ideo perfectior mouentium est mouens in motu diurno, cum non accidat sibi hoc. Secundum hoc igitur est intelligendus iste locus hic. Et sustentatus est in hoc sermone super hoc, quod mota ex se, quæ sunt hic, sunt mota ex se per accidens: cum motor in eis non sit primus motor, & motum ex se essentialiter non inuenitur, nisi in corporibus cœlestibus. Et ideo ista fuerunt æterna, & illa generabilia, & corruptibilia. Si igitur fuerit inuentum in motis ex se motum per accidens, scilicet quod accidit moto ex se essentialiter, scilicet vt moueatur, non est, quia in sua natura est motum ex se per accidens, sicut est dispositio in motis ex se per accidens, quæ sunt hic: & ideo accidentalitas operatur in esse istorum, & non operatur in esse illorum, scilicet quod moueri per accidens non operatur in eo, quod est motum ex se essentialiter: & hoc est illud, in quo motor est primus motor.

Principium nõ cõstituit per subiectũ sicut animæ animalium. Idẽ 2. cœ. c. 3. & 1. physi. 63. & hic infra cõmen. 78. & 79. Idẽ 2. & 3. cap. de sub. orb. Colligit hic planetas habere duos motus realr distictos. idẽ clarius. 2. c. 16. 33. 58. Documẽtũ. Materię accipiuntur in definitionibus formarũ. Idẽ 1. de ani. c. 16. & 2. ph. t. c. vi. Et 7. me 37. 39. Et 3. de anima cõ. 9.

Motor per accidẽs equiuoce dr̃ de generabilibus, & æternis.

At vero, si aliquid est semper huiusmodi, mouens quidem aliquid, immobile autem & ipsum perpetuum, necesse est & ipsum primum, quod mouetur ab hoc perpetuum esse. Est autem hoc manifestum quidem ex eo, quod non esset vtique aliter generatio, & corruptio, & mutatio in aliis, nisi aliquid moueat illud, quod mouetur.

Immobile enim motu eodem semper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipsum mutans ad id, quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo, quod mouetur, ab immobili autem mouetur iam, propter id quod aliter, & aliter se habet ad res, non eiusdem erit motus causa. Sed propter id quod in contrariis locis, aut speciebus sit, contrario modo exhibebit motum' quęq; aliorum, & aliquãdo quidẽ quiescens, aliquando autem motum. Manifestum igitur factum est ex dictis, quod secundum principia dubitauimus, cur nõ omnia, aut quiescunt, aut mouentur, aut alia quidem semper mouentur, alia semper quiescunt, sed quædam aliquando quidem, aliquando autem non. Huius autem causa manifestissima nunc est. Quoniam alia quidem ab immobili mouentur perpetuo, vnde semper mutantur, alia autem ab eo, quod mouetur, & mutatur, quare & ipsa necessarium est mutari. Immobile enim, sicut dictum est, sic simpliciter, & similiter, & in eodẽ permanens, scd̃m vnũ, & simplicem mouebit motum. D E

Immobile simpl'r, & similiter & in eodẽ permanens, vnum, & simplicẽ, mouebit motum.

Et hoc declarabitur post: primo autem, quia hoc impossibile est alio modo vt sit generatio, & corruptio, & transmutatio aliarũ, nisi sit hic aliquid, ꝙ mouet, & mouetur. Quod enim non mouetur, semper mouet eodem modo, quia istud non transmutatur omnino in respectu moti. Motum autem ab alio, quod mouet, quia fit in dispositionibus diuersis in respectu rerum, ideo non erit causa eiusdem motus. Sed quia erit in locis, aut formis contrariis, ideo largitur per suũ motum res contrarias, & quandoq; erit quiescens, & quandoq; motum. Et ex hoc etiam apparet illud, in quo dubitabamus prius, scilicet quare non omnes res mouentur, aut omnes quiescunt, aut sunt diuersæ in duas partes, quarum vna est motum semper, & alia quiescens semper, sed sunt hic res, quæ mouentur quandoq;, & quiescũt quandoq;. Causa enim in hoc est manifesta, & est, quod quędam res mouentur a non moto æterno, & ideo mouentur semper, & quędam non mouentur, nisi a moto transmutabili, & ideo necesse est etiam vt sint transmutabilia. Illud autem, quod est non motum, quia est, sicut diximus, simplex, & permanens in eadem dispositione, mouet vno motu simplici. F

53 Nititur in hoc sermone inducere causam, propter quam fuit necesse vt primũ motum a motore non trasmutabili sit æternum, & motum in loco. Et est econuerso ei, quod declaratum est in principio istius tractatus, s. quod ex probatione essentiæ istius moti fuit probatum primum motorem esse. Et ex hoc appareret ei illud, quod quæsiuit in principio, s. hoc quod quædam res mouentur semper, & quædam inueniuntur in vtraq; dispositione, & quædam non mouentur semper. Et causa in hoc est conclusio prædictorum. Quoniam, cum declaratũ est hic esse motorem æternum, & motum ab eo æternum, vult in hoc sermone inducere ex hac conclusione, s. hoc esse motorem ę ternum, causam, propter quã fuit motũ æternum, & res, quæ mouentur qñq;, & quiescunt qñq; secundum quod est consuetudo in hac scientia, s. procedere de posterioribus ad priora in primo, & post dare de prioribus causam posteriorum. Et ideo incœpit hoc a priori, quod demonstratum est ex posterioribus in dando causas posteriorum,

Consuetudo in hac scientia est proce

A & est motor, qui non mouetur, Et, d. si igitur fuerit hoc aliquid, &c. & hoc est conuersum prædicti, in prædicto enim processit de posteriori ad prius. Declaratum enim fuit hoc, s. quod, si est motus æternus, necesse est vt sit hoc motum æternum: &, quia hoc est motum æternum, necesse est vt sit hic motor æternus, hic autem intendit conuersum, s. quia hic est motor æternus, necesse est vt motum ab eo sit æternum: &, si non, tunc suum mouere non esset æternum. D. d. & hoc declarabitur post: primo aūt, &c. i. & hoc apparet ēt ex positione eius, quod est naturam mouentem esse hm̄oi, s. non motam, & ex positione ēt eius, quod est mota esse generabilia, & corruptibilia. Sequitur enim ex his duobus vt illic sit motum æternum medium in hunc motorem, qui non mouetur, & inter mota generabilia, & corruptibilia, quod mouetur ab illo primo motore, & moueat ista. Et, cum dixit hoc, incœpit inducere modum, ex quo patet hoc, & d. Illud enim, quod non mouetur, &c. i. & causa in hoc est, quod illud, quod non mouetur, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, non mouet, nisi vno motu semper, & eadem dispositione. D. dedit causam in hoc, & dixit quia nunq̄ transmutatur, &c. i. ex hoc, quod declaratum est, s. quod non est motum per accidēs, id est ex moto ab ipso: sicut accideret, si primum motum ab eo esset generabile, & corruptibile. Sed intendebat quod, cum posuerimus quod iste motor est nō motum per accidens: & quod motor generabilium, & corruptibilium est motum, aut essentialiter, aut accidentaliter: sequitur ex hoc vt primum motum ab isto motore non sit generabile, & corruptibile: Et quod, cum fuerit positum motum æternum moueri ab hoc motore, qui non mouetur in loco, erit possibile in hoc moto, vt sit causa generabilium, & corruptibilium secundum propinquitatem eius, & remotionem ab eis, & erit necesse vt ipsum sit primum motū ab illo motore, qui non mouetur. Et hoc intendebat cum. d. motor aūt, &c. i. & motor, qui mouetur a motore non moto, contingit ei necessario vt sit in diuersis dispositionibus de rebus, quas mouet, s. in propinquitate, & remotione. D. d. quoniam non erit causa eiusdem motus. i & impossibile est vt iste motor motus sit causa vnius motus tm̄, sed diuersorum motuum, propter hoc, quod motor, qui mouet, erit in locis diuersis, & dispositionibus diuersis: & sic aget idem duo cōtraria. V. g. quod qn̄ sol fuerit in tropico hyemali, habebit respectū ad illa, quæ sunt sub tropico estiuali in dispositione contraria ei, secundū q̄ erit in tropico estiuali. D. d. & propter hoc, &c. i. & propter propinquitatem, & remotionem, V. g. quoniam sol, qn̄ fuerit, sicut diximus, in tropico estiuali, tunc largitur cuilibet entium transmutationem contrariam transmutationi, quam largitur ei, qn̄ fuerit in tropico hyemali. D. d. & si qn̄ erit quiescens sic, i. & sic acquiritur ens quodlibet ex motore æterno, qui mouetur, vt qn̄q; moueat ab eo, s. quando fuerit propinquum, & qn̄q; quiescat, s. qn̄ fuerit remotum. Et declarauit qūo sequitur necessario vt primum motum, quod, qn̄ mouetur a moto re, qui non mouetur, sit æternum, & qūo sequitur ex hoc vt sit causa motuum contrariorum, Apparuit ei ex hoc illud, de quo quæsiuerat primo, & est quare quædam entia mouentur qn̄q;, & quiescunt qn̄q;, & quædam mouentur semper, & quædam nunquam. Et. d. & apparet etiam ex hoc, &c. i. ex prædictis igitur apparet illud, in quo dubitabamus primo, & est, quod non omnes mouentur, neq; omnes quiescunt. & causa in hoc est, quod ista etiam non diuidunt in duos modos tm̄, quorum vnus est motum semper, & alius quiescēs semper, sed sunt hic aliqua, quæ mouentur qn̄q;, & quiescunt qn̄q;, & aliqua quæ mouentur semper, & quiescunt semper. Et quod causa in toto declarata est nunc ex hoc sermone. Et est, quod quædam mouentur a motore æterno, qui non mouetur, & ideo ista mouentur semper: & quædam mouētur a motore moto, & ideo contingit etiam vt ista moueantur qn̄q;, & qn̄q; quiescant: & quædam nunquā mouentur, & est motor æternus, de quo diximus esse motorem vno motu tantum. Et hoc intendebat, cum dixit istud aūt, quod est non motum, &c. i. ens autem, quod est non motum, mouet eodem modo vno motu simplici: quia est simplex, non compositum, id est, non habens materiam. Iam igitur apparent he tres dispositiones cum suis causis, id est, quod quædam eorum nunquam mo-

dere de' posterioribus ad priora in p[r]io, & post dare de prioribus causā posteriorū. Idē supra. c. 50. & q̄ ibi.

Vide p̄ hoc 2. de gen. te. c. 56. & 12. met. t. cō. 33.

uentur:& causa eius est, quia est simplex, non compositum. Et, quod quædam semper mouentur:& causa illius est, quia mouentur ab hoc motore simplici. Et quædam, quæ mouentur quandoq;,& quiescunt quandoq;: & causa illius est, quod motor eorum mouetur. Et debes intelligere hic per motum,& quietē, omnes transmutationes compositas, & de motu æterno motum localem tantum. Et debes scire quod secundum hunc modum possibile est vt motus [a] noui fiāt a motore non moto, s. mediante moto æterno. Et ideo, qui posuit principium æternum, & primum motum esse nouum, non potuit dissoluere quæstionem accidentem in hoc, sicut accidit loquentibus nostræ legis. D

a Motus noui possunt fieri a motore æterno mediāte moto æterno. Idem supra commen. 15. Contra loquentes legum.

*Lationem motuum primam esse.* *Cap. VII.*

AT vero & aliud facientibus principium magis erit de his manifestum. Cōsiderandum enim est, vtrum aliquem motum contingat esse continuum aut non: &, si contingit, quis est hic, & quis est primus motuum. Manifestum est enim, quoniam si necessarium est semper motum esse, primus autem hic & continuus est secundum quem primū mouens mouet. Et hunc motum necessarium quidem est vnum, & eundem esse & continuum, & primum. E

Deinde hoc apparebit manifeste magis, considerando alio modo. Considerandum est enim, vtrum sit possibile quod aliquis motus sit continuus, aut non. Et, si hoc fuerit possibile, quis motus est iste, & quis motus est primus motuum. Manifestum est enim, quod si fuerit necesse, vt motus æternus sit, & fuerit aliquis motus demonstratus primus, & continuus, necesse est vt primus motor moueat hoc motu, qui est necesse, vt sit vnus, & continuus, & primus.

54 Dixit & hoc apparebit, &c. id est, ex perscrutatione de hoc, scilicet quis motus est iste motus: quoniā, si apparebit demonstratus in mundo, tunc sensus conueniet demonstrationi. & est, sicut diximus manifestius, scilicet quoniam tunc verificabitur modus, qui est causa in quiete quorundam entium quandoque, & in motu eorum quandoq;. & ipse, sicut dixit perscrutatur hic de duobus, scilicet quis motus est iste motus, & quis motus est primus motus motuum sensibilium. Manifestum est, sicut diximus quod, si fuerit hic motus primus cōtinuus, quod primus motor debet mouere hoc motu: cum primus motus necesse est vt sit a primo motore, & perscrutatus est in sexto quis motus est, qui potest esse infinitus, sed hic complebit perscrutationem bene de hoc. Deinde dicit manifestum est enim quod, si fuerit necesse, &c. id est, & necesse est perscrutari de primo motu quis motus sit: qm̄ manifestum est quod, si fuerit necesse vt sit hic motus æternus continuus, oportet considerare quis motus sit ille, qui potest esse continuus: quoniam necesse est vt iste motus sit primi motoris, id est, quoniam, cum declaratum sit quod est hic motus primus, continuus, demonstratus, necesse est vt ille motus sit ille, quo mouet primus motor. F

6. phy. tex. com. 93. & inde.

Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secundum magnitudinem, & alio secundum passionem, & quodam alio secundum locum, quem vocamus lationem, hunc necessarium est esse primum. Impossibile enim est augmentum esse, alteratione non præexistente. Quod ergo augmentatur, est quidem, tanquam simili augmentetur, est autem tanquam dissimili. Contrarium enim

Motus localis ē primus motuum. Augmentatio fit per simile, & contrarium.

D alimentum dicitur contrario ab hoc. Fit omne, quod fit, simile simili. Necessarium igitur est alterationem esse in contraria mutatione. At vero, si alteratur, indigebit esse alterans, & agens ex potentia calido actu calidum. Manifestum igitur quod mouens non similiter se habet, sed aliquando quidem propius est, aliquando autem longius ei, quod alteratur. Hoc autem sine loci mutatione non contingit esse. Si igitur necesse est semper motum esse, necesse est & loci mutationem semper esse primum motuum. Et in loci mutatione, si est alia quidem prima, alia vero posterior, prima nimirum omnes antecedat necesse est. Amplius autem omnium passionum principium est raritas, & densitas. Et graue nanque, & leue, & molle, & durum, & calidum, & frigidum, densitates videntur, & raritates esse quædam. Densitas autem, & raritas congregationes, & disgregationes sunt, secundum quas generatio, & corruptio dicitur substantiarum. E Quæ autem congregantur, & disgregantur, necesse est secundum locum mutari. At vero & eius, quod augmentatur, & diminuitur mutatur secundum locum magnitudo.

Dicamus igitur quod cum motus sunt tres, scilicet in magnitudine, in passione, & in loco, & necesse est vt iste sit primus motuum. Impossibile est enim augeri, sine alterari. Augmentabile enim potes dicere ipsum augeri per simile, potes dicere ipsum augeri per dissimile. Nutrimentum enim dicitur contrarium ad contrarium. Et non continuatur in omni generato, nisi simile cum simili. Necesse est igitur vt transmutatio ad contrarium sit alteratio Sed, cum fuerit alteratio, necesse est vt aliquod alterans sit, quod extrahit illud, quod est in potentia calidum in calidum in actu. Et manifestum est quod dispositio motoris tunc non currit eodẽ modo, sed forte quandoque erit propinquior alterato, & quandoque remotior. Et hoc non potest esse sine translatione. Si igitur sit necessarium, vt motus æternus sit, F sequitur necessario vt translatio æterna sit primus motuum. Et, si aliqua translatio est prior, & alia posterior, necesse est vt prior sit æterna. Et etiam principium omnium passionum est densitudo, & raritas. Grauitas enim, & leuitas, & mollities, & durities, & caliditas, & frigiditas existimantur esse modi densitudinis, & raritatis. Et densitudo, & raritas sunt congregatio, & segregatio, per quas dicitur substantia generari, & corrumpi. Et quod congregatum est, aut segregatum, necesse est vt mutet locum. Et etiam augmentum, & diminutum, mutant locum secundum magnitudinem.

**Nutrimentum non cõtinuatur nisi cum simili.**

Cum promisit perscrutari quis motus sit iste motus cõtinuus, & quis motus sit primus, quoniam motus necesse est vt sit vnus, Incœpit perscrutari de hoc, scilicet quis motus sit primus motus, Et.d. dicamus igitur, &c. & intẽdit per motum in magnitudine motum augmenti, & diminutionis: iste enim motus declaratus est esse in quantitate. Et intendit per motum in passione, motum alterationum. Deinde dicit necesse est vt iste sit primus motuum, id est, motus in loco, & posuit motus tres, secundum quod declaratum est in quinto, De- 55

inde incœpit demonstrare quod motus localis præcedit alios, quoniam necesse est vt omne quod alteratur, aut augmentatur, aut diminuitur, vt prius transferatur: & non apparet de natura trăslati quod necesse est vt alteretur, aut augmentetur, nisi per accidens. & incœpit in hoc demõstrare hoc in motu augmenti, Et dixit impossibile est enim aliud augeri sine alteratione. Et, cum dixit qđ augmentabile, & diminuibile necesse est vt alteratio præcedat illa, declarauit hoc, & d. augmentum enim potest dicere, &c. id est, & necesse est vt augmentabile alteretur: & tunc augebitur quodammodo a simili, & quodammodo a cõtrario: id est, quoniam nutrimentum, per quod fit augmentum, quodammodo est simile, & quodammodo contrarium. Et, cum dixit hoc de nutrimento, dedit causam in hoc, & dixit nutrimentum enim dicitur esse contrarium ad contrarium, &c. id est, est enim concessum quod nihil agit in aliquod, nisi contrarium. &, quia nutribile agit in nutrimentum, necesse est vt in nutrimento sit aliqua pars contraria. Et, quia nutrimentum copulatur in postremo cum nutribili, necesse est vt in eo sit aliqua pars similis. & hoc innuebat, cum dixit & non copulatur in omni generato, &c. Et, cum declarauit quod nutrimentum est contrarium, & quod transfertur de contrarietate in similitudinem, scilicet de contrario in contrarium, & transmutatio q̃ est in contrarijs, est alteratio, conclusit ex hoc quod nutrimentum alteratur, & tunc auget, & dixit necesse est vt transmutatio de contrario in contrarium sit alteratio. Deinde dicit sed, cum fuerit alteratio, necesse est vt sit aliquod alterans, & hoc manifestum est per se. Deinde manifestauit hoc, & d. quod extrahit illud, quod est in potentia, &c. id est, & necesse est vt alterans sit extra alteratrum, & aliud ab eo: quoniam alterans est illud, quod extrahit rem de potentia in actum in qualitate, secundum quod alterat. Verbi gratia, quoniam facit illud, quod est in potentia calidum, vel frigidum, calidum in actu, aut frigidum. Et impossibile est vt illud, quod est in potentia calidum, aut frigidum, fiat calidum in actu, & frigidum in actu, nisi transmutans sit calidum in actu, vel frigidum in actu. Deinde dicit & manifestum est quod dispositio motoris, &c. id est, & primum alterans quod non alteratur, non alterat semper, sed quandoque, necesse est vt non habeat se cum alterato in eadem dispositione, sed quandoq; appropinquetur ei, & alteret, & quandoque remoueatur, & non alteret: & propinquitas, & distantia non est, nisi per translationem: ergo translatio præcedit naturaliter alterationem, scilicet quod cum vtraque fuerit in actu: deinde alterans alterauit, postquam non alterabat: necesse est vt alterum moueatur in loco, aut alterans, aut alteratum, aut vtrumq;. Si autem alterum fuerit generatum, aut vtrumque, & posuerimus hoc esse causam eius quod quandoq; alterat, & quandoq; non, manifestabitur quod translatio debet præcedere eodem modo, cum alteratio etiam præcedat generationem, Generatio enim aut est alteratio, aut sequitur alterationem. Et, cum declarauit quod translatio præcedit istos duos motus, dixit, si igitur fuerit necessariũ vt motus continuus sit, &c. i. & hoc, quod dixit bene sequitur: quoniam, cum fuerit, necesse est vt sit hic motus æternus: & motus æternus est primus, & motus primus est translatio: necesse est, si fuerit hic motus æternus, vt sit hic trăslatio æterna. Et, quia translatio quædam est prior, s. circularis, & quædam posterior, scilicet recta d. &, si qua translatio est prior, &c. id est, & apparet etiam ex hoc sermone in hoc loco, si translatio fuerit duobus modis, scilicet prior & posterior, quod prior est æterna. & ista prioritas, sicut diximus, declarabitur hic eo modo, secundum quem sequitur vt translatio sit æterna. Et, quia aliquis potest dicere quod forte transmutatio, quæ est in substantia, est prior alijs motibus, quia prædicamentum substătiæ est prius alijs prædicamentis, incœpit declarare etiam quod motus localis præcedit transmutationem in substantia, quæ dicitur generatio, & corruptio. Et d. & etiam principium omnium passionum, &c. id est, & etiam principium omnium qualitatum apud antiquos est densitas, & raritas. Existimant enim quod omnes primæ qualitates, sicut grauitas & leuitas, mollities & durities reducuntur ad istas duas qualitates. Existimatur enim quod graue est densum quodammodo, & le-

Nutrimẽtũ, per quod fit augmẽtum, quodămodo est simile, & quodămodo est cõtrariũ. vide pro isto 2. de ani. te. cõ. 45. & 1. de gene. 9.

Generatio, aut est alteratio, aut sequitur alterationem.

Aliquis põt dicere transmutationem in substantia esse priorem alijs, qa prædicamentum substătiæ est prius alijs.

A leue rarum quodammodo. Et similiter existimatur quod durum est densum,& molle rarum. Et similiter calidum existimatur esse rarum,& frigidum densum. Et hæc non est opinio Aristo.sed intendebat declarare quod hoc commune est duabus opinionibus,scilicet opinioni Aristo. qui dicit quod principia transmutationis sunt qualitates quatuor, scilicet caliditas ,& frigiditas, & humiditas, & siccitas,& opinioni eorum,qui dicunt quod principium omnium qualitatũ est densitas,& raritas:& sunt illi,qui dicunt partes esse atomos. Et, cum ponit quod fundamenta qualitatũ apud istos sunt densitas,& raritas,d.& densitas,& raritas sunt congregatio,&c. id est,& densitas, & raritas secundum opinionem istorum est congregatio,& segregatio partium,& sunt modi, secundum quos dicunt substantias generari,& corrumpi,illi,qui concedunt substantias generari, & corrumpi.Dicebant enim quod generatio indiuidui est congregatio partiũ, & corruptio est segregatio illarum. Et,quia omnia ista reducuntur ad segregationem,& congregationem,& congregatio & segregatio videntur esse in loco, d.& quod congregatur,aut segregatur necesse est,&c. id est &, cum ita sit, necesse est vt motus localis præcedat omnes transmutationes secundũ hanc opinionem,& similiter secundũ opinionẽ veram. Deinde dedit aliam rationem in augmentabili a prædicta,& d.& etiã augmentabile , & diminuibile mutant lo B cum secundũ magnitudinem: id est,vt mihi videtur, quod augmentabile necesse est quod nutrimentum transferatur ad ipsum,& tunc augebitur, & similiter diminuibile necesse est vt transferatur ab eo aliqua pars eius, & tũc diminuat, & secundũ hoc motus localis præcedit motum augmenti, & diminutionis.

Amplius,& hinc considerantibus erit manifestum quod loci mutatio prima est. Primum enim, sicut in aliis, sic & in motu dicetur vtique primum multipharie. Dicitur autem primum, quo non existente non erunt alia, illud autem sine reliquis, & tempore, & secundum substantiam . Quare, quoniam motum quidem necessariũ est esse continue,erit vtique continue, aut qui continuus , aut qui consequenter,magis autem, qui continuus:& dignius est motum continuum,quam consequenter esse. Dignius autem accipimus semper in natura esse,si sit possibile. Possibile autem est esse continuum,mõstrabitur autem posterius, nunc autem hoc supponatur, & hunc nec C aliud possibile esse,nisi loci mutationem. Necesse est ergo loci mutationẽ esse primam: Nec vlla necessitas est, aut augmentari, aut alterari quod fertur:nec iam fieri , nec corrumpi. Horum autem nec vllum esse contingit,nisi continuus sit,secundum quem mouet primum mouens.

**Prius quot modis dicatur, vide in post prædicamentis. & 5.me.t.c.16.**

**Dignius semper accipimus in natura,si sit possibile.**

Et apparet etiã quod translatio est primus motuum considerando hoc modo. Primũ enim,quẽadmodũ dicitur multiplex in aliis rebus,ita etiam dicitur in motu. Primum.n.dicitur illud, quod cũ nõ fuerit,non erunt alia,& potest esse extra alia. Et dicitur illud, quod est prius in tẽpore,aut in essentia.Quia igitur est necessariũ, vt motus sit æternus , & non æternus, nisi aut quia est continuus, aut quia est successiuus.Et est dignius vt sit continuus,quã vt sit successiuus, & melius.Et opinamur quod illud,quod est secundũ naturã,est melius si est possibile.Et possibile est vt sit continuus ,& hoc declarabitur post.Sed nunc ponatur quod impossibile est vt alius motus sit continuus , nisi localis. Sequitur igitur necessario vt translatio sit

primus motuum. Translatum enim non est necesse vt moueatur alio motu omnino, neque secundũ augmentũ, neque secundum alteratio nem, neque vt generetur, neque vt corrumpatur. Sed impossibile est vt aliquis istorum sit, nisi sit motus localis, secundum quem mouet primus motor. D

56 Cũ declarauit qđ motus trãslationis præcedit naturaliter alios motus, & nõ solũ pręcedit naturaliter, sed tpe ẽt, & substãtia, incœpit declarare qũo sequit vt præcedat scđm tẽpus: & incœpit notificare primo secundũ quot modos dr̃ prius, Et d. & apparet ẽt, &c. i. quod trãslatio est primus motuũ, inducẽdo rationes, secũdũ quas dr̃ primũ in motibus, & demonstrando qđ motus translationis dr̃ prior secundũ vnũquodque eorum. Deinde incœpit inducere modos, secundũ quos dr̃ quod motus præcedit motũ, &. d. primũ. n. quemadmodum dicitur, &c. i. primus .n. sicut dicitur in alijs rebus de pluribus vno, ita ẽt in motu dr̃ de pluribus vno modo: & intendit quod, secundũ omnes modos, secundum quos dicit' prius, & posterius in oĩbus rebus, aut secundũ plures dr̃ prius, & posterius in motu. D.d, dicitur enim prius, &c. i. & prius dr̃ in alijs rebus, & in motibus multis modis. Dicitur. n. prius scđm naturam, & est illud, quod, cum non fuerit, non erit secũdum: &, cũ fuerit, non de necessitate erit secundũ. V. g. vnum, & duo: quia, quando vnum non fuerit, duo non erunt: &, si vnum fuerit, non tamen sequitur vt duo sint. Et intendit quod iam declaratum est quod talis est dispositio motus localis ad cæteros motus. Et post declarabitur. s. quod, cũ alij motus fuerint, erit motus localis: &, cũ motus localis fuerit, non sequit' vt alij motus sint. D. incœpit dicere scđm modũ prioris, & dixit, & dicit' prius tẽpore, & essentia, id est, secundũ causam. D. d. quia igitur est necessariũ vt motus sit æternus. i. & motus est ẽt æternus, aut quia est vnus continuus, vt declaratũ est de motu continuo, aut quia cõponitur ex motibus successiuis. s. quorũ vnus est ante aliũ, & vnus post alium, ita, quod finis præcedentis sit cũ principio consequentis. D. d. & est dignius vt sit continuus, &c. i. & est manifestum quod dignius est, & melius quod motus æternus sit vnus, & continuus, q̃ vt sit successiuus. Aeternitas enim est in continuo essentialiter, & in successiuo accidentaliter. Deinde dixit, & nos opinamur, &c. i. &, cum melius est vt motus æternus sit continuus, & nos opinamur quod, omne, quod prouenit a natura, semper est melius inter possibilia. Deinde dixit, & possibile est vt sit continuus, id est, & cũ posuerimus quod, illud, quod prouenit a natura, est melius inter possibilia: & motus æternus est melius vt sit continuus: & possibile est vt motus localis sit continuus: sequitur quod motus localis, in quo inuenitur æternitas, sit continuus. Et, cum non fuit manifestum hic quod sola translatio est continua, dixit, & hoc declarabitur post, id est, sed accipimus hoc pro vero in hoc loco, scilicet quod nullus motus est continuus in rei veritate, nisi motus localis: &, cum ita sit necesse est vt motus localis sit etiam primus in tempore. Et abbreuiatio istius sermonis est talis. Si est melius vt motus æternus sit continuus: & melius in omni possibili est illud, quod est naturaliter: necesse est vt motus æternus sit continuus. Si igitur motus æternus continuus sit translatio tantum, necesse est vt motus æternus sit translatio: &, si motus æternus est prior secundum tempus, necesse est vt translatio sit prior secundum tempus. Et similiter debet esse prior secundnm naturam, & secundum causam. Et, cum descripsit primo prius secundum naturam, incœpit declarare ex prædictis, & ex hac descriptione quod iste motus, scilicet localis est prior secundum naturam cæteris motibus, &. d. necesse est igitur vt translatio sit prima, &c. id est, necesse est igitur vt motus localis sit prior naturaliter cæteris motibus. Non enim est necesse vt translatum moueatur alio modo motuum, sed alij motus non possunt esse sine motu locali. Motus igitur localis, cum non fuerit, non erunt alij motus: &, cum alij motus fuerint, erit motus localis: & non sequitur quod, cum motus localis continuus

**Prius secũdũ naturam quid. vide Idem supra com, 35.**

**Aeternitas est in continuo essentialiter, & in successiuo accidentaliter.**

Summa rationis.

Melius in oĩ possibili est illud, q́ est naturaliter. Idem primo cę, t. cõ, 34.

E

F

D fuerit, vt alij motus sint: & hoc intendebat cum dixit & impossibile est vt aliquis istorum motum, &c.

Adhuc, tẽpore prior est: perpetuũ enim contingit solũ mouere secundum hunc. Sed in vnoquoque habentiũ generationẽ, loci mutationem necesse est posteriorẽ esse motibus. Post generationem enim primum est alteratio, & augmentum. Sed loci mutatio iam perfectorum motus est. Sed Alterum necesse est moueri secundum loci mutationem prius, quod & generationis causa erit his, quæ fiunt, & non fit, vt generans eius, quod generatur: Quoniam videbitur vtique generatio esse prima motuum, propter id quod fieri oportet rẽ prius. Hoc aũt in vno quolibet eorum, quæ fiunt, sic se habet. Sed alterum necesse est prius aliquid moueri his, quę fiunt ens, & quod ipsum non fit, & hoc alterũ prius. Quoniam autem generationem impossibile est esse primũ, omnia enim essent, quæ mouentur, corruptibilia. Manifestum est quod nec consequentium motuum vllus prior est. dico autem consequenter, augmentum, postea alterationẽ, decrementum, & corruptionem, omnes enim posteriores generatione sunt. Quare, si non est generatio prior loci mutatione, nec aliarum vna eandem pręcedit.

Motus localis est motuũ perfectissimus.

E Et etiam est primus in tempore: secundum enim ęternitatem tantum potest moueri hoc motu. Sed indiuiduum quodcunque, quod habet generationem, habet motum localem post omnes motus necessario. Non enim generatur, nisi postquam est alteratio, & augmentum. Motus autem localis est motus perfectionis. Sed necesse est vt aliud ab eo moueatur ante motũ translationis, quod est causa in generatione generabiliũ absque eo, quod ipsum generetur. V. g. quod generans est causa geniti. Et, si non esset ita, existimaretur q̃d generatio esset primus motuũ. Quoniam necesse est vt primo generetur. Sed licet dispositio sit talis in indiuiduo vnoquoque generabiliũ, tamen necesse est vt sit hic aliquid prius generabilibus, quod

F moueatur, & in se semper existat, & sit non generatum, & hoc etiam habet aliquid aliud prius ipso. Quia igitur est impossibile vt generatio sit primum, quoniam tunc omnia mota essent generabilia, & corruptibilia, manifestũ est quod nullus motuũ cõsequentiũ est prior scilicet augmentũ, & alteratio, & diminutio, & corruptio. Oĩa enim ista sunt post generationem: &, si generatio nõ est prior translatione, ergo nullus modorũ transmutationis est prior translatione.

Cum declarauit q̃d motus, propter quẽ inuenitur ęternitas in motibus, est 57
motus localis: & motus ęternus est prior tpe cæteris motibus generabilibus, & corruptibilibus: necesse est vt motus localis sit prior tempore cæteris motibus. Et, quia accidit in hoc quęstio ex aĩalibus ambulantibus, in quibus motus localis est posterior secundum tempus alijs motibus, incœpit dicere hoc, et dissoluere quæstionẽ, Et dixit, & etiam est primus in tempore, id est, & etiam motus localis æternus est prior in tpe alijs motibus. D.d. per æternitatẽ enim, &c. i. q̃a per æternitatẽ existentẽ in hoc motu potest moueri hoc motu, scilicet motu priori tẽpore cæteris motibus. Et, cum, d, quod motus translationis

Homo est paruus mundus. Idẽ supra, cõ. 7.

est prior omnibus motibus in mũdo scd̃m tẽpus, & secundũ naturã.s.mundo maiori, dixit, ꝙ est econuerso in mundo minori.s.in homine, & in animalibus. Et d.sed vnum indiuiduum, &c.i.sed hoc indiuiduo demonstrato, moto ex se, generabili, & corruptibili est econtrario ei, quod est in mundo. Motus enim localis in indiuiduis motis ex se generabilibus est postremus motuum: in homine enim, & animalibus motus localis est postremus, cum non ambulet, nisi, postquam perficitur per motũ augmenti, & alterationis, & ante ista est motus generationis. D.d. motus enim localis est motus perfectionis, id est non inuenitur in animali, nisi postquã perficitur in creatura. Et cum dixit hoc, potest & aliquis dicere quod forte ita est de mundo magno, sicut de paruo, scilicet quod motus generationis in eo est prior, & localis posterior in tempore, & in natura, dixit, & necesse est vt aliquid aliud moueatur, &c.i. sed impossibile est hoc esse in moto ex se generabili, ita, quod non sit hic motũ ex se motu locali præcedenti hunc motum in generatione, qui est causa in isto esse semper generabilia continue, secundũ quod declaratum fuit prius & secundũ ꝙ apparet etiam hic, scilicet ꝙ motus localis præcedit essentialiter generationẽ. D.d. V.g. ꝙ generans, &c.i. sicut inuenitur in animalibus generantibus, scilicet quod gignẽs est causa geniti propter translationem, & dixit hoc, quia manifestũ est ꝙ trãslatio gignentia præcedit generationẽ suam: translatio, autẽ quæ præcedit generationẽ, non gignentiũ, est translatio mundi magni generantis totum, & cõseruans ipsum: &, cum ita sit, manifestũ est quod translatio est posterior in animali generato motu generationis per accidens: & ideo dixit post: &, si non esset ita, &c.i & si translatio præcederet de necessitate generationem gignentis, tunc existimaretur quod generatio est primus motuũ: quoniã apparet in istis quod generatio est primus motuũ in eis. Deinde iterauit hoc confirmando, & dixit, sed licet hoc sit in indiuiduo, &c.i. sed licet hoc accidat in indiuiduo istorum generabilium, tamen non accidit hoc in omnibus generabilibus.i. quia declaratum est quod motus localis præcedit naturaliter motũ generationis, & qd necesse est vt ante generationem sit aliquid translatum ex se. Et, si non, non esset generatio omnino. Si igitur omne translatum ex se esset generatum, tunc generatum haberet causas infinitas: contingeret enim, vt ante translatum per se, esset aliquod translatum per se, & sic in infinitum. D. d. & istud habet aliud prius ipso.i. & necesse est vt istud motum, scilicet translatum ex se non generabile, neque corruptibile habeat aliquid prius ipso: & est illud, quod mouet ipsum, & non mouetur. D.d. &, quia impossibile est, &c.i. &, quia impossibile est, vt motus generationis sit prior natura, & tempore alijs motibus: quoniam, si ita esset, tunc mota ex se, scilicet in loco omnia essent generabilia, & corruptibilia: &, si ita esset, non inueniretur generabile, & corruptibile, vt declaratũ est. D.d. manifestũ est igitur, &c.i. &, cum generatio non sit prior, manifestum est quod nullus aliorum motuum, qui sequuntur generationem, potest esse prior natura, & tempore scilicet motus alterationis, & diminutionis, & corruptionis: quoniã generatio præcedit istos motus. Et considerandũ est quomodo generatio præcedit istos motus. Omne enim, quod generatur secundum opinionẽ Aristo. necesse est vt alteretur. Et ex hoc existimatur quod alteratio præcedit generationem. Sed, quia nos videmus ꝙ omne, quod alteratur ante fuit generatum, & ex hoc existimatur quod dispositio in istis est circularis, & ꝙ neuter istorũ motuum præcedit alterum, Quomodo igitur dixit Aristo. ꝙ generatio præcedit alios motus præter localem? quoniam in augmento, & diminutione, & corruptione manifestum est eos esse posteriores generatione. Et, si etiam non inuenitur in istis proprium prioris secundũ naturam: omne enim generabile est augmentabile, & diminuibile, & corruptibile, & omne augmentabile, aut corruptibile, aut diminuibile est generabile. Dicamus igitur ꝙ consideratio prioris, & posterioris in hoc loco est, sicut consideratio prioritatis, & posterioritatis in prædicamẽtis, in quibus est motus. Substantia enim quia est prior naturaliter cæteris prædicamentis: quoniam cum aufertur, auferuntur alia prædicamenta: &, cũ fuerit, non sequitur vt sint alia prædicamenta, secundum ꝙ

Margin notes: D; Motus localis in indiuiduis generabilibus motis ex se est postremus motuum. Supra t.c.53; Trãslatio p accñs est posterior gñatione. E; F; Quõ gñatio præcedit alterationẽ, & augmẽtũ. Solutio.

D substantia est prior eis: & si, sequitur vt sint in substantia & natura materiæ, & præcipue natura quantitatis: manifestum est ꝙ via ad esse substantiæ est prior via ad esse aliorũ prædicamentorũ. Et intelligo per viam motum generationis vniuscuiuslibet prædicamentorũ. secundum igitur hunc modum dixit Aristo. ꝙ motus generationis præcedit alios motus, & quod motus alterationis præcedit generationem per accidens, scilicet secundum ꝙ formę elementorum sunt qualitates, aut qualitates sequuntur eas. Et, cũ posuit ꝙ motus generationis præcedit alia prædicamenta, dixit &, si generatio non est prior translatione, &c.i. & cum generatio est prior cæteris motibus: & translatio est prior generatione: manifestũ est quod nullus modorũ motus est prior translatione.

Omnino aũt videtur, ꝙ sit imperfectum esse & ad principiũ iens. Quare quod generatione posterius, natura prius est. Vltimo enim loci mutatio omnibus inest, quæ sunt in generatione. Vnde alia quidem omnino immobilia sunt viuentium propter indigentiam organi, vt plantæ, & multa genera animaliũ: Perfectis aũt inest. Quare, si magis inest loci mutatio magis cõprehendentibus naturam, & motus hic primus aliorũ erit secundum substantiam. — Posterius generatiōe est prius secundum naturã.

E Et vniuersaliter manifestum est quod generatum est diminutum, & semper currit ad principium. Et sic posterius in generato est prius in natura: Et translatio est postremum eius, quod inuenitur in generato. Et ideo quædam viua non mouentur omnino propter priuationem instrumenti. V.g. plantæ, & plura genera animalium. In perfectis autem est. Cum igitur translatio non inuenitur, nisi in eis, quę habent maiorem partẽ in natura, necesse est, vt iste motus etiam essentialiter sit primus cæteris motibus.

Ista est alia declaratio, qđ translatio est prior alijs motibus. Et dixit, & vniuersaliter, &c.i. & vniuersaliter manifestum est, quod omne generatum est diminutum, & omne diminutum mouetur ad principium, semper, quod est complementum & finis, scilicet quod est prius alijs principiis. Et manifestum est per se, quod generatum est diminutũ: qm̃, si non esset diminutum, quoniam non moueretur ad complementũ. Deinde dixit, & sic posterius, &c.i. & necesse est igitur vt omne posterius secundum tẽpus in generatione sit prius secundũ naturam. Et, cum verificauit hanc propositionem, dixit, & translatio est postremũ, &c.i. sequitur igitur ex his duabus propositionibus vt translatio in generato sit posterior secundum tẽpus alijs transmutationibus, & prior in natura. Omne enim posterius secundũ tempus in generabili ex rebus, quibus perficitur, est prius in natura: & translatio est talis: ergo sequitur in prima figura vt translatio sit prior natura alijs motibus. D.d. & ideo quædam viua non mouẽtur.i. &, quia translatio est prior secundũ perfectionẽ alijs motibus, ideo animalia, quæ non sunt perfecta, non transferuntur, id est quoniã, cum fuerint diminuta, & careant instrumento, quo fit translatio, ideo carent translatione: & similiter in plantis: animalia vero perfecta habent instrumenta, & translationẽ, D.d. cũ igitur translatio, &c.i. &, cũ translatio non inuenitur nisi in eis, quæ sunt perfectiora rerũ naturaliũ, necesse est vt iste sit motus perfectior alijs motibus: & perfectius est prius in natura: ergo iste motus est primus motuum. Et hoc cõponitur sic. Translatio est rei perfectioris: Et quod est rei perfectioris est perfectius: Ergo translatio est perfectior alijs motibus in hoc enim sermone declarauit per demonstrationẽ esse, & causæ ꝙ̃ translatio sit prior cæteris motibus. D. declarauit ex hac conclusione causam eius, ꝙ translatio existit in animalibus perfectis, & hæc est demonstratio causæ tantum, D. accepit posterius, & declarauit per ipsum prius: & fuit demonstratio per signũ, & est, — 58

F Omne posterius in gñatione scđm tp̃s, est prius natura. Idẽ 9.me.t.c.15. & 2. de partibus aĩaliũ ca.primo.

ꝙ translatio est prior, quia est in priori. In hoc igitur sermone sunt tres demonstrationes. s. causæ, & esse, & causæ tantum, & demonstratio signi. D

Solus motus localis non abijcit a substantia.

Et propter hoc, quia nequaquam substantiã mutat quod mouetur, in eo quod fertur. Secundũ enim hunc solum non mutatur esse, sicut eius, quod alteratur quale, eius autẽ, quod augetur, & decrementum patitur quantum.

Et non propter ista tantum est prior, sed propter hoc etiam, quia est inter alios motus talis, quod non remouetur illud, quod mouetur secundum illud a substantia sua. Iste enim solus non transmutat ipsum omnino in sua essentia, sicut transmutatur apud alterationẽ secundum qualitatem, & apud augmentum, & diminutionem secundum quantitatem.

59 Ista est tertia declaratio, quod translatio est primus motuum. Et fundatur super duas propositiones, Quarum vna est, quod illud, quod mouetur secundum translationem, non distat a sua substantia apud suam transmutationem, scilicet quod non accidit ei tunc in sua substantia transmutatio, quæ cogat ipsum exire a sua substantia, cum illud, quod mouetur, non transmutatur, nisi tantum in vbi. Et non sequitur ex mutatione vbi mutatio substantiæ moti, quod non contingit in alijs motibus, scilicet quod in alijs motibus accidit moto transmutatio in sua substantia, sicut in moto alterationis, & augmenti, scilicet quod alteratum mutatur in sua substantia, aut appropinquatur mutationi, cũ alteratio sit via ad corruptionẽ: & similiter in augmento, cum contingit, ab eo vt res diuersetur in quantitate. &, cum hoc intenditur, erit via ad corruptionem. Et, cum declaratum sit quod illud, quod mouetur hoc motu, nõ trãsmutatur in sua substantia, quod non accidit in alijs motibus, Et cum iunxerimus huic secundam propositionem, & est, quod motus, in quo motũ non transmutatur in sua substantia omnino, aut, si transmutatur, nihilominus transmutatur minus, est melior, quia est propinquior naturæ, cũ non faciat rem transmutari a sua natura, sequitur ex duabus quod translatio est perfectior motuum: & quod est perfectius est prius in natura: ergo translatio est prior in natura. E

Ex mutatione vbi nõ sequitur mutatio substãtiæ moti. Idẽ 4. phy. t. c. 128.

Quod est ꝑfectius est prius in natura. Idẽ infra. t. c. 75.

Maxime autem manifestum est, ꝙ mouens ipsum seipsum maxime secundum hunc mouet proprie qui secundum locum. Et etiã dicimus hoc esse eorũ, quæ mouentur, & mouent, est principium, & primũ in his, quæ mouentur, ipsum scilicet seipsum mouens. Et manifestum est, ꝙ se proprie hoc motu mouet prima intentione. Et dicimus quod primum principium in motis, & motoribus est illud, scilicet illud, quod mouet se. F

60 Ista est quarta declaratio ꝙ translatio est primus motuum naturaliter. Et fundatur super tres propositiones. Quarũ vna est, ꝙ motũ ex se non inuenitur nisi in hoc motu: nihil enim est alteratum ex se, nec alterat ex se, nisi per accidẽs. Secũda aũt est ꝙ motũ ex se est principiũ rerũ motarũ. Tertia vero est ꝙ motus, qui inuenitur in primo motu, est primus motuum. Et, d. in prima intentione, qm̃ accidit ei per accidens quandoque, vt moueat illud, quod mouet ab ipso alio motuum: sicut accidit animalibus, quæ mouẽtur in loco, scilicet quod corpus calefit. Animal enim in tali motu, scilicet alteratione, mouetur ex se, sed non primitus, sed mediante motu locali: & augmentatum etiam non existimatur augeri ex se, sed per accidens.

Nõ inuenitur motũ ex se, nisi in motu locali. Idem supra. c. 20. & 2. phy. c. 1. & 2. de aia cõ. 50. & 4. cç. c. 24. etc. Motus localis per accñs põt aliũ mo

Quod quidem igitur motuum loci mutatio prima sit, manifestum ex his est. Quæ autẽ loci mutatio prima est, nunc demonstrandum est, Simul autem & quod nunc, & prius suppositum est, ꝙ contingit

quendam motũ esse continuũ, & perpetuum manifestum erit eodem modo. tũ inducere ĩ re mota, vide. 2. cõ. 42.

Apparet igitur ex hoc, quod translatio est primus motuũ. Quæ autem translatio sit prima, declaratum erit nunc. Et manifestabitur, cum hoc per hanc eandẽ viam illud, quod posuimus positione in hoc loco, & prius, scilicet quoniam possibile est vt aliquis motus sit continuus, & æternus.

Dixit declaratum est igitur ex omnibus istis demonstrationibus ꝙ translatio est primus motuũ natura, & tẽpore: & ista propositio erat prius accepta pro vera, & declarauit ipsam hic. Et quia translatio est duobus modis, recta, & circularis, & fuit declaratũ quod motus æternus est continuus, & accepit pro vero quod motus continuus est motus localis, ex quo declarauit quod motus localis est prior motuũ secundum tẽpus, Incœpit hoc declarare & quærere in quo motu inuenitur continuatio, per quod declarabitur ꝙ translatio sit continua, & quæ translatio in veritate est prima. Et ideo dixit, quæ autẽ translatio, &c. & dixit hoc, quia nondum est declaratum, nisi hoc, scilicet ꝙ translatio simpliciter est prior. D. d, & manifestabitur cum hoc per hanc eandem viam, id est, per hunc modũ considerandi: & intendit per prius, illud, quod dixit in sexto, scilicet quod motus circularis solus potest esse æternus: sed illic nõ cõpleuit perscrutationem de hoc. In initio vero tractatus istius, & ante hunc sermonem non solummodo declarauit possibile esse vt sit hic motus continuus, sed declarauit quod necesse est vt sit hic motus continuus. Ex hoc ergo sermone, quem nititur declarare, apparent duo. Quorum vnũ est illud, quod prius posuit, scilicet quod possibile est, vt sit hic motus continuus, æternus. Secundũ autẽ est quis motus sit motus continuus, quem declaratum est esse æternũ necessario: & hoc declarabitur, quando declarabit quod motum possibile est esse continuum. 61

Quod igitur aliorum motuum non vllum contingit continuum esse ex his manifestum est. Omnes enim ex oppositis in contraria sunt & motus, & mutationes: vt generationis quidem, & corruptionis esse, & non esse termini sunt. Alterationis autem contrariæ passiones, augmento, & decremento, aut magnitudo, aut paruitas, aut perfectio magnitudinis, aut imperfectio. Contrarii autem sunt, qui sunt in contraria. Quod autem non semper mouetur secundũ hunc motum, quo mouebatur prius, necesse est primũ quiescere. Manifestum autem est ꝙ quiescit in contrario id, quod mutatur. Similiter aũt in mutationibus. Opponuntur enim generatio, & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare, si impossibile est simul mutari secundũ oppositas, non erit continua mutatio, sed mediũ erit ipsarũ tẽpus. Nihil. n. differt contrarias, aut non cõtrarias esse, secundũ contradictionem mutationes, si modo impossibile est simul eidem inesse, hoc enim ad rationẽ vtile non est. Nec si nõ necesse est quiescere in contradictione, nec est mutatio quieti contrarium. Nõ enim quiescit fortassis quod non est, corruptio autẽ in nõ esse est. Sed si solũ mediũ est tempus, non erit mutatio continua. Nec enim in prioribus contrarietas vtilis fuit, sed non contingere simul esse: Non oportet autem turbari ꝙ idem pluribus erit conttrarium, vt motus statui, & motui, qui est in contrarium. Sed hoc solum

accipere, quod opponitur quodammodo & motui, & quieti motus contrarius, sicut æquale, & mensurabile excellenti, & ei quod excellitur. Et quod non contingit simul oppositos nec motus, nec mutationes esse. D

Nullus motus preter localem est cōtin[illegible]

Dicamus igitur ꝙ apparet impossibile esse aliquem motum aliorum esse continuum ex hoc sermone. Motus enim, & omnes modi transmutationis sunt de opposito in oppositum. V. g. quoniam duo termini generationis, & corruptionis sunt esse, & non esse. Et duo termini alterationis sunt duo contraria. Et duo termini augmenti sunt magnitudo, & paruitas, aut perfectio, aut diminutio magnitudinis. Et quæ sunt ad partes contrarias sunt contraria. Et quod nunquam mouetur motu demonstrato, & fuit ante necessario quiescés. Manifestum est igitur ꝙ transmutatum quiescit, quando peruenerit in contrariū: & secundū hunc modum est de modis transmutationum. Corruptio enim, & generatio sunt opposita simpliciter, & quę sunt in vnoquoque indiuiduo sunt opposita eis, quæ sunt in alio. Et ideo, si non fuerit possibile vt aliquid transmutetur insimul duobus modis transmutationis oppositis, impossibile est vt transmutatio sit continua, sed necesse est vt inter ea sit tempus. Non enim est differétia inter hoc, quod modi transmutationis contradictorii sint contrarii, aut non contrarii, dum hoc solum sit impossibile in eis. s. vt insimul existant in eodem. Hoc enim non indigetur in hoc sermone. Nec etiam indigetur hoc scilicet quod non est necessarium vt sit generatio in contradictoriis. Nec hoc etiam ꝙ transmutatio est contraria quieti. Quod enim non est, dignum est, vt non sit possibile vt quiescat. Corruptio autem inducit ad non esse. Sed illud, quo indigetur in hoc sermone, est hoc solum, scilicet vtrum inter ea sit tempus, quoniam si hoc fuerit, impossibile erit, vt transmutatio sit continua. Indigentia enim nostra in primis duabus rebus non fuit ad cótrarietatem, sed ad hoc, quod impossibile est, vt existant insimul. Et non debemus peccare propter hoc, quod idem erit contrarium pluribus. V. g. quod motus est contrarius quieti, & contrarius motui, qui est ad contrarium. Sed oportet nos considerare in hoc solo, scilicet quodammodo vno, & non quodammodo alio. Motus igitur, & quies opponuntur motui contrario, Verbi gratia, quod æqualitas, & temperamentum superabundantiæ, & diminutioni. Et quod impossibile vt sint insimul, neque duo motus oppositi, neque duo modi transmutationis oppositi. E F

Quod inter duos motus cōtrarios cadit quies.

Quod nō ē, dignū est vt nō sit possibile, vt quiescat.

62

Abbreuiatio.

Intendit in hoc sermone declarare ꝙ motus successiui, qui inueniuntur in eodem moto, qui sunt idem genere, & diuersi specie, non sunt continui, & hoc in quatuor transmutationibus. Et ipse incœpit declarare hoc in tribus illorū, cum sit manifestius in eis, scilicet in alteratione: & in quantitate, & in substantia, quæ dicitur generatio & corruptio. Et fundat suum sermonem super quatuor propositiones. Quarum prima est, quod omnis motus istorum est de opposito in oppositum. Secunda aūt est, quod illa, quæ sunt de oppositis in opposita,

sita, sunt opposita. Tertia est, quod idem motum, quando mouetur motibus oppositis, necesse est vt inter eos sit tempus. Quarta vero est, quod motus, inter quos est tempus, non sunt continui. Ex quo sequitur necessario quod omne motũ aliquo istoru m motuum trium secundum successionem impossibile est vt motus eius sit continuus. Et propositio, dicens q inter oẽs duos motus oppositos eiusdẽ moti est tempus, est talis, quod possibile est quandoq; vt illo tempore sit illud motum quiescens, & quandoq; impossibile, s. in motu generationis, & corruptionis, vt post declarabitur. Et quomodocunq; sit, cõsecutio est eadem: hæc igitur summa huius capituli expositio. Dixit, Dicamus igitur q apparet quod impossibile est, &c. i. qñ fuerit po situs motus esse vnius moti. dicens enim hunc sermonẽ, aut ponet q istud motum, quod est continuum motus, mouetur altero duorum motuũ oppositorum, V.g. augmentatione tantum, aut diminutione tantum, Aut ponet quod est continui motus, propter hoc, quod mouetur duobus motibus oppositis secundum continuationem. Et incœpit primo destruere primam intentionem, dicẽdo motus. n. &c. i. & intendit per hoc tres transmutationes tantum, In motu enim locali nõ apparet contrarietas, sicut apparet in istis: & post declarabit hoc. Et, cum narrauit quod transmutatio in istis tribus est de opposito in oppositum, incœpit dicere opposita in vnoquoq; eorũ, Et dixit, V.g. qñ duo termini, &c. i. V.g. qñ opposita in generatione, & corruptione, quæ terminãt istos duos motus, sunt esse, & non esse. Generatio enim est de non esse in esse, Corruptio vero de esse in non esse: & non intelligo hic per non esse non esse simpliciter, sed non esse alicuius, s. non esse huius generati, vel huius corrupti. D. d. & duo termini alterationis sunt duo cõtraria, i. & duo termini motus alterationis sunt duo cõtraria, inter quæ fit iste motus: vt album, & nigrum in coloribus, & calidum, & frigidum in tangibilibus, & alia contraria existẽtia in modis istorum motuum, quæ declarata sunt in septimo istius libri. illic enim declarauit in quo genere qualitatum inuenitur iste motus. Et, cum induxit opposita, quæ sunt in generatione, & corruptione, & alteratione, induxit etiam ea, quę sunt in motu quantitatis, & dixit, & duo termini augmenti & diminutionis, &c. i. & duo termini oppositi augmento, & diminutioni sunt magnum, & paruum. Et est ita, sicut dixit, quoniam res naturales habent magnitudines terminatas. Minimus igitur homo est terminatus naturaliter, & similiter maximus. si enim magnitudines rerum non essent terminatę, tunc magnitudines non haberent perfectionem quæsitam in natura per motum augmenti. Manifestum est enim per se, quoniam, quemadmodum non quælibet actio fit per quamlibet qualitatem, scilicet p quãlibet formam, ita est manifestum per se esse impossibile vt quælibet actio entium sit per quamlibet magnitudinem: sed vnaquęq; actio actionum propriarum cuilibet enti habet qualitatem propriam, & quantitatem propriã. Sicut igitur actio hominis non potest prouenire, nisi a forma hominis, ita impossibile est vt actio eius proueniat, nisi a sua magnitudine. Magnitudo igitur hominis est terminata naturaliter, & similiter sua forma, & similiter in vnaquaque rerum naturalium. D. d. aut perfectio, aut diminutio magnitudinis, i. in motu augmenti, & diminutionis. Et, cum declarauit quod impossibile est, quod isti motus sint continui, æterni, secundum quod sunt idem motus, cum sint de contrario in contrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, Et potest aliquis dicere forte quod continuatio in eis est propter translationem ipsius moti de alio motu in motum oppositum ei in illo genere, ita, quod interim non sit quies, V.g. vt alteratum moueatur de albedine in nigredinem, deinde de nigredine in albedinem, ita, quod non in medio sit quies, & sic in infinitum, Dixit, respondendo, & illa, quæ sunt in partes contrarias sunt contraria. i. & non est dicendum quod motus oppositi istarum rerum sint continui. Motus enim, qui sunt ad partes oppositas, sunt oppositi: & intendit per partes oppositas contraria in alteratione. Deinde dicit & quod non mouetur, semper fuit, &c. i. & omne, quod mouetur motu, qui habet principium, & finem, & antequam mouebatur, erat ens, necesse est vt moueatur post quietem, non post motum, si prius mouebatur motu contrario posterior: & dixit hic quod omnis motus desinens non desinit, nisi quando aufertur

Tex. expõ.

In motu locali non apparet cõtrarietas, sicut in aliis motibus. Idem supra. com. 16. &. 5. ph. cõ. 9. Idem. 6. phy. cõ. 92. Idẽ primo. cœ. 86.

7. ph. t. c. 14. vsque ad t. cõ. 20.

Vnaquęque res naturalis est determinata per maximũ, & minimum. Idem supra c. 44. & q̃ ibi.

potentia ab eo, in quo fuit transmutatio: & hoc erit, quando illud est in actu: & D omne, quod est in actu, est quiescens necessario: quoniam, si moueretur, esset in potentia: &, si esset in potentia, tunc motus non finiretur: quod est contra positū: & hæc declaratio communis est duobus motibus, s. alterationis, & augmenti. In transmutatione autem generationis, & corruptionis non apparet alietas duorum motuum ex quiete moti inter eos: cum illud, quod transmutatur hoc motu transmutationis, non est aliquod demōstratum in duobus extremis motuum. Et ideo processit in hoc per aliam viam communem alijs transmutationibus: & est, quoniam inter omnes duos motus oppositos est tempus necessario: &, cum ita sit, dixit, & secundum hunc modum, &c. Et intendit per modos transmutationis transmutationes residuas, & dixit quod generatio, & corruptio sunt opposita simpliciter, quia opponuntur sibi secundum esse, & non esse. D. d. & ꝙ est in vnoquoq; indiuiduo, &c. i. & generatio existens in aliquo indiuiduo est opposita corruptioni, existenti in illo eodem indiuiduo, id est, quoniam impossibile est vt generatio, & corruptio, insimul sint in eodem indiuiduo in eodem tempore. Ergo inter illos est tempus necessario. Et, cū posuit quod istæ duæ transmutationes sunt oppositæ, dixit, & ideo, si non fuerit possibile, &c. i. &, cum fuerit positum, quod duæ transmutationes oppositæ sint continuæ sine aliquo tempore interposito, continget necessario vt idem transmutetur duabus transmutationibus oppositis insimul. Quoniam, si motus de albedine in nigredinem sit continuus cum motu de nigredine in albedinem, tunc illud, quod mouetur de albedine, mouetur ad albedinem. Secundum igitur quod mouetur de albedine dimittit eam, & acquirit nigredinem. Et secundum quod mouetur ad albedinem dimittit nigredinem, & acquirit albedinem. Ergo in eadem dispositione acquirit eandem partem albedinis, & dimittit illam: & mouetur etiā duobus motibus contrariis insimul: quod est impossibile. Et similiter accidit in generatione, & corruptione, & in alijs transmutationibus ab eis, & in motu locali. Demonstratio enim communis est omnibus transmutationibus: &, cum duo motus nō fuerint insimul, sequitur quod inter eos sit tempus necessario. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem moto, quod mouetur duobus motibus contrarijs, habentibus principium, & finem. Non in motibus successiuis, qui sunt in pluribus motibus, sicut motus chordarum apud percussionem earum omnium. Neque in duobus motibus, quorum alter est perfectio alterius in eodem moto. Quoniam inter omnes istos non est tempus: neque aliquis eorum est motus perfectus, scilicet habet principium, & finem. Finis enim motus naturaliter non est motus, sed quies: & similiter principium motus est ex non motu, nisi sit per accidens: secundum hoc igitur est intelligenda ista demonstratio. Et, quia ista declaratio est communis omnibus transmutationibus, prima autem propria transmutabilibus, quæ recipiunt quietem, dixit, non enim est differentia, &c. id est, & in ista demonstratione non indigetur ponere duas transmutationes contrarias esse, sicut fuit factum in prima, sed tantum indigetur in ea hoc, scilicet quod impossibile est vt contradictoria opposita sint insimul. Deinde dicit neque indigetur in eo etiam, id est, & ista demonstratio non indiget illo quod acceptum fuit in prima, scilicet quod in eodem non existunt duo contraria insimul, neque etiam indigetur in hac demonstratione illo tertio posito in prima, scilicet quod quies est contraria motui. D. dedit cām in hoc, & dixit, quod enim non est, &c. id est, & causa in hoc, quod ista transmutatio non peruenit ad quietem, est: quoniam transmutatio, quæ est corruptio, peruenit ad non ens: & non ens non dicitur quiescere, nec transmutari, nec esse contrarium: & omnia ista erant accepta in prima demonstratione. Deinde dicit sed illud, quod indigetur in hoc sermone, &c. i. illud enim, quod indiget declaratione in hac demonstratione vniuersali, est hoc vnum solum, scilicet quod inter omnes duas transmutationes oppositas, quocunque modo sit modorum transmutationis, est tempus: hoc enim verificato, verificabitur impossibile esse duas trāsmutationes oppositas esse cōtinuas. Deinde dicit nr̄a. n. indigētia in hoc, &c. id est, & istæ duæ demonstrationes differunt, quia demonstratio, quæ vtitur hic in hoc, quod duæ transmutaiiones oppositæ non sunt continuæ, non inducit ad

Subiectū generatiōis, & corruptionis, non est aliquid demonstratū. Idē. 5. ph. t. cō. 8. & pri. de gñа. t. c. 23. & 24. Idem. 2. de aīa. c. 4. & pri. phy. 63. & pri. ca. de substātia orbis.

Documētū.

Intellectus ꝓpositionis dicētis, qđ inter motus cōtrarios cadit quies.

Nō ens non dr̄ qescere, nec trāsmutari. Idē. 5. phy. 7. & 8. cō. Idē pri. phy. 51. Idē hic cō. 4.

A hoc, quod duo contraria existant in eodem insimul, sed ad hoc, quod impossibile est vt duo opposita sint insimul, scilicet ens, & non ens. Quoniam duo prima, scilicet duo opposita, de quibus dictum fuit in hac demonstratione quod ea esse insimul est impossibile, scilicet impossibile, ad quod induxit ista demonstratio, nõ fuit hoc, scilicet duo cõtraria existere in eodẽ insimul, sed duo contradictoria existere insimul, scilicet ens, & non ens. Et, quia in prima demonstratione fuit acceptum quod transmutationes oppositæ sunt contrariæ adinuicem, & quod quietes, quæ sunt inter eas, sunt etiam. Et contingit in hoc quæstio, vtrum vnũ contrarium habeat plus vno contrario, cum sit famosum quod vnum contrariũ non habet nisi vnum contrarium, incœpit dissoluere hanc quæstionem, Et dixit, & non debemus peccare, id est, & non debemus decipi in hoc, quod possumus sermonem dicentis, quod contingit nobis vt idem habeat duo contraria: quoniam iam posuimus quod vterque duorum motuum oppositorum est contrarius reliquo: & quod quies, ex qua incœpit vterque motuum, est contraria ipsi motui: & sic motus habebit duo contraria, scilicet motum, & quietem. Deinde dedit responsionem in hoc, & dixit, sed non debemus considerare in hoc solo, & non in alio. i. & ista quæstio accidit in pluribus: & ideo non est consideranda in hoc loco solo. Deinde dicit motus igitur, & quies opponuntur, &c. id est, non enim est impossibile dicere quod motus est contrarius quieti, & motui, B sicut dicitur quod æquale est contrarium magno, & paruo, & mediocre est contrarium intenso, & diminuto. Et intendebat per hoc notificare quod possibile est idem habere plura vno contrario. Aut quando contrarietas, quæ est inter ea, non est maxima, sicut media, quæ sunt inter contraria. Aut quando idem habebit plura contraria diuersis modis, & ista est dispositio motus. Modus enim, secundum quem motus est contrarius motui, est alius a modo, secundũ quem motus est contrarius quieti: & æquale est contrarium magno, & paruo, secundum hoc, quod contrarietas, quæ est inter æquale, & non æquale est vna. & similiter videtur esse in omnibus medijs cum extremis. Deinde dicit, & quod impossibile est vt sint insimul, &c. id est, non enim indigetur in hac declaratione ponere contrarium haberet vnum contrarium, sed hoc tantum indigetur, scilicet impossibile esse duos motus oppositos existere insimul. Quomodo vni possint plura cõtrariari, & quõ non.

Amplius in generatione, & corruptione penitus inconueniens, esse videbitur, si factum mox necesse est corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his vtiq; fides fit aliis. Physicum enim est similiter se habere in omnibus. Impossibile est aliquid p manere per instans tm̃.

C Et etiam malum est omni modo existimare de generatione, & corruptione, quod res, quando generatur, necesse est vt currumpatur statim, & non remaneat tempore omnino. Ex hoc erit certitudo de hac intentione in aliis partibus. Cursus enim naturæ est in illis omnibus eodem modo.

Id est, & inopinabile est existimare ꝙ motus generationis est continuus cum motu corruptionis, ita, ꝙ generatum non habeat esse omnino, nisi in potentia: 63 quoniam, si isti duo motus essent continui, tunc non haberet generatum esse in actu. Omne enim existens in actu est in tempore, scilicet demonstrato: & tunc natura ageret ociose. Et quia, quando homo intelliget hoc esse impossibile in generatione, statim intelligit ipsum esse impossibile in alijs transmutationibus, Dixit, & per hoc erit certitudo, &c. id est, & per cognitionem istius intentionis in generatione erit certitudo cognitionis eius in aliis transmutationibus, Quoniam natura currit in entibus eodem modo, scilicet ꝙ finis esse non est corruptio. quoniam omnis motus est via ad generationem, aut in substantia, aut in qualitate, aut in quantitate, &, si motus contrarius continuaretur, destrueretur generatio. Omne ens ĩ actu est in tempore demonstrato. Si motus cõtrarius cõtinnaret, gñatio destrueretur.

*Nulla latio potest esse perpetuo continua.* Cap. VIII. D

Oĩs mot'localis, aut rect', aut circularis, aut mixtus. Idẽ infra te, c.75.

QVoniam autem contingit quendam motum infinitum vnum esse, & continuum, & hic est circularis, dicemus nunc. Omne autem mouetur, quod fertur, aut circulariter, aut secundum rectitudinem, aut mixtim. Quare, si nec horum alter continuus est, nec ex vtrisq; possibile esse continuum. Quod autem fertur secundum rectum, & finitum, non feratur continue manifestnm est, reflectitur enim reflexum autem recto secundum contrarios mouetur motus. Contrarius enim secundum locum est, qui est sursum, ei, qui est deorsum, & qui est ante, ei, qui est retro, & qui est ad sinistram, ei, qui est ad dextram. Loci enim contrarietates hæ sunt. Quis autem est vnus, & continuus motus, prius definitum est, quia qui est vnus, & in vno tempore, & non indifferenti secundum speciem. Tria enim erant, ꝙ mouetur, vt homo, & quando, vt tempus, & tertium in quo. Hoc autem est locus, aut passio, aut species, aut magnitudo. Contraria autem differunt specie, & non vnum sunt, sed loci sunt hæ dictę differentiæ. Signum autem, quoniam contrarius motus est, qui est ab a. ad. b. ei, qui est ab ipso. b. ad. a, est, quia stant, & repausant adinuicem, si simul fiant. Et in circulo similiter, vt qui est ab. a. in. b, ei qui est ab. a. in c, sistunt enim se, continui sint, & si non fiat reflexio, propter id quod contraria se adinuicem corrumpunt, & prohibent. Sed non qui est in latus, ei, qui est sursum. E

Quod recte reuertit', mouet' duobus motibus cõtrariis.


Et nos declarabimus modo ꝙ possibile est vt sit hic motus infinitus, vnus, & continuus, est enim aut totius translati, aut circulariter. Et dicamus ꝙ omne est translatum, aut circulariter, aut recte, aut motu mixto. Si igitur alter istorum non fuerit continuus, impossibile erit vt compositus ex ambobus sit continuus. Et manifestũ est quod translatum per lineam rectam finitam non mouetur continue, reuertitur enim recte, & quod reuertitur recte, mouetur duobus motibus, F contrariis. Motus enim in loco ad superius est contrarius motui ad inferius, & motus ad anterius est contrarius motui ad posterius, & motus ad sinistrũ est contrarius motui ad dextrũ. Isti. n. sunt modi cõtrarietatis ĩ loco. Et iã determinauimus prius quis motus sit vnus cõtinuus, & diximus qđ est motus, qui est eiusdẽ rei ĩ vno tpe, & in eo, quod non diuersatur secundum formam, scilicet secundum speciem. Illa enim, per quæ complebitur hoc, sunt tria: motum scilicet, Verbi gratia, homo, aut deus. Et quando, Verbi gratia, tempus. Et tertium est illud, in quo est motus, scilicet locus, aut passio, aut forma, aut magnitudo. Contraria autem differunt secundum formam, & non secundum naturam. At illi modi, quos diximus, differunt secundum locum. Et signum quod motus de. a. ad. b. est contrarius motui ex. b. ad. a. est, quia contradicunt sibi, & resistunt, quando fuerint insi-

mul. Et similiter est etiam, cum fuerit in circulo, Verbi gratia, de motu ab.a.versus.b, & de.b.versus.a, quoniam resistunt, & contradicunt sibi. Si igitur fuerint continui non habebunt reuersiouem, neq; reflexionem. Quoniam contraria sunt se corrumpentia, & sibi resistentia. Et motus ad latus non resistit motui ad superius.

*Demonstratio q̃ in linea recta motus ex oppositis locis sunt contrarii.*

A B

Demonstratio eiusdem in circulo.




*Demonstratio q̃d id, q̃d reflectitur in circulo, moueatur contrariis motibus.*




Cum declarauit quod impossibile est vt transmutatio in qualitate, aut quãtitate, aut in substantia sit motus continuus in infinitum, Vult in hoc capitulo declarare quod hoc etiam impossibile est, vt sit, nisi in motu circulari tantum ad vnam partem, non in recto, neque in eo, qui reuertitur super vnam lineam rectam, aut circularem, Et dixit, & nos declarabimus, &c. & intendit per totum translatum, motum, in quo illud, quod mouetur, occupat totum locũ. Deinde dicit dicamus igitur quod omne translatum, &c. & ista propositio est manifesta per se, sed de motu mixto ex duobus motibus intelliguntur duo, q̃d ambo sint actu æqualiter, scilicet aut quod alter motus sit victus, & alter vincens sit medius inter duos motus, sicut motus, qui est per lineam curuam. Et hoc videtur magis intendere in hoc loco: & primam intentionem intendebat in primo de cœlo, & mundo: & possunt intelligi ambæ. Deinde dixit, si igitur alter, &c. & hoc est manifestum per se in motu composito ex duobus motibus, Verbi gratia quod, si fuerit impossibile vt motus rectus sit infinitus, impossibile erit vt curuus, aut giratiuus sit infinitus, Si autem intellexerimus per cõpositum secundam intentionem, tunc difficile comprehendetur in ista demonstratione. Quoniam, si vincens est ille, in quo impossibile est vt sit infinitus, manifestum est vt iste modus istorum impossibile est vt sit infinitus. Si autem vincens est ille, in quo est possibile esse priuationẽ finitatis, existimatur quod non apparet in eo hoc, quod dixit Aristo. scilicet quod, si alter fuerit impossibile vt sit infinitus, impossibile erit hoc in composito. Simplices.n. motus, in quibus impossibile est hoc, sunt in hac mixtione in potẽtia. In mixtione autẽ secundũ primam intentionẽ sunt in actu. Et ideo difficile possunt adaptari sua vocabula huic modo mixtionis, nisi coniungatur et aliud fundamentum: & est, quod omne, quod est in potentia aliquid, necessario exibit in actũ, & si nõ, tũc natura ageret ociose. Tũc igitur verificabit nobis, quod impossibile est vt motus mixtus ex recto, & circulari sit infinitus. Et si posuerimus q̃d circularis est vincẽs: q̃m erit finitus in potẽtia, inquantũ habet in se de potentia motus recti. 64

Oẽ, q̃d est i potentia aliquid, necessario exibit in actum.

Et propter latentiam istius intẽtionis diximus quod prima expõ est manifestior. D
Et, cum declaratum fuit in sexto, quod impossibile est vt motus rectus sit infini-
tus, & põt aliquis dicere, qm̃ forte infinitas est possibilis in eo sc̃dm reflexionẽ
moti in eodẽ spatio finito vicibus infinitis, dixit & manifestum est quod transla-
tio per lineam rectam, &c. i. & manifestum est, qđ translatum super lineam re-
ctam finitam eundo, & reuertendo, non mouetur vno motu, sed duobus motibus
contrarijs. D. declarauit qũo sunt contrarij, & dixit motus .n. in loco ad supe-
rius, &c. i. & necesse est vt duo motus, quibus mouetur vnũ motum in eodẽ spa-
tio sc̃dm reuersionem, sint contrarij: qm̃, si alter motus fuerit ad superius, reli-
quus erit oppositus ei: qm̃ ad inferius: & si ad inferius, reliquus erit ad superius
& , si ad anterius, reliquus erit ad posterius: & si ad dextrum, reliquus erit ad
sinistrum, aut econuerso. Et hoc fuit necessarium, qm̃ dimẽsiones corpum sunt
tres longitudo, latitudo, & ꝓfunditas. Extrema longitudinis dicuntur superius,
& inferius, latitudinis dextrum, & sinistrum, & profunditatis anterius, & poste-
rius. Et debes scire quod istæ partes sunt distinctæ in nã in homine, silr in mun-
do: sed in homine sunt manifestę per se, in mundo autem per demonstrationem.

Cur sex sint drīæ loci.

Et, quia manifestũ est quod isti sunt modi contrarietatis in loco, dixit isti. n. sunt
modi contrarietatis in loco, &, cum concludit quod isti duo modi sunt oppositi
incœpit declarare quod duo motus oppositi non sunt vnus, ad concludendum, E
quod duo motus qui sunt hmõi, s. sc̃dm reuersionem, non sunt vnus. a Et dixit,
& iam determinauimus prius, i. motus, qui est vnius moti, & in vno tpe, & in ea-
dem specie, i. non diuersa duabus differentijs oppositis. D. declarauit hæc tria, &
dixit, illa. n. per quæ complẽtur hæc, sunt tria, &c. & intendit quod locus est ge-
nus, in quod est motus translationis, & passio est genus in quam est motus alte-
rationis, & forma est nã, in quam est motus generationis, & corruptionis, &
magnitudo est genus, in quod est motus augmenti, & diminutionis. Et intendit
per Deum aliquod corpus cęleste sicut erat tunc famosum. Et, cum posuit qđ
vnus motus est ille, qui non diuersatur, neq; sc̃dm rem motam, neq; sc̃dm tem
pus, neque sc̃dm formam, s. spẽm, dixit, contrarij vero differunt sc̃dm formã, &c.
i. &, cum declaratum sit quod motus reflexi sunt contrarij: & motus contrarii dif
ferunt sc̃dm formam, & naturã: & vnus motus non differt a se sc̃dm formam, se
quitur ex hoc in sc̃da figura quod duo motus reflexi non sunt vnus. Et, cum po
suit quod motus reflexi non sunt vnus, ꝑ ꝑ hoc, quia sunt contrarij, notificauit in
quo genere differunt sc̃dm formam, Et dixit, illi autem modi, quos diximus, &c.
id est, & illi motus reflexi, quos diximus, qui sunt aliqui trium modorum, quos
diximus, differunt sc̃dm formam oppositam in loco, s. superius & inferius, aut
dextrum & sinistrum, aut ante & retro. Et quia vna propositionum, quas po-
suit in hoc sermone, est quod motus, qui sunt in punctis oppositis, sunt contrarij, F
& hoc est manifestum in motibus, qui sunt super dimensiones rectas, & latet in
eis, qui sunt super dimensiones circulares. In circularibus. n. existimatur quod
motus in eis non inuenitur in partibus oppositis ex prædictis, s. dextrum, & sini-
strum, &c. incœpit declarare hanc propositionem, & notificare quomodo inueni-
tur contrarietas in eo. Et dixit, & signum eius, quod motus, &c. id est, & signũ
eius, quod motus, qui sunt ex locis oppositis, sunt contrarii, siue fuerint in spatijs
rectis, aut rotundis, est, quia resistunt sibi, s. qm̃ impossibile est vt vnum motũ
moueatur secundum ea simul. V. g. ponatur magnitudo recta, a.b. linea, & v-
num motum moueatur quandoque ex b. ad. a quandoque ex a. ad. b, dico quod
isti duo motus sunt oppositi: quia resistant sibi: & impossibile est vt idem motũ
moueatur in his duobus motibus insimul: & similiter est, si posuerimus lineam. a.
b. esse arcum circuli, siue semicirculum, siue maiorem, siue minorem. Sed quæ-
ritur hic, & dicitur, quomodo motus ex. a. ad. b. & ex b. ad a. sunt contrarij, qm̃
fuerint in dimensione circulari, & ipse iam declarauit in cęlo, & mundo quod
motus circularis non est contrarius motui circulari: quoniam, si contrarietas es-
set in circularibus motibus contingeret vt corpora mota circulariter motibus op
positis essent contraria, sicut corpora simplicia, quæ mouentur motibns rectis,
contrarijs, s. aqua, & ignis. Et, cum ita sit, contrarietas igitur, in qua commu-

Documẽtũ. Sex drīę loci ex nã rei sunt in hoīe & in mũdo, licet latentius. Idẽ 2: cæ. c. 9. & 1 de. Et 1, cę. c. 13. a. 5. ph. t. c. 34.

Obiectio. 1. cę. t, c. 24.

D Nicatur hoc corpus circulare, & rectum, debet intelligi sic, s. duo motus, quibus impo͞le est aliquod corpus moueri insimul, nõ duo motus, in quibus est necesse, vt motũ sc͞dm alterum sit contrarium moto sc͞dm reliquũ: sc͞dm hoc igitur debet intelligi cõtrarietas in hoc loco. Et, cum declarauit quod isti motus sunt contrarij hoc mõ, s. quia resistunt sibi in vno corpe, & corrũpunt se adinuicẽ, & declarauit ex hoc impo͞le esse vt motus cõpositus ex eis sit continuus. Et dixit, si igit͛ fuerint continui, & c. i. si igitur posuerim' qd͛ isti duo motus sint continui, sequit͛ vt neq; habeant reflexionẽ, neq; reuertantur. Quoniã contraria sunt directo, & reuerso, & contraria destruunt se adinuicem & illa, quæ suntta talia, non continuantur. D. d. motus ad latus, & c. i. & motus contrarij sunt illi, qui sunt in eadẽ oppositione, illi aũt qui non sunt in eadem oppositione, non sunt contrarij: sicut motus ex dextro ad sinistrum cum moto ab inferiori ad superius. Et, hoc, quod dixit, est manifestum per se. Isti non sunt contrarii: quoniam non est impossibile vt idem motum moueatur istis motibus, s. vt moueatur ad superius, & ad dextrũ insimul, scilicet quod ex istis sit motus compositus, & ex motibus contrariis nõ componitur vnus motus.


Solutio. Quõ in circulo sit contrarietas, vide pfectam solõnẽ istius difficultatis in 1. cę. c. 32. vide ẽt ibi. c. 87.

Maxime autem manifestum est quod impossibile est esse continuum cum, qui est in rectitudine, motum. Quia reflexibile (B) necesse est stare, non solum in recto, sed si secundum circulum feratur. Non enim idem est & ferri in circulo, & circulum. Est enim aliquando, vt continuet quod mouetur, a aliquando in idem veniens, vnde motum est, reflecti iterum. Quod autem necesse est stare, fides est non solum in sensu, sed in ratione: principium autem hoc est. Tribus enim existentibus principio, medio, & fine. Medium ad vtrunque est, & vnum numero, ratione autem duo. Amplius autem aliud est, quod est potentia, & quod est actu. Quare & rectitudinis, eorum quæ infra sunt terminorum, quodlibet signum potentia quidem, medium est, actu autem non est, nisi diuidat hanc, & stans iterum inceperit moueri. Sic autem medium principium fit, & finis actu, principium quidem posterioris, finis autem prioris. Dico autem, vt si fertur. a, & stet in b, & iterum feratur in. c, cum autem continue feratur, neq; adesse, neq; abesse (C) possibile est. a. secundum. b. signum, sed solum esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, propter id quod non ipsum nunc est diuisio in toto. a. b. c. Si autem adesse aliquis concedat, & abesse, semper stabit à quod fertur. Impossibile enim est. a. simul adesse in. b, & abesse. In alio ergo, & alio signo temporis est. Tempus itaque erit, quod est in medio. Quare quiescit. a. in. b. Similiter autem in aliis signis est: eadem enim ratio est in omnibus. Cum autem vtatur. a, quod fertur ipso. b. medio, & fine, & principio, necesse est stare, propter id, quod duo facit, sicut vtique intellexerit. Sed ab. a. signo quidem abfuit, principio. In. c. autem affuit, cum perficiat, & stet:


Et hoc apparet magis, scilicet quod impossibile est, vt motus per lineam rectam sit continuus, ex hoc, scilicet quod illud, quod reflectitur, necesse est quod quiescat. Non solummodo illud, quod mouetur secundũ lineam rectam, sed etiam illud, quod mouetur per circulum,

Non enim est eadem intentio aliquid moueri circulariter, & aliquid D
moueri per circulum. Forte enim mouetur eundo super ipsum, & forte, cum peruenerit ad illum locum, a quo incępit moueri, reuertitur. Et homo certus est, quoniã talis motus, necesse est, vt quiescat non sensu tantũ, sed ratione. Et hoc est principiũ illius: quoniam hic sunt tria, principiũ, & mediũ, & postremũ. Medium apud vtrumque extremorũ est vtrũque, & est in numero vnũ, & in respectu duo. Et ẽt illud, qđ est in potẽtia, est aliud ab eo, quod est in actu. Et ideo, quodcunq; punctũ imaginaueris inter duo extrema, est mediũ in potentia, & non est in actu, nisi quando diuiserit illam, & quando cessauerit quiescens apud illũ pũctũ, deinde incęperit moueri. Tunc enim medius punctus erit principiũ, & finis. Principiũ postremi, & finis primi. Verbi gratia, quod. a. moueatur, & quiescat apud b, deinde mouetur ad. c. Cum autem mouetur secundnm continuationem, impossibile erit vt. a. sit in. b, aut separetur ab ipso. Sed erit in eo tantũ in instanti, non in tempore omnino, & instans non diuidit totũ, scilicet lineam. Si igitur aliquis posuerit, quod cum. a. transfertur, erit in. b, & separabitur ab eo, tunc erit quiescens. Impossibile enim est vt. a. sit insimul in. b, & separetur ab eo. Ergo hoc erit in duobus punctis diuersis temporibus. Ex quo sequitur vt. a. quiescat in pũcto. b, & similiter in aliis punctis. Quoniam ratio est eadem in omnibus. Quando autem. a motum vtitur. b, quod medium est pro principio, & fine, necesse est vt quiescat, quia ponit ipsum duo. Sed quia incœpit a puncto a, separatˉ a principio, & sic in puncto. c, cũ cõpletˉ suus motus, qescat. E

*Demonstratio ꝙ medium fi principium, & finis actu.*




Linea, hec magnitudo
Demõstratio eiusdẽ i arcu circuli. F




65 Quia declaratio quæ est prædicta fundatur super hoc quod illud, quod mouetur, & post reflectitur super lineam rectam, nõ est motus continu', est declaratio vniuersalis omnibus quatuor transmutationibus, incœpit declarare hoc de moto in loco: & quia declaratio propria est magis perfecta, & magis manifesta. Dixit, & hoc apparet magis, &c. id est & apparet magis quod impossibile est vt motus continuus æternus sit super lineam rectam secundum reflexionem & reuersionem ex hoc, s. qm̃ oẽ quod reflectitur necesse est vt quiescat inter duos motus, s. vt habeat quatuor dispositiones, duos motus, & duas quietes. Et quia hoc nõ solummodo declaratur in moto super dimensionem rectam: sed in moto super circulum dixit: non solummodo illud quod mouetur super lineam rectam, &c. i. & hoc quod diximus non tantum declarabitur in eo quod mouetur super lineam rectam, sed in eo quod mouetur super circulum. Et quia illud, quod mouetur super circulum, mouetur duobus modis: qm̃ aut perficit circulum, aut mouetur in eo super arcum, Deinde reuertitur super illum eundem arcum ad contrariam partem. Et alter istorum modorum est possibilis. Et reliquus impossibilis, s. reuerti super eundem arcum: distinxit istos duos modos, Et dixit non est enim eadem intentio, &c. i. immo

Declaratio ꝓpria ẽ magis pfecta, et magis manifesta.

D ista intentio declarabitur in eo quod mouetur super circulum quando mouebitur super illum motu circulari, s. ire, & reuerti. Non. n. est eadem intentio, aliquid moueri circulariter, & aliquid moueri per circulū. Id est & diximus motus circulari. i. attributo circulo. Quoniam non est eadem intentio aliquid moueri motu attributo circulo: secundū quod est super circulum tm̄: & aliquid moueri super totum circulum. Et dixit hoc quoniam illud quod mouetur super circulum vno motu & ad vnam partem dicitur moueri circulariter in rei ueritate. Illud autem quod mouetur in eundo & redeundo super circulum mouetur motu attributo circulo: & hoc intendebat cum dixit circulariter motum igitur super circulum vno modo dicitur moueri circulariter: & motum super circulum eundo & reuertendo non dicitur moueri circulariter, sed per circulum. D. d. forte enim mouetur, &c. i. forte enim aliquid mouetur, & est delatum super circulū, & dicitur moueri in eo circulariter, & forte quando peruenerit ad locū ex quo incœpit moueri reflectitur: & tunc dicitur moueri per circulum. Et cum exposuit intentionem quam intendebat: & distinxit illa in quibus manifestabitur hoc incœpit declarare: & distinxit & homo erit certus, &c. i. & homo erit certus φ illud quod mouetur eundo, & reuertendo habet duas quietes sensu, & ratione. Et dixit hoc, quoniam apparet sensui quod omnia mota eundo & reuertendo habent duas quietes: & hoc manifestum est in eis quæ mouentur motu voluntario, E s. animalibus, & in eis quæ mouentur naturaliter istis duobus motibus vt pulsus. Medici enim fingunt comprehendere sensu duas quietes, s. in fine systoles & dyastoles. Et quæret aliquis si sit manifestum sensui quod omne motum qđ reflectitur quiescit tunc vti sermone in declaratione eius est superfluum?. Dicamus igitur ad hoc quod hoc quod apparet sensui est testimonium illi quod apparet rationi: sed illud quod apparet sensui non sufficit in hoc quod omne tale motū quiescit cum non sit remotum quod plura talia mota sint, quorum quis non comprehenditur sensu. Et sic esset possibile existimare ipsa non quiescere. Cum igitur causa fuerit data in hoc, s. causa faciens quietem tunc declarabitur quod omne tale motum quiescit necessario. Et possumus dicere quod sensus sufficit in hoc, s. in esse, & præcipue hoc, quod apparet quod duo mota æqualis velocitatis qn̄ alterum mouetur reflectendo & alterum recte apparet sensui quod rectum incedit velocius. [a] vt post dicet Aristo. Et secundum hoc ratio data hic erat causa in hoc esse tantum, & sic scientia huius erit magis certa: quoniam scire [b] aliquid esse cum sua causa erit certius scientia quæ est in sensu tantum. Et cum dixit quod hoc non tantum apparet sensu, sed ratione. i. demonstratione, incœpit & dixit & hoc est principium illius, &c. i. & quia in his duobus motibus, s. eunte & reflexo sunt tria, s. principium & medium & est illud quod est inter duos motus, F C & illud [c] medium est vnum numero & duo ratione, necesse est vt iste motus sint duo motus [d] enim continuus non habet medium quod sit vnum numero, s. in actu sed potentia. Deinde induxit aliam declarationem & dixit: & est etiā illud, quod est in potentia, &c. i. & omne motum super lineam rectam secundum φ mouetur super ipsam motu finito necessario describit in ea duo puncta in actu scilicet punctum ex quo mouetur: & punctum ad quod mouetur: & nullum punctum describit in actu inter hæc duo puncta nisi quiescere in medio: & hoc intēdebat cum dixit, & non est in actu, &c. i. & motum non describit punctum in actu inter duo puncta inter quæ mouetur nisi diuiserit magnitudinem super quam mouetur, & quieuerit in medio. Si igitur reuertatur in motu ad contrariam partem a qua mouebatur, tunc punctus medius quem describit in actu, erit principiū motus & finis. Erit enim finis primi motus: & principium secundi motus. Et hoc intendebat cum dixit & non est in actu, &c. i. & incœpit moueri. i. ad contrariam partem ei ad quam mouebatur. D. d. tunc igitur medium erit principium & finis. i. tunc igitur punctus medius quem describit in actu erit principium & finis. Et siue motum quieuerit in puncto medio. Deinde reuersum est ad motum ad contrarium illius partis. Aut quieuerit in fine spatij, deinde reuersum est ad contrarium illius partis. Describit igitur punctum in actu quod est principium & finis insimul, scilicet principium postremi motus, & finis primi. Et

Nō ē eadē intentio aliqđ moueri circulariter, & moueri per circulum.

Appet sensui, φ oīa mota eundo & redeūdo, habēt duas quietes.

An vti sermone in declaratione eius, qđ est sensui manifestū, sit superfluum.

a Ex hoc patet quid sit demōstratio causæ tm̄. Vide ℘ hoc 2. cœ. c. 35.

b Scire aliquid cū cā est pfectius φ̄ scire ipm in sensu tm̄.

c Mediū in motu reflexo est vnū numero, & duo ratione.

d Motus cōtinuus nō habet unū mediū in actu.


cum dixit hoc dedit exemplum & dixit. V.g.&c.i.V. g.ponere ꝙ a. moueatur ex c.ad.b.& quiescit in b.s.quod facit.b.esse punctum in actu: deinde reuersum est & mouetur ex.b.ad c.tunc igitur.b.erit finis primi motus & principium secundi. D.dixit cum aũt mouetur secundum continuationem,&c. i.& illud quod mouetur continue impossibile est ut superponatur alicui,& vt separetur ab eo Quoniam tale est super magnitudinem in tempore:quoniam diuidit magnitudinẽ in actu & ideo quiescit necessario inter duos motus:& non in instanti : & illud quod est continui motus est super magnitudinem in instanti,non in tpe oĩno.D.d. & instans non diuidit,i. & motum cum fuerit in instanti non diuidit magnitudinẽ in actu.D.d.si igitur aliquis posuerit,&c.i.si igitur aliquis posuerit ꝙ aliqđ motum fuerit super aliquid in actu, deinde separetur ab eo , tunc contingeret necessario vt quiescat in illo . D.dedit rationem super hoc:quia est conuersum positi & dixit impossibile.n.est vt.a.sit insimul in b.& separatum ab eo,i. & hoc fuit ita:quoniam impossibile est vt motum sit in extremo magnitudinis deinde separetur ab eo, ad contrarium illius partis ad quam mouebatur in vno instanti. V. gratia,quod.a.iuit ex.b.ad c.& fuit super.c.deinde mouetur ab eo ad. b.in vno instanti. D.dixit , hoc enim erit in duobus punctis diuersis id est , et cum fuerit impossibile vt aliquod motum sit super extremum alicuius magnitudinis & reflectatur ab eo in eodem instanti , tunc instans in quo fuerit super illud extremum est aliud ab eo in quo separatur . Deinde dixit ex quo sequitur vt a.quiescat super punctum.b.i.& cum instans in quo motum est super extremum magnitudinis est alius ab instanti in quo separatur ab eo,& est declaratum quod inter quælibet duo instantia est tempus : necesse eꝡ vt motum quiescat super extremum magnitudinis quoniam in quolibet tempore , aut corpus mouetur aut quiescit. Deinde dicit & similiter est in aliis punctis , &c . id est , similiter est de aliis punctis acceptis in temporr , scilicet instantibus, quoniam ratio est eadem in eis . Et intendit vt mihi videtur in hoc quod inter quælibet duo eorum est tẽpus . Declaratum est enim quod Instans non sequitur instans, & potest intelligi sic : & similiter de aliis punctis imaginatis super lineam : quoniam cum motũ descripsit vnum eorum in actu , tunc quiescit necessario : siue posuerimus quod iste punctus est in extremo lineæ, aut in medio. Et ideo dixit post cum autem a.motum vtitur medio , &c.id est, & cum imaginauerimus quod motum vtitur aliquo puncto : medio magnitudinis pro fine primi motus, & principio secundi motus,sequitur necessario vt quiescat : sicut est dispositio in puncto qui est in extremo magnitudinis.ratio enim in omnibus punctis est eadem.Deinde dicit quoniam ponit ipsum duo,&c.id est, quoniam motum cum fuerit reflexum super duo opposita : tunc faciet finem primi motus , & principium secundi motus. Et impossibile est vt duo in actu sint in vno instanti : instãs enim est in potentia nedum vt opposita sint in eo . Deinde dicit sed quia incipit ex puncto .a. &. c. i. & necesse est vt quiescat:qm̃ cũ incępit moueri,incępit a puncto in actu:& cũ finitur descripsit punctum in actu . Ergo sequitur vt quiescat quemadmodum nõ incœpit ex puncto nisi illud,quod erat quiescens,antequam inciperet.


Vnde & ad dubitationẽ hoc est dicendũ : habet enim locus hic dubitationem hanc. Sit enim quæ est.e,ei,quæ est.z,æqualis,&.a. feratur continue ab extremo ad.c , Simul autem sit a.in.b signo,&.d feratur.a z.extremo ad.i.regulariter,& velocitate simili ipsi.a.ipsum.d. ante veniet in.i,quã.a.in.c.Prius enim se mouens,& discedens prius venire necesse est. Non ergo simul affuit.a.in.b, & abfuit ab eodem: Vnde posterius sit. Si enim simul, non posterius esset, sed necessitas erit stare. Non enim ponendũ est cũ.a.affuit secundũ.b, ipsum.d.moueri.a.z.vltimo. Si enim affuit.a.in.b.erit & abesse,& non simul,sed erit in decisione tẽporis,& non in tẽpore . Hic ergo impossibile est

D sic dicere, in continuo, sed in reflectente necesse est sic dicere. Si enim, qui est.z.feratur ad ipsum.d, & iterũ reflectens deorsum feratur in vltimo, in quo est.d, & fine & principio vtẽt vno signo, vt duobus: vnde stare necesse est, nec simul affuit.z.in.d, & absuit ab ipso.d. Ibi enim simul esset & non esset in eodẽ nunc.


Et ideo oportet nos ratiocinari per hoc in dissolutione quæstionis: est enim locus dubitationis. Quoniam, si spatium.h.est æquale spatio.z., &.a.mouetur continue de extremitate.h.ad.b.ad.h.reuertendo, & insimul fuit in puncto.b.Et.c. mouetur de extremitate.z. æqualiter, & in eadẽ velocitate, tunc.c.incedit citius ad.g.quã.a.ad.h. Illud enim, quod incedit in processu, necesse est vt incedat citius. A. igitur non fuit in.b, & separabitur ab eo insimul, & similiter fuit diuersum. Quoniã, si esset insimul, non diuersaretur, sed necesse est vt quiescat. Ergo non oportet ponere, quod cũ.a.fuit in.b, mouebatur.a.ab extre
E mo.b. Quoniã, si.a.fuit in.b, & separatũ ab eo, & hoc impossibile est esse insimul, quoniam positũ est, quod hoc fuit in differentia temporis, non in tempore. Manifestum est igitur, quod in continuo impossibile est, vt hoc dicatur. In reflexo vero necesse est vt hoc dicatur, scilicet quies Quoniã, si quando.a.mouetur, fuerit extremũ b. finis & principiũ, tunc vno puncto vtetur pro duobus. Et ideo necesse est, quiescere, non ita quod insimul proueniat ad.b, & recedat.a.b. Et si, non, tunc illic insimul esset, & non esset in eodem instanti.

*Ratio, qua dubitatur, quod id, quod continue mouetur, aliquo signo quiescat.*


F


*Ostensio, quod necesse sit mobile, quod reflectitur, quiescere illo signo, a quo reflectitur.*




*Ostensio eiusdem secundum Commentatorem.*




66 Cum declarauit ꝙ illud, quod mouetur recte, quando reflectitur necesse est vt quiescat, & non continuetur suus motus vult dissoluere quæstionem, ex hoc, in qua dicitur quare duo mota æqualia in velocitate qnando mouentur insimul, ꝑ duo spatia æqualia, & incipiunt insimul moueri, sed cum alterum peruenit ad medium spatii reflectitur ad extremum, ex quo incœpit moueri, & reliquum directe procedit ad finem, quare motum quod non reflectitur peruenit ad finem spatij antequam reflexum perueniat ad locum in quo incœpit, licet duo spatia sint æqualia. Dicendum est igitur ei, qui hoc quęrit, qm̃ motum reflexum quiescit. Et hoc intendebat cum dixit & ideo oportet nos ratiocinari. Deinde incœpit dicere quæstionem, & dixit, est enim in hoc locus dubitationis, &c. i. quoniam cū posuerimus. a, moueri ad. b. deinde reflecti ab eo, ita quod in vno instanti fuit in puncto. b, & recessit ab eo, tunc non debet. c. incedere ad. g. antequam. a. ad. h. & cum. c. incedit ad. g. antequam. a, ad. h. continget quod. a. non existet in. b. & fuit separatum insimul. Quoniam, si ita esset, tunc non diuersaretur motus eius a motu, c, sic igitur est intelligendus iste locus. Et ideo videtur mihi quod aliquid est

Rõnis abbreuiatio.

diminutum a verbis Aristo. in lib. Quoniam secundum quod inuenitur in libro non inducitur in forma syllogismi inducentis ad inconueniens. & ideo sic debet legi: & in illa eadem velocitate necesse est, vt prouentus. c. ad. g. & a. ad. h. sit insimul: sed non sunt insimul: quoniam. c. citius incedit ad. g. quam. a. ad h. Deinde dicit. non igitur oportet ponere, & c. id est, sed, qui ponit motum continuum esse ponit quod esse. a. in b. & separationem eius ex. b. reuertendo est in differentia tẽporis indiuisibili non in tempore: quod est impossibile. Ergo ille motor nõ est continuus. Et hoc intendebat cum dixit. Manifestum est igitur in continuo qđ est impossibile hoc dicere, scilicet motum reflecti. D. d. illud autem quod reflectitur, & c. i. ꝙ motus non est continuus & ꝙ quiescit. D. dedit causam in hoc, & dixit qm̄, sicut qñ a. mouetur extremum. b. fuerit finis, & principium, & c. i. ꝙ cum punctus fuit in actu diuisit tempus in duo: & ideo fuit tempus inter ea. D. d. &. si non. esset illic, & c. i. & si non tunc. a. esset in b. in actu. Et non esset in eodem instanti, & instans non est nisi in potentia.

At vero quæ olim solutio, non danda est. non enim contingit dicere quod est in. d. ipsum. z. in decisione, non affuit autem, nec de fuit: Necesse est enim in finem venire qui actu est, & non potentia. Quæ igitur sunt in medio potẽtia sunt, hæc aũt actu, & finis est quidẽ deorsum, principium autem sursum: & motum similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto. Non ergo contingit motum cõtinuum esse, & perpetuum in recto. Eodem aũt modo obuiandũ est, & ad interrogantes Zenonis rationem, & volentes, si semper mediũ transiri oportet. Hęc media aũt infinita sunt, infinita aũt impossibile est transire, Aut sicut ipsam hanc rõnem quidã aliter interrogant, volentes, mobile cũ mouetur, media singula sup, q̃ fertur, prius numerare. Quare abeunte tota infinitum accidit numerari numerum. Hoc aũt confitẽtur esse impossibile.

Et non oportet dicere illã solutionẽ in prædicta quæstione prius. Quoniam impossibile est dicere quod motum erit super c. h, aut sup b, in loco differentiæ temporis, ita quod non fuit in ipso, neque separatum ab eo. Illud enim, quod est in actu, non in potentia, necesse est peruenire ad finem. Et puncta, quæ sunt in medio, sunt in potentia, illa autem sunt in actu. Et est finis ab inferiori, & principium a superiori. Et similiter etiam est de motibus. Necesse est igitur vt reflexum super lineam rectam quiescat. Impossibile est igitur vt in linea recta sit motus continuus æternus. Et secundum hunc modum debemus opponere sermoni Zenonis dicentis, quod illud, quod pertransit spatium, necesse est semper pertransire medietatem, sed medietates sunt infinitæ, & infinita non possunt pertransiri, impossibile est ergo illud spatia ptransiri. At qui hoc dicit alio mõ, sicut alii dicunt, qđ necesse est, dũ homo mouetur, vt numeret medietates vnam, post aliã. Et tunc, cum pertransit totam medietatem, tunc numerat numeros infinitos: & manifestum est, quod hoc est impossibile.

Puncta, quę sunt in medio, sunt in potentia.

Zeno.

Et cum declaratum sit hic de motu: qm̄ non facit in magnitudine super quam mouetur punctum in actu, nisi cum quieuerit, & tunc non oportet dissoluere quæstionẽ Zenonis in motu per illã dissolutionẽ, per quã fuit dissoluta in sexto. D. d. qm̄ impossibile est dicere, & c. i. qm̄ impossibile est dicere quod motus, qñ peruenerit ad extremum magnitudinis, quæ est, c, h, aut, b, perueniat ad ipsum in diffe- 67

6. phy. t. cõ. 19.

rentia temporis indiuisibili, s. in instanti, ita, quod non fuit in extremo magnitudinis, deinde separatur ab eo. D. d. necesse est vt perueniat ad finem, &c. i. & cum motum mouetur super magnitudinem finitā in actu, necesse est vt perueniat ad extremū magnitudinis quod est punctum in actu, & finis motus. Puncta aūt, quæ sunt inter principium & finē magnitudinis sunt in potentia: cū magnitudo diuidatur scdm illa potentia, non in actu. Punctus aūt, qui est finis magnitudinis est in actu, & est finis primi motus, & principium secundi. V. g. finis motus ab inferiori ad superius, & principia motus a superiori ad inferius. D. d. similiter est ēt de motibus. i. & hoc necesse est in omnibus motibus finitis. D. d. necesse est igitur vt reflexum, &c. i. manifestum est igitur ex dando causam in hoc, quod motū describit punctum in actu super magnitudinem, & est magnitudinem esse finitam in actu, ꝙ necesse est ipsum quiescere. In sermone enim dedit causam quod causa quietis in extremo magnitudinis est, quia describit in ea pūctum in actu. Hic aūt dedit causam in hoc quod describit super ipsum punctū in actu: & est magnitudinē rectam esse finitam in actu. Et ideo dixit, ergo necesse est vt reflexum, &c. i. manifestum est igitur hoc esse necesse in oībus suis causis propinquis, & remotis. D. d. impossibile est igitur vt super lineam rectam sit motus continuus æternus, i. qm̄ motus eius, quod mouetur super lineam rectam est finitus, quia linea recta est finita, & reflexum quiescit inter motus. Et ꝙ quiescit in suo motu nō mouetur cōtinue. Et cū dixit; quod non oportet contradicere Zenoni per illā contradictionem prædictā in sexto, cum illa sit scdm sermonē, non scdm rem, reuersus est ad narrandū quod scdm hunc modū dissolutitur illa quæstio. Et est quod dum motū mouetur non diuidit magnitudinē in actu, s. super quā mouetur, D. d. qm̄ illud, qd pertransit spatium, necesse est &c. i. & quæstio est talis: qm̄ omne, quod pertransit spatium, necesse est quod antequā pertrāseat totum spatiū pertranseat medietatē, & necesse est, vt antequam pertranseat illam medietatē, pertranseat medietatem illius medietatis: & sic in finitum. Quoniam cum magnitudo diuiditur in medietas infinitas, necesse est vt illud, ꝙ pertransit totā magnitudinē, anteꝗ̄ pertrāseat illam, pertransibit magnitudines infinitas. Et, cum ita sit, continget vt motū pertranseat in tempore finito magnitudines infinitas: quod est impossibile. D. d. aut qui hoc dicit alio modo &c. i. aut qui inducit qōnē alio modo dicendo, ꝙ qui mouetur per aliquod spatium pōt numerare medietatē illius spatij ante illud spatiū, & medietatē illius medietatis, ante aliā medietatem, & sic in infinitū: ex quo cōtingit quod si aliquis homo ꝑtransiuerit ꝑ aliquod spatiū, vt numeret numeros infinitos: quod est impossibile. Et, cū dixit vt numeret medietatē post aliam: intendit numerare medietates, quæ consequuntur se adinuicem, sicut numerans numerat vnitates, quæ consequuntur se adinuicē: Sed, quia medietates sunt infinitæ, sequitur numerare numeros infinitos: & iste modus impossibilis est alius a prædicto, & est manifestior, & non potest contradici secundum sermonem per contradictionem dictam in sexto. Illic enim fuit dictum, quod, si pertransit medietates infinitas, necesse est vt pertranseat eas in temporibus infinitis: &, cum posuit hāc quæstionem, incœpit dissoluere eam, & dixit.

Puncta, quę sunt inter principiū, et finē magnitudinis, sunt in potentia, cū magnitudo diuidatur scdm illa potentia, & nō actu, pūctus aūt, qui est finis magnitudinis, est in actu,

In primus igitur rationibus de motu soluimus per id, quod tempus infinita habet in seipso. Nō enim inconueniens est, si infinito tempore infinita pertransit aliquis. Similiter autem infinitum vtiq; in longitudine est, & in tempore. Sed hæc solutio ad interrogantem quidem sufficienter se habet. Interrogabat enim, si in finito tempore infinita transire, atque numerare contingit: ad rem autem, & veritatem non sufficienter. Si enim aliquis, dimissa magnitudine, interrogauerit si in finito tempore, contingit infinita transire, & interroget de ipso tempore eadem (habet enim tempus infinitas diuisiones) non adhuc sufficiens erit hæc solutio. Sed verum dicendum est, quod quidem diximus in rationibus. Si enim aliquis continuum diuiserit in

duo media, hic vno signo, tanquam duobus vtitur. Facit enim ipsum principium, & finem. Sic autem facit numerans, & qui in media est diuidens. Sic autem diuidente, non erit continua neq; linea, neq; motus. Continuus enim motus continui est. In continuo autẽ sunt quidẽ infinita media, sed non actu, sed in potentia. Si vero faciat actu, non faciet continuum, sed stabit. Quod quidem in numerante media manifestum est quod accidit. Vnum enim signũ, est necesse ipsi numerare, vt duo. Alterius enim dimidii finis alterius autem principium erit, si non vt vnum numeret continuum, sed vt duas medietates. Quare dicendũ est ad interrogationem, si contingit infinita transire, aut in tempore, aut in longitudine, quia est quidẽ sic, est autẽ non sic. Actu enim cũ sint non contingit, potentia autẽ contingit. Qui enim continue mouetur secundũ accidens, infinita transiuit, simpliciter autem non. Accidunt enim lineæ infinita media esse. Substantia autem altera est, & esse.

In continuo sunt infinita media nõ actu, sed potẽtia.

Dicamus igitur ad hoc, quod in præteritis sermonibus dissoluimus hanc quæstionem, cũ diximus, quoniam in tempore sunt partes infinitæ. Nõ enim inopinabile est vt aliquid pertrãseat res infinitas in tẽpore infinito. Et infinitũ eodẽ modo existit in longitudine, & tẽpore. Sed ista respõsio sufficit in hac quæstione. Quæstio enim est, vtrũ sit possibile in tẽpore finito pertrãsire, & numerare res infinitas. Secundũ autẽ rẽ, & in rei veritate non sufficit. Qm̃, si hõ dimiserit lõgitudinẽ, & dimiserit q̃rere vtrũ sit possibile in tpe finito ptrãsire res infinitas, deinde q̃siuit hoc in ipso tpe (nã tempus habet differẽtias infinitas) tunc ista responsio non erit sufficiẽs. Sed oportet nos dicere verum, & est illud, quod prius diximus, scilicet quod, cũ aliquod diuidẽs diuiserit continuum in duo media, tunc vtetur hic eodẽ puncto pro duobus. Facit enim ipsum principiũ & finem. Et similiter facit qui numerat, aut qui diuidit medietates. Cum igitur diuiserit aliquid hac diuisione non erit continuum, siue fuerit linea, siue motus. Motus.n. continuus est cõtinui, & in cõtinuo ipso certæ sunt medietates infinitæ, nõ sc̃dm actũ, sed in potẽtia. Cũ igit̃ posuerimus medietates in actu, tũc nõ erit continuũ, sed necesse est vt quiescat. Et hoc sequitur manifeste in eo, qđ numerat medietates. necessario enim numerat idẽ pũctũ pro duobus. Quoniã erit finis alterius duarũ medietatũ, & principium alterius medietatis, sed nõ numerat continuum pro vno, sed pro duabus medietatibus. Et ideo respondendũ est quęrenti, vtrum sit possibile pertransire res infinitas, aut in tempore, aut in longitudine, sic, quoniam, quodammodo hoc est possibile, & quodammodo impossibile. In actu quidem est impossibile, in potentia vero possibile. Quoniam illud, quod mouetur continue, per accidens pertransit res infinitas, simpliciter vero non. Accidens enim est quod accidit lineæ, vt essent medietates infinitæ, secundum autem suam essentiam non.

68 Cum narrauit quod responsio prædicta in quæstione Zenonis non sufficit, incipit narrare modum, ex quo illa responsio non est sufficiens, & primo iterauit illam responsionem. Et dixit in sermonibus enim præteritis, id est, illa solutio nõ sufficit: qm̃ nos diximus illic in responsione ad sermonem dicentis quod, si motũ pertransit spatium, contingit ipsum pertransire spatia infinita in tempore infinito. Diximus hoc, scilicet quod, si pertransit spatia infinita pertransit ea in temporibus infinitis. Tempus enim in quo est motus, diuiditur in infinitum, sicut diuiditur magnitudo per quam est motus. Et hoc intendebat cum dixit dissoluimus quæstionem, &c. Et, cum dixit contradictionem qua contradixit illi quæstioni: demonstrauit diminutionem, quæ est in illa contradictione. Quoniam, cum dictum fuit in quæstione, quod si motum pertransit spatium, sequitur vt pertranseat spatia infinita in tempore finito, non intenditur in ea ad destruendum ipsum pertransire spatia infinita, sicut oporteret, sed dictum fuit respondendo, quod, si pertranseat spatia infinita pertransibit illa in temporibus infinitis, non in tempore finito, sicut dictum fuit in quæstione. Et in hoc videtur quasi concedere possibile esse pertransire spatia infinita, ex hoc quod dixit ꝙ pertransit ea in temporibus infinitis. Sed hoc in se est impossibile scilicet pertransiri spatia infinita: sed si hoc fuerit concessum, responsio erit vera. Et hoc intendebat, cum dixit qm̃ non est impossibile &c. id est, responsio autem prædicta illic, scilicet quod si pertranseat spatia infinita, pertransibit ea in temporibus infinitis est vera: qm̃ non est impossibile pertransire spatia infinita in temporibus infinitis. D. d. sed ista responsio sufficit, &c. id est, sed responsio prædicta in sexto est sufficiens quantũ ad quæstionem, dicens enim hanc quæstionem, quærit vtrum est possibile pertransire, aut numerare in tempore finito res infinitas, & cum dictum fuit ei hoc esse impossibile, dixit quod illud, quod pertransit spatium pertransit res infinitas in tempore infinito, & ad hoc fuit dictum quod illud, quod pertransit spatium si pertransit infinita pertransit ea in temporibus in finitis. Quoniam, si componitur spatium ex infinitis spatiis, necesse vt tempus, in quo pertransit spatium, cõponatur ex temporibus infinitis. Et ideo ista contradictio sufficiens est quantum ad quærentem, sed secundum rem in se non est sufficiens, & ideo dixit secundũ autem rem, & in rei veritate non sufficit. Et, cum dixit quia non est hæc quæstio sufficiens. Deinde dedit causam in hoc, & dixit quoniam, si homo diuiserit, &c. & intendit per differentias instantia, & intendit quod quæstio remanet si quærens dimiserit illud, quod existimauit sequi ad motum, scilicet quod motum pertransit spatia infinita in tempore infinito, & mutauerit quæstionem ad tẽpus, quærendo quod tempus, in quo motum mouetur componitur ex temporibus infinitis: cum diuiditur per instantia infinita, & motum mouetur per totum spatiũ in toto illo tempore: ex quo contingit vt motum pertranseat res infinitas: quoniam pertransit tempus, & spatium: quod est impossibile. Infinitum enim nunquã definit, neque pertransitur. Si hoc igitur fecerit quærens, tunc responsio prima non erit sufficiens in dissolutione istius quæstionis, & hoc quod dixit manifestum est: quoniam illic accepit pro possibili pertransire spatia infinita. Et, cum declarauit ꝙ responsio prædicta non sufficit secundum rem ipsam, dixit; sed oportet nos dicere verum, &c. id est, & responsio sufficiens in hoc est illud, quod declaratum est, scilicet quod spatium super quod motum est idem in actu, & continuum, & indiuisum. Motum enim non diuidit spatium in actu, nisi quando describit in eo aliquod punctum in actu. & si postquam describit aliquod punctum in actu mouetur, vtetur tunc illo puncto pro principio, & fine. Et erit necesse, vt quiescat necessario inter duos motus. Motum igitur secundum continuationem non diuidit magnitudinem in actu. ergo magnitudo est vna, & non sunt illic medietates infinitæ, nisi in potentia. Ergo motum non pertransit medietates infinitas in actu in tempore infinito, & est illud quod est impossibile. Pertransire autem medietates infinitas in potentia in tempore finito in actu, non est impossibile, sed est necessarium. Deinde dicit, & similiter facit, qui numerat, &c. id est, & qui numerat partes spatij non numerat eas, nisi diuidendo illud in actu: in partes æquales, & cum hoc fecerit tunc numeratio erit finita

*Infinitũ nũquã desinit, neq; pertrãsitur.*

*Pertransire medietates infinitas in potentia in*

D E F

D finita necessario: & tūc diuidetur res in partes finitas numeratas. Diuisio enim in partes æquales terminat continuum, & numerat ipsum. Diuisio vero, quę nō terminat ipsum, est diuisio in qua maius semper diuiditur in minus. D.d. Cum igitur fuerit aliquid diuisum hac diuisione, &c. & intendit diuisionem, quæ est in actu. D.d. motus enim continuus est continui, id est, & causa in hoc est: quoniam continuatio motus est propter continuationem magnitudinis. Cum igitur magnitudo diuidatur, necesse erit vt motus diuidatur necessario, & non remaneat continuus: cum magnitudo, quæ est causa continuationis illius, non remanserit continua. D.d. & in continuo certe, &c. & hoc quod dixit demōstratum est in principio sexti: sicut est declaratum in tertio quod impossibile est, vt in continuo sint partes in actu infinitæ. D. dicit cum igitur posuerimus medietates in actu, &c. i. cum posuerimus medietates spatij super quod mouetur motum esse in actu, tunc motus non remanebit continuus & vnus, sed necesse erit vt motus quiescat apud quamlibet medietatem. D. d. & hoc necesse est &c. id est, & hoc bene apparet in eo qui numerat medietates spatij, scilicet qui diuisit illud in actu. Qui enim diuidit magnitudinem vnam, & continuam in actu in duas medietates, & medietatem in duas medietates: vtitur vno puncto pro principio, & fine, vnde sequitur, vt motus eius non sit continuus. Sed quæritur hic: quoniam, cum motum diuiserit magnitudinem in duas medietates in actu, quiescendo in ea, deinde diuiserit illam medietatem in duas medietates, quiescendo etiā: tunc sequitur etiam si medietates sunt infinitæ quod motum nunquam perueniet ad extremum magnitudinis, sed peruenit. ergo magnitudo non diuiditur in magnitudines infinitas. Quoniam si diuiditur, tunc quæstio Zenonis remanet, sicut dicunt quidam nostri socij. Et responsio, vt mihi videtur, in hoc est: quod motum antequam diuidat magnitudinem in duas medietates diuidit illam medietatem in partes æquales in potentia & sunt æquales sibi. vnde necesse est, vt magnitudo consumatur per hanc diuisionem, vt declaratum est: quoniam, cū diuiserit medietates residuas, diuidet etiam eas per hanc diuisionem æqualē, & sic consumetur magnitudo necessario. Diuisio igitur magnitudinis secundū medietates est diuisio per accidens, & diuisio, quæ est secundum medietates, quæ non finiuntur est diuisio, cum qua non coniungitur diuisio, quæ facit finitatem, neq; in potentia, neq; in actu, scilicet diuisio, quæ est secundum partes æquales. Ista enim diuisio consumit magnitudinem, siue fuerit potentia, siue actu. Cum igitur diuisio, quæ consumit magnitudinem, fuerit coniuncta cum diuisione, quæ non consumit ipsam, accidet diuisioni, quæ non consumit magnitudinem vt consumet eam: & ideo accidit deceptio ex mixtione eius, quod est per se, cum eo, quod est per accidens, & hoc manifestum est fatenti veritatem. Deinde dicit & ideo oportet respondere &c. id est, & propter hoc, quod diximus, nō oportet respondere quærenti. Vtrum sit possibile vt motum pertranseat de tēpore in quo mouetur, aut de magnitudine per quam mouetur per medietates infinitas responsione simplici, Sed dicetur ei, quia, quodammodo est possibile, & quodammodo impossibile, secundum autem quod illæ medietates sunt existentes in actu est impossibile: secundum autem quod sunt in potentia est possibile, scilicet vt motum pertranseat res infinitas potentia, non in actu. Deinde dicit motum enim secundum continuationem, &c. id est, &, quia accidit vt spatium finitum, vnum in actu, continuum possit diuidi in res infinitas: & ideo accidit moto pertranseunti illud spatium pertransire res infinitas non essentialiter, & primo. Et hoc intendebat cum dixit simpliciter vero non. D.d. accidens vero accidit lineę, id est, &, quando motum pertransit lineam, non pertransit medietates infinitas: quia diuisio lineę in medietates infinitas est ei per accidens. Et hoc intendit cum dixit, est enim per accidens, id est, quod hoc non est ei secundum quod est vna non discreta: sed, si fuerit, erit secundum quod est multa: quoniam definitio, & essentia eius secundum quod est linea quærit finitatem. Et innuit hoc quod dictum est in definitione lineę. s. linea est cuius vltima sunt duo puncta.

Manifestum autem est, & quoniam nisi aliquis faciat temporis fi-

*[Marginal notes:]* tpe finito in actu non est impossibile, sed necessarium. — Diuisio in partes ęquales terminat continuū, et numerat ipsum. diuisio vero, q̄ non terminat ipsum, est diuisio, ī qua maius sem p diuiditur ī minus. idem 3. phy. tex. cō. 59. 6. physi. tex. com. 4. & inde. — Obiectio. — Solutio. — Essentia, & definitio lineæ, scdm qđ est linea, quærit finitatem, &c.

B

F


gnum (prius & posterius diuidens,) semper posterioris rei erit ad ipsam rem simul idem esse, & non esse, & quando fuerit, non esse. Signum igitur vtriusque commune est, & priori, & posteriori idem, & vnum numero, ratione autem non idem: huius enim finis, illius autẽ principium est. Res autem passionis, posterioris est. Sit enim tempus in quo est. a. c. b, Res in quo. d, Hoc in. a. quidem tempore album, In b. autem non album: In. c. ergo album, & non album. In quolibet enim ipsius. a, verum est dicere album, si in omni tempore hoc erat album, & in b. non album, c. autem ꝙ est in vtrisque Non ergo dicendum est in omni, sed præter vltimum nunc, in quo est. c: hoc autem iam posterius est. Et, si fiebat non album, & si corrumpebatur album in. a. omni, tunc factum est, & corruptum est in. c, quare album, & non album esse primum in illo verum est dicere, aut cum factum est, non erit, aut cum corruptum est, erit. Aut simul album, & non albũ, & omnino esse, & non esse necesse est. Si autem quod erat prius non ens, necesse est fieri ens, &, cum fit non est, non est possibile in atoma tempora diuidi tempus. Si enim in. a. tempore. d. fiebat album, factũ autem est simul & in altero indiuiduo tempore, sed. b. herente. Si in a. fiebat, & non erat, in. b. autem erat, generationem oportet esse aliquam mediam. Quare & tempus erat, in quo factum est. Non enim eadem erat ratio in non atoma diuidentibus. Sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est in vltimo signo, cui nihil est habitum, nec consequenter. Sed indiuisibilia tempora sunt consequenter. Manifestum est autem, quia si in. a. toto tempore fiebat, non maius est tẽpus, in quo factum est, & fiebat, quam in quo fiebat solum omni. D E

Et manifestum est, quod si homo non posuerit punctum in tempore distinguens prius, & posterius posterioris rei in re, semper tunc idem erit ens, & non ens: &, cum est ens, non est ens. Punctus enim, qui est ambobus, & continuus priori, & posteriori, est idem in numero, sed in respectu non est idem. Est enim finis illius, & principium istius. In passione vero semper est postremæ passionis. Sit igitur tempus. a. b, & passio. c, & hæc passio fit in toto tempore. a. albũ, & in tempore. b. non album. In tempore igitur. c. erit album & non album: quoniam in quocunque loco fuerit acceptum in. a, dicetur vere quod in eo est album, quoniam in hoc toto tempore fuit albũ. Et in. b. est non album, & in c. est interim. Non ergo oportet concedere quòd est in instanti insimul, sed in instanti, quod est finis, & est illud, in quo est. b, & hoc est postremum. Et, si etiam efficitur album, & corrumpitur album in toto. a, tunc illud non fit, aut corrumpitur nisi in. b. Et ideo igitur, si fuerit album, aut non album, tũc primo erit verum dicere hoc in eo: &, si non, quando fit aliquid non est illud, & quando corrumpitur est illud, a quo transmutatur. Aut erit necesse est vt insimul sit album, & non album, & vniuersaliter tale esse, & illud non esse. Et si illud, quod est nunc, & non fuit au- F


Ex hoc cõiter accipit, quod rei generandæ datur primum.

A te, necesse est vt generetur, & quod generat, dum generat non est illud apud generationem, ergo imposibile est vt tempus diuidatur in tempora indiuisibilia. Quoniam, si fuerit.c. in tempore.a, erit album, deinde insimul erit album. Est igitur album in alio tempore indiuisibili, sed est consequens, scilicet in tempore.b. Et quia in tempore.a, non fuit album, in.b.vero fuit album, vnde necesse est vt interim sit aliqua generatio. Et ideo necesse est vt etiam sit tempus, in quo fuit generatio. Et ista ratio non contingit eis, qui non dicunt partes esse indiuisibiles. In puncto enim, qui est finis, & desitio temporis, in quo generatur res, in eo efficitur res generara, & ens, ita quod omnino non sit consequens. Tempora autem indiuisibilia sunt successiua. Manifestum est igitur, quod quando aliquid in toto tempore.a. generatur, tunc illud tempus, in quo generatur, non est, in quo fuit addens toti tempori, in quo genera-
B bitur tantum.

*Exemplaris ostensio, qua dubitatur, quod id, quod generatur, vel corrumpitur in eodem instanti sit & non sit.*




*Ostensio, quod tempus non diuidatur in indiuisibilia.*



69 **Cum declarauit, quod differentia inter contrarios motus temporis** est tem- D
pus, vult narrare etiam quod differentia temporis, quæ distinguit inter motus
priores, & posteriores secundum quod illud, ad quod est motus, aut econuer-
so, scilicet differentia temporis sit distinguēs inter prius quod est illud, ex quo
est motus, & posterius ex ipsis motibus est aliquod indiuisibile. Et quod mo-
do est econtrario illi, quod fuit in motibus contrariis. Quoniam scientia eius,
est complemētum suę intentionis. Et dixit manifestum est quod si homo, &c.
id est, & manifestum est per se, quod si homo non posuerit instans distinguens
inter prius, & posterius temporis ex motibus, & consequentibus motus poste-
riores. Aut inter prius secūdum illud ex quo est motus, & inter motus ad quos
posterius semper est dignum habere proportionem, & posuerit ipsum tempus
& indiuisibile, continget ei vt aliquid sit ens, & non ens in eodem tempore. &
hoc intendebat cum dixit etiam ꝙ necesse est, vt idem sit ens, & non ens. D.d.
&, cum est ens nō est ens, id est, & contingit huic positioni, &, cū aliquid pona
tur esse, non erit ens. D.d. punctus enim est ambobus, &c.i. & diximus, quod
necesse est vt in tempore accipiamus aliquid tale: quia tale instans quod est in
tempore, est simile puncto in linea, & est commune prioris, & posterioris ex re
bus quas diximus, & est indiuisibile in se. Et si sit diuisibile in respectu eius
quod est ante, & in respectu eius quod est post: est enim finis eius quod est an- E
te, &, principium eius quod est post. Et est dignius quod attribuatur ei, quod
est post. s. posteriori, s. qualitati, quæ fit ex transmutatione, quam vt attribuatur
transmutationi priori, & hoc fuit ita: qm̄ principium passionis, quæ fit a trans-
mutatione, est aliquod ens, & transmutatio est non ens. Et, quia dignius est at-
tribui enti, q̄ꝫ non enti, ideo. d. in passione vero, &c. id est, & passio dignius est
attribui passioni posteriori, quæ fit, quam attribui transmutationi præcedenti,
scilicet instanti, quod est principium essentiæ passionis, quæ fit. Et cum narra-
uit quod si non fuerit positum quod tempus motus est aliud a tempore rei, in
quo perficitur motus per instans, quod distinguit illa, scd̄m quod est indiuisibi-
le, sequit̄, vt aliquid sit ens & non ens insimul. D. dedit exemplū de hoc ad no-
tificandum qūo prouenit ista consecutio. Et dixit sed sit igitur tempus &c.i.
sint igitur tempora in quorum vtroq; est transmutatio, & in altero est perfectio
transmutationis duo tempora. a. b. & sit qualitas, quæ est in eo, albedo. s. c. & sit
tempus. a. illud, in quo. c. fuit album, & tp̄s. b. illud, in quo. c. fuit nō albū. i. trās-
mutatum in albedine. In tempore enim transmutationis verum est dicere quod
res transmutata non est illud, ad quod transmutatur: quoniam, si aliquid trans-
mutetur in aliquid, necesse est, vt non sit illud. Et, cum posuit quod in tempo-
re transmutationis non albi in albedinem vere dicitur in toto illo tempore esse
non album, & in illo tempore in quo est album in actu, necessario dicitur in eo F
toto tempore ipsum esse album. Dixit in tempore igitur. c. erit album & non
album, &c. i. &, cum fuerit positum quod differentia inter hæc duo tempora, est
diuisibilis, tunc ista differentia erit pars vtriusq; temporis: &, cum hoc fuerit,
necesse erit, vt istud tempus, quod est differentia sit pars vtriusque temporis, s.
cōe inter illa. i. necesse est vt. c. sit in b. insimul: & sic erit album, & non albū.
Et, cum hoc sit impossibile, oportet ponere ꝙ finis motus, & principium perfe-
ctionis motus est in re indiuisibili. Et hoc intendebat cum dixit non igit̄ opor
tet concedere, &c. i. non igitur oportet concedere quod. c. est in tempore, cōmu
ni istis duobus temporibus: qm̄ contingit vt in eo sit insimul album & non al-
bum. Sed oportet ponere quod in instāti indiuisibili, quod distinguit inter duo
tempora, peruenit finis motus, & est album, scilicet. c. & principium sui esse al-
bum. D.d. & hoc est postremū, i. illud, quod fit ex transmutatione. Finis enim
transmutationis est posterior transmutatione: & ipsi rectius est, sicut dixit attri
buere instans. Et, cum narrauit, quod tempus motus generati est aliud a tem-
pore suæ essentiæ: & quod necesse est vt distinguatur per aliquod indiuisibile,
incœpit narrare etiam quod necesse est vt tempus generari distinguatur per ali-
quod indiuisibile a tempore sue corruptionis: & quod, si fuerit diuisibile cōtin
get vt res sit generata & corrupta insimul; & dixit & si sit album & corru-

Cur passio posteriori semper sit attribuēda.

In tp̄e transmutationis verū est dicere, ꝙ res transmutata nō est illud, ad qđ transmutatur. idē 5. phy. 13. & 16. Idem 6. phy. 30.

D Ipsum &c.i.& si aliquid esse album,& ipsum transmutari ab albedine sunt contraria, necesse est, vt tempus in quo dicitur ipsum esse album, sit aliud a tempore, in quo dicitur ipsum transmutari ab albedine, i.ipsum incipere corrumpi,& si non, contingeret vt in illa hora in qua fuit aliquid non sit illud. V.g. in hora, in qua fuit album, non sit album: illud enim, quod transmutatur de albedine nõ est album. Et continget etiam vt cum corrumpitur, id est qñ trãsmutatur de albedine sit illud, tunc:& sic erit ens in tempore suæ corruptionis. Et intẽdebat per totum hoc notificare, quod cum sit hoc impossibile, vt tempus generationis rei sit tempus suæ essentiæ. Impossibile est vt illud, quod distinguit inter ea sit tempus. Deinde dixit si igitur illud, quod est nunc,& non fuit prius, necesse est vt generetur,&c. id est cũ aliquid fuit modo ens, quod ante non fuit, necesse est vt generetur antequam sit ens in actu. D,d,& quod generatur, dum generatur, non est illud, quod generatur, i. perfecte:& hoc est manifestum: qm̃, si apud generationem esset, tunc generaretur illud, quod generatum iam est perfecte:& intendit: qm̃ necesse est vt tempus generationis, sit aliud a tempore essentiæ illius generati. Et, cum declarauit quod instans in quo incœpit generari necesse est vt sit aliud ab instanti in quo est generatum in actu, ita quod vtrumq; eorum sit aliquod indiuisibile, dixit impossibile est igitur vt tempus diuidat &c.

E B id est &, cum tempus generationis sit aliud a tempore essentiæ generati,& differentia inter ea est aliquod diuisibile. Impossibile est vt tempus componatur ex temporibus indiuisibilibus, s. vt tempus generationis sit aliquod indiuisibile,& similiter tempus essentiæ generati:& quod duo tempora essent contigua. Deinde dixit qm̃ si.c.fuerit in tempore,&c. i. qm̃ si. c. quod est in loco albi, fiat in tempore. a. album & fuerit tempus. a. indiuisibile, deinde fuerit non albũ in alio tempore indiuisibili tangenti tempus. a. scilicet consequenti,& sit tẽpus. b. tunc ipsum esse album,& nõ album, est in duobus temporibus indiuisibilibus, quorum alterum sequitur secundum id est tangit ipsum. D.d.&, quia in tempore a. non fuit album,&c. i.&, cum in tempore. a. indiuisibili, non fuit album: quoniam tunc non fuit album:& in tempore indiuisibili. b. fuit album, necesse est, vt inter hæc duo tempora transmutetur de nõ albo in album. D.d.& ideo necesse est, vt sit tempus in quo fit generatio, id est &, cum necesse est vt transmutetur,& generetur inter duo tempora indiuisibilia, s. instans, in quo transmutabile fuit non album,& instans, in quo fuit album, necesse est vt inter duo tempora indiuisibilia sit tempus, in quo est transmutatio. Omnis enim transmutatio inter duo contraria est in tempore, vt declaratum est. ergo instans nõ sequitur instans. Et, cum induxit impossibile quod sequitur ex hac intentione dicentibus tempus componi ex temporibus indiuisibilibus, s. instantibus. d. quod

F C istud impossibile non sequitur non dicentibus hoc,& dixit, ista ratiocinatio non contingit &c. id est & istud impossibile prædictum non contingit nobis: quia punctus temporis indiuisibilis, quem nos ponimus esse finem generationi, in eo dicimus aliquid fieri in actu generatum,&c. id est quod ipsum punctũ ponimus esse principium essentiæ generati, ita quod, non ponimus ipsum sequi punctum in quo erat non in generatum: ex quo continget nobis vt ex consequentibus esset tempus, id est quoniam cũ nos posuimus quod inter omnia duo instantia est tempus, ideo sermo noster conuenit rei. D,d. manifestum est igitur quod, cum res fuerit in toto tempore. a,&c. id est & manifestum est igit̃ ex eo quod diximus, quod res non perfecte est in actu in tempore addito tempori suæ generationis, sed existit perfecte in tempore indiuisibili, id est in fine illius temporis.

Quibus igitur aliquis tanquam propriis credet rationibus, hæ,& huiusmodi quædam sunt. Rationaliter etiam intendẽtibus & ex his videbitur alicui hoc idem accidere. Omne enim, quòd mouetur cõtinue, si a nullo prohibeatur, in quòd quidem venit, secundum loci mutationem, in hoc & ferebatur prius: vt si in. b. venit,& ferebatur


in b: & non, cum proxime erat, sed mox vt incœpit moueri. Quid D
enim magis nunc, quàm prius? Similiter autem & in aliis. Quod autem ab.a. fertur in.c, cum in.c. veniet, iterum veniet in.a, cum continue mouetur. Cum ergo ab.a.in.c. ferebatur, tunc & in.a. fertur, secundum motum, qui est, à c, & econuerso. Quare simul contrarii, cõtrarii enim sunt, qui secundum rectitudinem. Simul autem, & ex hoc mutatur, in quo non est. Si igitur hoc impossibile, necesse est stare in.c. Non ergo vnus motus est ab.a.in c, & econuerso: red tus enim statui non est vnus.

Istæ enim sunt ratiocinationes, de quibus homo debet esse certus, quoniam sunt conuenientes de suis similibus. Si autem posuerit considerationem de hoc secundum dialecticam, sequitur hoc idẽ aliis modis, quos narrauimus. Dicamus igitur quod omne motum secundum continuationem, nisi aliquid occurrat ei, illud, quod est transmutatum ad ipsum, mouebatur in primo, Verbi gratia, quod B
si, a, fuit ad b, ad ipsum fuit finis motus eius in primo, & nõ solũmodo intendit ad ipsum, quando fuit prope ipsum, sed intendebat illud a principio motus. Non enim est illic causa, propter quam sit dignius vt nunc intenderit ipsum magis quam primo, & similiter in aliis. Et illud, quod transfertur ex a, si quando peruenerit in b, reuertatur ad a, si mouetur secundum continuationem, tunc quando mouebatur de, a, ad b, in illo etiam tempore mouebatur ad a motu, qui est ex c: Secundum igitur hoc mouetur duobus motibus contrariis insimul. Isti enim duo motus secundum rectitudinem sunt cõtrarii. Et, cum hoc contingit vt transferatur ab eo, in quo non est, id est, ab eo, in quo non fuit. Et, cum hoc sit impossibile, necessario quiescit tunc, & sic motus non erit vnus motus. In quo enim interponitur quies, non est vnus.

*Ratio prima, quæ ostenditur, quod motus reflexus* F
*non possit esse continuus.*

Id est, istę igitur demõstrationes sunt
70 illæ, de quibus, debet homo habere certitudinem, quoniam conueniunt rebus. Et, intendit per conuenientes, ipsas esse essentiales, & primas: & innuit per hoc illud, quod dictum est de translato reflexo: quia, cum reflectitur describit punctum in actu, &, cum describit punctum in actu, quiescit. Ista enim ratiocinatio est propria translato. Et intendit per dialecticam, sermones veros, qui componuntur ex accidentibus vniuersalibus, non proprijs. Et manifestum est, quod illa ratiocinatio, quam induxit, est vniuersalis: fundaſ enim super duas propositiones. Quarum vna est quoniã

Sermones dialectici sunt sermones veri, qui cõponuntur ex cõibus. Idem 1.cœ. cõ.70. & 4. phy. 87.



D transmutatum est in potentia illud, ad quod transmutatur in postremum: &, siue fuerit propinquum, siue remotum, necesse est, quod in sua transmutatione amittat partem successiue post aliam illius, a quo transmutatur, & acquirit successiue partem illius, quod transmutatur. Ergo illud, ex quo trāsmutatur, & illud, ad quod transmutatur, sunt opposita necessario, & vtrunq; illorum est in parte transmutati, alia a parte, in qua est reliquum: sed sunt non determinata in se, neque apud nos, & hoc vniuersale est, & commune omni transmutato. Et, cum fuerit coniunctum huic, quod aliquid est transmutatum de eodem in idem motu vno continuo, continget, vt illud, ex quo transmutatur, sit illud, ad quod transmutatur. Ex quo contingit illud, quod amittit per transmutationem, illud idē acquirat, quod est impossibile. Et ista propositio est communis, & nō propria. Et vniuersaliter manifestum est, istam rationem esse logicam. Propositio enim dicens quod duo opposita non possunt congregari insimul, est communis pluribus vna scientia. Et dicens quod illud, ex quo est transmutatio, & ad quod est trāsmutatio, sunt opposita, est communis secundum subiectum, & secundum prædicatum. Subiectum enim est commune omni transmutabili. prædicatum autem est de accidentibus omnibus entibus. Et ideo videtur intendere per sermones dialecticos duos modos, scilicet demonstrationes, quæ componuntur ex acci- *Sermo dialecticus duplex.*

E dentibus communibus pluribus in vna arte, aut demonstrationes, quarū prædicta sunt propria dialecticę. Rebus enim dialecticæ vtimur duobus modis: aut secundum instrumentum & est magis proprium: aut quasi fundamentis positis eo modo secundum quem aliqua res vtitur eis quæ declarata sunt in alia. Et dixit dicamus igitur quod omne motum secundum continuationem &c. & intelligendum est hoc de moto naturaliter, aut voluntarie, non de motu violente, & hoc manifestum est in vtroque moto. Et dixit nisi aliud occurrat: quoniam, si aliquid occurrerit, quod impediat ipsum ab eo, quod est naturale ei, tunc non mouebitur continue ad illud, ad quod primo mouebatur, quasi dicat, cum translatum transferatur de primo principio ad illud ad quod transfertur postremo, necesse est vt motus eius ad illud sit continuus: nisi aliquid impediens occurrat isti. Hoc igitur quod dixit nisi aliquid occurrat, non est exceptio ex illo, quod res mouetur ad illud, ad quod peruenit in postremo, sed est exceptio eius quod motus est continuus. Illud enim quod mouetur naturaliter semper mouetur, ad illud ad quod peruenit in postremo siue occurratur ei siue non. Deinde dicit & non solummodo intendit ad illud, &c. &, dixit hoc, ne aliquis dicat, quod illud quod mouetur secundum continuationem ex. a. ad b. & ex. b. ad. a. reflectendo, non mouetur in primo de. b. ad. a. sed mouetur ad a. quando peruenit ad. b. Et ideo dixit respondendo quod, cum posuerimus quod *Dialectica vtimur dupliciter. Idē 1. phy. 35. & 2. met. com. 15. & 7. met. com. 2.*

F isti duo motus sunt vnus, tunc motus non erit solum ad postremum finem, quī ei appropinquat, sed a principio, cum nulla sit illic causa cogens, vt motus sit ad illud vltimum, quā ei appropinquat magis, quam quī est remotū. D. d. & similiter est de alijs, id est, de alijs motibus, præter motum localem. s. reflexum. Ista enim demonstratio cōis est omnibus. Et, cum declarauit quod de primo mouetur illū quod mouetur ab illo, a quo mouetur ad illud, ad quod mouetur, & reflexum mouetur de eodem in idem, contingit necessario, si fuerit positū, quod motus eius, quo mouetur istis duobus motibus, est vnus, vt moueatur duobus motibus contrarijs insimul. Deinde dicit] transfertur enim ab eo in quo non est, id est, &, translatum secundum naturam non transfertur, nisi ab eo, in quo est ad illud in quo non est. Si igitur posuerimus, quod aliquid transfertur ad illud a quo trāsfertur, continget vt transferat ab eo, in quo non est: quod est impossibile. D. d. & cum hoc sit impossibile necessario quiescit, id est, &, cum istud impossibile sequitur ex hoc, quod posuimus, quod transmutatum non quiescit, quando mouetur istis duobus motibus contrarijs, ergo necesse est vt quiescat, ergo motus non erit vnus & continuus: omnis enim motus, in quo interponitur quies, nō est vnus & continuus.

Amplius, & ex his manifestū est vniuersaliter magis de omni mo-

tu. Si enim omne, quod mouetur aliquo dictorum motuum, & quie- D
ſcit aliqua oppoſitarum quietũ ( non enim erat alius præter iſtos,)
quod autem non ſemper mouetur ſecundum hunc motum, dico au-
tem quicunque ſunt alteri ſpecie, & non ſi aliqua eſt pars totius, ne-
ceſſe eſt prius quieſcere ſecundum oppoſitam quietem. Quies enim
priuatio motus eſt. Si igitur contrarii motus ſunt, qui ſunt ſecũdum
rectitudinem, ſimul autem non contingit mouere cõtrariis motibus
ab. a. a d. c. fertur, non vtiq; feretur ſimul & ab ipſo. c. ad. a. Quoniam
autem non ſimul fertur, mouebitur autem ſecundum hunc motum,
neceſſe eſt prius quieſcere ad. c. Hæc enim eſt oppoſita quies ei, qui
eſt ab ipſo. c. motui. Manifeſtum igitur eſt ex his, quæ dicta ſunt, q̃m
non eſt continuus motus.

Et hoc apparet magis in omni motu ex hoc ſermone etiam. Q̃m,
ſi omne motum nõ mouetur, niſi aliquo iſtorum motuum prædicto-
rum, neceſſe eſt vt quieſcat quiete oppoſita illi motui, quo mouet̃. E
Nullus enim eſt motus hic præter illos. Et motum non mouet̃ ſemp̃
iſto modo motus. ſ. motibus diuerſis in ſpecie, neq; eſt ẽt aliqua pars
totius moti, ergo neceſſe eſt vt prius quieſcat quiete oppoſita mo-
tui. Quies enim eſt priuatio motus. Si igit̃ motus recti ſunt cõtrarii,
& eſt impoſsibile vt moueatur aliquid duobus motibus contrariis
inſimul, tunc illud, quod transfertur de. a. ad. c, impoſsibile eſt vt
inſimul transferat̃ ex. c. ad. a. Et, cum non mouetur iſtis duobus moti
bus contrariis inſimul, & mouet̃ hoc motu, neceſſe eſt vt quieſcat,
anteq̃ moueatur ad. c: Iſta. n. quies eſt oppoſita motui ex. c: Et decla
ratũ eſt igit̃ ex hoc, quod diximus, ꝙ iſte motus non eſt continuus.

71 Iſta eſt alia declaratio propinqua primæ, & fundatur ſuper duas propoſitio-
nes. Quarum vna eſt, ꝙ omne motum, quod mouetur vno motu motuum finito
rum diuerſorum ſcd̃m ſpeciẽ, neceſſe eſt vt moueatur a quiete oppoſita illi mo-
tui, ſ. a quiete quam habet in illo a quo mouetur, vt declaratum eſt in quinto.
Secunda aũt eſt, ꝙ omne, quod mouetur duobus motibus oppoſitis, neceſſe eſt F
vt ſingulariter moueatur eis, cum ſit impoſsibile moueri inſimul. Et ex his
duabus propoſitionibus ſequitur, ꝙ omne motum duobus motibus oppoſitis:
neceſſe eſt vt moueatur vtroq; motu poſt quietem. Iſtæ igitur duæ demonſtra-
tiones conueniunt in propoſitione, dicente ꝙ impoſsibile eſt vt duo motus cõ
trarij ſint inſimul, & differunt in ſecunda propoſitione. In prima enim demon
ſtratione fuit acceptum, quod ſi duo motus oppoſiti fuerint continui, neceſſe
erit vt duo motus oppoſiti ſint inſimul, & poſtea fuit dictum, &, cum non ſint
continui, neceſſe eſt vt inter eos ſit quies. In hac autem demonſtratione fuit di
ctum quod cum ſit impoſsibile vt duo motus oppoſiti ſint inſimul, neceſſe eſt
vt vterq; motus ſit per ſe. D. coniunctum fuit huic ꝙ omnis motus vnus per
ſe incipit a quiete contraria. Et dixit quoniam ſi omne motum mouetur &c.
id eſt dicamus igitur quod, ſi omne motum non mouetur in eodem tempore,
niſi altero duorum oppoſitorum, quibus innatum eſt mouere, neceſſe eſt vt in
illo ex quo incœpit moueri, ſit quieſcens quiete oppoſita motui, vt declara-
tum eſt in quinto. Deinde incœpit declarare iſtam conſecutionem, & dixit
nullus enim motus eſt hic præter illos, id eſt, & hoc eſt neceſſarium, quo-
niam in illo tempore in quo eſt poſitum moueri altero illorum duorum motuũ
non inuenitur moueri alio motui, præter ilium vnum motum. D. dicit & mo-

A tum non mouetur semper isto modo motus,&c. i. &, cum motum non mouetur eodem tempore, nisi altero duorum motuum oppositorum: & motum non semper mouetur altero motuum oppositorum diuersorum in specie, neque iste motus, quo mouetur est pars totius. i. pars motus totius: necesse est, vt motum sit prius quiescens. Et hoc quod dixit manifestum est per se. Quoniam omnis motus, qui non est pars motus, neq; est perpetuus, necesse est, vt incipiat post quietem. Motus enim non sequitur motum, nisi quando secundus fuerit perfectio primi, non oppositus ei. Aut hoc continget per accidens, sicut illuminatio domus per candelam, quæ sequitur motum candelæ. Et, cũ posuit has propositiones, incœpit congregare hoc, & inducere exemplum in hoc, quod intendit declarare, & dixit, si igitur motus recti, &c. id est, si igitur motus qui sunt super vnam lineam rectam ad partes contrarias, sunt contrarij: & est impossibile qđ aliquid moueatur duobus motibus contrarijs insimul, & non moueatur altero semper: necesse est vt translatum quiescat inter duos motus. Verbi gratia, qm̄, si translatũ impossibile est, vt moueatur super lineã rectã, a.c. ex a ad.c. & ex c. ad. a. simul, & moueatur vtroque istorum motuum per se, & in tempore proprio, necesse est vt istud translatum quiescat in. a, antequam moueatur ab eo ad. c, & quiescat in. c, antequam moueatur ab eo ad. a. Quies enim in. a. est opposita motui ex. a. ad. c. Et quies in. c. est opposita motui ex. c. ad. a, & quasi. d. &, cum impossibile sit vt duo motus oppositi sint insimul: & si non, tunc alter eorum esset perfectio alterius: tunc necesse est vt inter eos sit quies necessario, & non est alter eorum perfectio alterius. Documẽtũ. Quõ motus põt seq motũ. Vide pro hoc ẽt 5. ph. cõ. 12.

B

Amplius aũt, & hæc ratio magis propria est his, quæ dicta sunt. Simul enim corruptũ est nõ albũ, & factũ est album. Si igitur continua est alteratio ad albũ, & ex albo, non manet & in aliquo tẽpore, simul corruptũ est non album, & factum est non album. Triũ enim rerũ idẽ erit tempus. Amplius, si nõ continuum tẽpus est, & motus, sed consequenter. Quomodo ergo erit vltimũ idem contrariorum, vt de albationis, & denigrationis?

Et etiam iste sermo est magis conueniens, quam prædictus. Et est vt insimul corrumpatur non album, & fiat album. Cum igitur alteratio fuerit continua ad album, & ex albo, & hoc non durat aliquo tẽpore. Tunc insimul corrũpitur non albũ, & fit album, deinde fit nõ album. Vnum igitur tempus erit tribus. Et etiam non sequitur, si tẽpus est contiuuũ, vt motus sint continui, sed successiui. Et, si nõ, ę qualiter erit idem postremum contrariorum duorum, Verbi gratia, postremum albedinis, & postremum nigredinis?

C

Cum ista declaratio, quam compleuit, est de propositionibus remotioribus c. naturã eius, de quo consideratur, quam propositiones, quas nititur dicere in hac demonstratione. Et dixit. & etiam iste sermo, &c. id est, &, etiam iste sermo quem modo volumus dicere, est conuenientior prædicto. D. induxit sermonẽ, & dixit, & est qm̄ insimul corrumpatur &c. i. contingit enim hoc, quoniã ponimus vt motus contrarij sint continui. Verbi gratia quod motus de non albo in album, & de albo in non album sint continui, contingit vt in eodem instanti corrumpatur non album, & fiat album: & sic in eodem instãti erit aliquid ens, & non ens. Et, quia super istud impossibile est sustentatus in præterito in hac demonstratione, induxit impossibile maius, propter quod iterauit hunc sermonem, & dixit cum igitur alteratio, &c. i. cum igitur posuerimus, quod alterationes contrariæ sunt continuæ. V. g. alteratio ex non albo in album, & ex albo in non album, & posuerimus quod album non durat tempore, continget necessario, vt in eodem instanti corrumpatur non album, & fiat album, & corrũ 71

petur albū ad non album: & sic ista tria contraria erunt in eodem instanti, quod est impossibile, & valde inopinabile. Et quia istę omnes demonstrationes sunt fundatæ super hoc, quod motus contrarij impossibile est vt sint continui: quoniam necesse est, vt interueniat eos quies: et apparet de natura eorum, quod impossibile est, vt sint continui, & si sit positum quod inter eos non est quies. Cōtinuatio enim non est in eis nisi ex tempore tantum: illi autem impossibile est vt sint continui: cum sint contrarij, & dixit & etiam non sequitur &c.i.& etiā si cōcesserimus ꝙ inter motus contrarios non est quies, & quod tēpus duorum motuū est cōtinuū, nō sequitur, si tēpus sit vnū vt motus cōtrarij sint cōtinui. D. induxit causam in hoc, & dixit & si nō qūo erit idē postremū, &c.i. & necesse est, vt duo motus contrarij non sint continui, quia cōtinua sunt illa, quorū vltima sunt idē: sed vltima cōtrariorū non sunt idē, cum sint contraria. V.g. nigredinis & albedinis: quorū vltima impossibile est vt sint idem. D

Non sequitˀ si tempus sit vnū, vt motus cōtrarij sint cōtinui.

*Motum circularem solum esse continuum, & primum. Cap. IX.*

QVI autē est circularis est, vnus, & continuus. Nullum enim impossibile continget. Quod enim ex.a.mouetur, simul mouebitur in.a. secundū eandē positionē. In quod enim veniet, & mouebitur in hoc: sed non simul mouebitur contrariis, neq; oppositis. Non enim omnis, qui est in hoc, ei, qui est ex hoc, contrarius est, nec opponitur. Sed contrarius quidē est ei, qui est in recto. Huic enim contrarius est secundū locum, vt qui per diametrum fit (distat enim plurimū) Oppositus autē est, qui est secundū eandē longitudinem. Quare nihil prohibet cōtinue moueri, & nullo tempore deficere. Circularis enim motus ab eodē in idem est. Rectus autē ab eodē in aliud. Et qui est in circulo, nequaquā in eisdē est, qui vero secundū rectitudinē est, multotiens in eisdē est. Quisquis igitur in alio semper, & in alio fit, contingit moueri continue. Qui vero multotiens in eisdē, non contingit, necesse est enim simul moueri contrariis. Quare nec in semicirculo, nec in alia circulatione vlla contingit continue moueri. Multotiens enim in eisdem moueri conuenit, & contrariis mutari mutationibus. Non enim copulatur principio finis. Qui autem circulariter, copulatur, & solus est perfectus. B F

Circularis motus est ab eodē in idē. Rectus motus ē ab eodem ī aliud.

Motus autem circularis est vnus, & continuus. Non enim sequitur ex hoc aliquo modo impossibile. Quoniā illud, quod mouetur ex a, mouetur ad.a. eadem intentione. Ad illud enim, ad quod peruenit, ad illud ēt mouetur. Sed non mouetur duobus motibus contrariis insimul, neque oppositis. Non enim omnis motus ad aliquid est contrarius ei, qui est ab illo, neque oppositus. Sed contrarii sunt illi, qui sunt recte, isti enim sunt cōtrarii scđm locū. V.g. illi, qui sunt scđm diametrū, qui maxime distant. Oppositi aūt sunt illi, qui sunt in eadē longitudine, & ideo non est remotū, ꝙ ille motus sit continuus, & nunquam cesset omnino. Motus.n. circularis est ab aliquo loco ad illum eundē locum. Motus autē rectus est de loco ad aliud. Et motus etiam in eadē reuolutione non erit illud, quod mouetur se-

A cundũ illum in eisdem locis omnino. Illud aũt, quod mouetur motu recto, erit in eisdẽ locis multotiens. Motus igitur, in quo illud, quod mouetur, erit in loco post alium, põt esse continuus. Motus autẽ, in quo illud, quod mouetur, erit in eodẽ loco multotiens, non põt esse continuus. Quoniam necesse est vt illud, quod mouetur secundum illud moueatur duobus motibus oppositis insimul. Et ideo impossibile est vt aliquid moueatur in semicirculo, aut in alio arcu omnino secundum continuationem. Continget enim necessario vt multotiens moueatur eisdem motibus, & vt transmutetur modis transmutationis contrariis. Quoniam finis non coniungitur cum principio, in circulo autem est infinitum, & est solus perfectus.

Cum declarauit quod nullus motuum rectorum est continuus, & perpetuus, 73
& quod impossibile est vt ex pluribus vno motu eorũ componatur vnus motus continuus, & perpetuus, vult declarare quod motus circularis in hoc est econtrario recti, & quod ille solus potest esse continuus perpetuus, cum non accidant ei illa impossibilia, quæ accidunt ex positione eius, quod motus rectus est continuus, neque aliud impossibile. Et illud, ex quo non accidit impossibile, est
B possibile. Et dixit motus autem circularis, &c. id est, motus autem circularis potest esse vnus, & continuus, & perpetuus, nullum enim impossibile accidit ex hoc. Deinde dedit causam in hoc, & dixit motum enim in eo est ex a. ad a. prima intentione, id est illud enim, quod mouetur circulariter, mouetur ad illud idem, ad quod mouebatur, id est, ad illud punctum: quoniam non reuertitur super illam eandem lineam, super quam mouebatur ad contrariam partem illi, ad quã mouebatur, sicut accidit illi, quod mouetur super lineã rectam. D.d. ad illud enim, ad quod peruenit, mouetur. i. locus enim, ad quem perueniet illud, quod mouetur super circulum, ex ipso mouetur super ipsum, & ideo cõtingit vt iste motus sit perpetuus. Deinde dixit sed non mouetur duobus motibus contrariis insimul, nec oppositis, id est causa in esse hoc possibile, scilicet vt quod mouetur super circulum, moueatur ad locum, ex quo mouebatur, est, quia non accidit ei in hoc, vt moueatur duobus motibus contrarijs insimul vniuersaliter oppositis: sicut accidit hoc ei, quod mouetur recte. & postea reflectitur. Deinde dedit causam in hoc, & dixit non enim omnis motus, &c. i. & causa in hoc, quod illud, quod mouetur circulariter, mouetur ad illud idẽ, ex quo mouebatur, ita quod non accidit ei moueri duobus motibus oppositis insimul, est, quoniam
C non omnis motus ad aliquid est contrarius motui, qui est ab illo, neque oppositus: quoniam hoc non cõtingit, nisi in motu recto scilicet vt motus ad aliquid sit contrarius motui ab illo aut oppositus. Et causa in hoc est quoniã illud, ex quo est motus rectus, & ad quod est, sunt loca contraria. Et causa in hoc est, quia contraria sunt, sicut describuntur illa, quæ maxime distant, & maxima distantia non inuenitur, nisi in linea recta. D.d. V.g. illi, qui sunt secundum diametra, i. quoniam in circulo non inueniuntur duo magis distantia, quã hæc duo: & in rei veritate maxima distantia non consideratur inter duo loca, nisi secundũ quod sunt cõtraria in se. Et, quia in sphæra nihil est tale, nisi centrum, & circũferentia, necesse est vt maxima distantia inter duo loca naturalia contraria, sit distantia, quæ est inter centrum, & circũferentiã. Sed ipse non indiget hac declaratione in hoc loco, cum non sit necessaria in hoc, quod intendit hic: quemadmodum non indiget declarare hic, quod cum corpus circulare mouetur, non mutat locum secundum totum, neque est in eo punctus in actu, a quo incœpit, & ad quem peruenit, & vtitur loco eius illo, quod mouetur super spatium circulare, cum sit manifestius in hoc loco. Deinde dicit oppositi vero &c. id est, & alia causa est etiam, scilicet quoniã motus contrarij non sunt, nisi motus, qui sunt in eadẽ longitudine secundũ reflexionem, D.d. & ideo non est remotũ, &c. id est, motus autem super circulum non est reflexus, & ideo non est remotum

*Maxima distantia non inuenitur nisi in linea recta: sed vide oppositum. 5. ph. 23. & primo cœli 28. vbi habet quod linea recta est breuissima.*

vt iste motus sit continuus,& perpetuus.D.d. & motus etiā circulariter, &c.i. D & illud,quod mouetur motu circulari, non erit in eodem loco secundum reuersionem ad illud: Motus autem,in quo illud,quod mouetur ,perueniet ad locum post aliud sine reuersione ad locum, ex quo mouebatur,possibile est vt sit motus continuus.D.d.motus, in quo illud, quod mouetur,est in eodem loco multotiens impossibile est,vt sit cōtinuus.i.motus in quo illud, quod mouetur erit in eodem loco secundum reflexionem,& reuersionem,impossibile est vt sit cōtinuus. Et motus,in quo illud,ꝙ mouetur erit in eodem loco multotiens , non secundum reflexionem,possibile est vt sit continuus.Quoniam illud, ꝙ mouetur secundū reflexionē necessario quiescit : & illud,quod non mouetur secundum reflexionē,non est necessariū vt quiescat. D.dedit causam , propter quam est impossibile vt illud,quod peruenit in eundem locum secundū reflexionem, moueatur continue,& dixit qm̄ necesse est vt illud,quod mouetur hoc motu, moueatur duobus motibus oppositis insimul, vt declaratū est in prædicto sermone.Deinde dicit impossibile est vt aliquid moueatur,&c.id est, & hoc non accidit in reflexo secundum ꝙ est reflexum , super lineam rectam , quoniam hoc accidit etiam in reflexo super lineā circularē, aut sequitur semicirculū, aut super alium arcū,aut maiorem,aut minorem. D.d.necesse est enim vt moueatur multotiens eisdem motibus.i.& causa in hoc est, quoniam illud, quod mouetur E reflexe,non mouetur vno motu,sed necesse est vt moueatur multotiēs motibus eisdē in specie,& diuersis in numero pluribus. Deinde dixit & vt transmutetur modis transmutationis contrarijs.i.& necesse est vt illud, quod mouetur reflexe,moueatur modis motuum contrarijs, & transmutationes contrariæ impossibile est vt sint eædem.Deinde dixit quoniam finis non coniungitur cum principio,&c.id est,& causa in hoc est,quoniam punctus,qui est finis, & punctus,qui est principium in motu non circulari sunt duo ratione, & subiecto, & non coniunguntur adinuicem,scilicet ita quod sit idem in subiecto principium, scilicet vnius motus,& finis alterius:& hoc intendebet,cum dixit quoniam finis non coniungitur cum principio:motus autem, qui est super circulum , punctus, qui est in eo principium idem est cum fine,scilicet quoniam sunt vnū subiecto,& duo ratione. Finis igitur in eo est coniunctus cum principio. In circulo enim nullus est punctus naturaliter, id est, actu qui sit principium, aut finis:& cum fuerit imaginatus in circulo,tunc erit principium,& finis: extremitates vero lineæ rectæ sunt duo puncta in actu.

*In circulo finis, & principium,sunt vnum subiecto, & duo secundū rationē, sed in linea recta finis, & principium,sunt duoratione, & subiecto. vide ꝓ hoc 2.cę. t.c.35. & 3. de aīa, cō.55.*

Manifestū est autē ex hac diuisione,quoniam non contingit alios motus esse continuos. In omnibus enim accidit per eandem moueri multotiens,vt in alteratione per media mouere,& in ea,quæ est quātitatis secundum medium magnitudinis,& in generatione,& corruptione similiter. Nihil enim differt pauca, aut multa facere , in quibus est mutatio,aut mediū ponere aliquid , aut auferre : Vtrobique enim accidit per eandem moueri multotiens . Manifestū est igitur ex his,quod nec phisiologi dicunt bene omnia sensibilia moueri,dicentes semper. Moueri enim necesse est secundum aliquem horum motuum,& maxime secundum illos est alterari. Fluere enim dicūt semper,& corrumpi. Adhuc aūt & generationē , & corruptionē alterationem dicunt.Ratio autem nunc dicta est,vniuersaliter de omni motu,quod nec secundum vllum motum contingit moueri continue,extra quam in circulo. Quare nec secundum alterationē, nec augmētum. Quod igitur,nec infinita sit mutatio vlla, nec continua, extra circularē motum,sint nobis hæc dicta. F

Et apparet ex hac diuisione,quod īpossibile est vt alii motus sint

A continui: Cõtinget enim vt in omnibus iſtis iterentur motus. V.g. in alteratione erit iteratio inter duo extrema, & in quantitate erit iteratio in magnitudinibus, quæ ſunt in medio, & in generatione, & corruptione ſimiliter. Non enim eſt differentia in hoc, quod res, in quibus eſt tranſmutatio, ſint multæ, aut paucæ, neque in hoc vt in medio ponatur aliquid, aut auferatur, continget enim vtroque modo, vt idem iteretur. Declaratum eſt igitur ex hoc, quod de loquentibus in naturis non bene dixit, qui dixit omne ſenſibile ſemper moueri. Quoniã neceſſe eſt vt non moueantur, niſi altero iſtorũ motuũ, & dignior motuũ in hoc apud eoſdem eſt alteratio. Dicunt omnia enim ſemper currunt, & diminuuntur. Et poſuerunt generationem, & corruptionem eſſe alterationem. Et declaratum eſt hoc vniuerſaliter in omni motu. ſ. quod impoſsibile eſt vt aliquid moueatur omnino ſecundũ continuationẽ, niſi in motu circulari. Et ideo impoſſibile eſt vt moueatur ſecundũ continuationem in alteratione, aut
B augmento. Hoc igitur dicimus, quoniam nulla tranſmutatio eſt infinita, & continua. niſi motus localis circularis.

Et apparet ex iſta diuiſione ratio cauſarũ cõtrariarũ exiſtẽtiũ in motu recto, 74
& circulari, quæ remouent continuationem a recto, & dãt ipſam circulari. D. d. contingit enim in iſtis omnibus, &c. i. contingit enim, ſi cæteri motus ponãtur perpetui, vt cæteris motibus ſit perpetuitas propter iterationem, in qua eſt quies neceſſario. Deinde dicit, Verbi gratia, &c. id eſt, ſicut quies, quæ eſt apud iterationem inter duas extremitates, quæ ſunt duæ paſsiones contrariæ, Verbi gratia, album & nigrum Deinde dicit & in quantitate, &c. & intendit per quantitatem motũ augmẽti, & diminutionis, id eſt, & ſicut quies, quæ eſt apud iterationẽ exiſtentem in hoc motu, ſcilicet quãdo magnitudines naturales perueniunt ad finem naturalem, deinde incipiunt diminui, quoniã inter iſtos duos motus eſt tẽpus, in quo eſt quieſcens, vt declaratum eſt, & dixit in magnitudinibus, quæ ſunt in medio, quoniam iteratio non eſt niſi in medio, quod eſt inter duos motus oppoſitos, Deinde dicit & in generatione, & corruptione ſimiliter, id eſt, quod inter eas eſt iteratio, quæ eſt cauſa quietis. Deinde dicit & nulla eſt differentia, &c. id eſt, & nulla eſt differentia in hoc, quod ſequitur inter
C hoc, quod alij motus præter circularem, quando iterantur, tranſeant bis per partes medias inter duas extremitates, vt illæ partes mediæ ſint paucæ aut multæ, id eſt, quoniam neceſſe eſt vt per quamlibet earũ pertranſeat bis in duobus motibus: & ſimiliter non eſt differentia inter hoc, quod medium ſit eſſe, aut deciſio eſſendi: & dixit hoc propter generationem, & corruptionem. Deinde dicit declaratum eſt ex hoc igitur, &c. id eſt, & ex hoc etiam declaratum eſt aliud ab eo, quod intendimus declarare, & eſt quod ſermo antiquorum dicentium, quod omnia ſenſibilia ſemper mouentur, falſus eſt. Deinde dicit neceſſe eſt enim, &c. id eſt, quoniam qui ponit entia ſemper moueri, neceſſe eſt ea ponere ſemper moueri aliquo iſtorum motuum ſenſibilium, aut pluribus vno. Sed declaratum eſt quod impoſsibile eſt vt aliquis iſtorum ſit ſemper, ex quo apparet error ſermonis antiquorum. D. d. & dignior motuum, &c. id eſt, & apparet ex ſermone eorum, quod motus alterationis eſt, qui eſt magis dignus vt ſecundum ipſum ſint entia in tranſmutatione perpetua. D. induxit rationẽ eorum ſuper hoc, & dixit dicunt omnia enim fluunt, id eſt, & ratiocinantur ſuper hoc dicendo quod nos videmus entia ſemper in fluxu: & ideo accidit eis conſumptio: & hæc eſt cauſa, propter q animatum indiget cibo: & errauerunt in hoc, quia acceperunt tranſmutationem, quæ eſt in potentia in actu. Et loquentes noſtræ legis ſequuntur antiquos in hoc, & dicunt quod accidentia non re-

**Inter motũ augmẽti, & diminutiõis eſt tẽpus ſtatus. idem ſupra. te. c. 23. Idẽ. 3. de anima, te. c. 59.**

Error loquẽtium in lege mahumeti.

manent per duo tẽpora: sed sermo antiquorum currit cursu naturæ, sermo vero loquentium nostræ legis est vanus, quia non cogũtur ad dicendum hoc, nisi quia volunt defendere fundamenta ficta, quia existimant quod lex non defenditur, nisi per illa fundamenta. D.d. & posuerunt generationẽ, & corruptionẽ esse alterationem, id est, & antiqui posuerunt generationẽ, & corruptionẽ esse de genere alterationis, & cum dicunt alterationem esse perpetuam, intelligũt alterationem, & generationem, & corruptionem. Et, cum compleuit hoc, fecit rememorationem de omnibus declaratis, & dixit & declaratum est hoc vniuersaliter, &c. id est, & sermo eius in hoc est manifestus, D

Circularis ẽ primũ motuum.

Quod aũt motuũ circularis sit primus manifestum est. Omnis.n. motus secundum locum, sicut diximus prius, aut in circulo, aut in recto, aut mixtus est. Hoc autem necesse est priores esse illos. Ex illis enim constitutus est. Recto autem circularis: simplex enim & perfectus magis est. In infinitũ.n. nõ est scdm rectũ ferri, sic.n. infinitũ, nõ est, sed nec, si esset, moueretur. Non.n. fit, q̃ est impossibile, trãsire.n. infinitũ impossibile est. Infinito aũt recto, reflectẽs quidẽ, compositus est, & duo sunt motus. Non reflectens autẽ, imperfectus, & corruptus est. Prius autẽ & natura, & ratione, & tempore est, perfectum imperfecto, corruptibili autem incorruptibile. Amplius, prior est, quem contingit perpetuum esse, non contingenti. Circularẽ igitur perpetuum contingit esse. Aliorum autem neque loci mutationem, neque alterum vllum contingit perpetuum esse. Statum enim oportet fieri. Si autẽ status est, corruptus est motus prior. E

Prius & natura, & rõne & tpe ẽ perfectũ imperfecto, corruptibili autẽ incorruptibile.

Et manifestũ est q̃ motus circularis est primus motuum localiũ. Omnis enim translatio, sicut diximus prius, aut est circularis, aut recta, aut mixta. Mixtã aũt necesse est vt precedant illę duę. Ex illis.n. existit, & vt rectã precedat circularis, quia est simplex, & perfecta. Quoniã impossibile est vt aliquid moueaẽ per lineam rectã infinitã. Nõ.n. aliquid hmõdi infinitũ, neque etiã, si esset, esset aliquid, q̃ moueretur per illud. Quod enim est impossibile, non erit. Et pertransire infinitũ est impossibile. Motus aũt per lineam rectam finitam, si reflectatur, erit compositus, & erunt duo motus. Et, si nõ, erit diminutus, & corruptibilis Et in natura, & in ratione, & in tẽpore præcedit pfectũ diminutũ, & incorruptibile corruptibile. Et ẽt motus, q̃ põt esse æternus, præcedit motũ, in quo est hoc impossibile. Et motus circularis est possibile vt sit æternus. Alii vero non, neque corruptibiles, neque in corruptibiles, neque alii modorum cessantium est possibile, vt sint æterni. Cessatio enim est necessaria in eis, & cessatio non est nisi corruptio motus. F

Motus circularis põt esse ppetuus alij vero minime.

75 Cũ declarauit quod impossibile est, vt aliquis motus sit vnus, & continuus, nisi motus circularis, & iam declarauerat quod translatio præcedit alios motus, & promisit declarare quod translatio circularis est prior recta, incœpit declarare hoc, & dixit & manifestum est quod motus circularis, &c. id est, & manifestũ est quod motus circularis, est prior natura, & definitione, & tempore motu recto, D.d. omnis enim translatio, sicut diximus, &c. id est, & hoc, quod diximus, manifestũ est, & causa in hoc est quod omnis translatio simplex est, aut circularis, aut recta: qa simplices dimẽsiones sunt istæ duæ, & motus mixtus est, sicut motus super lineam giratiuã, aut curuam, Ista enim linea compo-

Causa, pp q̃ motus simplices sunt

A nitur ex recta, & circulari. D.d. & mixtam necesse est vt præcedant ille duæ, id est, & necesse est vt motũ cõpositũ præcedant illi duo motus componentes, quoniã esse illius est propter illos, & hoc manifestum est. Et cum declarauit quod modi motuum in loco sunt tres, duo simplices, & vnus cõpositus, & declarauit quod cõpositus est posterior simplicibus, incœpit declarare quod circularis est prior recto, id est, quoniã motus circularis est prior recto natura, & tempore: quoniam motus circularis est perfectus, & motus rectus est diminutus, & perfectum præcedit diminutũ. Ex quo sequitur necessario vt motus circularis sit prior recto. Et, quia iste syllogismus fundatur super duas propositiones: Quarum vna est, quod motus circularis est perfectus, & motus rectus est diminutus. Secunda est, quod, omnia duo, quorũ vnum est diminutum, reliquum perfectum, & perfectum est prius diminuto, & ista propositio est manifesta, incœpit verificare minorem. Et, quia circularẽ motum esse perfectum fere manifestum est per se, incœpit declarare quod motus rectus est diminutus, & dixit quia impossibile est vt aliquid moueatur super lineam rectã infinitam, id est, & necesse est vt motus super lineam rectam sit diminutus, quoniam si esset cõpletus, necesse esset vt esset talis, quoniam in eam non posset fieri additio, cum hęc sit definitio completi. Et, si motus rectus esset completus, necesse esset, vt linea

B super quam mouetur, esset cõpleta, s. linea recta: &, si ita esset, esset infinita, quoniam si aliqua linea recta est completa, in qua non potest additio fieri, necesse est vt sit infinita. D. incœpit declarare quod impossibile est vt aliqua linea recta sit infinita, vt concludat quod motus rectus nõ est cõpletus, sed diminutus. Et dixit quoniam nihil est aliquid tale infinitũ, id est, & talem lineã, scilicet infinitam impossibile est vt sit vt declaratum est in tertio istius libri. Et, si aliqua linea esset infinita, impossibile esset vt super illam esset motus infinitus. D.d. impossibile enim non erit, &c. id est, & est impossibile vt motus infinitus sit, licet concedamus lineam infinitam esse. Quoniam motus super lineam rectam est ad aliquid terminatũ, scilicet ad illud, ad qđ perueniet, postquam pertransiit magnitudinem, super quam mouetur, &, si non, tunc motus esset ociosus. Tũc ergo necesse est si motus infinitus sit, vt compleatur post pertransitum. Et, quia infinitum pertransiri est etiam impossibile, motus impossibile est vt sit infinitus. Et ista demonstratio est propinqua ei, qua vtitur in vltimo sexti. Et, quia posuit hoc, quod si motus rectus est perfectus, debet esse infinitus, & infinitum potest intelligi secundum rectitudinem, & secundum reflexionem super eandem lineam finitam, & iam destruxit vt motus infinitus sit secundum rectitudinem, incœpit destruere etiam vt sit secundum reflexionem. Et dixit motus autem super lineam rectam finitam, &c. id est, & non debet aliquis po-

C nere quod motus super lineam rectam finitam est infinitus, secundum ire, & redire in infinitũ: nam iste motus est compositus ex duobus motibus, quorum vterque est finitus, in quem potest additio, & diminutio, ergo non est completus. Deinde d. & si non reflectetur erit diminutus, & corruptus, id est, & cum declaratum sit quod impossibile est vt motus rectus sit infinitus, & est declaratum quod motus reflexus non est vnus motus, remanet vt vnus motus rectus sit finitus, non reflexus, & motus finitus est diminutus, & corruptibilis, quia in eo potest additio, scilicet quia inuenitur perfectior ipso. Et, cum verificauit illam propositionem minorem, induxit maiorem, & dixit & in natura, & in ratione, & in tempore, &c. id est, & manifestum est per se, quod perfectum est prius diminuto natura, & ratione & tempore, & intendit per rationem definitionem. Motus enim circularis accipitur in definitione motus recti, quoniam motus rectus est ille, qui est a medio, & ad medium, & medium non inuenitur nisi in circulari. Deinde dixit & incorruptibile præcedit corruptibile, & hæc est alia declaratio, quam post complementum, cum compleuit hanc declarationem, incœpit inducere aliam, quam innuit per hoc, quod dixit & incorruptibile præcedit corruptibile. Et dixit & si motus, qui potest esse æternus, &c. id est, quoniam solus motus circularis est possibile vt sit æternus, vt declaratum fuit prius, cæteri autem motus, cuius cessatio

duo, est quia magnitudines simplices sũt duę. Idẽ 1. cœ. t. cõ. 5. & v. de cõ. ibi quõ sit intelligẽdum.

Omnia, quorũ vnũ est pfectũ, & reliquũ diminutũ, pfectũ est prius diminuto. Idẽ. 1. cę. t. c. 12. & 2. cę. t. c. 23.

Cõpleti definitio est esse id, cui additio fieri non põt. Idẽ. 5. me. t. cõ. 21. consimi. 7. ph. t. c. 18. & primo cę. c. 3. 4. & 12.

Motus finitus est diminutus, et corruptibilis, qa in eo põt fieri additio. vide cõsimi le. 5. ph. 42.

est corruptio moti, neque alij modorum motuum, apud quorum cessationes nõ corrumpitur motum, possunt esse æterni. Quoniam manifestum est, quod motus cessat, id est, quiescit in eis, & quies est corruptio motus necessario. In eis autẽ, in quibus cessatio est corruptio moti, manifestum est: & ideo non ratiocinanẽ per istos esse corruptibiles, sed induxit rationẽ de his, qui sunt in loco. D

Rationabiliter autem accidit circularẽ vnum esse, & continuum, & non rectũ. Eius enim, qui est in recto, determinatũ est, & principium, & finis, & mediũ, & omnia hæc habet in seipso. Quare est vnde, id incipiat, quod mouetur, & vbi finiet. Iuxta enim terminos quiescit omne, aut vnde, aut vbi. Circularis autẽ indeterminati sunt. Quid enim magis quilibet terminus his, qui sunt in linea, similiter enim vnumquodq;, & principiũ, & mediũ, & finis est, vt semper sunt quæ mouentur in principio, & medio, & fine, & nunquã in vno tantum sunt. Vnde mouetur, & quiescit quodã modo sphœra. Eundem enim continet locũ. Causa autẽ est, quoniã omnia hæc acciderunt centro. Principium enim, & mediũ magnitudinis est, & finis. Quapropter, quia hoc extra circulationẽ est, non est vbi, ꝙ fertur, quiescat. Semper enim fertur circa medium, sed non ad vltimũ: propter ea autem ꝙ hoc manet & semper quiescit quodammodo totũ, & mouetur continue. Accidit autẽ econuerso. Et nanque, quoniã mensura motuum est circulatio, primam necesse est ipsam esse. Omnia .n. mensurantur primo: &, quia prius mensura aliorũ est. Amplius, & regularem contingit solum circularẽ esse. Quæ enim in recto sunt, a principio irregulariter feruntur ad finẽ. Omnia enim, quanto distant plus a quiescente, feruntur velocius Circularis autem solius nec principium, nec finis in ipso natura est, sed extra. E

*Motus circularis est aliorum mẽsura.*

*Omnia mensurantur primo.*

Et recte cõtingit vt motus circularis sit vnus, & continuus, nõ motus rectus. In recto .n. principiũ est terminatũ, & finis, & mediũ, & oĩa ista sunt existentia in eo. Et ideo posibile est vt motus incipiat in eo ab aliquo loco, & cõpleatur suus motus. Omne enim, quod mouetur super ipsum, quiescit apud extrema, aut vbi incœpit, aut ex quo est. F
In circulari vero vltima sunt non terminata: quoniã in circũferentia non est locus, qui sit dignior, vt sit extremũ, quam alius. Quilibet enim eodẽ modo est principiũ, & mediũ, & finis. Et ideo motũ super ipsum semper est in principio, & in medio, & in fine, & non est in aliquo eorum in aliquo tẽpore. Et ideo sphœra mouetur, & quiescit quodãmodo, quia tenet eundẽ locum. Et causa in hoc est, quia omnia ista accidunt centro, quia est principium magnitudinis, & medium, & finis. Et ideo, quia est extra circũferentiã, ideo circulus non habet locũ, in quo quiescat, postquã peruenerit ad illum. Quia semper mouetur circa mediũ, & non ad vltimũ. Et ideo totũ permanet semper, cum sit quiescens quodãmodo, & moueatur secundũ continuationem: & contingit in hoc motu aliquid, & suum conuersum. Motus enim circularis, quia est mensura omniũ motuũ, necesse est vt sit primus. Omnia .n. mensurantur per primã mensuram. Et, quia

est primus,

A est primus, est mensura aliorum motuum. Et etiam motus circularis solus est possibilis vt sit æqualis. Res enim, quæ mouentur recte, diuersantur in motu ex principio ad finem. Omnia enim, quanto magis remouentur à quiescente, tanto velocius mouētur. In motu autem circulari non est principium naturale, neq; finis, sed extra ipsum, in quo est motus recte.

Cum declarauit quod motus circularis est prior recto ex duobus, scilicet quoniam motus circularis est perfectus, rectus autem diminutus, & etiam, quia motus circularis potest esse continuus, & perpetuus, rectus autem non. Et in præteritis declarauit causam, propter quam fuit possibile vt motus localis esset perpetuus, sed illic dedit cām remotā, incępit hic dare causam propinquam, vt compleat illud, quod intendit declarare. Quoniam motus circularis est perpetuus, & continuus. Et dixit & recte contingit hoc, &c. id est, & causa, propter quā necesse est vt motus circularis sit continuus, econtrario recto, est, quoniam in recto est principium terminatum naturaliter, & finis, & medium, scilicet quod ista tria sunt in eo in actu. Et causa in hoc est, quia motus rectus est super magnitudinem rectam, & magnitudo recta est finita, & habet naturaliter duas extremitates terminatas, & medium. Deinde dixit & ideo incępit motum in eo, &c. i. & propter hoc necesse est vt omne, quod mouetur super magnitudinem rectam, habeat duas quietes naturaliter, quietem, scilicet in initio magnitudinis, a quo mouetur, & quietem in fine. Deinde incępit negare hoc a magnitudine, super quam est motus circularis. Et dixit in circulari vero vltima non sunt terminata, id est, in circulari vero non est punctus in actu, qui sit principium, & finis: quoniam in circunferentia non est locus, qui naturaliter sit dignior vt sit principium, quam vt sit finis quicunque locus sit in circunferentia circuli. Deinde dixit quilibet enim eorum mouetur eodem modo, &c. id est, omnis enim punctus imaginatus in circulo possibile est vt ponatur principium magnitudinis, & finis & medium, D. d. & ideo motum super ipsum semper est in principio, &c. i. & ideo illud, quod mouetur super circulum potest imaginari in quolibet puncto in principio, & in fine, & in medio: quoniā potest imaginari ille punctus principiū arcus alicuius, & finis alterius, & medium alterius. Deinde dixit & non est in aliquo eorum in aliqua hora, id est & nunquam erit in circunferentia circuli in puncto, qui sit solummodo principium, aut solummodo finis, quod non accidit in magnitudine recta, Et debes scire quod istæ causæ, quas dedit hic, quodammodo sunt naturales, & quodamodo mathematicæ, accidit enim causis mathematicis, scilicet propinquis in mathesi, vt sint causæ primæ plurium rerum naturalium, sicut accidit scientijs subalternantibus cum subalternatis, sicut arithmetica, musica, & geometria, & aspectiua. Quoniam, cum diuersitas duorum extremorum longitudinis rectæ est prima causa in hoc, quod contrarietas existit in locis, necesse est, vt illud sit prima causa in esse primos motus contrarios, quia id est in locis cōtrarijs. Et, quia finitas dimensionis rectæ est prima causa etiam in esse motus rectos, & est finita, necesse est vt motus recti sint finiti. Et, quia in circulari non est extremitas in actu, neque vniuersaliter punctus in actu, necesse est vt in eo nō sint loca contraria, neque dimensiones finitæ: &, cum ita sit, necesse est vt motus eius sit vnus, & continuus, & perpetuus: cum motum super ipsum non moueatur ad loca contraria, Et existimatur quod ista causa, quā dedit Arist. hic, non solummodo dat, quod sit possibile motum circularem esse perpetuum: immo quod sit necessarium: sic igitur debet intelligi iste locus. Et cum declarauit quod in circulo non est punctus in actu, qui sit principium, aut finis, aut medium. Et quod quilibet punctus in eo in potentia est hæc tria puncta. s. principium, finis, & medium, narrauit qđ ista est causa, propter quam sphæra est inseparabilis ab eodē loco, & quodammodo est quiescens, & quodammodo mota. Et dixit & ideo sphæra mouetur, &c. id est quia sphæra mouetur circa gibbositatem centri, & in conuexo non est punctus in actu, necesse est vt sphæra sit in eodem loco nume-

76

B

Documētū. Quō naturalis in quibusdam mathesi subalternetur.

C

Sphæra mouet̃ scd̃m totũ, nõ scd̃m subiectũ, & materiã, sed scd̃m formã Idẽ 6.ph.85 & 4.ph.43 & 45. & 1. cæ.c.3.

Cẽtrum duplex mathematicum,& naturale.

ro,& in pluribus locis secundum formam,vt declaratum est in sexto. Et hoc intendebat, cum dixit, & ideo sphæra mouetur, & est quiescens quodammodo, quia non mutat locum alium numero,id est,secundùm subiectum, & materiam, & est mota,quia mutat loca diuersa secundum formam, non quia sphæra, sicut existimatur,mouetur secundum partes,& quiescit secundum totum,Ponere enim corpus motum secundum partes,& quiescere secundum totum, est impossibile: immo tota sphæra,& omnes partes mouẽtur:sed totum mouetur in locis diuersis secundum formam tñ, & partes mouentur in locis diuersis secundum formã, & subiectum. Deinde dicit;& causa in hoc est,quod omnia ista accidunt centro.i.& causa in esse ista propria in sphæra,est centrum. Et potest intelligere per centrum,centrum mathematicum,s.punctus. Et potest intendere centrũ naturale,& est corpus sphæricum, super quod mouetur corpus circulare. Sphæra enim diuiditur naturaliter in duas partes,in centrum,& circunferentiam. Si igitur voluit centrum mathematicum,sic intelligenda est hæc litera:est enim principium magnitudinis, & medium,& finis.i.punctus enim,qui est centrum sphæræ est principium,eo quod lineæ rectæ æquales ex eo exeuntes, perueniunt ad circunferentiam. Et est finis,quia omnes lineæ a circunferentia exeuntes proueniunt ad eum. Est autem medium,eo quod distat æque ab omnibus partibus, & hæc est expositio Themistij. Si autem intellexit centrum naturale, tunc per principium magnitudinis vult principium esse secundum materiam,et per finem, i.vltimum, quia circulare mouetur circa ipsum. D.d. & ideo quia est extra circunferentiam,&c.i.& quia centrum est principium,& finis, & hæc sunt causæ quietis,& motus.centrum autem non fuit in ipsa circunferentia, sed extra ideo non habuit circulus locum,propter quem quiescat,id est,eo quod circulus mouetur circa finem,non ad eum: &, quia finis eius permanens in eodem loco est, ergo permanens est vno modo,& mota continue alio modo. Mota quidem, eo qđ non peruenit ad finem.Quiescens vero,eo quod finis est quiescens.Et vniuersaliter si principium, & finis,& medium in his est idem,conuenit vtrunq; fieri. D.d.contingit autem in hoc motu hoc,& eius conuersum,&c.id est,quod sit primus, eo quod est mensura omnium motuum,& econuerso, scilicet quod sit mensura, eo quod est primus.Dicit autem hoc, quia necesse est,quod mensura sit primum, & quod primum sit mensura,Et in hoc loco reuertitur ad intentionẽ,in qua prius inceperat,s.ipsum esse primum,& est tertia declaratio. Deinde induxit quartã probationem, & dixit amplius motus circularis,&c.amplius aliter potest probari quod solus motus circularis potest esse continuus,cum æque distet a fine,ad quem mouetur,scilicet a medio.Quæ autem recte mouentur, non æque distãt a fine in omnibus partibus longitudinis: vnde quæ naturaliter mouentur recte, velocius mouentur, quando appropinquãt fini. Et hoc, est quod voluit dicere quãto.n.distat a quiescente,&c.i.quanto.n.distãt a loco,in quo quiescentes erant, cum appropinquant ad locũ,ad quem mouẽtur,tanto velocius mouentur.D.dixit in motu autem circulari,&c.i.in motu aũt circulari non est principium naturale, neque finis naturalis, sed principium, & finis eius sunt extra magnitudinem, secundum quã fit motus, scilicet in medio. & magnitudo circundat ipsum, existẽte ipso eodem,scilicet centro.

Necesse est vt mensura sit primũ,& qđ primũ sit mẽsura. Idẽ 10.me.t.c.7

Quæ nãlr mouent̃ recte,velocius mouent̃ qñ fini ppropinquant.Idem 2.cæ.t.c.35. & 92.

Quod autem secundum locum mutatio prima motuum est,testantur omnes, quicunq; de motu fecerunt memoriam. Principia enim ipsius tradiderunt,mouentibus secundum huiusmodi motum.Disgregatio enim,& congregatio motus secundum locum sunt.sic enim mouent concordia, & discordia: ipsarum .n.hæc disgregat, illa autem congregat. Aeq; intellectum primum mouentem dixit Anaxag.disgregare similiter autem & quicunq; huiusmodi quidem, nec vllam causam dicunt,sed propter vacuum moueri dicunt. Et nãq; hi secundum locum moueri naturam dicunt. Motus autem qui propter va-

A cuũ, loci mutatio eſt, & ſicut in loco. Aliorum autem motuum nec vl-
lum ineſſe primis corporibus, ſed his, quæ ſunt ex his opinantur vti
que. Augmentari enim, & corrumpi, & alterari congregatis, & diſ-
gregatis atomis corporibus dicunt. Eodem autem modo quicunq;
propter denſitatẽ, & raritatem dicunt generationẽ, & corruptionem:
cõgregatiõe. n. & diſgregatione hæc ponũt. Amplius aũt, & ꝑter hos,
animã cauſam fingẽtes eſſe motus. Ipſum enim ſeipſum mouẽs prin
cipium eſſe dicunt eorum, quæ mouentur. Mouebit aũt animal, & om
ne animatum ſecundum ipſum motum, qui eſt ſcd̃m locũ. Et proprie
quoq; moueri dicimus ſolum, quod mouetur ſcd̃m loci motũ. Si aũt
quieſcat in ſeipſo, ſed augeatur, aut decrementum patiatur, aut alte-
retur quodammodo moueri, ſimpliciter aũt moueri nõ dicimus. Qđ
igitur ſemper motus erat, & in omni tp̃e erit, & quod eſt principiũ p-
petui motus, adhuc aũt qs motus primus, & quem motũ perpetuũ cõ-
B tingit ſolum eſſe, & primũ mouẽs qđ immobile ſit, dictum eſt.

Quoniam aũt motus localis ſit primus motuũ teſtãtur oẽs, qui ali
quid dixerunt de motu in libro. Attribuunt enim principia eius his,
qui hoc motu mouentur. Separare aũt, & cõgregare ſunt motus loca-
les. ſic aũt opinati ſunt amicitiam, & litẽ mouere, hæc. n. ſeparat, illa
vero congregat. Anaxag. aũt dicit de intellectu, qui eſt primus motor,
ipſum ſeparare, & diſcernere. Similiter autem ſe habent, & qui nõ cõ
cedunt aliquod agens huiuſmodi, ſed dicũt omnia moueri per vacuũ.
Illi aũt dicũt naturã moueri localiter. Motus. n. ꝓpter vacuũ eſt mo-
tus localis. Impoſsibile eſt. n. ꝙ aliquis aliorũ motuũ ſit in primo, ſed
in his, quæ generaliter fiunt a primo. Dicũt. n. augmentũ, & alteratio
nẽ fieri in congregatis, & ſeparatis corporibus indiuiſibilibus. Et ſimi
liter qui dicunt generationẽ, & corruptionẽ fieri ex ſpiſsitudine, &
raritate. Hæc. n. ordinãt in congregatione, & ſeparatione. Et ſimiliter
alii ponentes animã cauſam eſſe motus. Dicunt enim illud, quod mo
C uet ſeipſum, eſſe principium motuum. Animalia autem, & quicquid
habet animã, mouet ſeipſum localiter. Amplius ſi dixerit aliquid mo
ueri hic primo, apprehendet anima ipſum, ſcilicet moueri tantũ in lo
co. Quieſcens aũt ab hoc motu, & ſi cõtinue augetur, aut diminuitur,
aut alteratur, dicetur moueri ſic, ſimpliciter aũt, non dicetur moueri.
Dictum eſt quoniam motus ſimpliciter fuit, & erit toto tempore, &
principium motus æterni quid ſit, & motus æternus quis ſit, & mo
tus, qui ſolum poteſt eſſe æternus, quis ſit, & quod primus motor
ſit immobilis.

Cum declarauit quod motus circularis eſt prior recto, & iam prius probaue- 77
rat motũ primũ eſſe motũ localẽ, ſilr vult hic notificare motũ localẽ priorẽ eſſe
cæteris motibus, inducens teſtimoniũ ſup̄ hoc, qđ oẽs dicẽtes motum gñari ſcd̃m vel
varietatem eorũ, oẽs coegit natura dicere motũ localẽ priorem eſſe cæteris moti- Mundum.
bus. Et hoc eſt, qđ. d. qm̃ aũt motus, &c. i. quoniam omnes dicentes fieri motum,
ponunt motum localem priorem eſſe cæteris motibus: ipſum enim eſſe coegit eos
ad hoc. Deinde dedit cauſam & dixit, attribuunt enim, &c: id eſt, dicunt enim

Deinde dedit causam, & dixit attribuunt enim, &c.id est, dicunt enim principia omnium motuum moueri motu locali, aut dicunt principia omnium motuum moueri hoc motu primo. Qui enim dicunt principia agentia, dicunt primam motionem horum principiorum esse localem. Qui autē dicunt omnia ex se moueri, scilicet naturalia, dicunt ipsa primo hoc motu moueri. Et, cum dixit ꝙ omnes dicentes mundum generari dicunt motum localem priorem esse, incœpit dicere opinionem. Empe. dicens, separatio enim, & congregatio, &c.id est, Empedocles enim ponit motum localem priorem cæteris motibus, eo ꝙ separatio, quam dixit fecisse litem, & congregatio, quam dixit fecisse amicitiam in generatione mūdi & eius corruptione, sunt scilicet motus locales. Similiter Anaxa. dixit motum localem priorem esse omnibus motibus. Dixit enim intellectum incœpisse discernere partes consimiles, quæ sunt iuxta suam opinionem elementa, & extrahere illa a mixto: discretio autem est separatio, separatio autem motus localis. D A

Op̄. Emp.

Op̄. Ana.

Deinde dixit, & similiter se habent, qui & non concedunt, &c.i. & similiter se habent negantes causam agentem incipientem generare mūdum, & innuit Democritum, & alios: Democritus enim opinabatur elementa, quæ dicebat corpora atoma esse, & infinita per se moueri per vacuum, in quo sunt, quibus in uolutis generabatur ens: sic ergo dicitur motum localem priorem esse alijs. Deinde dicit illi enim dicunt naturam moueri localiter, id est, & si isti non dicunt causam agētem, quæ aliquando incœpit mouere elementa mundi, aut partes eius ad generationem, ponunt tamen has partes prius moueri, eo quod sunt in vacuo. Quod autem mouetur eo, quod est in vacuo, mouetur localiter. Deinde dicit impossibile enim est quod aliquis aliorum motuum sit in primo. id est, hoc autem dicunt eo, quod nullus motus præter localē, potest numerari in motibus primis, sed in his, quæ a primis generantur. Deinde notificauit quomodo isti. s. secta Democriti, reducunt omnes motus ad localem, qui est primus, & dixit augmētum enim, &c. id est, dicunt autem augmentum, & diminutionem, & alterationem, accidere reb' ex compositione atomorum, quæ fit per congregationem, & separationem. i. vt mihi videtur ꝙ illi opinantur hoc fieri sequentes amplitudinem foraminum, & stricturam. Amplitudo autem, & strictura est separatio, & congregatio. Deinde.d. similiter dicentes generationem, & corruptionem fieri ex spissitudine, & & raritate, id est, & similiter qui dicunt elementum esse vnum aliquod corporū simpliciū, aut aliquod mediū inter illa, & faciunt hoc ex hoc omnia alia generari secundum spissitudinem, & raritatem. Dicunt etiam motum localem priorē esse cæteris motibus. Densari enim, & rarificari sunt motus locales: & hoc est, quod voluit dicens, hæc enim ordinant in congregatione, & separatione: collocant enim densitatem, & raritatem in genere congregationis, & segregationis & separationis. Deinde dixit & similiter alij facientes animam, &c. id est, & similiter qui dicunt principium motuum esse animam, & opinati sunt animam seipsam mouere, dicunt primum motuum esse localem: & innuit vt videtur Platonem, id est, qui opinabatur principium motuum esse animam, & ipsam seipsam mouere: & ideo dixit animalia autem, & quicquid habet animam, mouet se motu locali. Et, cum dixit quod omnes antiqui conueniunt in hoc, quod motus localis est primus motuum, & si differunt in modo: deinde innuit rationem dialecticā, quæ iuuat in hoc, quod ipse est primus motuum, scilicet quod motus localis est notior omnibus motibus & dixit amplius si dixeris aliquid moueri, &c. i. amplius, ex hoc nomine simpliciter motus, non intelligitur, nisi motus localis cū hoc nomen motus dicatur de motu locali, & de alijs secundum prius, & posterius, & simpliciter, & secundum determinationem. Horum autem, de quibus nomen dicitur secundum prius, & posterius, & simpliciter, & secundum determinationem, illud, de quo dicitur prius, est causa eius, de quo dicitur posterius. Ideo dixit quiescens autem ab hoc motu, &c.id est, & nomen motus ab eo, quod localiter mouetur dicitur simpliciter. si autem fuerit quiescens in loco, quamuis augeatur, & diminuatur, & alteretur, aut moueatur alijs pluribus motibus, non dicimus ipsum simpliciter moueri, sed cum determinatione: vt, si dicatur ipsum moueri secundum alterationem, aut augmentationem: sicut hoc no- B B F C

Separatio ē motus localis.

Op̄. Demo.

Densari, & rarificari sunt mot' locales. oppo. 7. ph. 15.

Op̄. Platonis.

Horū, de q. b' dr̄ nomē scd̄m prius, et posterius, et simpl'r, & scd̄m determinationē, illud, de quo dr̄ prius est

A men ens, quod dicitur de substantia, & aliis prædicamentis cum determinatione: vnde substantia prior est omnibus prædicamentis. Et cum compleuit totum hunc sermonem, induxit summatim omnia, quæ præcesserunt, quod habetur in sermonibus demonstratiuis sicut conclusio in orationibus. Et dixit dictum est quod motus, &c. id est, motus continuus, quem probauimus esse; & principium motus æterni quid sit, scilicet quoniam non corrumpitur, & motus æternus quis motus sit, scilicet motus circulariter, & motus, qui solus potest esse æternus, id est, & declarauimus cum hoc, quod motus circularis est æternus sic, quod ipse solus potest esse æternus. Sunt enim duæ quæstiones: aut vult, quoniam, cum sit declaratum motum esse, & hoc necesse est, & sit declaratum quod aliquis motuum sensibilium potest esse æternus solus, declarabitur quod hic motus sensibilis sit æternus, scilicet motus corporalis cœlestis inter omnes alios motus, & quod motor primus est immobilis, neque per se, neque per accidens.

cã eius, de quo dr̃ posterius.

Substantia prior est oĩbus p̃dicamẽtis.

Idẽ.7, met. t.c.4.

Summa in demonstratiuis est, sicut conclusio in orationibus.


*Primum mouens impartibile esse, nullamque prorsus habere magnitudinem. Cap. X.*

B Quod autem necesse est impartibile esse, nec habere magnitudinem dicemus, primum de prioribus ipso determinantes. Horum autem vnum quidem est, quod impossibile est vllum finitum mouere secundum infinitum tempus. Tria enim sunt. Quod mouetur. Mouens. Et tertium, in quo fit motus, scilicet tempus. Hæc autem aut sunt infinita omnia, aut omnia finita sunt, aut quædam, aut duo, aut vnum. Sit igitur.a.moués. Quod autem mouetur.b. Tempus infinitum, in quo est.c. Ipsum.d.igitur pars ipsius.a.moueat aliquam partem ipsius.b.quæ est in quo est. e. secundum aliquam partem ipsius.c quæ est, in quo est.z. Non ergo in æquali ipsi.c. In pluri enim maius. Quare non infinitum tempus quod est ipsius.z. Sic itaq; ipsi d.apponens, auferam ipsum.a.& ipsi. e.ipsum.b. Tempus autem non auferam, semper remouens æquale. Infinitum enim est totum. Quare.a.totum.b mouebit in finito tempore ipsius.c. Non ergo possibile est.a.finito moueri aliquid secun-
C dum infinitum motum. Quod igitur non contingit finitum in infinito moueri tempore manifestum est.

Nunc autem volumus hoc probare, hunc motorem impartibilem esse non habentem magnitudinem. Determinantes prius quædam, quæ præcedunt hanc propositionem. Quorum vnum est, motorem finitum tẽpore infinito moueri impossibile esse. Sunt enim tria. Motor, scilicet & quod mouetur. Et in quo fit motus, scilicet tempus. Hæc autem tria, aut omnia infinita, aut omnia finita, aut quædam sic, quædam sic vt si dicas duo, aut vnum. Sit ergo.a.quod mouet, &.b. quod mouetur, & tempus infinitum.c.& moueat.d.pars eius partem eius, quæ est.e. Non ergo mouebit illud in tempore æquali.c. cũ maius debet moueri, & longiori tempore. Non erit ergo tunc tempus infinitum. Sit ergo tempus, in quo.d.mouet.e, tẽpus.z. Si ergo addiderimus.a.consumemus.a. Et si addiderimus.b.& consumabimus.b.

c. tempus autem, si diminuerimus semper æqualiter, nō consumabitur. Est enim infinitum. Necesse est ergo quod totum. a. moueat totum. b. in tempore finito. c. Ergo finitum erit. Impossibile est ergo aliquod finitum moueri motu infinito. Vnde manifestum est finitum moueri aliquid tempore infinito impossibile esse. D

*Demonstratio, qua probaturquod finitum mouens non potest mouere aliquid in tempore infinito.*




E

F

78 In hoc capitulo vult declarare quod hic motor primus non est in materia sed subsistens p se: & hoc, si ante declaratum sit, hic proprius declarabitur. Dixit ergo nunc aūt volumus declarare hunc motorē esse immobilem, neq; p se, neq; per accidens, neq; est potentia in corpore, qđ intendit probare. In pdictis. n. ꝓbatum

A est ipsum esse non corpus, neq; mobile per accidens: sed hæc probatio est magis propria, in qua probatur ipsum esse extra mãm. D. inducit ea, q̃ se hñt sicut propositiones, ad habendam certitudinem de hac qõne. Et dixit determinãtes prius, &c. hoc aũt dicit eo, qđ declaratũ est corpus infinitũ esse impole esse. Sed iam declaratũ est motorem infinitũ esse, & tp̃s infinitum esse: vult ergo probare cuiusmodi esse est esse huius motoris. Et dixit sit igitur. a. motor, & ꝙ mouetur. b. & c. i. dico ergo ꝙ impossibile est motorem finitum mouere tpe infinito, V. g. sit. a, qđ mouet, & b, quod mouetur, & c. tp̃s infinitum, & accipiamus partem motoris, qđ est, a, & illa pars sit, d. & moueat partem eius, ꝙ mouetur, s. b, & illa pars sit. e, & hæc diuisio est possibilis, eo quod motor, qui est potentia in corpe, põt diuidi. D. d. non ergo mouebit illud, &c. i. d. ergo non mouebit. e. in tpe æquali tpi. c. infinito, in quo a. mouet. b. Cum, d. sit pars. a, Potentia aũt partis minor est potentia totius & maius totum est, & quod maius est mouet tpe longiori. Hæc. n. propositio verificata est in pluribus locis vt in fine septimi. D. d. non ergo erit tp̃s infinitum, i. non ergo, d. mouebit. e. tpe infinito, in quo positum fuerat, quod a, qđ est totum mouens, mouebit. b. qđ est totum mobile. D. d. sit igitur tp̃s, in quo. d. mouet. e, tp̃s. z, & c. i. & cum proportio tpis. z. ad tp̃s. c, sit composita ex ꝓportione. d. ad. a, & ex proportione. e. ad. b, quia tp̃s vtriusque motus sequitur proportionẽ

B motoris ad mobile, qđ in eo, mouetur: proportio autem. d. ad. a. est finita, quia. d. multiplicatũ consumit. a, & proportio. e. ad. e. ad. b. est finita, quia. e. ẽt consumit. b. Et oĩs ꝓportio cõposita ex duabus proportionibus finitis est finita necessario. Proportio ergo tpis. z. ad tp̃s. c. est finita, z. igitur cõsumabit. c, C. aũt est infinitũ vt positũ est primo, ꝙ est inconueniens. Tp̃s ergo. c. necessario est finitum. D. d. impossibile est ergo aliquod finitũ, &c. i. posito ergo quod motor finitus non põt mouere aliquod infinitum, nec aliquod finitũ tpe infinito, manifestum est finitum non posse mouere tpe infinito. Dicit aũt hoc, eo quod, si finitũ moueret magnitudinem infinitam, moueret in tpe infinito. Sed quod corpus finitum moueat corpus infinitum per seipsum patet esse impossibile. Potentia. n. motoris necesse est superare potentiam mobilis, in quo est. Sed notandum est, qđ propositiones conditionales, quas posuit Aristo. hic, sunt propositiones veræ de corpore cælesti quum, posuit ꝙ potentiæ motiuæ eius sunt formæ in materia, qua propter actus eius non perficietur, nisi iunctis partibus illius materiæ, secundum propinquitatem terminatam. Hoc aũt, quod est huiusmodi, potentia totius est maior potentia partis, & est diuisibilis per diuisionem partis materiæ. Si ergo partes materiæ fuerint finitæ, & potentia erit finita, si vero potentia sit infinita partes sunt infinitę. Omne autem corpus est finitarum partium: actio. n. ipsius est finita: hæc omnia sequentur necessario ex hac positione, scilicetquod corpus cœleste, est

C forma in materia: differt aũt nihil siue antecedens in eis posuerit verum, aut falsum: omnis. n. positio, quæ exigit destructionem huius consequentiæ: est falsa sicut omnis positio, quæ exigit destructionem huius consequentiæ, si lapis volat, habet alas, est positio falsa, & si impossibile sit lapidem volare. Similiter, qui ponit in cœlo aliquam positionem, ex qua sequitur destructio huius consequentiæ, s. ꝙ si cœlum habeat partes, necesse est ꝙ potentia partis differat a potentia totius: &, si sit impossibile ipsum habere partes, nedum si posuerunt habere partes in actu: & quanto magis est ponere ipsum esse impossibile, secundum ꝙ possibilis est forma existens in materia. Amplius, cum omne compositum ex materia, & forma inuenimus ipsum habere actum finitũ, diximus infinitatem actionis prouenire, aut est ex parte formæ, aut ex parte materiæ. Sed forma non potest dici finita. Restat igitur quod finitas est ex finitate materiæ. Et, si sit actio aliqua infinita, necesse est ipsam esse, aut in materia infinita, aut formæ existentis in materia, qua posita sequuntur inconuenientia, quæ Aristote. intulit. Item omni formæ existenti in materia contingit diuisibilitas, vel possibilitas, scilicet potentia diuidendi ex parte materiæ, s. inest potentia diuisibilitatis. Posita ergo aliqua forma, cui non accidit diuisibilitas, hæc proculdubio non erit in materia: ꝙ enim denudatum est a compõne, & factũ esse, est substantia vna simplex, sicut simplex hmõi, Hæc, n. ꝓpõ est conuertibilis, s. Quod [a] est simplex

T. c. 37.

Oĩs ꝓportio cõposita ex duabus proportionibus finitis ẽ finita necessario.

Digressio.

Aliter q̃titatem.

Vide consimile. 4. ph. 93. & 7. ph. c. 2.

Rõ prima. Finitas ẽ ex parte materiæ: opp. 3. ph. c. 60.

Secunda.

Cũ formæ existenti in materia accidit diuisibilitas, vide cãm 1. c. de sub. or. &c.

a Quod est

simplex caret potẽtia, & econtra.

a Potentia est cã cõpositionis alicuius ex duabus substantijs.

b Corpora cęlestia sunt mãæ simplices, & formæ eorum sunt formæ non in materijs.

c Inuehit cõtra contradicentes Ari.

d Cõtra dimittentes te. Ari. & in sequentes expositores Vide consimile. 3. de aĩa. c. 30.

e In duob' alpharabi', ab Ari. deuiauit.

caret potentia, & quod caret potentia est simplex, potentia a enim est causa cõ- D
positionis alicuius ex duabus substantijs, si illa, vel aliqua substantia est v-
na in actu, & potentia illa erit simplex, huiusmodi autem sunt corpora cælestia.
Simplex autem, vt declaratum est, non mouetur ex se, nisi quod mouet, esset pri
mum, quod mouetur: corpora b ergo cœlestia sunt materiæ simplices, & for-
mæ eorum sunt formæ non in materijs. c Habito ergo hoc, patet eorum error,
qui obijciunt Aristote. ꝙ in corporibus cœlestibus impossibilis est diuisibilitas,
quam Aristote. posuit in sua demonstratione: & est possibilis in eis, inquantum
posita sunt ipsa esse formas in materiis. Impossibilis vero inquantum sunt simpli
cia, & formæ eorum non sunt in materijs. Isti ergo sic se habent, sicut cum in
syllogismo ducente ad inconueniens obijciunt illationem, aut quod sequitur ex
illatione esse verum, & dicunt syllogismum peccare, quod pluribus accidit mo-
dernis philosophantibus. d qui solis libris. Auic. contenti sunt in sua philoso
phia, & maxime quæ vir ille transtulit ab Aristo. in lib. suis, huiusmodi viden-
tur esse demonstrationes Aristote. in prima facie, non sunt autem in veritate: vn-
de libri huius viri potius faciunt a sapientia recedere, quam ipsam largiantur, &
vniuersaliter dico hoc non solum Auice. proprium esse, sed & omni, qui visus
est loqui de huiusmodi, non obseruans viam Aristot. opinando in eis, quæ intel
liguntur in primo aspectu, ipsa esse demonstrationes Aristo. sicut sepius contin-
git Galeno, & mox incipit contradicere ei, nesciens ipsimet in veritate contra E
dicere. Et sicut accidit Alpharabio e in hoc, quod opinatus est, quod illa via,
quam ipse Aristo. intendit ad æternitatem motus, est illa, quam imposuit libro
suo de entibus transmutabilibus. Neque solum in hoc accidit huic viro hoc cũ
Aristo. sed in arte demonstratiua, in qua ipse incedit alia via, quam Aristotel.
opinans illam esse veram, aut errans in scientia Aristote. & nos iam declaraui-
mus hoc in commento nostro super posterioribus, & diximus quædam de huius
modi in nostris quæstionibus.


Quod autem in finita omnino magnitudine non contingat infini-
tam esse potentiam, ex his manifestum est. Sit enim maior poten-
tia semper, æquale in minori faciens tempore, vt calefaciens, aut dul
ce inferens, aut proiiciens, & omnino mouens. Necesse est ergo & a
finito quidem, infinitam autem habente potentiam pati aliquid pa-
tiens, & plus quam ab alio. Maior enim est infinita potentia. At ve-
ro non contingit tempus esse vllum, quo potentia illa moueret. Sit
enim in quo est. a. tempus, in quo finita vis calefacit, aut depellit. In
quo autem est. a. b, finita quædam. Ad hanc, maiorem semper accipiẽs F
finitam, veniam aliquando ad id, quod in. a. tempore motum erit. Ad
finitum enim semper addens excellam omne finitum: & auferens de
ficiam similiter. In æquali ergo tempore mouebit infinita ipsi fini-
tæ. Hoc autem est impossibile. Nullum itaque finitum contingit in
finitam habere potentiam.

Quoniam autem impossibile est omnino in magnitudine finita es-
se potentiam infinitam ex iisdem manifestum est: sitq; maior potentia
quæ agit æqualiter in tempore minori. V. g. quæ calefacit, aut sanat,
& vniuersaliter mouet. Necesse est ergo infinitum, cum potentia eius
sit infinita, agere in passibile maiorem passionem, quam quod finitã.
Infinitum enim maius est. Non autem huiusmodi potest esse tempus.
Si enim. a. sit tempus, in quo potentia infinita calefacit, aut eleuat, et
in tempore. a. agit illã eandem actionem potentia finita. Accipientes

enim semper potentiam maiorem, ac finitam, necesse est aliquando uenire ad quod moueat in tempore .a. Augentes enim semper finitũ superat omne terminatum. Et diminuentes semper diminuitur similiter. Mouet ergo finitum in tempore, in quo infinitum mouet, quod est impossibile. Non ergo finiti est potentia infinita.

*Demonstratio, quod nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam.*

B




Cum declarauit impossibile esse, ꝙ motor finitus moueat aliquod finitum tẽpore infinito, & hoc, quod dicimus motor finitus, intelligimus motorem finitum potentia, & magnitudine: sed hoc quidem, quod motor, cum fuerit corpus, sit finitæ magnitudinis, iam probatum est in tertio: quod autem finitæ potentiæ, cũ sit corpus finitum, hoc nondum manifestũ est, vult illud hic probare. Cum enim habuit quod omnis corporis potentia est finita, & adiunxit huic propositionem, quam prius probauit, s. ꝙ habens potentiam finitam non potest mouere corpus finitum tempore infinito, habebit quod hic motus, cuius tempus, vt demonstratum est, est infinitum, non potest fieri a corpore, neque potentia in corpore existente. 79

C Et dixit quoniam aũt impossibile est omnino, &c. i. quoniam autem impossibile est in corpore composito ex materia, & forma, ꝙ forma eius agat actione infinita, ex his patebit. Potentia enim hæc dicta intelligenda est potentia actiua: potentia enim dupliciter dicitur, actiua scilicet, & passiua. D. incœpit inducere propositiones, quibus conatus est hoc probare, & dixit sitq; maior potẽtia, &c. sit ergo nobis primum tanquã notum per se, quod maior potentia agit actionem æqualem actioni minoris potentiæ in tempore minori, tempore, in quo agit minor illam actionem. Deinde .d. necesse est finitum, &c. i. cum igitur maior potentia agit actionem æqualem actioni potentiæ minoris in minori tempore, necesse est in æquali tempore ipsam agere actionem maiorem, quam minor. Vnde necesse est quod corpus, cuius potentia est infinita, cum egerit in id, quod natum est suscipere actionem eius, vt cum infrigidauerit, aut calefecerit, agat in aliquo tempore actionẽ multo maiorem actione corporis finiti in idem passibile in illo tempore. D. d. non autem huiusmodi potest esse tempus, i. corpus autem, cuius potentia est infinita, non agere potest actionem æqualem corporis finitæ potentiæ in tempore omnino, sed in instanti: quod est impossibile. Omnis enim trasmutatio, vt demonstratum est, est in tempore. D. incœpit hoc declarare, & dixit si enim, a, fuerit tempus, &c, i. si enim posuerimus aliquod tempus, vt, a, in quo po-

Ex hoc patet, qđ potẽtia infinita passiua ẽ in magnitudine. & hoc ẽ verum, quia materia prima.

tetia infinita agit actionem finitam, vt calefacere, aut eleuare, aut vniuersaliter D
mouere, & posuerimus φ in hoc eodem tempore, s.a, agit potentia finita illam eā dem actionem: hoc enim possibile est: continget quod finitum, & infinitum agāt eandem actionem in eodem tempore: quod est impossibile. Si enim maius in minori tempore facit actionem minorem, quanto magis agit in minori tempore actionem illud, quod est infinitæ potentiæ? Deinde narrauit quomodo potest inueniri potentia finita, agens in illo tempore posito, in quo agit potentia infinita actionem æqualem illi actioni, & dixit, accipientes enim semper, &c.i. & hoc possibile est, s. si posuerimus potentiam infinitam, quæ agit in tempore aliquo actionem finitam, & inueniamus potentiam finitā, quæ in illo eodem tempore agat illam eandem actionem, s. æqualem illi, eo quod, si posuerimus potentiam finitam, quæ agit in illo tempore actionem minorem illa, quam in eo agit infinita, poterimus augere potentiam finitam continue, & sic augmentabitur actio eius in illo tē pore: sic ergo continue facientes perueniemus ad hoc, quod agat actionem æqualē illi actioni in illo tempore. V.g. sit.b.potentia infinita, &c. actio eius, & a.sit tempus huius actionis, & sit.d.potentia finita, quæ agit in illo tempore partem.c, vt quartam, aut quintam partem: multiplicantes ergo.d, ita φ proportio totius magnitudinis ad.d. sit sicut proportio partis.b.ad c, manifestum est necesse esse, quia illa magnitudo agat.c.in tempore.a, in quo.b, quod est potētia infinita agit. in eodem ergo tpe agit potentia finita, & infinita. Nec pōt aliquis dicere nunquā E
ꝑueniri, addendo in magnitudine finitā ad magnitudinem finitam agentem in illo tpe actionem, quam agit magnitudo infinita: possumus enim semper addere super magnitudinem, quousq; actio eius actionē superet, quancunq; determinatam posuerimus. Posito ergo quod actio terminata est infinita in tpe terminato, poterimus augere illam magnitudinē terminatam, quæ deficit in illo tpe, actionem augere illam intantum, quod agat illam in illo eodem tpe. Et hoc est, qđ dicitur necesse est aliquando peruenire, &c.i. addentes enim continue super finitum augmentabitur actio eius, ita, qđ, superabit quancunq; actionem terminatam posuerimus: sicut, si continue diminuentes illud, deficiet actio eius a quacunq; actione terminata, quam posuerimus. Et intendit per hoc dicere quod illud, quod sequitur addendo continue, est simile ei, qđ sequitur diminuendo: non aūt voluit possibile esse magnitudinē crescere in infinitum, sicut est possibile ipsam diminui in infinitum. Dictum est enim in tertio huius libri, qđ aliter se habet in hoc additio, & diminutio. Participant autem in hoc, quod hic intendit, scilicet quod si aliqua magnitudo ponatur terminata, cuius actio est terminata, & alia magnitudo minor illa, cuius actio est minor, poterimus augere minorem intantum, quod adequabitur maiori in actione, aut superet illam, & similiter poterimus intantum diminuere maiorem, qđ aget actionem æqualem minoris, & minorem: & hoc.s.in eodem tpe. Et ipse distulit illationem huius demonstrationis ad finē huius lib. F

*3. phy.t.cō. 68.&.69.*

*Primus modus formandi rationem Aristo.*

Hæc aūt demonstratio multipliciter pōt fieri, & formari. Potest enim sic. Hic motor habet actionem infinitam. Omne autem corpus, aut potentia in corpore, non habet infinitam actionem. Hic ergo motor non est corpus. Aliter aūt formatur sic. Si actio hæc, quæ est infinita, est corporis, aut potentiæ corporeæ. Et actio hæc non est, nisi potentiæ infinitæ talis. Et omne corpus est finitū. Necesse est corporis finiti esse potentiam infinitam. Deinde destruetur consequens sic. Non autem corporis finiti est potentia infinita, & sequitur oppositum antecedētis, scilicet quod actio hæc non est corporis, neq; potentiæ corporeæ. Aristo.aūt perfecit hanc demonstrationem in fine huius libri.

*Digressio.*

In propositione autem assumpta hic, qua dicitur qđ omnis corporis est potētia finita, dubitari pōt, vtrū contineat corpus cœleste, aut non. Si enim continet corpus cœleste, tunc corporis cœlestis erit potentia finita, cuius autem est potentia finita, est corruptibile.

*Dubiū primum.*

*Dubium, 2.*

Similiter dubitatur de propositione, qua vtitur in declaratione huius quod, omnis corporis est potentia finita, quæ scilicet dicitur, quod si esset potentia infinita, cōtingeret quod motus esset in instanti. Dicet enim aliquis, vt quid Arist. dicit consequens esse, si potentia corporea habet actionem infinitam, ipsam agere non in tē pore: & non est se sequens, si actio infinita sit potentiæ non corporeæ, qđ agat nō

A in tempore. Prima quidem quæstio valde difficilis est, & multum scrupulosa. Et Alex. in quibusdam suis tractatibus respondens, d. corpus cœleste adeptum fuisse æternitatem a suo motore, qui non est in materia: secundum hoc ergo erit aliquid, quod pōt corrumpi, & tamen nunquā corrūpetur & hæc Platonis est opinio, scilicet aliquid æternum esse, qđ potest corrumpi. Ari. aūt in fine primi lib. de cœ. & mundo probauit impossibile esse æternum, cui insit potentia ad corruptionē. Ioānes aūt grammaticus hanc sibi retinuit quæstionē cōtra peripateticos in eo, qđ opinatur qđ mūdus sit corruptibilis, & generabilis. Et hæc dubitatio est fortior omnibus dubitationibus, quæ possunt accidere his. Maxime cum Ari. expresse dicit in secundo de cœlo, & mundo qđ cœli est potentia finita, vbi reddit causam, quare non insunt cœlo stellæ maiores his, quæ sunt illi: si enim dicit, hoc esset, fatigaretur. Audiens aūt Auicē. verba hæc Aristo. qui iam audierat verba Alex. opinatus est duplex esse necessarium, necessarium scilicet ex altero contingens & possibile ex seipso, & necessarium ex se: necessarium quidem ex alio, vt cœlum, necessarium vero ex se, vt motores cœli. Nos autem dicimus quod ex vi verborum Ari, in hac demonstratione apparet qđ potentia eius passiua, scilicet susceptiua motionis est finita, sicut enim actio infinita non est formæ in corpore, sic passio infinita non est formæ in corpore, scilicet composito ex B materia, & forma. Omnis enim formæ est potentia finita, siue sit actiua, siue passiua, cum sit diuisibilis per diuisibilitatem corporis, & omne corpus sit finitū. Et, si posset esse quod potentia in corpore, composito ex materia, & forma susciperet motionem in infinitum, tunc infinitum esset maius infinito: idem enim corpus sensibile quanto maius fuerit, tanto tempus, in quo suscipit motionem a suo motore, erit maius. Si ergo aliquod corpus posuerimus huiusmodi, scilicet quod susciperet motionem infinitam, tunc quod maius est debet suscipere motionem longiori tempore, & sic in infinitam susciperet infinitum, quod est impossibile. Ex hoc ergo patet corpus [a] cœleste non componi ex materia, & forma, & ipsum esse simplex, & quod forma ipsius non habet subsistere per ipsum, & qđ ipsi est, quæ mouet ipsum, & quod in ipso non est forma materialis omnino. Dubitabit aliquis ex hoc, quod dictum est in libro de cœlo & mundo, ipsum, scilicet esse neque graue, neque leue, & ipsum habere naturam, quæ est huiusmodi, qđ nos illic declarabimus. Et similiter declarabimus illic verbum Ari. quo dixit cœlum habere potentiam finitam. Dupliciter enim potentiæ motiuæ possunt dici infinitæ, aut quia actio earum nūquā cessat, aut quia motio earum est tātæ velocitatis qđ non inuenitur magis, scilicet qđ illud, quod ab his mouetur, velocius mouetur omni mobili. Quod aūt aliqua potentia sit infinitæ motionis secundum hunc modum impossibile est, nisi motus posset fieri in instanti, scilicet C quod aliqua potentia sit, quę infinitam facit velocitatem in ipsum, quod mouetur, quanto enim maior fuerit motor, tanto motio eius erit velocior. [b] Motores igitur, siue materiales fuerint, siue non materiales secundum hunc modum conueniunt in hoc, quod motio eorum sit finita: vnde corpora cœlestia excedunt se inuicem in velocitate, quamuis motores eorum sint non in materia. Ergo secundum hunc modum dixit cœli potentiam esse finitam, & quod si inessent ipsi stellæ plures, aut maiores, aut destrueretur motus eius, aut tardaret: sed hoc diligentius manifestabitur in suo loco. Et hæc dubitatio est maxima dubitationum, quæ accidunt in hac scientia, & non est mihi determinata, nisi cum grandi labore, & in tempore vitæ meæ non modico. Ad secundam autem quæstionem [c] qua quæritur, vt quod, si posuerimus actionem infinitam in corpore, sequitur quod motus sit non in tempore, & non sequitur, si posuerimus actionem infinitam esse potentiæ non in corpore. Sic respondentes dicimus, quod, si posuerimus actionem propriam esse corporis, sequitur quod insit ei potentia infinita: si autem posuerimus alicuius non corporis, tunc potentia illius non pōt dici finita, aut infinita. Finitū.n. & infinitum [d] solum de corporibus dici possunt, & sic sola actio illius dicetur infinita. Si autem potentiam infinitam posueris in corpore, sequitur quod motio eius sit non in corpore: quod est

Solo primi. Alexāder. Primo cœ. tex.cō.124. Ioan. grammaticus, de quo etiam vide. 12. meta.c.41. Secūdo cęl. tex.cō.71. Auicē. vide c.124. primi de cęlo. Auerroys. Idē.3.ca. de suba orbis.

a Corp' cęleste caret mā. Idem primo phy. 63. & 8. met.t.cō. 4. & 12. & 12. met.t. cō. 10. & .j.cœ. cō.20. & 92 & pri. 2. 3. ca. de substātia orbis. Obiectio. Vide tertiū ca. de substātia orbis.

b Pro hac mā vide. 39. 2. de cœl. & 63. eiusdē, ac 71. et. 41. 12 me. & .3.ca. de suba orb.

c Solo secū de qōnis. Meliorē ide solonē qre 3.ca. de substātia orbis.

d Finitū & infinitum solum de corporibus dici possunt.

Idē primo phy. t. c.15. &.3. ph. 35. &.36.

In potentiis incorporeis nō pōt intelligi qđ vna sit maior altera, nā maius, & min' sunt solius quantitatis. vide ꝑ hoc 35. 7. physi.

a Proportio est solius magnitudinis ad magnitudinem, vel eorū, q̄ insunt ei.

Omīs potentiæ finitæ finitū est tempus.

impoßibile. Si vero illam posuerimus non in corpore, tunc non dicitur finitum, aut infinitum, eo quod non est in corpore. Non ergo sequitur ꝙ sit mouens non in tempore, cum in his non potest intelligi vna potentia maior alia, eo quod non sunt corporeæ potentiæ, Maius enim, & minus solius est quantitatis. Vnde, si dixerimus potētias esse in corporibus, tunc actio earum erit proportionalis, scilicet quod proportio potentiæ motiuæ ad potētiam motiuam est sicut proportio velocitatis motus ad velocitatem. Existentibus autem non in corpore non est proportio: cum proportio [a] solius est magnitudinis ad magnitudinem, vel eorum, quæ insunt magnitudini, eo quod insunt ei: & hæc manifesta sunt per se. Reuertamur ergo verba Aristo. D

Nec infinitum finitam: sed tamen contingit in minori magnitudine plurimam potentiam esse, sed adhuc magis in maiori plurimam. Sit igitur in quo est.a.b. infinitum. Sed.b.c.habeat potentiam aliquā, quæ in aliquo tempore mouet ipsum.d, uidelicet in tempore, in quo est.e.z. Si autem iam ipsius.b.c. duplam accipio in dimidio mouebit tempore ipsius.e.z. Sit enim hæc proportio. Quare in z.t.mouebit. Ergo sic accipiens semper, a.b.quidem nequaquam transibo. Tempore autem dato semper minorem accipiam. Infinita ergo potentia erit. Omnem enim finitam excellit potentiam. Omnis autem finitæ potentiæ necesse est finitum esse & tempus. Si enim in quodam tanta, maior in minori quidem, determinato autem mouebit tempore secundum conuersionem proportionis. Infinita autem omnis potentia est sicut multitudo. Et magnitudo est excellens omne finitum. E


Neque infinitum habere virtutem finitam est poßibile, licet in minori magnitudine potest inesse maior potentia. Tamen, cum hoc fuerit, dignius erit ꝙ in maiori sit maior. Sit ergo.a, b.infinitum. b.c.igitur est potentia, quæ mouet.d.in aliquo tempore: sit ergo illud tempus.h.z.b.c.ergo duplicatum mouet in medietate temporis h.z. Procedamus sic igitur, & sit illud tempus.z.t. Cum ergo sic processerimus semper, nunquam perueniemus ad consummationem.a.b. De tempore vero posito semper accipiemus minus. Sic igitur erit virtus infinita. Necesse est enim cuiuslibet potentiæ finitæ tempus etiam esse finitum. Nam si hæc potentia mouet in hoc tempore quæ maior est illa mouet in tempore minori illo. Sed tamen illud tempus est determinatum, cuius processus est econuerso. Virtus autem est infinita eo modo, quo numerus. Magnitudo vero, quæ excedit omne determinatū. F

A *Demonstratio, quod nulla magnitudo, vel quantum infinitum habet potentiam finitam.*

Tempus, in quo quantum infinitum potentiæ finitæ mouet. d.




A. B. quantum infinitũ habens potentiã finitã. c.




Tempus.


B 


B, C. quãtũ infinitũ pars ipsius, a, b.




Tempus. z.






Dupla magnitudo ad. b. c.

Cum declarauit quod in magnitudine finita impossibile est esse potentiam infinitam, vult nunc econuerso dicere, s. quoniam in magnitudine infinita non potest esse potentia finita.* Dicendo neque infinitum habere, &c. id est, & sicut in magnitudine finita non potest esse potentia infinita, ita etiam econuerso in magnitudine infinita nõ põt esse potẽtia finita, sed finitũ finito, & ĩfinitũ infinito: sed, qa in hoc ducit ambiguitatem hoc, quod in corpore maiori inuenitur potentia minor, & in minori maior. Dixit licet in minori, &c. hoc enim facit dubitare aliquem, cum posset dicere, cũ in maiori corpore inuenimus minorem potentiã. 80

Quid igitur prohibet in infinito eo, quod est maius minori, inesse potentiam eam, D A
quę inest finito, eo, quod est minus: sed hoc non potest stare: quia cum continue duplicauerimus maius corpus, cuius potentia est minor, perueniemus ad corpus, cuius virtus erit maior minoris corporis. Et quia infinitum semper pōt duplicari, iō potentia eius debet esse maior potētia cuiuslibet corpis: immo non est aliqua cōparatio inter illas, & potentias infinitorum corporū. vnde dixit.q. soluens, tamen cum hoc fuerit, &c. D. Literis exemplificat, posito quod corpus infinitum habet potentiam finitam, similiter minori corpori inesse maiorem potentiā, eiusdem videlicet speciei, & dixit: sit ergo.a.b.infinitum, &c, i. sit ergo magnitudo infinita.a.b, & de infinito.a.b.sumemus aliquam partem, vt.b.c, ponendo quod in hac parte est potentia, quæ mouet illud mobile, quod mouet infinitum corpus in aliquo tempore, & illud mobile, quod scilicet mouetur ab infinito corpore, & idem a parte illius sit.d. Deinde dixit sit ergo illud tempus.h.z. & vult quidem dicere, quia manifestum est quod.b.c, quod est pars.a.b, mouet in minori parte temporis eo, in quo totum.a.b.mouet.d, cum potentia.a.b.sit maior potētia.b.c. Postea dixit.b.c.ergo duplicatum, &c. quia iam probatum est quod maior motor idem mouet mobile in minori tempore, & quod temporis ad tempus proportio, est sicut motoris ad mobile. Post hoc dixit, procedamus sic ergo, &c. id est & cum hoc modo processerimus in duplicatione illius partis, scilicet quod duplū duplicetur, & hoc duplum sic duplicetur, constat quod necesse est peruenire ad E B
magnitudinem aliquam, quæ moueat.d.in tempore minori eo, in quo mouetur.a. magnitudine illa infinita, cuius potentia est finita. Ponatur igitur nos peruenire ad illam magnitudinē, cum infinita magnitudo non consumatur per suas duplicandas partes. Tempus vero diminuitur semper parte duplicata, & illud tempus sit.h.z. Et hoc voluit dicere his verbis: cum ergo sic processerimus, &c. id est duplicatio quidem per.b.c.debet esse aliqua pars.a.b, quia nunquam per duplicationem partis.a.b.perueniemus ad.a.b.consumendum, cum sit infinitum. Deinde dixit de tempore vero posito, &c. id est &, cum talis duplicatio semper sit possibilis, & impossibile est ad tempus peruenire minus illo posito, in quo a. b.mouet.d.per aliquod spatium, scilicet magnitudo infinita, cuius virtus est finita. Post dixit sic igitur erit virtus infinita, &c. id est ex quo sequitur quod in infinito corpore sit potentia infinita, quod est contra positum. Deinde dixit necesse est enim, &c. id est hæc quidem virtus est infinita: quia tempus, in quo mouet, semper minoratur in infinitum. Tempus vero potentię finitę est finitum, cū moueat tempore, in quo minor non potest mouere. Et hoc intendebat, cum dixit nam si hęc potentia, &c. idest & hoc necesse est: nam, si aliqua potentia mouet aliquid in aliquo tempore, potentia, quæ est maior illa, mouebit in minori tempore illud idem. Sed, quia excessus est determinatus necesse est peruenire ad tempus determinatum in paruitate, id est quod in minori illo aliquid non potest mouere. Et intendit per hoc, quod dixit econuerso, quod si maior magnitudo fuerit F C
dupla minoris, erit tempus motionis illius huius medietas, cum communicant quidem reuersim, sed est econuerso. Post dixit virtus autem est infinita eo modo, quo numerus, id est potentia autem, quæ in hoc corpore infinito posito, scilicet quod est infinitum, erit infinita, quia crescit per crementum corporis. Cum autē crementum corporis est infinitum, constat quod & virtus etiam in infinitum est: quare virtus est infinita. Deinde dixit magnitudo vero, &c. hæc vero magnitudo est infinita, cum habeat infiniti definitionem: est enim maior omni magnitudine terminata.

**Proportio temporis ad tps est, sicut proportio motoris ad mobile. Idē 7. phy. 35. & 36.**

Est autem & hoc demostrare sic. Accipiemus enim quandam potētiam, eandem genere ei, quæ est in infinita magnitudine, in finita magnitudine existentem, quæ mensurabit eā, quæ est in infinita, finitam potentiam. Quod igitur non contingit infinitam esse potentiam in finita magnitudine, nec finitam in infinita, ex his ostensum est.

Hoc quidem aliter potest declarari sic. Ponendo quod aliqua potē

A tia eiusdē generis, illius potentię, quæ est in magnitudine infinita, sit in potentia finita. Sic ergo erit potentia in quantitate potentiæ finitæ in infinito. Quoniam autem, impossibile est potentiam infinitam in finita esse magnitudine, aut potentiam finitam esse in infinita magnitudine, manifestum est.

Dicit, & hoc idem possumus ostendere alia via: cum enim posuerimus infi- 81
nitum corpus, in quo sit virtus infinita, possibile erit ponere virtutem eiusdem generis cum illa prima virtute, & ei æqualem in magnitudine finita: & sic potentia, quæ est in corpore finito, erit æqualis potentię, quæ est in corporę infinito: quod est impossibile. virtus enim eiusdem generis, quæ corpori inest maiori, maior existit, quanto magis quæ est in infinito corpore erit maior illa, quæ est in finito. Et, cum ostendit hæc duo, fecit de eis mentionem, & dixit quoniam autem impossibile est, &c. & hæc conuersio non facit ad propositum declarandum, sed tamen ostendit illud, vt ex eo acquiratur, quoniam est causa propinqua.

De his autem, quę feruntur, benē se habet dubitare quandam dubitationem primum. Si enim, quod mouetur omne, mouetur ab aliquo. B Quæcunque non ipsa seipsa mouent, quomodo mouentur aliqua continue, non contangente mouente, vt proiecta. Si autem simul mouet, & aliud aliquid mouens, vt aerem, qui motus mouet. Similiter impossibile est primo non contangente, nec mouente moueri. Sed simul omnia moueri, & quiescere, cum primum mouens quiescet. Et si facit, sicut lapis, vt mouere quod ferrum mouet. Necesse hoc quidem dicere, quod primum mouens facit, possibile mouere, aut aerem huiusmodi, aut aquam, aut aliud aliquod tale, quod aptum natum est moueri, & moueri. Sed non simul pausat mouens, & quod mouetur, sed qđ mouetur quidem simul, cum mouens quiescat, mouens autem adhuc est, vnde mouetur cum alio habitum, & in hoc eadem ratio est. Pausat enim, cum minor potentia in mouente sit habito. Penitus autem quiescit, cum non faciat primum mouens, sed quod mouetur solum. Hæc autem necesse est simul pausare, mouēs quidem autem, & quod mouetur, & totum motum. Hic igitur in contingentibus aliquan-
C do quidem moueri, aliquando autem quiescere, fit motus, & non continuus, sed videtur. Aut enim consequenter est eorum, quæ sunt, aut tangentium est. Non enim vnum est mouens, sed habita adinuicem sunt. Vnde & in aere, & in aqua huiusmodi motus, quem dicūt quidam antiparistasim. Impossibile autem aliter est opposita soluere, nisi dicto modo. Antiparistasis autem simul omnia moueri, facit, & mouere; quare & quiescunt. Nunc autem vnum aliquod, quod mouetur continue à quolibet non enim ab eodem.

De his autem, quæ localiter mouentur, bonum est prius inducere quandam dubitationem. Nam, si, omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, scilicet dum illud a se non mouetur, quomodo quædā cōtinue mouētur sine eo, quod cōtāgāt motorē, Verbi gratia, quod proiicitur, aut quod sagittatur: &, si motor moueat cū hoc etiā aliud, vt aerē, &, cū mouetur hoc, mouet, tamē impossibile est ipsum moueri, nisi

primum tãgat, aut moueatur. Immó necesse est simul omnia moueri, & simul quiescere, cum primus motor quieuerit. Similiter est, & si etiam facit, sicut facit lapis, scilicet magnetes, Verbi gratia, quoniã illud, quod mouet lapis, quod est ferrum, mouet, id est attrahit ferrũ, a quo mouetur, & sic mouet. Hoc autem debet concedi de necessitate, scilicet quod primus motor est, qui hoc facit, Verbi gratia, qui mouet aerem, cum fuerit huiusmodi, aut aquam, aut aliud quod innatum est mouere, & moueri, sed nõ debet simul quiescere ab hoc, quod moueat, & moueatur. Immo cessat ab hoc moueri, quod moueatur, cessante eius motore a mouere, & post remanet mouendo. Vnde vnũ mouet aliud sibi succedens, & procedit istud aliud etiam hoc eodem processu. Motus aũt illius quiescit, cum virtus mouendi diminuitur in succesione paulatim. Et vltimo cessat, quando motor penultimus peruenerit ad hoc, quod nihil agat, sed solummodo mouetur. Hoc autem necessario fuit simul, scilicet motorem quiescere a mouere, & motum a moueri, & ipse motus omnino. Hic quidem motus, est motus, qui fit in eis, quæ possunt aliquando moueri, aliquando quiescere, & non est continuus, sed videtur. Motor enim non est vnus, sed sunt quæ succedunt sibi inuicem. Vnde talis motus non fit, nisi in aere, aut in aqua, qui a quibusdam attribuitur, & succesioni, & ab ea denominatur. Sed prædicte quæstiones aliter, quam narrauimus, non possunt solui. Succesio facit omnia ea mouere, & moueri, unde oportet ꝙ quiescant. Sed nos videmus vnum idem continue moueri: quare necesse est ipsum moueri ab aliquo. Mouetur enim ab vno eodem.

Motus proiectorum nõ est cõtinuus sed videtur.

82 Hæc quæstio, vt dixit auctor, est. Si omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo motore, quare quædam mobilia mouẽtur, cum motor illorum sit in quiete: ex hoc enim sequitur alterum trium, aut quod aliquid moueatur sine motore, Aut quod motor, cum sit corpus, moueat aliquid absque eo, ꝙ moueatur, & sine eo, ꝙ tangat illud, ꝙ mouetur. Aut dicatur ꝙ primus motor potest mouere, non continue. Quæ autem inducunt hanc quæstionem sunt illa, quæ proijciuntur, aut sagittantur. Videmus enim lapidem proiectum moueri, cum manus, quæ mouerit, iam quiescit, similiter de sagitta a chorda. Hanc quidẽ qõnem opponet illis propositionibus, quibus vsus est in prædicta declaratione, s. omne motum habere motorem, & ipsum non mouere, nisi cum moueatur, cum sit corpus, & super hoc fundauit prius hoc, ꝙ voluit declarare, scilicet ꝙ iste motor non est corpus: & quia etiã contradixit huic, ꝙ ostensum est: qm̃ primus motor continue mouet: & ideo dixit quomodo quædam continue moueantur, &c. Post dixit, &, si motor mouet etiam cum hoc aliud, vt aerem, & cum hoc moueatur, mouet, i. & si aliquis dixerit, ꝙ huius causa est, ꝙ motor in huiusmodi mouet cum illo, ꝙ mouetur ab illo aliud, quod mouet illud motum quando primus motor cessat, V. g. quãdo manus mouet lapidem, mouet cum illo aerem, quare accidit quod, cum manus etiã non mouet lapidem, statim succedit ei aer in mouendo lapidem: deinde mouet ẽt eodem motu alium aerem cum lapide: vnde accidit quod secundus aer mouet lapidem primo quiescente: motus ergo lapidis videtur quasi continuus, cum fiat succesiue a pluribus: succesio quidem non cessat, quousque motus cesset. Post hoc dixit tamen imposibile est ipsum moueri, nisi primum tangat, aut moueatur: immo necesse est, &c. i. sed hmõi solutio nihil aliud est, quã mutare quæstionẽ de lapide ad aerem, aut aquã, & vniuersaliter ad illud, quod, cum primo moto, mouetur

A uetur a primo motore. Quærendũ est enim ẽt de aere, quare post quietẽ manus remanet aerem mouere lapidẽ, cũ non moueat lapidẽ, nisi moueatur, nec moueatur, nisi manus moueat. Oportet igitur oĩa omnino quiescere, qñ primus motor quiescit, & moueri, cum ipse moueat. Et hoc voluit cum dixit immo necesse est simul omnia moueri, & simul quiescere, cum primus motor quieuerit. i. aer, aut chorda, aut his similia. Post dixit sil'r est, & si ẽt facit, sicut facit lapis, s. magnetes, &c. i. sil'r remanet quæstio: manus enim non mouet illud proiectum, nisi mouendo prius aerẽ: vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahet ferrũ, quod ponit' vltra primũ ferrum, mediante attractione eius ad primũ ferrum. D. d. hoc aũt debet cõcedi de necessitate, s. ꝙ primus motor est, q hoc facit. i. sed oportet nos concedere de hmõi mobilibus primũ motorem esse causam motus eorũ oĩum de primo ad vltimũ. Quod aũt est considerandum est, qũo sit causa eorũ motus: hoc quidẽ, vt dixit auctor, concedendũ est, cum huius mobiliũ motus sequat' in velocitate, & tarditate potentiam primi motoris, & eius debilitatẽ: ex quo possumus scire primũ motorẽ esse causam huius motus de initio ad finẽ. D. innuit modum, quo hmõi motus potest fieri, exemplificando, & dixit, V. g. qui mouet aerem, cũ fuerit hmõi aut aquã, aut aliud, &c. i. V. g. ꝙ primus motor, vt dicas, manus mouet aerem, aut aquã, & vl'r medium, quod innatũ est moue
B re, & moueri: post dicit cũ fuerit hmõi, i. cum fuerit eo modo, quo est mediũ, s. quia exigitur ad hoc, ꝙ simplicia corpora moueant' in illo: ostensum est enim, qm̃ nisi mediũ esset, nunꝙ lapis, neq; aliquod simpliciũ corporũ moueret', neq; naturaliter, neq; scd̃m violentiam: hoc aũt perfecte declarabit' in tertio de cęlo, & mundo. D. d. sed non debet simul quiescere ab hoc, ꝙ mouet, & moueat', i. sed de motu horum simpliciũ partium ecõuerso est ei, quod est de rebus mobilibus, terminatã figurã habentibus in partibus, i. simplicium corporũ passibiliũ non oportet vt simul cesset idẽ a mouere, & a moueri: sicut accidit hic in partibus corporũ terminata figuram habentiũ, & in corporibus contrarijs, quę sibi adherent inuicẽ, s. habentibus figurã. Post dixit immo cessat ab hoc, quod moueatur, cessante eius motore a mouere, & ad hæc remanet mouendo. i. sine eo ꝙ moueatur. Et hoc, quod auctor dicit, manifeste vr̃ sensu in motu aquæ, a lapide proiecto in illã. Videmus enim partẽ, quæ sequitur lapidẽ, moueri vndiq; : deinde transfert' motus ab illa parte ad partẽ consequentem, deinde de illa ad aliam, quousq; cesset. Partes vero aquæ non simul mouent', sicut simul mouẽtur partes figurati corporis: & hoc patet in circulis, qui in aqua fiunt, qñ lapides cadunt in ea. Si igit' huius motus esset similis motui in rebus mobilibus terminabilibus, oporteret oẽs partes aeris, & aquę simul moueri de primo vsq; ad vltimã, & expelli in oĩbus partibus mundi, intantũ ꝙ in totũ fieret inunda-
C tio, aut corpus intraret corpus, qđ est impossibile. Sed hæc corpora ab extrinsecis recipiunt densitatẽ, & raritatem, & recipiendo densitatẽ, quasi recipiunt aliquam penetrationẽ in suis partibus. Nam, si non reciperent penetrationem aliquam, oporteret ẽt quod motus eorum oĩno simul esset, ita ꝙ vltimus terminus mundi expelleret' etiã. Et, si istæ partes perfecte penetrarent seinuicẽ, tunc non moueret' de aqua, nisi quantũ possidet corpus, quod cecidit in illa: Est igitur quasi mediũ inter esse spirituale, & corporale: scd̃m ergo naturam spiritus accidit in partibus aliqua penetratio: vnde vidimus diuersos motus non impediri a seinuicẽ in aqua: scd̃m vero corporeitatẽ expellunt seinuicẽ, Ita ꝙ ex eis duobus existimat' ꝙ aer motus in eis est, qui transfert' per se, & lapis proiectus de necessitate transfert' per trãslationẽ illius partis, q̃ defert motũ, & cessat illa cessante. Illa quidẽ pars non est eadẽ, nec ille motus ẽt fit simul in pluribus partibus: sed fit quasi successiue, & scd̃m translationẽ de vna parte in aliã: vt accidit eis, in quibus calor transfert' de vna parte in aliam. Et vl'r motus sagittæ in aerẽ similis est multũ motui nauis in vnda, quæ portat eam, qui existimat' esse vnus, cũ sit motus successiuus per vndationẽ, quæ fit in aqua: & talis vndatio fit in aere, Manifestũ est ergo ꝙ causa huius, ꝙ istæ partes non oẽs simul mouẽtur, est penetratio, q̃ accidit eis inuicem: scd̃m enim hũc modũ assimilat' ei, qui mouetur ab initio spatij vsq; ad finẽ, quod mouetur per se. Aqua enim, & aer

Sine medio impoĩe est aliquod simplex corpus moueri naturaliter, vel violenter. Idẽ 4. phy. 71. & 3. cœ. 28. & 4. cœ. 22.

Digressio. De motu proiectorum.

Aer,& aqua talẽ hñt naturã, ꝙ cum accipiũt principiũ mouẽdi ab alio, mouent per se. Consi. e infra.cõ.85. Et.4. cœ.c, 39.

Vide cõ.68 4.ph.& 86. Opinio Platonis.

talem habent naturã, ꝙ cũ accipiunt principium mouendi ab alio, mouent per se: scd̃m vero ꝙ illa penetratio non est vera, cum sit illic expulsatio, accidit ꝙ motus expellentis, & expulsi sunt simul. Causa autẽ huius oĩno est, quia hæc corpora carent figura, & termino, & multũ vicinant in natura naturæ materiei. Sic igit debet intelligi motus horũ simpliciũ humidorũ: & q̃ñ differũt in hoc a siccis, & habentibus terminũ, & figuram. Post.d. vnde vnũ mouet aliud sibi succedens, &c.i. & quia motus partiũ horũ corporum non fiunt simul, q̃ñ mouent ẽt seinuicem: accidit ꝙ motus in eis fit tali modo, ꝙ succedant sibiinuicẽ, & sequant seinuicẽ, & non mouent simul. D.d. motus aũt illius quiescit, cum virtus mouendi diminuit, &c.i. motus aũt istarũ partium ideo quiescit, qa virtus motiua non cessat diminui, & deprimi in illis partibus, q̃ mouent seinuicẽ successiue, adeo ꝙ in vltima parte non remanet mouere, sed solũmodo moueri: scd̃m enim ꝙ intrat aliud, non habet, nisi virtutẽ, qua moueat tm̃. scd̃m vero ꝙ intrat, mouet: quare non sequitur ꝙ mouere, & moueri incipiat simul, nec ẽt ꝙ omne, quod mouet ex eis, moueat. nam si hoc esset, oĩno totus mundus expelleretur. Et ideo dixit & in vltima cessat, q̃ñ motor penultimus peruenit ad hoc, ꝙ nihil agat, i. & illæ partes cessant a motu, q̃ñ illud, quod mouetur, qd̃ sequit pars quiescens, non põt mouere, neq; agere, sed solũmodo mouetur. Hæc enim virtus non cessat diminui in partibus, q̃ mouentur, adeo ꝙ cesset. Et tu debes E scire, quoniam expositio nostra non intelligitur ex expositione Themistij in hoc loco, vnde videtur nobis quod etiam nos non intelleximus perfecte hunc locum, nisi apud laborem nostrum circa expositionem huius libri. Et, cum narrauit modum, secundum quem mouent seinuicem huiusmodi mobilia, quæ non actu sunt distincta, nec sunt partes rei terminatę, & figuratæ, incœpit etiam narrare qualiter sit de mobilibus, quæ figuram habent, & terminum. Et dixit hoc autem necessario fuit simul, scilicet motorem quiescere a mouere, & rem motam a moueri, & ipse motus omnino, id est, quod non accidit in corporibus humidis carentibus figuris. huius aũt causam iam prædiximus. Post hoc dixit hic quidẽ motus est talis motus, qui fit in eis, q̃ possunt aliq̃ñ moueri, aliq̃ñ quiescere, i. talis motus nunq̃ potest fieri in corpore cœlesti: hoc enim corpus semper moueri innatũ est, hæc vero aliq̃ñ mouent, aliq̃ñ quiescunt. Post hoc dixit & nõ est cõtinuus, sed vr̃. i. & iste motus, s. lapidis in aere, siue in aq̃, non est vere cõtinuus, cum tñ sensui videatur cõtinuus. D. dedit causam, quare caret continuatione & dixit motor enim nõ est vnus, sed sunt aliqua, quæ succedunt sibiinuicem, i. huius aũt causa est, quoniam motus continuus non potest esse, nisi vnius motoris, & vnius moti. In his aũt motor non est vnus, sed plura, quæ succedunt sibiinuicem tali modo, quod vnus mouet post alium successiue vnam rem motam. Et quia talis successio est propria eis, quæ mouẽtur F in corporibus humidis simplicibus, dixit vnde talis motus non fit, nisi in aere, aut in aqua. D.d. qui a quibusdam attribuitur successioni, & ab ea denominatur, id est, & iste motus est, qui a quibusdam hominibus attribuitur successioni, id est, dicunt successionem esse causam illius, s. successionem partium aeris expulsi in loco, cum prima pars aeris, quæ expellitur a proijciente, expellat partem aeris succedentem & succedit ei in illo loco, & sic scd̃a tertiam, & tertia quartam, & vnaquæq; cedit præcedenti: & propter hoc appellant huiusmodi motum successiuum, opinantes successionem esse causam motus illius, quod proijcitur in aere, aut in aqua. Et post hoc dixit sed prædictæ quæstiones, aliter quam prænarrauimus, non possunt solui, id est, sed illa quæstio, quam prædiximus de motu, nõ soluitur dicendo successionem esse causam huiusmodi motus, & vniuersaliter nec alio modo, quam prædiximus. Post dedit causam, quare non potest solui per successionem & dixit successio autem facit ea omnia mouere, & moueri: vnde oportet ꝙ quiescant, id est, successiua enim videntur mouere seinuicem, & moueri insimul, quapropter dicitur insimul quiescere, quod non accidit in partibus aeris successiuis. Deinde dicit sed nos videmus vnum idem continue moueri, quare necesse est ipsum moueri ab aliquo, i. sed iam probatum est aliquid esse, quod continue mouetur: quare oportet quod

A moueatur ab vno motore. Ex prædictis enim patet, quoniam eius, ꝙ a pluribus mouetur, motus non est continuus. Et ex hoc declaratur omnino, ꝙ stellarum motus non est in medio, nam si esset, non esset continuus. Post dixit mouetur enim ab vno eodem, id est, non enim mouetur, nisi ab vno eodem, scilicet cuius motus est continuus.

Motus eius qđ a pluribus mouet, nõ est continuus. Idem supra te.cõ. 49.

Quoniam aũt in his, quæ sunt, necesse est semper motum esse continuum. Hic aũt vnus est. Necesse aũt vnum esse alicuius magnitudinis. Non enim mouetur impartibile, & vnius, & ab vno. Non n. erit continuus, sed habitus alter alteri, & diuisus. Mouens igitur, si vnũ est, aut cum mouetur, mouet, aut immobile est. Siquidem mouet, cõsequi oportebit, & mutari ipsum, simul aũt moueri ab alio. Quare stabit, & veniet in ipsum moueri ab immobili. Hoc aũt nõ necesse est cõmutari, sed semper poterit mouere. Infatigabile enim est hoc mouere. Et regularis hic motus est, aut solus, aut maxime. Nõ enim habet mutationem, neq; vnã mouens. Oportet aũt neq; quod mouetur B iuxta illud habere mutationem, quatenus similis sit motus.

Et, quia necesse est vt semper in eis, quæ sunt, sit motus cõtinuus. Continua aũt sunt vnita. Et oportet ẽt ꝙ sit alicuius magnitudinis. Quod enim non habet magnitudinem, non mouetur. Et quod sit vnius, & in vno. Nam, si esset alter, non esset continuus, sed successiuus, & diuisibilis Motor aũt, cum sit vnus, aut mouet, & mouetur, aut non mouetur. Et, siquidem mouetur, sequitur ipsum transmutari propter ipsum transmutari ab aliquo, necesse est ꝙ hoc cessat, & peruenit ad aliquid, quod moueat absq; eo, ꝙ moueatur. Quod enim est tale, non transmutaẽ cum eo, quod transmutatur, sed potest semper mouere, cum in tali modo mouendi non est fatigatio. Et talis motus solus est æqualis, & est dignior in hoc cæteris motibus. Motor enim nullum habet modum transmutationis. Et oportet quòd neq; C quod mouetur prope hoc ab hoc habeat transmutationem, vt motus sit consimilis.

Dicit & sicut patet de motu continuato, q̃m debet esse vnius motoris, sic patet de illo, q̃m debet esse vnius moti, &. q.d. & quia manifestum est motum esse continuum: motus autem non est nisi corporis, quoniam, quod non est corpus, non mouetur, vt in sexto declaratum est, & huius corporis, si est motus continuus necesse est ipsum esse vnum, sicut oportuit hoc in motore: ex quo sequitur ꝙ motus continuus sit vnius moti, & vnius motoris: nam, si hoc non esset, non esset continuus, sed successiuus, & multus: & hoc voluit intelligi per hoc nomen diuisibilis. D.d. motor aũt, cum sit vnus, &c. i. Et cum sit manifestũ, q̃m motus continuus debet esse vnius moti, & vnius motoris: motor aũt, cum sit vnus, necesse est ꝙ sit primus, & cum sit primus impossibile est ipsum moueri, neq; per se, neq; per accidens: & patet quoniam motus, qui fit a motore tali est continuus, & motus, qui inest rei motæ, est vere continuus. Post dixit quod enim est tale, non transmutatur cum eo, quod transmutat, id est, & huiusmodi motor, scilicet in quo non est transmutatio aliqua, non transmutatur per accidens ex illo, quod ab ipso transmutatur, vt accidit primo motori in animalibus, Ille enim transmutatur per transmutationem subiecti in loco, scilicet anima animalis, [a], quæ mouet ipsum, & etiam mutat se ab eo,

83 Quod non est corpus non mouet. Idem 6. ph. 32.

a Aĩa aĩalis

mouet̃ localiter ad motum aĩalis.

quod mouet illam secundum finem. D.d.sed potest semper mouere,&c.i.quia iste motor non mouet cũ mouet,ideo non accidit ei fatigatio [a] in sua motione, quod non accidit motoribus,qui cũ mouẽt, mouentur:causa enim fatigationis nihil aliud est quã hoc, ꝙ motor mouetur, qñ mouet:hoc quidẽ prouenit, quia est in materia. Post dixit & talis motus solus est æqualis,s.dignior cæteris motibus,&c.i.& iste motus est dignior alijs motibus æqualitate hac,videlicet ratione,quia inæqualitas non accidit,nisi pp hoc,quia motori accidit quidam modus transmutationis,quare aliqñ vigoratur,aliqñ debilitat̃.Sed iste motus oĩno caret transmutatione:ergo motus eius est æqualis simpl'r. Post dixit & oportet ꝙ neq; quod mouet̃ prope hoc ab hoc habeat transmutationẽ, vt motus sit consimilis,i.&,quia iste motus est continuus æqualis , oportet ꝙ illud, quod mouetur hoc motu nullo modo transmutet̃,vt motus eius sit æqualis, & consimilis:cũ enim illud,quod mouet̃ transmutat̃ aliquo modo trãsmutationis ab illo,a quo mouet̃, accidit ei ẽt inæqualitas motus. Vnde videmus Arist. opinari quod corpus cœleste non potest ex se,scd̃m suam naturam recipere trãsmutationem,& quod causa eius est,quia nõ componitur ex materia, & forma, & quod est necessarium ex se,non ex alio,vt Auic.dixit : veruntamen necessitas est in ipso in modo recipiendi,in motore vero in modo agendi. D

a Causa fatigationis in motoribus qui mouent̃ qñ mouent, est quia sunt in materia. Vide idẽ 8. phy.t.c. 78. & 79. & 2. cœ.3.& 71. & 12. ca.de substã.orb

Corpus cœleste scd̃m Arist. nõ p̃t ex se scd̃m suã naturam recipere trãsmutationẽ. Idem primo cap.& 2. & 3.de substantia orb.& 1. cœ.20, 84.

Necesse est autem,aut in medio,aut in circulo esse.Hæc enim principia sunt,sed citius mouentur proxima mouenti.Huiusmodi autem est totius motus. Ibi ergo est mouens.

E

Igitur necesse est,aut ꝙ sit in medio , aut in circunferentia. Hæc enim sunt duo principia:sed illud,quod magis appropinquat̃ motori est velocius in motu.Et sic est de motu totius.Motor ergo est illic.

84 Quia iste motor,de quo iam declaratũ est ipsum esse,non est in materia, nõ restat dicere,nisi ipsum esse in illis locis,in quibus effectus eius apparet,& maxime in loco,in quo motio eius æqual'r partitur per oẽs partes illius , quod mouetur ab illo.Et,quia non est hic,nisi medium,aut circũferentia: actio aũt eius magis apparet in circunferentia, & etiam motio eius magis est illic æqualis , quam motio eius in alio circulo , ideo attribuitur illo loco . Vnde omnes leges conueniunt in hoc,quoniam deus habitat in cœlo . Post dixit hæc enim duo sunt principia, id est totius , secundum quod totum est sphæricum . Medium quidem est principium,scd̃m quod super ipsum est motus . Circunferẽtia vero,quia ex illa est initiũ motus Et declaratũ est in libro de motibus animalis scd̃m locum,qm̃ omne,quod mouet̃, habet corpus quiescẽs circa qd̃ voluitur,& quod virtus quiescentis debet esse firmior virtute illius ,qd̃ mouet̃,& si aliter esset totũ expelleret̃.Existentia ergo mundi his duabus virtutibus perficitur,s.virtute quietis,& virtute mouendi, q̃ est contraria illi: vr̃ igitur hoc intellexisse per duo principia. D.d.sed illud, quod magis appropinquat motori, est velocius,i.& quia necesse est quod partes rei motæ, quæ magis sunt veloces,sint illæ q̃ magis appropinquant̃ motori,partes aũt velocissimæ cæterarũ, quæ sunt in sphæra totius,sunt maximi circuli,qui sunt in ea. Necesse est quod iste locus sphæræ sit propinquior cæteris motoribus.Partiũ aũt propinquarum proportio ad illũ dignior est proportione aliarũ ad illum:& cũ sit ita,constat qd̃ sit illic,i.& sic est de motu totius,s.quod quantomagis appropinquat̃ motori, tanto erit velocius:motor igit̃ est in partibus velocioribus totius,s.in circulo maximo orbis maximi,qui facit diurnum motũ . Hanc aũt appropinquationẽ debemus intelligere scd̃m esse,non scd̃m locum: quod enim est nõ in corpore, non est in loco:& quasi innuit per hoc,qm̃ principiũ mouẽdi est ex nobiliori, s. ex medio sphæræ,quæ est maximus circulus: & hoc manifestũ est sensui , qm̃ motio corporis sphærici a suo medio est melior,& nobilior. F

Oẽs leges cõueniũt in hoc,qd̃ deus habitat ĩ cœlo.idẽ 1.cœ. tex.c.22. & 96.& 100 & 2.cœ.t.c. 2.& cõ.74.

Existentia mũdi huius his duabus virtutibus perficitur.s. virtute quietis,& virtute mouendi. Idem 1.cœ. c.97. & 2. cõ.102.

Documẽtũ.

Habet aũt dubitationem,si contingit aliquod,ꝙ mouetur mouere continue,sed non sicut impellens iterũ, & iterum,& in consequẽti

A est cōtinue. Aut enim ipsum oportet semper impellere, aut trahere, aut vtrūq;, aut alterum aliquod aliud contingens ab alio, sicut olim dictum est in his, quæ proiiciuntur. Si autem diuisibilis est aer, aut aqua mouet, sed sicut semper motus. Vtrobiq; autem non possibile est vnum esse, sed habitum. Solus itaq; continuus est, quem mouet immobile. Semper enim similiter se habens, & ad id, quod mouetur similiter se habebit, & continue.

Sed est hic quæstio difficilis, motor quidem potest mouere continue, & non secundum idem, secundum ꝙ expellit vnum post aliud, & sic continuatio eius est succesʃio. Ad quod est dicendum, quoniā necesse est, aut ꝙ semper expellat, aut attrahat, aut agat vtrumque, aut agat aliud, cui succedit vnum post aliud, vt diximus superius in re proiecta. Aer enim, quia est aptus vt diuidatur, similiter aqua, mouet per suum motum semper modis diuersis. Sed imposʃibile est secundum vtrumq; modum, ꝙ motus sit vnus, sed succesʃiuus. Conti B nuus igitur est solus, qui mouetur a non moto. Quoniam, cū semper sit eodem modo, & ideo etiam apud illud, quod ab illo mouetur, est eodem modo continue.

Vult declarare in hoc capitulo, qm̄ ex ipsa continuatione motus sequitur ꝙ iste motor non sit corpus, sicut oportet ēt ꝙ sit vnus, & ꝙ illud, quod mouetur ab illo sit motū vnū. Motor enim corporeus, quia non mouet, nisi expellēdo, aut attrahendo, aut vtrūq; agendo: attrahens aūt, & expellens non eodē modo se habent circa illud, quod mouet̃ in initio expulsionis, aut attractionis, & in fine. s. in propinquitate & remotione. Motor ergo, qui est corpus, non est consimilium dispositionum apud illud, quod mouet̃, motus ergo ab illo non est continuus, Et dixit sed est hic qō difficilis: motor quidē pōt mouere continue, s. motor, qui non est corpus pōt mouere continue, i. motu continuo vero: & hoc non sic procedit in statu mouendi, sicut procedit corpus, qđ mouet aliquid expellendo vnū post aliud, i. expulsione post aliā: quod enim innatū est sic mouere, non mouet continue in rei veritate, sed scđm sensum, verūtamen succesʃiue mouet. Et hoc intendebat, cū dixit & sic cōtinuatio eius est succesʃio. i. & cōtinuatio eius, q̄ vr̃ sensu, est succesʃio vera. D. incœpit soluere hanc qōnem, s. qm̄ imposʃibile est aliquem motorē, qui mouet, continue mouere, & dixit ad qđ est dicendum, qm̄ necesse est, aut ꝙ semper expellat, aut attrahat, aut agat vtrūq;. i. qm̄ necesse est posito ꝙ motor sit corpus, & ꝙ mouet motu continuo, ꝙ semper expellat vnū post aliud, aut ꝙ semper attrahat, aut ꝙ aliqn̄ expellat, aliqn̄ attrahat, & hoc ēt semper. Post dixit aut agat aliud cui succedit, &c. i. aut ꝙ motor, cuius motus existimat̃ esse continuus, sit plusq̄ vnum, qui mouebit rem motā succesʃiue, vt diximus de motu lapidis. Expellentis. n. modi isti sunt, s. aut qđ separet̃ ab expulso, & remaneat expulsum in motu, aut ꝙ nō separetur ab illo. Post dixit aer enim quia est aptus vt diuidat̃, &c. i. & motus, qui fit per expulsionē, in qua expulsum non separatur ab expellente, non est continuus: fit enim aut in aere, aut ī aqua: sed quia aer, & aqua multū sunt apti ad diuisionē, & pasʃionē, ideo mouēt per suū motū illud, qđ in eis mouet̃ motu inæquali, sed diuersimode. Aptitudo. n. in eis ad diuisionē, & pasʃionē nō est eodē modo in oībus suis partibus. Et vr̃ quod hic sermo cōis est oībus, qui in medio mouentur, siue expellens separet̃ ab expulso, siue nō. Et, cū dedit causam, qua motus expulsi, non est æqualis dixit sed imposʃibile est scđm vtrūq; modum, &c. i. & corpus mouere corpus motu æquali in rei veritate imposʃibile est, siue motor sit vnus ex initio motus vsq; ad finē, siue plures, vt accidit in motu lapidis. Nā cum posuerimus virtutē motoris intransmutabilē, sīt̃ virtutē illius, qđ mouetur, Im- 85 C

Expellētis isti sunt modi, aut quod separetur ab expulso & expulsum remaneat ī motu, aut quod non separet̃ ab illo. Idē 7. ph. t. c. 10.

possibile est hoc poni in illo medio, in quo fit in motus pp diuersitatē partiū in D
actione Quare necesse est quod status motoris apud illud, quod mouet, diuersificet in motu. Post induxit conclusionē, quam intendit. D. inducet cām, qua motus illius, quod mouet, & non mouet sit æqualis, & est contraria illi & dixit continuus igit solus est, qui mouetur a non moto. D. dedit causam in hoc & dixit qm̄, cum semper sit eodē modo, &c, i. motus aūt, qui fit a motore, qui non mouet, est continuus, & vnus, quia motor eodem modo se habet ad rem motam, cum sit immobilis, & in transmutabilis: motor vero, qui mouetur, non eodem modo se habet, quia mouetur: & ideo non æquali motu mouet.

Determinatis aūt his manifestū est quod impossibile est primum mouens, & immobile habere aliquā magnitudinem. Si. n. magnitudinem habet, necesse est aut finitā ipsam esse, aut infinitam. Infinitam aūt quod non contingit magnitudinē esse ostensum est prius in physicis. Quod aūt finitam impossibile est infinitam habere potentiam, & quod impossibile est a finito moueri aliquid secundum infinitum tempus demonstratum est nunc. Primum autem mouens perpetuum habet motum, & infinito tpe. Manifestum itaq; est qm̄ indiuisibile, & impartibile est nullam habens magnitudinem. E

His ergo distinctis manifestum est quod primus motor, qui nunq̄ mouet, non potest habere magnitudinē omnino. Qm̄, si haberet, necesse esset vt esset finita, aut infinita. Et iam declarauimus in sermone nostro naturali, qm̄ impossibile est magnitudinē esse infinitā. Et nūc declarauimus, quoniā finitū non potest habere virtutem infinitā. Et quod finitū non potest mouere tpe infinito. Sed primus motor mouet motu æterno tpe infinito. Ergo manifestum est ipsum esse indiuisibilem, & impartibilem, & nullam habere magnitudinem.

86 In hoc capitulo induxit cōclusionem, quam a primo intendit. Quoniā, cum induxit propositiones, quæ necessariæ sunt ad hoc, & soluit qōnes, quę accidūt in illis ꝓpositionibus quibus vsus est, concludit ꝙ primus motor, de quo declaratū est ipsum non moueri, non habet corpus, i. non habet formam in materia. Et dixit manifestū est ꝙ primus motor, qui nunq̄ mouetur, nō potest habere magnitudinem, i. & cum iam ostēdimus, quod omnis corporis finiti actio F
est finita, & similiter omnis virtus in corpore, & quod primi motoris actio est infinita, manifestum est quod primus motor non habet magnitudinē omnino. Post dixit nam si haberet magnitudinē, &c. i. nam, si hoc non est verum, cōtradictorium eius erit verum, s. quod habet magnitudinē: & posuit hoc quasi antecedens, & dicit & si habet magnitudinem, necesse est quod sit finita, aut infinita. D. destruxit vtrāq; partem cōsequentis, vt sequente destructo, destruat antecedens, & dixit ēt declarauimus in sermone, &c. i. in tertio tractatu huius libri: illic enim declarauit, qm̄ omne corpus est finitum. D. d. & nunc declarauimus, &c. i. & si est corpus finitum, constat quod virtus eius est finita, in corpore enim finito non potest esse virtus infinita. Post dixit sed primus motor mouet motu æterno tempore infinito, id est, ergo virtus eius est infinita: &, cū sit manifestum, quoniam omnis corporis virtus est finita, & quod primi motoris virtus est infinita, concluditur in secunda figura primum motorem nō esse corpus, nec virtutem in corpore.

3. phy. tex. com. 40. & infra.

Physicorum Aristotelis Phylosophorum principis: cum Auerrois Cordubensis commentarijs.

FINIS.

# A MARCI ANTONII ZIMARAE

## *Hydruntini, philosophi omnium etate celeberrimi, quæstio Peripatetica de primo cognito, in Gymnasio Patauino publice examinata, nec hucusque clarior reddita, vel castigatior impressa.*

QVAEREBATVR in lectionibus nostris super Prologo Arist. de Phisica auscultatione, vtrum magis vniuersalia essent intellectui nostro notiora in sua prima naturali cognitione, quam communiter confusam appellare solemus, & videbatur ꝙ non, Nam, neque hoc est in prima operatione intellectus, quæ est formatio: nec in secunda, quæ est fides seu discursus: igitur nullo modo vniuersale magis est notius minus vniuersali in tali cognitione: consequentia nota: quia isti duo actus sufficienter videntur diuidere omnem actum intellectus, sicut patet 3. de ani. te. com. 26. Antecedens, quantum ad primam sui partem, probatur: nam in cognitione in- B complexa, quæ est in prima intellectus operatione, nomina definitorum sunt notiora nobis cognitione confusa: talia autem, secundum Auer. ibi in cōmento, sunt species nominatæ: igitur species in cognitione prima est notior alijs magis vniuersalibus, qualia sunt genera, & differentiæ. Nec valet, si dicatur, vt dicit beatus doct. ibi, quod diffiniens ad diffinitum dupliciter comparari potest. vno modo absolute, & isto magis vniuersalia sunt notiora ĩ cognitione cō fusa minus vniuersalibus, quæ sic absolute considerantur: alio modo vniuersalia magis possunt comparari minus vniuersalibus, vt sunt diffinientia ea: & isto modo minus vniuersalia sunt notiora nobis magis vniuersalibus. Contra, magis vniuersalia, vt diffinientia, sunt prius nota minus vniuersalibus: quia definitio minus vniuersalis haberi non potest, ignorata definitione magis vniuersalis, cum definitio detur per priora, & notiora. ex. 6. Topi. Secunda pars antecedentis ostenditur: nam in secundo actu intellectus, qui est cum compositione & discursu, confusa magis sunt nobis notiora per Philosophum 1. physi. te. commen. 2. & 3. vbi dicitur, ꝙ prima nostra cognitio naturalis procedit a notioribus nobis, quæ sunt confusa magis. illa autem, quæ sunt confusa magis, sunt ipsa composita causata ex elementis, sicut exponit Commentator ibi in com. 3. per talia autem intellexit ipsas species, & non singularia: quia talia non ingrediuntur formaliter syllogismum demonstratiuum: ergo etiam in cognitio- C ne prima habita per discursum, minus vniuersalia sunt notiora magis vniuersalibus, igitur absolute concedendum est minus vniuersalia in prima cognitione nostra naturali esse notiora: cum prima nostra naturalis cognitio aut complexa, aut incomplexa sit: & in vtraq; probatum fuit propositum nostrum.

1. phy. tex. com. 4.

Argument. principale.

Ad oppositum dicitur esse Arist. & Commen. primo physi. tex. commen. 4. Et in infinitis alijs locis.

In ista quæstione difficillima ita procedam: primo exponam titulum quæstionis, secundo ponam opiniones famosas in hac materia, & postremo ponam opinionem, quam credo veram esse.

DEBES scire quod vniuersale dupliciter sumi potest, vel formaliter, vel fundamentaliter. formaliter dicit vniuersalitatem ipsam, quæ est secunda intentio, & est accidens a ratione causatum. fundamentaliter autem est prima intentio, & prima rei notio. Ista distinctio colligitur de intentione Auerrois, 7. met. commen 46. vbi habet quod vniuersalia habent aliquam dispositionem dispositionum substantialium, & qualitatem accidentem eis. Vniuersale autē pro prima intentione sumptum adhuc dupliciter consueuit sumi. vno modo pro vniuersali in causando, & sic consueuimus deum & intelligentias vniuersalia nuncupare: & isto modo sumpsit Philosophus vniuersale in proœmio suæ metaphysicæ, dum dixit vni-

uersalia sunt difficillima ad cognoscendum, cum sint a sensibus remotissima. D A
Alio modo sumitur vniuersale in prædicando,& est illud, quod aptum natum
est de pluribus prædicari. Et sic sumpsit vniuersale Philosophus in primo peri
her.& in 7. met. tex. commen. 45.& 57. in hac igitur quæstione non loquimur
de vniuersali pro secunda intentione, sed de vniuersali pro prima intentione,
& adhuc de isto non loquimur, vt supponit pro vniuersali in causando: quia
de hoc conuenerunt omnes peripathetici, ꝙ est posterius cognitum a nobis:
loquimur igitur de vniuersali pro prima intentione, vt supponit pro vniuersa-
li in prædicando: sicut est animal,& homo,& huiusmodi. Secundo debes in-
telligere quod cognitio in nobis duplex est: quædam est, quæ procedit a no-
bis magis notis, qualia sunt effectus vt in pluribus,& ipsa accidentia: & ista
cognitio appellatur ab Auer. prima cognitio naturalis: nam, cum intellectus
noster naturaliter intelligat concurrentibus phantasmatibus, 3. de anima. tex.
commen. 39. Illa igitur appellatur prima hominis naturalis cognitio, quæ or-
tum habet immediate a rebus magis phantasiatis, qualia sunt effectus, & ipsa
accidentia: & ista a latinis dicitur cognitio confusa & indistincta: & talis si
fuerit complexa, habetur demonstratione signi, vel aliqua via consimili: si in-
complexa, habetur per definitionem quid nominis, vel per aliquid illi simile:
& est, quando homo cognoscit aliquid solum quo ad quid nominis. Alia vero B
est cognitio distincta: & ista procedit a causis, & a rebus naturæ prioribus, & E
notioribus: & ista habetur per definitionem quid rei, si incomplexa fuerit: vel
per demonstrationem a priori, si fuerit complexa: præcipue autem mouet quę-
stio de cognitione confusa incomplexa. Licet etiam de complexa dicemus il-
lud, quod nobis apparet: hæc de primo.

Quantum ad secundum principale inuenio Burleum & Gregorium Arimi-
nensem, quem nominales præcipuum habent, qui in primo sententiarum distin
ctione 3. quæstio. 3. articu. 2. tenet, quod singulare est primo cognitum in cogni
tione confusa, siue complexa, siue incomplexa fuerit: motus varijs argumen-
tis & rationibus: supponit autem in primis vnum de intentione Comment.
quod vniuersale non est aliquid extra animam existens, sed est conceptus fi-
ctus, seu formatus per animam communis pluribus, de quibus prædicatur: quo
supposito stante probat propositum suum sic: antequam vniuersale formetur,
seu fingatur ab intellectu, aliquod singulare est cognitum: igitur singulare est
primo cognitum ab intellectu: consequentia est manifesta: & antecedens pro-
batur ab ipso: quia impossibile est, vt dicit abstrahere & fingere aliquem con-
ceptum ab aliquibus rebus, nisi illæ res, vel aliquæ earum sint apprehensæ:
quoniam de rebus omnino ignotis nullus conceptus omnino formari potest: C
nec valet, si dicatur ad hoc, quod tale, a quo fit abstractio, sit prius notum quo F
ad sensum, non autem quo ad intellectum: nam hoc directe contradicit Arist.
& suo Commenta. in 12. met. commen. 4. vbi habet vniuersalia apud Aristote.
sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea consimilitudi-
nem, & facit ea vnam intentionem. Nec est imaginabile, vt dicit quod vna vir-
tus comprehendat singularia, & conuenientiam eorum, & alia formet ipsum
vniuersale: nam hoc esset simile, ac si vnus homo apprehendat singularia, & al-
ter homo apprehendat vniuersale: quod est absurdum: & pro hoc videtur fa-
cere sententia Philosophi in secundo de anima. in tex. commen. 146. vbi consi-
mili medio arguit de sensu communi. habet enim quod virtus apprehendens
conuenientiam & differentiam inter aliqua eadem, comprehendit illa sub ra-
tionibus proprijs, quæ adinuicem conueniunt & differunt: & confirmatur
adhuc ista positio auctoritate Auer. primo physi. commen. 5. vbi habet, quod
& si singulare non sit principium in scientia demonstratiua, est tamen princi-
pium acquisitionis vniuersalis, quod est principium doctrinæ demonstrati-
uæ. Sicut dicit etiam Philosophus in calce secundi posteriorum. Præterea
ad principale arguitur sic, primo cognitum ab intellectu non est aliquid ab
intellectu fabricatum: vniuersale est huiusmodi per suppositum: ergo vni-
uersale non est primo cognitum ab intellectu: relinquitur ergo quod singulare

A sit primo cognitum: discursus notus cum minori, & maior probatur: nam intelligibile intellectionem natura præcedit, sicut causa præcedit effectum: minor patet ex supposito: vt diximus, & est etiam ipsius Auer. in primo de anima. commen. 8. vbi habet, quod intellectus est, qui facit vniuersalitatem in rebus. Tertio principaliter, & istud argumẽtum etiam est Burlei in prologo phy. si vniuersale esset primo cognitum ab intellectu, tale non posset conferre ad intellectionẽ singularium: quia, cum illud abstractum sit a singularibus, mediante illo non deuenimus ad cognitionem vnius singularis, potius quam ad cognitionem alterius: aut ergo per illud deueniemus ad cognitionem omnium, aut ad cognitionẽ nullius: quorum vtrumque absurdum est. Amplius nullus imponit nomen rei, quam ignorat per Philosophum. 4. meta. tex. cõ. x. Et per Auer. 7. meta. text. com. 54. Sed intellectus imponit nomina primo singularibus: ergo illa sunt sibi primo nota. Nec valet, si dicatur quod singulare non cognoscitur ab intellectu: quia, vt dicunt, intellectus ponit conuenientiam & differentiã inter singulare & vniuersale: intellectus in inductione ꝓcedit a singularibus ad vniuersalia: &, cũ procedat ex præexistente cognitione, sequitur ipsum singulare cognoscere: similiter intellectus format istã propositionẽ, Sortes est homo, Sortes est animal: ergo oportet ipsum extrema præcognoscere. Hæc, & alia cõ B similia dicunt in hac materia sustinentes singulare esse primo cognitum ab intellectu in prima cognitione, quæ confusa dicitur.

Quicquid sit ex parte rei de ista opinione, mihi tamen videtur, salua reuerentia taliter sentientium, quod ista opinio non est ex intentione Aristo. & sui Commen. Auerro. Nam, sicut scribit Commenta. 3. de anima. commento. 36. ex sententia Auempace, quiditas in intellectu non habet formã corporalem, neque spiritualẽ, cui sustentatur: cũ intellectum (vt declaratum est) nõ sit indiuiduum. Vnde (sicut mea fert opinio.) sententia peripatheticorũ fuit ꝙ intellectio singularis materialis repugnat intellectui, vt intellectus est, non quatenus singulare, sed quatenus materiale est: vnde Commẽ. in com. super li. de diuinatione, inquit, ꝙ declaratũ est in prima philosophia quod intelligentię nõ intelligunt nisi naturas vniuersales, & non dant nisi simile eius, quod habent. Impossibile est vt dent intentionem indiuidualem omnino, cum non habeant naturã comprehendentem particularem intentionem, & illæ formæ non indiuiduantur nisi per materiam. Et si intelligentiæ abstractæ comprehenderẽt indiuiduũ, tunc necessario essent materiales. hæc Commentator. vnde si alicui intellectui competit cognoscere singulare, hoc non est inquantum intellectus est: quia vt sic vniuersaliter habet cognoscere. sic enim ponitur differentia inter re C ceptionẽ materiæ, & inter receptionem intellectus, sicut patet. 3. de anima. cõ. 5. & 28. nam materia est causa receptionis signatæ, intellectus autem est causa receptionis abstractæ: si ergo hoc alicui intellectui competet, hoc erit inquantũ materialis, id est, inquantum a materia in operando aliquo modo dependet. Et sic est de intellectu nostro possibili, qui, cum sit infimus in genere abstractorũ. 3. de anima. cõmen. 19. accidit sibi inquantum intellectus est, ipsum talem habere habitudinem ad hominem, quod vt sic sine phantasmate non possit intelligere, aut homo per ipsum. Nisi igitur intellectus noster coniunctus esset phantasiæ, & continuo, & tempori, nullo pacto posset singulare cognoscere. Et ideo fuit maxima discholia inter antiquos, qualiter, & quomodo intellectus iste singulare cognoscat. nullus aũt ex antiquis dixit singulare esse primo cognitũ, cũ dubiũ sit apud ipsos an cognosci queat ab intellectu, & de modo cognitionis eius, & ideo opinio ista non videtur Aristotelica, nec rationes istius opinionis cogunt. Ad primũ dico, admittendo suppositum ad istum intellectum, videlicet ꝙ vniuersale non est aliquid extra animã distinctũ a singulari, sed est aliquid causatũ ab intellectu agente vna cũ phantasmate: & tunc dico, ꝙ cũ intellectus agens sit, qui faciat vniuersalitatẽ in rebus, primo de anima. com. 8. vbi dicitur ꝙ intellectus est, qui facit vniuersalitatẽ in rebus. iste aũt intellectus faciens apud ipsum agens intellectus est: nam, si licet nobis Auer. exponere per Auer, inueniemus hoc, quod diximus, ipse enim, 3. de anima, commẽ. 18, habet

Solutio rationũ Gregorij ariminensis.

quod intellectus agens est, qui transfert res de ordine in ordinē, & facit de potētia intellectis actu intellecta: sed iste intellectus in abstrahendo non cognoscit singularia, a quibus abstrahit. sicut enim scribit Commen. 3. de anima. com. 19. & ante ipsum Themi. 3. de anima. super expositione text. cōmen. 35. Talis intellectus non cognoscit aliquid eorum, quæ sunt hic: tale autē vniuersale abstractū ab intellectu agente est illud, quod immediate mouet intellectum possibilē: quia materiale immediate agere non potest in immateriale. vnde Commenta. 3. de anima commen 5. & 18. habet quod intentiones imaginatæ non possunt mouere actu intellectū, nisi postquā fuerint actu intellectæ, non fiunt autē actu intellectæ, nisi per intellectum agentem, qui operatur in hoc, sicut agens naturale. Abstrahit enim vniuersale a singulari, & non cognoscit singulare materiale, a quo abstrahit: sicut ignis comburit lignum, & nescit se comburere illud. Et, quia Gregorius credidit tale vniuersale fieri ab intellectu possibili, hinc est, quod grauiter decipitur, ni fallor. Et sic formaliter ad argumentū dico, quod stat intellectum possibilē primo cognoscere vniuersale, quod vniuersale est ab intellectu agente abstrahente naturam a singularitate sine cognitione, sed mere naturaliter. Et ideo, si argumentū aliquid probaret, maxime probaret singulare esse primo cognitum ab intellectu agente: quia ille est, qui abstrahit: nullus autem dixit hoc: nam iudicium est in capitulo perfectionis iudicis secundum Auer. 3. de anima commento. 19. Talis autem iudex cognoscens, & discernens est intellectus possibilis, & non intellectus agēs in cognitione ista, quæ communiter nobis solet contingere. Ad auctoritatem Cōmenta. in 12. meta. commen. 4. Respondetur quod ibi loquitur de vniuersali pro formali, quod est secunda intentio: & ideo non est ad propositum pro quo debes scire quod vniuersale duo importat, materiale, & formale: materiale est esse in multis, formale autem est dici de multis: & quo ad istud, sicut mihi videtur, causatur ab intellectu possibili taliter comparante vnum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitum: vnde ex similitudine, quam accipit intellectus inter singularia, causat vniuersale, quod est secunda intentio. Et est quo ad id, quod est dici de pluribus: dicat Ioan. de gandauo, & alij moderni quicquid velint, dico vniuersale pro formali suo ab intellectu possibili causari, & non ab intellectu agente: quia intellectus agens non cognoscit singularia, quæ sunt hic, secundum Commen. modo vniuersale pro secunda intentione causatur ex singularium cognitione: ideo non potest ab intellectu agente cognosci, & per consequens neque causari. Nota tamen quod, licet intellectus possibilis prius cognoscat singularia, ex quorum similitudine causat vniuersale pro secunda intentione, non tamen ea cognoscit, nisi mediante sensu, & vt est phantasię coniunctus, sicut patet tertio de anima, commen. 9. Sed loquendo de vniuersali pro prima intentione bene pono illud ab intellectu agente causari: & illud primo innotescit intellectui possibili quam singulare: &, quando dicebatur quod impossibile est quod singulare cognoscatur ab vna potentia, & vniuersale sit causatum ab alia, sicut quod vnus faciat antecedens, & alius consequens. Respondetur, quod si loquamur de vniuersali pro secunda intentione, causatur ab intellectu possibili cognoscere singularia, ex quorum similitudine comparata causat tale vniuersale, & singularia illa innotescunt sibi mediante sensu. In cognitione autem vniuersalis pro prima intentione, si loquamur de vniuersali incomplexo, tale causatur ab intellectu agente: quia ille est, qui transfert res de ordine in ordinem. Et facit de potentia intellectis actu intellecta: & ille in causando non cognoscit singularia, a quibus abstrahit: talis enim actio procedit ab ipso per modum naturæ. De vniuersali autem complexo videtur Themist. & multi magnæ auctoritatis viri, quod non inconuenit quod in inductione præmissæ sint cognitæ a virtute cogitatiua, & conclusio fiat ab intellectu possibili propter essentialem ordinem existentem inter istas virtutes: quæ ita se habent, quod quando vna ipsarum exit ad actum, alia etiam per concomitantiam est etiam in actu, vnde Philosophus in libro de memoria & reminiscentia dixit, quod quando intel-

A lectus intelligit quantum in vniuersali potentia sensitiua, aliquod quantum in
particulari contemplatur: vnde hęc sunt verba The. super secũdo poste. ca. 36.
Porro huius inductionis, in qua sensus vicẽ obtinet sumptorũ, vniuersale con-
clusionis, non statim a sumptis sequitur conclusio. Nec paruo tempore absolui-
tur, sed inter sumpta, & cõclusionẽ aliquãta vis incidit temporis. Nam sumpta
illico incipit afformare sensus: sed, cum processit admodum, ac diu exercitus
est. Tamen ea vis animi, quæ intellectus nominatur, conclusionem ipsam su-
biungit. In hoc aũt opus est ætate, & visu multo, quia quod effusum sparsumq;
est, nisi spatio temporis cogi, & in vnum conferri non potest. Hoc etiam vide-
tur sentire Auer. in commen. suo super libro de diuinatione, vbi volens declara
re modũ, quo somnia vera causentur in nobis ab intelligentia, dixit quod intel-
ligentia dat intentiones vniuersales, & imaginatiua recipit eas particulares:
quemadmodũ medicus enunciat quod accidit corpori fortis, & eius animæ in
aliquo tempore terminato per duas propositiones, quarum vna est vniuersalis
intelligibilis, Et alia particularis sensibilis: & hæc videtur esse intentio eius
in illo loco, si considerentur bene verba eius. Hoc idem videtur fuisse de inten
tione philosophi in primo poste. in tex. com. 33. vbi ostendit quod deficiente
aliquo sensu a natiuitate, impossibile est scientiã illius sensibilis in intellectu
gigni. Siquidem addiscimus, aut per demonstrationẽ, aut per inductionem: in-
B ductio autem est de his, quæ particularia sunt, demõstratio autẽ de vniuersali-
bus: impossibile est autem vniuersalia speculari, nisi per inductionem. Inducere Sensus
autẽ nõ habentes sensum impossibile est: singularium enim sensus est: non enim
contingit accipere ipsorum scientiam: neque enim ex vniuersalibus est sine in-
ductione, Neque per inductionẽ sine sensu. Et propter hoc dixit ipse in secun-
do physi. tex. com. 6. quod cęcus de coloribus disputans, de nominibus solis
rationem habebit, nihil tamen intelliget. Et ideo caueant qui tenent de inten-
tione philosophi cæcum a natiuitate posse habere scientiam, non per inuen-
tionem, sed per doctrinam. Immo sententia sua fuit, nullo modo scientiam in
eo causari posse. Et, si tu queras quomodo est hoc possibile, quod in vno di-
scursu præmissæ stant ab vna virtute, & conclusio ab alia virtute, diceretur
quod hoc non debet videri alicui mirabile: nam sicut est in magno mundo, in
quo videmus quod ex omnibus corporibus cœlestibus, & ex omnibus suis
motoribus fit vnum animal magnum, ita quod ex eis fit vnus actus, sicut scri-
bit Commen. secũdo cœli commen. 42. & secundo capi. de substantia orbis, & Homo,
12. meta. 44. commẽ. & in libro destructio destructionũ in disputatione. 3. in
solutione. 18. dubij. Sic dicimus in homine, qui est microcosmos, id est, paruus
mundus, contingere posse quod propter essentialem ordinem, & colligationẽ
C intellectus cum cogitatiua virtute fuit hoc, quod ad vnã operationem concur-
rant ambæ secundum diuersas rationes. Et tunc illud, quod adducitur a Gre-
gorio ariminensi tanquam impossibile, videtur esse necessarium, & quando
dicebat quod hoc esset, ac si vnus homo faceret antecedens, & alter cõsequẽs.
Respondetur negando similitudinem, quia non est ordo essentialis in intelligẽ
do vnius hominis respectu alterius, sicut est de sensu interiori respectu intelle-
ctus. Et licet ista opinio videatur noua, tamẽ videtur esse antiqua satis, sicut
vides. Aut aliter potest dici quod in cognitione complexa vniuersalis, quæ
per inductionem habetur, eadem virtus, scilicet intellectus possibilis est, qui
format præmissas & conclusiones: quia secundum philosophum 2. de ani. text.
commẽ. 146. videtur velle eandẽ virtutem esse, quæ cognoscit extrema & me-
dium, in quo conueniunt. Et tunc diceretur secundum illam viam non esse
inconueniens incomplexa cognitione singularia prius intellectui innotescere
quam vniuersalia: tamen ista singularia cognoscuntur ab intellectu possibili,
vt reflectitur, & vnitur phantasiæ virtuti, non vt intellectus præcise, & in se
consideratus. Et, si ista via teneretur, possent glossari omnes auctoritates, &
Themistij, & Auer. & Aristote. quæ sonare videntur præmissas in inductione
causari a virtute sensitiua interiori, & cõclusionem ab intellectu isto modo: nã
pro quãto vniuersalis cõclusio nõ põt sequi ex vna singulari pręcipue in ma-

teria probabili,& in materia, quæ est in his, quæ vt in pluribus contingunt, necessarium esse virtutem experimentatiuam, quæ est cogitatiua, maxime versatã esse in cognitione singularium, ex quibus tandem intellectus vniuersalem conclusionem deducit. Istud igitur experimentum sensitiuæ partis est, quo habito intellectus ipse singulares illas præmissas iam diu per cogitatiuam virtutẽ notas adinuicẽ componit, quibus sic compositis ipse conclusionẽ etiam infert. Discursus iste igitur a præmissis ad conclusionẽ vniuersalem per inductionem ostensam ab intellectu possibili fit tã quo ad præmissas, quam quo ad conclusionem: sed quia ad discurrendũ isto modo intellectus possibilis motus fuit a cogitatiua virtute, in qua ista cognitio singularium præexistebat, pro quanto igitur cogitatiua virtus occasio fuit intellectui ad discurrendũ a talibus præmissis præcognitis diu ante ab ipsa quam ab ipso intellectu, pro tanto dixit The.& Commen. inductionis antecedens formari a virtute sensitiua interiori, conclusionẽ aũt ab intellectu. Et ista via est magis vera, vt mihi videtur, sicut etiã infra dicã: quicquid tamen sit de hoc, dico quod nos loquimur de cognitione incõplexa, quando quærimus quid sit primo cognitũ in tali cognitione cõfusa. Ad tertium argumentũ Gregorij respondetur distinguendo illam, dum dixit illud, quod primo cognoscitur ab intellectu, nõ causatur ab intellectu: quia, si hoc referatur ad vnum,& eundẽ intellectũ, puta possibilẽ tantum, vera est: quia quælibet potentia receptiua præsupponit obiectũ suum, a quo mouet᷑ primo. Et sic, cũ ego teneam vniuersale pro prima intentione esse primo cognitum ab intellectu possibili, dico illud non esse causatum, vt sic ab intellectu possibili, sed ab intellectu agente: intentiones enim imaginatæ, sicut scribit Commentator. 3. de anima. commen. 5. & commen. 18. non possunt mouere intellectũ possibilem, nisi postquã fuerint actu intellectæ: non sunt autem neque fiunt actu intellectæ secundũ ipsum, nisi per intellectum agentẽ transferentem eas de ordine in ordinem, pro quanto de esse materiali & signato transfert eas ad ordinẽ immaterialium & vniuersalium. Alio modo hoc potest referri ad diuersos intellectus, scilicet quod illud, quod primo cognoscitur ab intellectu, non causatur ab intellectu, siue ille sit possibilis, siue ille sit agens: & sic negatur. Immo dico quod ista duo stant simul, quod intellectus possibilis cognoscat, & iudicet illud, quod ab intellectu agente productũ est: iudiciũ. n. sicut scribit Auer. 3. de anima com. 19. est in cap. perfectionis iudicis. Actio autẽ non est secundũ illũ modũ in capi. perfectionis agentis. Et hoc non dixisset Commen. nisi tenuisset alium esse intellectum distinguentem & cognoscentem,& alium intellectũ vniuersale producentem. Illud igitur, quod fecit istum hominem errare (si ita licet loqui de tanto viro) fuit, quia credidit quodlibet vniuersale causari ab intellectu possibili: sed non est verum. Licet. n. vniuersale, vt est secunda intentio, causetur ex actu collatiuo intellectus possibilis cõparantis vnum obiectũ cognitũ ad aliud obiectũ cognitũ, non tamen vniuersale, prout est prima intentio, ab intellectu possibili causatur, sed ab intellectu agente vna cum phantasmate. Ad tertium principale, quod est Burlei, respondetur quod vniuersale primo cognoscitur,& directe ab intellectu: sed singulare non cognoscitur, nisi reflexe,& mediante sensu, sicut scribit Commen. 3. de anima. cõ. 9. vbi dicit, quod si vniuersale,& singulare ita se habeant, quod vtrũque per se, & solitarie consideretur, tunc vniuersale per se ab intellectu cognoscitur, singulare autem a sensu: sed, si ista adinuicem comparentur, cognoscuntur ab vna & eadem virtute secundum diuersas habitudines se habente, puta quando comparantur quo ad conuenientiam,& differentiã: vnde intellectus est ille, qui cognoscit conuenientiam, & differentiã inter singulare,& vniuersale, sed diuersis modis: quia vniuersale per se cognoscit sub ratione, scilicet qua intellectus est, & singulare cognoscit mediante sensu, hoc est inquantum consideratur, vt est phantasia, & tempori colligatus: nam, vt ipse dicit ibidem, illud, quod cognoscit alietatem inter duo, necesse est vt sit vnũ vno modo,& multa alio modo. Vnde hæc sunt verba Aue. ibi, cum fuerit declaratũ quod sensibilia diuiduntur in duplex esse, scilicet in hoc singulare,& in suam formã, necesse est vt virtus experimentatiua, id est, cõ

A prehensiua comprehendat eam, aut per duas virtutes, aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. Cū duabus autē virtutibus erit, quando vtrumq; cōprehenderit per se, scilicet indiuiduum singulariter, & formā singulariter. Per vnam vero virtutem, & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quæ est inter has duas intentiones: quod enim cōprehendit alietatem inter duo, necesse est, vt declaratū est, scilicet in 2. de ani. tex. com. 146. vt sit vnū vno modo, & multa alio modo. Et ista est dispositio intellectus in intelligendo alietatē, quæ est inter formam, & indiuiduū. Cōprehendit enim formā per se, & indiuiduū mediante sensu: hoc est dictu, intellectus, quatenus intellectus, vniuersalis est comprehensiuus: sed quatenus sensui colligatus, est etiā singularis comprehensiuus: pro quanto igitur intellectus conuertit se ad phantasma, singulare cognoscit. Et, si quæratur quomodo intellectus deuenit ad cognitionem talis singularis per tale phantasma, aut tanquam per aliquid notum, aut tanquam per ignotum: si primū, cū phantasma sit quid singulare: ergo sequitur quod prius singulare cognoscatur quam vniuersale: si secundū, hoc est inconueniens: quia per ignotū nihil scitur: primū argumentū stat adhuc in suo vigore, quod si intellectus primo cognoscit vniuersale quā singulare, tunc ergo non magis deueniet in cognitionē vnius singularis quā alterius: aut igitur omnia singularia simul cognoscet, aut nullū: quod videtur absurdū satis & incon-

B ueniens. Ad hoc respondetur quod, & si intellectus cognoscit singulare mediante phantasmate, non est necessarium phantasma illud intellectui prius notum esse. Et si arguatur contra. propter quod vnūquodque tale, & illud magis. 1. poste. & 2. met. tex. com. 4. Cum igitur singulare cognoscatur ab intellectu mediante phantasmate. ergo phantasma magis intelligetur. Soluitur. propositio illa famosa sic limitatur a nobis in limitationibus nostris, quando est aliqua dispositio, quæ denominat causam & causatū, & in causato reperitur propter causam, magis tūc causæ quā causato attribuitur denominatio illius dispositionis. Et hoc est verum in omni genere causæ: quicquid dicant latini super hoc: modo, si argumentum tuū debet valere, deberes sic argumentari. singulare intelligitur, & phantasma intelligitur: & singulare intelligitur propter phantasma: ergo phantasma magis intelligitur. Tamē illa negatur, quod phantasma intelligatur, in hoc casu, & pro illo instanti. ideo non valet: vnde, sicut in visu obiectum videtur mediante specie visibili, non tamē sequitur speciē illā magis videri: sic dico in isto casu. Ad aliud dicunt aliqui quod intellectus magis deuenit ad cognitionē vnius singularis quam ad cognitionē alterius, pro quanto fortius mouetur a phantasmate vnius quam a phantasmate alterius: mihi tamē videtur, saluo semper meliori iudicio, quod differentia illa, quam intellectus facit

C inter vniuersale & singulare, est quod tale singulare non sit singulare aliquod signatū, sed est singulare aliquod vagum stans sub vniuersalitate particularizatum. vnde ego video Philosophū in lib. priorū. vbi docet syllogizare ex præmissis vniuersaliter & absolute, ꝙ diffinit vniuersalem, particularem, & indefinitam propositiones, nullam de singulari mentionem faciens: video ipsum in prædicamentis, vbi de prima substantia loquitur, semper exemplificare de indiuiduo vago, vt de aliquo homine, & aliquo boue. Et hoc non fecisset, nisi vidisset quod, cum syllogizare sit actus intellectus non potest id fieri ex singularibus, cū ab ipso non cognoscantur. Et quia intellectus noster singulare istud signatum, vt signatum est, non potest cognoscere: cum modus sibi proprius cognoscendi sit huic ex toto oppositus: videtur mihi quod si intellectus noster intelligit singulare, quod hoc est in ordine ad vniuersale, quo ad conuenientiam & differentiā, & quo ad vniuersalitatē, cui supponitur tanquā pars. Et hoc, sicut videtur mihi, est de intentione Commē. 3. de anima, com. 10. Si bene considerentur verba eius: & stante hoc fundamento, soluitur argumentū Burlei: quia ipse imaginatur intellectū deduci ad cognitionem singularis signati, vt signatū est, & hoc fuit negatum. Ad alia, quæ adducebantur ad probandū singulare per se cognosci ab intellectu, quia imponit sibi nomē, & quia format propositionē istam sortes est homo, & huiusmodi, vnica responsione dicitur quod sortes, vt

est suppositum hominis, cognoscitur ab intellectu, & vt habitudinem habet ad ipsum vniuersale, sub quo cognoscitur: non autē inquantum sortes dicit mihi indiuiduum signatum loco & tempore, quia vt sic a sensu cognoscitur. Et ideo dixit Commen. 3. de anima. cōmen. 9. quod singulare per se, id est, solitarie, & vt signatum a sensu cognoscitur: sed quando consideratur in ordine, & in habitudine ad vniuersale, quo ad alietatem & conuenientiam, sic ab intellectu cognoscitur: & ista non viderunt moderni, sicut poteris videre. Subtilis doctor primo sententiarū dist. 3. quæstione. 2. habet ꝙ loquendo de prioritate originis primo videndū est in cognitione actuali quid sit primo cognitum ab intellectu nostro: præmittit aūt aliqua supposita: primum ꝙ alius est conceptus simpliciter simplex, & alius est conceptus simplex non simpliciter simplex. Simpliciter simplicē conceptū dicit illum, qui nō est resolubilis in quid & in quale, sicut est conceptus entis, & passionū suarū, & conceptus vltimarum differentiarū. Conceptus simplex non simpliciter simplex est conceptus, qui actu simplicis intelligentiæ cognosci potest, & est resolubilis in quid, & in quale. Secundo supponit ꝙ aliud est confusum intelligere, & aliud est confuse intelligere. Confusum enim idem est quod indistinctū, & sicut duplex est indistinguibilitas, scilicet totius vniuersalis ad suas partes, & totius essentialis in suas partes, ita est duplex totum confusum. igitur intelligitur, quando intelligitur, aliquod istorum duorum indistinctorum, scilicet totum essentiale, aut totum vniuersale. Confuse autem aliquid concipi dicitur, quando concipitur aliquid, sicut exprimitur per nomen: sed distincte aliquid concipitur, quando cōcipitur, sicut exprimitur per definitionem. His stantibus ponit duas cōclusiones: prima conclusio talis est: in cognitione actuali via originis & generationis eorum, quæ concipiuntur confuse, primum actualiter cognitum confuse est species specialissima, cuius singulare fortius mouet sensum, siue sit audibile, siue visibile, siue aliquid aliud: & hoc supposito ꝙ singulare non possit ab intellectu intelligi, ista conclusio probatur tribus rationibus: & primo sic. causa naturalis agit ad effectum suum secū dum vltimum potentiæ suæ, quando non est impedita, igitur ad effectum perfectissimum, quem primo potest producere, primo agit. Sed omnia cōcurrentia ad istum primum actum intellectus, sunt causæ mere naturales, quia præcedūt omnem actum voluntatis, & non sunt impeditæ, vt patet: ergo producunt perfectissimum effectum, quem possunt. Ille autē non est, nisi conceptus speciei specialissimæ. si enim aliquis alius esset cōceptus, puta cōceptus communioris alicuius, vniuersale esset perfectissimus, in quem ista possunt. Et, cum conceptus illius communioris sit imperfectior conceptu speciei specialissimæ sicut pars est imperfectior toto, sequeret̄ quod illa non possent in conceptum illius speciei, & ita nunquam causarent conceptum istum: quod est absurdum. Secundo principaliter, secundum Auicen. metaphysica est vltima via doctrinæ. ergo principia omnium aliarum scientiarum possunt cōcipi, & etiam termini illarum ante principia metaphysicæ. Sed hoc non esset, si oporteret primo concipere actualiter conceptus communiores, q̄ conceptus specierum specialissimarum: tunc enim primo oporteret concipiēs, esse huiusmodi, & ita metaphysica est prior via doctrinæ, quod est absurdū. Tertio principaliter: si vniuersale magis cognitione actuali primo cognosceretur, q̄ minus vniuersale confuse, sequeretur ꝙ intellectus magnum tempus apponeret, antequā deduceretur in cognitionem speciei, cuius singulare erit primo sensatum: quia prius oporteret intelligere omnia prædicata quiditatiua ad ipsam, antequam ipsam cognosceret: quod est contra experimentum. Secunda conclusio principalis est ista, quod in cognitione distincta magis vniuersalia sunt primo cognita cognitione actuali, & illis propinquiora sunt priora, & quę sunt remotiora perfectiora sunt. ista cōclusio sic probatur ab ipso. Nil intelligitur distincte, nisi quando intelliguntur ea, quæ sunt in intima ratione eius, & essentiali. Ens autem includitur in ratione essentiali cuius libet inferioris ad entis conceptum quiditatiuum: ergo nullus conceptus inferior distincte cōcipi potest, non concepto ente. Ens autem non potest concipi, nisi distincte, quia non ha-

A bet conceptum, nisi simpliciter simplicem: ergo ens est primus conceptus, qui distincte concipi potest cognitione actuali: quia alij conceptus non possunt distincte concipi sine eo, ipsum autem bene sine alijs concipi potest. Et ex hoc infert vnum pulchrum, ꝙ principia aliarum scientiarum sunt per se nota ex confusa ratione terminorum. Et ex metaphysica sunt scita: ponit insuper duas alias conclusiones, quarum vna pertinet ad cognitionem habitualem seu essentialē, & de primo cognito prioritate perfectionis, de quibus nihil ad præsens. Sed in duabus primis cōclusionibus iā positis debes scire ꝙ in secūda cōclusione, quæ est de cognitione distincta, omnes vnanimiter conuenerūt ꝙ magis vniuersalia sunt primo cognita: nisi quidam, qui de nouo incipit philosophari, qui oppositum opinatur, de quo non sit nobis curæ: nam vt scribit philosophus in primo topi. capite. 9. quolibet proferente contraria opinionibus sapientum, de quolibet solicitum esse stultum est. Sed in prima conclusione principes nostræ militiæ, videlicet beatus doctor, & Scotus videntur esse discordes. Nam sanctus doctor in prima parte summæ. q. 85. arti. 3. tenet magis vniuersalia in cognitione confusa notiora esse minus vniuersalibus. Et ideo posteriores huic opinioni fauentes consueuerunt reflectere argumenta Scoti, quæ adduxit pro prima cōclusione contra ipsum: prima ratio reflectitur sic: B quia data illa ratione, sequitur ꝙ intellectus prius habebit cognitionem distinctam de ipsa re, quam confusam: quia illa perfectior est cognitione confusa, cū igitur causæ productiuæ vtriusque cognitionis naturales sint, & naturaliter agant, & non sint impeditæ, videtur quod prius producent distinctam cognitionē quam confusam. Quod si Scotus dicat quod ante distinctam cognitionē necesse est intellectum prius disponi per cognitionem cōfusam, a pari dicā sibi qđ intellectus antequā habeat cognitionē confusam speciei specialissimę, oportet ipsum prius disponi per cōfusum conceptum generis, & aliorum vniuersalium. Et sic soluunt pro vtroque, & magis pro Thoma, dicentes aliquid esse dispositum ad receptionem alicuius formæ contingit dupliciter positiue, & priuatiue. Priuatiue aliquod subiectum esse dispositum, quādo non habet contrarium respectu formæ inducendæ: & sic diaphanū dicitur esse summe dispositū pro receptione luminis. Et sic intellectus noster etiam est dispositus ad omnia intelligibilia, cum sit omnia fieri. 3. de anima. tex. com. 5. & 14. & 17. Alio modo aliquid dicitur esse dispositum positiue pro inductione alicuius formæ. Et hoc est in casu, quo vna forma non potest induci in aliquo subiecto, nisi prius inducta aliqua priore, sicut dicimus quod aer, antequam recipiat coloris species, necesse est ipsum dispositum esse per lumen, sicut patet secundo de anima. commē. 67. Et sic materia prima, antequam recipiat formam minus C vniuersalem, oportet eam prædisponi per vniuersalem. primo meta. 17. com. Sic etiam dicunt de intellectu, ꝙ antequam recipiat minus vniuersale, oportet eum prius recipere magis vniuersale. Et tunc ad formam argumenti dicunt, quod maior illa sic debet glossari. agens naturale debite applicatum passo, & non impeditum producit effectum perfectissimum, quem potest, verum est si illud passum fuerit priuatiue & positiue dispositum pro recipienda illa forma. Et tunc minor negatur in hoc sensu: licet enim intellectus possibilis priuatiue dispositus sit pro receptione conceptus specifici, non tamen positiue dispositus est, antequā vniuersaliores conceptus recipiat: & si quæratur ab eis, vnde sit hoc, dicunt istud prouenire ex essentiali ordine existente inter istos conceptus, qui ita se habent, quod posterior non potest induci, non inducto priori & vniuersaliori. Secundum argumentum Scoti reflectunt: quia a pari ego dicam sibi librum de cœlo præcedere via doctrinæ librum phisicorū: si ipse teneat conceptum speciei specialissime notiorem esse conceptu generico. Et ideo ad argumentum Scoti dicentis, si magis vniuersalia essent primo cognita in cognitione confusa actuali, tunc metaphysica via doctrinæ præcederet alias scientias, dicunt concedendo totum. vnde distingunt de metaphysica. quædam enim pars sui considerat de sensibilibus, & quædā de abstractis: & tunc dicunt metaphysicā, quo ad illā sui partē, quæ de sensibilibus tractat, præcedere oēs

alias scientias via doctrinæ. Et quo ad illā partē, in qua pertractat de abstractis D
substantijs, dicunt illam via doctrinæ vltimam esse: & sic consueuerunt glossare auctoritatem Auicen. & Auer. 6. meta. cō. 3. dicentium diuinam scientiā esse vltimā via doctrinæ. Ista responsio non est vera, nec est de intentione sancti
Scientia diuina. Thomæ: nam, cum denominatio fiat a superabundanti, cum maxima pars metaphysicæ de sensibilibus pertractet, minima autē particula eius de abstractis: nam solum in 12. metaphysicæ incipit de eis pertractare. a text. cōm. 29. vsque in finem: sed totum præcedens, & omnes alij precedentes libri de sensibilibus, & transcendentibus per indifferentiam se habentibus ad materialia, & immaterialia pertractant. Ergo sequitur quod absolute concedendū esset diuinam esse priorem via doctrinæ, & secundū quid posteriorē: quod est absurdum. Amplius falsum est quod dicunt, ꝙ metaphysica quo ad illam partē, quæ de sensibilibus agit, sit via doctrinæ prior. nam Aristote. in secūdo metaphysic. in tex. com. 6. vbi probat non esse processum in infinitū in caussis mouentibus, facit rationē, quæ motui innititur, & quæ naturalē cognitionē præsupponit: sicut scribit ibi Commenta. similiter. 7. metaphysicę. vbi impugnat ideas Platonis, quādo probat quod non sunt ponendæ propter esse generationis, dicit quod hoc est, quia
Plato. non possunt materiam transmutare, nam transmutatio omnis fit per contactū. talis autē fit ratione quantitatis. contangentia enim. 5. physico. 22. sunt, quorū vltima simul sunt, vnde patet inspicienti. cōmenta. 28. & 31. illius septimi, quod E
Thomas. tales rationes præsupponunt scientiam naturalem. Similiter illud non est de intentione sancti Thomæ Nam in procemio metaphysicæ in lectione secūda super illo passu philosophi, vniuersalia sunt difficilima ad cognoscendum, dubitat contra philosophū: quia, vt inquit, videtur cōtradicere sibi philosophus in pri. physicorū, text. com. 3. & 4. vbi oppositū videtur tenere, videlicet, quod vniuersalia sunt nobis primo nota Et soluendo dicit, quod vniuersalia in cognitione incomplexa sunt notiora nobis minus vniuersalibus. vnde, cum vniuersalissimum omniū sit ens, & res: ideo ista prima cognitione concipiuntur iuxta illud Auicen. Ens & res prima impressione imprimūtur in anima nostra: vnde, sicut in esse naturę prius est animal quam homo, cum natura de imperfecto ad perfectū procedat, sic etiā est apud intellectū nostrū in cognitione prima prius concipitur animal quam homo: sed in cognitione complexa, & in inuestigatione naturalium proprietatū & causarum, prius sunt nota minus communia, eo ꝙ per causas particulares, quæ sunt vnius generis & speciei, peruenimus in causas vniuersales. Et sic patet secundū viam sancti doctoris solutio ad secundū argumentum Scoti probantis metaphysicam via doctrinæ præcedere reliquas scientias. Dico, ꝙ licet Thomas incognitione quo ad simplicē apprehensionē terminorum tenuerit magis vniuersalia esse notiora minus vniuersalibus. F
Tamen hoc non tenet in cognitione per discursum habita, qualis est cognitio metaphysica, & aliarum scientiarū. Et hoc patet in inductione, in qua a singularibus tanquam ex præcognitis deuenimus ad vniuersalia: sicut patet in primo posteriorū ad principium, & hoc videtur esse de intentione Auer. primo physicorum in com. 5. vbi verbum illud in textu. 3. Sunt autem nobis prius nota confusa magis, dupliciter exponit: & in secunda expositione dicit, quod per confusa magis, exponi potest ipsum singulare, quod licet non sit principiū sciētiæ, est tamē principiū acquisitionis vniuersalis, quod est principiū artis & sciētiæ. Et secundū primā expositionē per confusa magis exponit species: & quomodocūque sit, patet ꝙ ibi loquitur de via doctrinæ, quæ est cognitio habita per demonstrationē signi, sicut ipse habet in expositione tex. cōmenti. 2. Et ita secundū Auer. videtur quod in cognitione habita per discursum non est necessariū a magis vniuersalibus semper incipere quo ad viam doctrinæ. Sic igitur ad secundū Scoti dictum sit, Ad tertium argumentum Scoti dicentis si magis vniuersale esset primo notū, tunc intellectus magnū tempus apponeret, antequā deueniret in cognitionem speciei specialissimæ, dicunt retorquendo argumentum contra Auctorē: quia a pari sequeretur quod, si species specialissima esset primo nota, tunc intellectus magnum tēpus apponeret, antequā deueniret in

cognitionem

A cognitionem generis generalissimi vel ipsius entis: patet consequentia: nã eadem est via ab Athenis ad Thebas, & a Thebis ad Athenas. Et ideo soluentes dicũt, quod intellectus aliquando magnum tempus apponit antequam deueniat in cognitionem speciei specialissimæ. Et hoc in casu, quo nõ est informatus per superiores, & vniuersaliores conceptus: sed quamprimum tales conceptus habuerit, statim deducitur in cognitionem speciei. hæc communiter & passim dicuntur contra Scotum. Et ad argumenta sua hæ solutiones sunt famosæ. Alia opinio famosa satis est opinio, cui sustentatur sanctus Thomas in prima parte summæ. quæstione. 85. arti. 3. vbi habet, ꝙ in cognitione nostri intellectus duo oportet considerare: vnum, ꝙ nostra cognitio intellectiua aliquo modo a sensitiua primordium sumit. Et quia sensus est singularium, intellectus vero vniuersalium, necesse est qđ cognitio singularium quo ad nos prior sit, quam cognitio vniuersalium: secundo oportet considerare ꝙ intellectus noster de potentia ad actũ procedit: omne autem, quod procedit de potentia ad actum, prius peruenit ad actum incompletum, qui est medius inter potentiam & actum, quam ad actum pfectum. Actus autem perfectus, ad quem peruenit intellectus, est scientia completa, per quam distincte, & determinate cognoscuntur res. Et ideo antequam intellectus talem cognitionem deueniat ex pura negationis ignorantia, necesse est ipsum deuenire prius in cognitionem aliquam, in qua res sub confusione quadam, & in vniuersali cognoscuntur. Et ideo concludit, ꝙ cognitio alicuius vniuersalis confusa mediat inter puram potentiam, & actum purum & distinctũ: & vult ꝙ primum cognitum cognitione confusa sit magis vniuersale, loquendo de actuali cognitione: &, quia sensus etiam exit de potentia ad actum, cõsimilem ordinem etiam in sensu ponit: vnde secundum sensum prius iudicamus, & secũdum tempus, & secundum locum aliquid magis commune, quam aliquid minus commune: secundum tempus quidem, nam pueri, vt inquit philosophus. 1. physi. tex. commen. 5. prius appellãt omnes viros patres, & omnes feminas matres, posterius autem determinant vnumquodque, secundum locum autem, quia prius comprehendimus aliquem venientẽ a remotis esse corpus, quam animal, & prius quod sit animal quam homo, & prius ꝙ sit homo quam hic homo, puta Callias vel plato. Contra istam opinionem, quæ communiter teneri solet etiam ab Auer. instatur sic, primo quantum ad primam rationem, in qua dicitur ꝙ intellectus prius deuenit ad actum medium, qui vniuersalis est; & imperfectus, quã ad actum completum, quero aut iste trãsitus fit per omnia media, aut per aliqua sic, & per aliqua non, nõ potest dici primum, quia hoc est impossibile, nam teste philosopho. 7. meta. tex. comẽt. 28. Plura genera rerum sunt innominata, & incognita nobis nec potest dici secundum: quia non est maior ratio de vno quam de alio, C cum vnumquodq; istorum æque bene habeat rationem medii inter extrema, sicut aliud. Ratio igitur ista innixa rationi medii inter extrema non uidetur efficax & confirmatur quia iste ordo, aut est essentialis, aut accidentalis: si accidentalis, cum omne accidentale remouibile sit, & sine contradictione separari queat sequitur ergo ꝙ intellectus posset habere indistinctum speciei conceptum, non habitis aliis conceptibus superioribus, quod ipse habet pro inconuenienti: & si est essentialis, tunc sequitur ꝙ intellectus per omnia ista media transibit, antequam deueniat in extremum, quia in essentialiter ordinatis quicquid per se competit vni, per se competit alteri. Et ideo, si vni mediorum essentialiter competit ꝙ intellectus prius deueniat ad illud quam ad extremum, si ordo in omnibus medijs essentialis est, sequitur ꝙ ita erit in omnibus reliquis: quod tamen falsum est, & contra philosophum: Amplius, actus est ratio cognoscendi, sed minus vniuersale, & præcipue conceptus speciei specialissimæ plus habet de actu, quam cõceptus generis. Ergo sequitur conceptum specificum esse primo notum. Maior est philosophi. 9. meta. tex. commen. 20. Et minor est Porphyrij in cap. de differentia dicentis: Differentia est, qua species abundat a genere: & per consequens plus actualitatis includit species quam genus. Amplius, si intellectus prius cognoscit magis vniuersale quam minus vniuersale, aut hoc est merito intellectus, aut hoc intellectus, aut hoc est merito obiecti, aut hoc est merito ordinis existentis inter

Opinio.

Instantia

Actus.

conceptus obiectales ipsius intellectus, non potest dici ꝙ hoc sit merito intellectus, quia aut hoc est respectu intellectus possibilis, aut hoc est merito intellectus agentis: non potest dari primum, quia intellectus possibilis est omnia fieri, & est pura potentia intelligibilium omnium, in qua nihil est distinctum: non etiam est ex parte intellectus agentis quia ipse est omnia facere per indifferentiã se habens, sicut patet, 3. de anima. te. commen. 17. Nec est merito est obiecti in se, quia obiectum, si immutat intellectum, hoc est inquantum est actus vel actu participans: modo stat minus commune plus actualitatis habere quam magis cõe, sicut in sequentibus ostendetur: non ẽt est hoc merito ordinis: quia ordo iste aut esset essentialis aut accidentalis: & quodcunq; datum fuerit deducatur vt supra. Amplius, & est argumentum, quod elicitur ex dictis Scoti in qõne propria de hac materia super primo sñia. distinctio. 3. q. 2. Si magis vniuersale esset primo cognitum cognitione confusa & actuali, sequeretur quod cõceptus entis esset primo cognitus cognitione confusa: consequens est falsum, quia conceptus entis non potest confuse concipi, sed solum distincte: non enim habet aliquid, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari, cum sit simpliciter simplex: consequentia clara est de se: nam inter oẽs conceptus, conceptus entis vniuersalissimus est. Amplius, & est argumentum eiusdem: illud, quod est difficilioris abstractionis, est difficilioris cognitionis. Sed conceptus genericus est difficilioris abstractionis conceptu specifico, ergo. Tunc vltra, q̃ sunt difficilioris cognitionis posterius cognoscuntur. Conceptus generici sunt difficilioris cognitionis conceptibus specificis, ergo posterius cognoscuntur. Minor prioris sibi probatur auctoritate Boetij dicentis, quod species est tenuis similitudo indiuiduorum, & genus magis tenuis spẽrum. Et per consequens difficilior est abstractio generis q̃ speciei. Amplius, quod habet rõnem totius est prius notum eo, quod habet rõnem partis, sicut colligitur ex intentione philosophi in primo physicorum te. c. 4. Sed species specialissima respectu generis, & differentiæ habet rõnem totius, cum species sit quoddam totum compositum ex genere & differentia, sicut dicit Commentator primo phy. com. 5. Ergo species videtur habere rõnem prius cogniti confuse. hęc sunt, q̃ contra hanc viam obijci solent. Dico quod ista qõ est multum difficilis, quia vbi subtilis doctor discrepat a beato doctore, difficile est videre veritatem: conabor tamen ostendere veritatem in hac materia, quantum mihi possibile fuerit. Et pp hoc debes scire aliqua, quæ sunt tanq̃ radices, & suppositiones in dissolutione istius qõnis. Prima radix est ista, quod intellectio nostra, quæ cõiter contingit nobis, ortum habet a sensu: hoc est de intentione philosophi tertio de anima. te. c. 20. & 39. vbi habetur quod sine ĩtellectu passiuo, qui, vt exponit ibi Commentator, cogitatiua virtus est, nihil intelligit anima. Et ideo dixit. 39. te. primi quidem intellectus qui different, vt non phantasma sint? Et soluendo respondit aut neq; hi phantasmata, sed non sine phantasmatibus. Secunda radix est ista, quod cum intellectus duplex sit pro nunc agens, s. & possibilis: alter est omnia fieri, alter est omnia facere. 3. de aĩa. t. c. 17. Et quia intellectus possibilis nullam aliam habet naturam, nisi hanc, ꝙ possibilis sit, qui vocatur animæ intellectus, ibidem t. c. 5. Inde sequitur ꝙ cum ens in potentia non deducatur ad actum, nisi ab aliquo ente in actu. 9. me. t. c. 13. inde sequitur quod illud, quod intelligitur ab intellectu nostro, intelligitur scdm ꝙ est in actu. Et ista est clara sñia Aristo. 9. me. t. c. 20. vnde debes scire quod intelligibilitas scdm doctrinam Arist. ex Auer. est passio primo, & per se competens enti in actu, quatenus ens actu, non aũt est passio primo competens enti, inquantum ens est. Et hoc demonstraui alias sic: illa est passio primo competens alicui, quæ competit illi ratione illius, ita qd posito illo ponatur immediate talis passio, & illo primo remoto, primo remoueatur illa passio scdm doctri. Ari. primo posterio. in c. de vl'i. Sed actualitas est huiusmodi respectu intelligibilitatis, quia posita illa immediate ponitur intelligibilitas: non. n. est dare ens actu quod non sit intelligibile: similiter remota actualitate ab aliquo, remanente qualibet alia ratione priori, illud non est intelligibile: sicut est de materia prima scdm se, & solitarie considerata, quæ licet vt sic ens sit, non tamen intelligibilis est scdm viam Aristo. 7. met. t. c. 35. vbi habetur ꝙ

Boetius.

Opinio propria.

D E F

A materia scdm se est ignota. Et tñ materia est ens: nec valet si dicatur, vt quidam dicere consueuerunt, ꝙ hoc intelligitur quantum ad actum, non q̄ꝫtum ad potentiam. Nam philosophus primo phy.t.c.69. habet subiecta quidem natura scibilis est per analogiam ad formam, vbi loquitur philosoph us quo ad potentiam, & aptitudinem, nedum q̄ꝫtum ad actum, & Commentator ibi in com. d. Et ista natura subiecta per se non potest intelligi per se, cum non sit aliquid in actu habens quiditatem. Ecce quõ Commentator nedum negat actum, verũ ẽt potentiã ad hoc, ꝙ materia intelligibilis sit per se & solitarie considerata: & hoc non ꝓꝑ aliam cãm, nisi quia non habet quiditatem in actu: ergo actualitas est prima ratio intelligibitatis, tam scdm actum q̄ꝫ scdm potentiam. Amplius, Commentator.4.phy.c.1.dicit ꝙ materia non potest intelligi sine forma. Amplius, Commentator.12.me.cõ.14.dicit loquendo de prima materia. Ista natura, quia nõ habet formam, ideo non habet intentionem intellectam ab ea: ecce igitur ꝙ remota actualitate ab aliquo remanente in illo entitate, remouetur intelligibilitas, nedũ actu, verum etiam potentia: quod etiam ratione demonstratur. Nam eiusdem est potentia, cuius est actus subiectiue loquendo, sicut colligitur de intentione philosophi in lib.de somno & vigilia: per hoc.n.probat ibi, ꝙ cum actus sentiendi sit compositi, sic etiam & potentia erit in composito, tanq̄ꝫ in subiecto si igitur materia vt ens præcise & solitarie considerata potest intelligi scdm potentiam, non

B erit inconueniens ꝙ etiam scdm actum intelligatur. Amplius, Cõmẽtator.3.ph. com.15.ex intentione philosoph. dicit motũ esse dissimilis cognitionis ꝑ imperfectionem suę naturæ ꝑ ipsum habere cõicationem cum potentia. Et consimile dicit de tpe, & numero.4.ph.cõ.131.arguatur ergo sic, oppositorum primi, & per se effectus & propietates sunt oppositæ: sed proprietas primo & per se insequẽs potentiam est occultatio: ergo proprietas primo & per se insequens actum est manifestatio: & confirmatur per Auer.immo per Ari.in 2.me. t.c. 2. qui duplicem difficultatis cãm in intellectione assignat, vnam ex parte obiecti, aliam ex parte potentiæ. Et Commentator ibi in com.dicit ꝙ difficultas in cognitione rerum materialium est ex parte ipsarum, quia non sunt actu intellecta, sed potentia intellecta: cum includant materiam, q̄ radix est potentialitatis, q̄ est ratio opposita agendi tam in actione reali q̄ꝫ spirituali, cum formæ sit agere.ex 2.de generatione.53.&.3.ph.17.& 12.me.30.& 9.me.20.ꝙ si quis instare voluerit ens esse primum intelligibilitatis subiectum auctoritate philosophi.4.me.t. c. 4. vbi habet quod res sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, dicemus sibi hoc verũ esse: sed aduertant isti quod ens dicitur de ente in actu & de ente in potentia analogice: & tunc sensus est iste, ꝙ si aliquod fuerit ens actu, illud est primo intelligibile: si autẽ aliquid est ens in potentia, illud potentia est intelligibile, ratione qua actu participat: nunquam.n.intelligibitas enti in potentia tribuitur, nisi ratione

C entis in actu, tanq̄ꝫ ratione illius, ad quod primo & per se consequitur intelligibilitas. vnde Commentator.9.me.com.20.scribit ꝙ intelligere quod est in potentia, non venit ad actum, nisi per aliud intelligere quod est in actu. Et hoc non est dubium. immorari enim super hoc est superfluum. dicat Scotus, & moderni quicquid velint: iudicio meo ista fuit indubitata Auer.sententia ꝙ intelligibilitas est prima passio entis in actu, & nõ est nisi, eo mõ, quo risibilitas diceretur passio animalis. Stantibus ergo istis radicibus tanq̄ꝫ veris, manuducã intellectũ tuũ statim in cognitionem veritatis. Dico quod, si volumus videre quod sit primum cognitũ in cognitione confusa, oportet recurrere ad sensum. Nã istud, sicut mihi vr̃, est p̄cipuũ fundamẽtũ, sup quo fundat Auer.in hoc ꝓlogo 1.ph.ĩqt.n.4.& 5. cõmẽtis, qđ cã, ꝑ q̄ꝫ via doctrinæ sunt nobis nota confusa magis: & cã, propter quã magis vniuersalia sunt notiora suis speciebus, ex quibus componuntur: & causa, propter quam nomina specierum sunt notiora suis partibus defintẽtibus apud intellectum, est, quia singulare, quod est quoddam totum, est cognitum apud sensum prius suis partibus. Si igitur inspiciamus ad istam radicem, videbimus inde pullulare istam veritatem, & est qđ sensui, vt in pluribus accidentia vniuersaliora sunt notiora sibi, & secundum tempus, & secundum locum accidentibus minus vniuersalibus; secundum locum quidem, nam vt ait Themistius super expo

Argumẽtũ.

Lector.

Totum.

sitione tex.cōmē.4.primi phy.in sensibilibus videre licet accidentis procul animalis celerius totum corpus, quā caput, aut manum, aut partem aliquā comprehendi: eodem modo promptius est dicere id, quod patet eminus, animal esse quā hominem: ita & in his, quorum rationes quærimus, vniuersalia atq; cōmunia manifestiora sunt nobis, quā proxima & particularia: secundum tempus vero, quia vt habet philosophus in tex. pueri prius appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres: tanquā vt inquit ibi Themistius, qui marem & fœminā permude ac communia quædam vocabula prius cognoscant. Sed vbi vegetioribus sensibus fuerint dispositi ad minus communia accedunt. Recte igitur dixit Auerrois, quod ex hoc, quod indiuiduum demonstratum notius est apud sensum, quā suæ partes, est causa in hoc, quod illa duo tota sunt notiora apud intellectum. Et confirmatur hoc, videlicet, qd' accidentia vniuersaliora, vt in pluribus notiora sunt nobis: nā vt scribit Commentator, 8.phy. & primo cęli vtrobiq;.comē.21. Experimentum sermonum verorum est, vt concordent sensatis: videmus qd', si aliqua planta, vel aliquis lapis præciosus alicui ostendatur, primo iudicabit illud, vel plantam, vel lapidem esse in genere: quale autem sit vnum quodq; istorum in specie dignoscere non potest: & hoc non est propter aliam causam, sicut mihi videtur, nisi quia accidentia generis notiora sunt sensui accidētibus speciei. Et ideo, cum intellectus noster in intelligendo imitetur sensum, a pari videtur qd' conceptus genericus illius lapidis, vel plantæ prius percipiatur ab intellectu quā cōceptus specificus, qui adhuc sensui ignotus est: quid enim prohibet in illo priori conceptum illum intellectu innotescere? non video. Quod, si in aliquo casu contingeret accidentia insequentia speciem & naturam minus communem notiora esse accidentibus insequentibus naturam magis communem, dico quod loquendo de cognitione confusa actuali, quicquid sit de habituali, prius intellectus percipiet conceptum specificum quā conceptum genericum. Et hoc, sicut mihi videtur, nullus sani capitis negare potest. Nam secundum philosophum, 7.meta.tex. cō.28. Sunt aliqua genera intermedia innominata: aliquod enim est genus proximum equo & asino, quod innominatum est. Et non est dubium quod accidentia insequentia naturas specificas istorum, scilicet equi & asini notiora sunt accidentibus insequentibus tale innominatum genus: stante igitur cognitione illorum in sensu, talia possunt agere in intellectu mere naturaliter, quo ad primam immutationem. Et in illo instanti accidentia magis vniuersalia non agunt in intellectū, cum per casum sint sensui ignota: ergo in illo priori, in quo ista sunt nota, & illa ignota, stat ista immutare intellectum, qui de se est omnia fieri, antequam accidētia vniuersaliora sint sensui nota: non enim est ibi actio aliqua subiacens imperio voluntatis, quæ retinere posit obiectum minus commune non agere, nisi prius obiectum magis commune agat. Nam obiectum relucens in phantasmate naturaliter agit in intellectum, et aptum natum est ad immutationem intellectus, quo ad cognitionem sui, & non alterius, sicut quilibet sani capitis scire potest. Quis ex philosophantibus antiquis negaret mihi equi, & asini conceptum prius intellectui innotescere conceptum generis innominati, in quo ista conueniūt: Ratio igitur, ꝙ prius aliquid innotescat intellectui, non est, quia illud alio sit magis cōe absolute, sed requiritur ꝙ sit magis sensatum: quia intellectus noster in intelligendo dependet a sensu: si igitur quandoq; contigerit minus cōe esse magis sensatum magis communi, non video quo ad actualem cognitionem, quicquid sit de habituali, quin minus cōe in hoc casu prius intelligatur ab intellectu quam magis commune. Et ista est sententia philosophi sine dubio. vnde in sexto topi.c.4. dicit ꝙ corpus est magis notū quo ad nos quam superficies: & superficies magis quā linea, quia magis sub sensu cadunt. Secus aūt est quo ad naturā. Et, si Subtilis doctor habuerit istū sensum, sicut prætendūt verba eius, credo opinionē illā verā esse. Nec sancto doctori repugnabit quantū ad hoc. Nam ipse dicit ꝙ conceptus speciei, cuius singulare fortius mouet sensum, est primo cognitus ab intellectu, sed moderni sequaces volūt sustinere istam viam vniuersaliter, sicut sequaces sancti Thomæ vl'r volunt tenere ꝙ magis v l'ia sunt notiora. Sed nos mediando inter istas duas vias dicimus ꝙ quūq; vniuersalia sunt notiora minus vniuersa

Intellectus.

A libus: & hoc, quando eis fuerint magis sensata: & quandoq; contingit oppositũ, videlicet, qđ minus vniuersalia sunt primo cognita: & hoc, quando illa fuerint magis sensata magis vniuersalibus. Sed propter quid est ꝙ, cõmuniter dicitur magis vniuersalia notiora esse minus vniuersalibus? Dico, ꝙ quia in pluribus cõ tingit accidentia singularium ipsorum magis vniuersalium esse magis sensata accidentibus singularium minus vniuersaliũ, & quia denominatio fit a superabundanti, ideo hoc contingit: tamen istud non est vniuersaliter verum, sicut quidam proterui sustinere volunt: sciant isti propositiones naturales non semper verificari vniuersaliter, sufficit quandoq; eas verificari, vt in pluribus. Eorum enim, quę natura fiunt, quædam sunt semper, & quædam frequenter. Radix igitur istius veritatis fuit sensus, sicut vidisti. Et hoc erat, quod Comentator in hoc prologo plerũq; ad hanc radicem aspiciens dicebat, quod ratio, propter quã vniuersale, qđ est quoddam totum, notius est apud intellectũ, est, quia particulare, quod est quoddam totũ, est notius apud sensum. Ad quæstionem ergo quærentem vtrum magis vniuersale notius sit minus vniuersali cognitione confusa & actuali, non est simpliciter respondendum, quia quæstio multiplex est: sed debemus distinguere: quia, aut comparatur magis vniuersale ad minus vniuersale, vt est quoddã totũ, & minus vniuersale est pars magis vniuersalis: aut comparatio talium est conuerso modo: ita. s. ꝙ magis vniuersale consideretur, vt est pars minus vl'is: quod acci

B dit vl'r, qñ minus vniuersale consideratur, vt est definitũ quoddam, & confusum, & totius rationem habens: & minus vniuersale, vt est definiens, & est pars definitionis eius: si primo mõ fiat comparatio, distinguendũ est adhuc: nã, aut singulare magis vniuersalis est magis sensatum quam singulare minus vniuersalis, aut ecõtra. si primum, sic magis vniuersale est notius prius intellectui quã minus vniuersale. Si detur aũt oppositũ, dico tunc qđ minus vniuersale est notius magis vl'i: si aũt comparatio fuerit inter magis vl'e, & minus vl'e, vt vnum est definiens & aliud definitum, dico quod in prima cognitione actuali & confusa prius occurrit intellectui minus uniuersale, ꝙ est quoddam totũ, quã magis vniuersale, quod est pars eius, vt sic: & ratio istius est: quia particulare qđ est quoddã totũ, prius innotescit sensui quã suæ partes: vnde, si quis ingrediatur in aliqua domum, prius occurit sibi tota compositio, quam partes eius: sic nomina specierum definitarũ, quæ confundũt in se partes, ex quibus componuntur, notiora sunt nominibus partium definientium: & hoc voluit Aristo. primo phy. tex. cõ. 5. & Themistius ibi in commento. & hoc sentit etiam sanctus Doctor in prima parte sum. q. 85. ar. 3. Et in expositione istius prologi, vbi ipse soluit cõtradictionẽ philosophi ĩ tex. 3. &. 4. ex vna parte, & in tex. 5. ex alia parte: sicut igitur sensus prius fertur in totum quã in partes, & prius in confusam cognitionem quã in distinctam, sic primę cognitionis naturalis nostri intellectus ordo est, vt prius in nomẽ definiti se trans

C ferat, quam in nomina definientium, & prius cognitionem quid nominis, quæ cõfusa est, attingit quã attingat definitiõnẽ quid rei, quæ distincta est. Recte igitur diximus ꝙ radix, ducens nos ad veritatem istius quæstionis, sensus est: & ista radix communicat cum illa alia, quæ est ꝙ ratio cognoscendi est ab actu. Et ideo res magis sensatæ magis, & prius innotescunt intellectui, quia tales magis sunt in actu ad mouendum intellectum, q̃ sint res minus sensatæ: vnde Cõmentator. 2. de anima. cõ. 92. dicit ꝙ cõprehensio differentiarũ sensibiliũ a sensu causa est cõprehensionis earum ab intellectu: & ideo dixit philosophus ibidem quod non est manifestum quale quid sit odor. Et reddens causam huius, inquit, causa aũt huius est, quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus: sed, si quis arguat contra secundũ dictum, probando magis vniuersalia notioria esse minus vniuersalibus, in quantũ definientia sunt, quia sexto topico. definitio datur per notiora. Respondetur ꝙ definientia ad definitum dupliciter comparari possunt. Vno modo in cognitione confusa, quæ est per definitionem quid nominis. Alio modo quo ad definitionem quid rei distinctã. Et isto modo habetur ꝑ verum genus, & veram differentiã. Et primo quidem modo dico ꝙ magis vniuersale est minus notum, quia habet rationẽ partis: & minus vniuersale est magis notum, quia habet rationem totius & confusi. Sed in cognitione distincta dico·

Vniuersalia

quod est ecõtra: quia causæ notiores sunt, & priores natura quã sint effectus: distincta autem cognitio procedit ex notioribus, & prioribus quo ad naturam, non quo ad nos: per istum modum igitur soluendi tolluntur omnes difficultates, & cõtradictiones. Vnde ratio san. Tho. in prima parte summæ. q. 85. ar. 3. in qua dixit, quod transiens de extremo ad extremum, & de potentia pura in actum, prius debet transire per medium, &c. Dico quod verum est: sed non est necessarius iste transitus, quo ad cognitionem actualem, ita quod fiat per omnia media nõ est necessarium: nam, si talia media non fuerint sensata, aut male sensata, non est necessarium intellectum prius in cognitionem istorum deuenire, quã in cognitionẽ specierum: vnde, sicut dicit Commentator. 2. de anima. cõ. 105. Albedo, quando transfertur ad nigredinem, quandoque transit mediante kiano, & in aliquo trãsit mediante karoppo: sic intellectus noster quo ad actualem cognitionem transit a magis vniuersali ad minus vniuersale, vbi tale fuerit magis sensatum: &, si fuerint aliqua minus vniuersalia, quæ medient, quæ non fuerint sensata, non opus est intellectum per ea actualiter transire: quia tũc magnum tempus apponeret, ante quã ad actualem cognitionem speciei sensatæ deuenire posset: quod est contra experientiam: licet igitur intellectus quo ad habitualem vel virtualem cognitionẽ prius aptus natus sit procedere a magis vniuersalibus, & a cõmunioribus ad minus cõmunia, sicut bene dixit in hoc Subtilis doctor. 3. distin. pri. quia sicut formæ, quæ aptæ sunt pficere aliquid perfectibile, ordine quodam natæ sunt perficere mediatius, & minus mediate, ita si eadem forma virtualiter plures formas contineat illarum formarum ordinatarum, quasi consimili ordine perficiet illud perfectibile: sicut, si forma substantiæ & forma corporis essent aliæ formæ, in aliquo prius informaret forma substantiæ, quam forma corporis: ita, si vna forma virtualiter in aliquo contineret vtriusque formæ perfectionem, prius natura informaret sub gradu communiori quam sub gradu minus communi, cum natura procedat de potentia ad actum: vnde Commentator primo metaphy. cõ. 17. dicit qđ materia prius recipit formas magis vniuersales, quã minus vniuersales, & mediantibus eis recipit particulares formas (non quod ipse velit formam vniuersalem realiter distinctam esse a forma minus vniuersalis, sicut quidã tenuerũt ex intentione eius) sed vna & eadẽ forma prius natura perficit materiam scdm abstractiorẽ gradum, quã scdm gradum minus abstractum. Et hoc est, quod in intellectu nostro quantũ ad habitualem cognitionẽ possumus tenere: sed quãtum ad cognitionem actualem ineuitabiliter credo illud prius intelligi ab intellectu, cuius singulare fortius mouet sensum: & hoc, siue illud visibile sit, siue audibile, siue aliquo alio sensu perceptibile. Et ideo opinio illa Heruei Thomistarum acutissimi tenentis accidens concretiue sumptum esse primum cognitum ab intellectu nostro in cognitione confusa, est opinio vera loquendo, scilicet de accidentibus magis sensatis: vnde, si accidentia insequentia naturas vniuersaliores, fuerint magis sensata, talia concretiue sumpta fiũt in cognitione confusa notiora nobis in cognitione actuali: si vero accidentia insequentia naturas minus communes, fuerint magis sensata accidentibus insequentibus naturas magis vniuersales, talia notiora sunt, ita quod in hoc semper recurrendum est ad sensum: sed, quia vt in pluribus contingit accidentia magis vniuersaliũ notiora esse accidentibus minus vniuersaliũ, inde accidit quod magis vniuersalia dicuntur communiter notiora esse minus vniuersalibus in cognitione confusa: tamẽ hoc est vt in pluribus verum. Sed quandoq; oppositum põt contingere, sicut ratione & auctoritate probauimus. Ista igitur opinio mediat inter duas opiniones extremas, & est tollens omnes ambiguitates, & difficultates, & est opinio sensata. Et per consequens mihi videtur, salua omnium reuerentia, quod sit opinio vera. Experimentum enim sermonũ verorum est, vt concordent sensatis. 8. phy. & pri. cœli vtrobiq; cõ. 22. Per hoc patet etiam ad rationes scotistarum probantium semper conceptum speciei notiorem esse: quia species est magis in actu, & actus est ratio cognoscẽdi. Respondetur quod hoc est verum: tamen tunc obiectum dicitur esse magis in actu ad inuitandum intellectum, quando est magis sensatum: vnde philosophus in procemio meta, dicit quod vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eo quia sunt

Margin: D; E; Herueus; F

A a sensibus remotissima: & loquitur de vniuersalibus in causando secundum cōmunē expositionem: sic dico, si singulare speciei magis sensatum fuerit singulare generis, tunc species erit prius actualiter cognita cognitione cōfusa, quam genus. Si vero fuerit opposita modo, oppositum continget. Et si quæras, vnde hoc est? dico quod non est alia ratio nisi propter modum naturalem intelligendi intellectus nostri: qui in intelligendo dependet a sensu, & præcipue in prima nostra naturali cognitione s'dm philosophi sententiam. 3. de anima tex. cō. 39. & 20. Ad aliud Scoti dicentis magis vniuersalia esse difficilioris abstractionis, & per consequens posterius cognosci, Respondetur qd' abstractio primi obiecti motiui intellectus possibilis fit ab intellectu agente, qui non cognoscit ea, a quibus abstrahit. 3. de an. cō. 19. Et, si illa vniuersaliora sint magis sensata, prius intelligentur ab intellectu, quā minus vniuersalia. Si vero oppositum, oppositum etiam continget, comprehensio enim differentiarum a sensu est causa comprehensionis earū ab intellectu. 2. de an. com. 92. Ad aliud, quando dicitur species habet rationem totius, & genus rationem partis, ergo notior erit species genere. Respondetur totum concedendo: nam taliter considerata specie, qd' habeat rationem totius, & indistincti, & confusi, sic notior erit genere, vt habet rationē partis: & hoc est, quia sicut sensus prius fertur in totum quam in partes, sic intellectus imitans sensum prius deuenit in cognitione confusa in conceptu speciei definitæ, qui habet

B rationem totius, quam in conceptum generis, aut differentiæ. Sed quando species comparatur generi in ratione partis, tunc illa est ignotior propter eandem causam: & omnia ista veritatem habent, cōcurrente attestatione sensus: quia sine sensu nihil fieri potest in tali casu: quia ipse est radix vniuersæ cognitionis humanę. Ad argumentum principale Respondetur negando assumptum, q d', videlicet in nulla cognitione magis vniuersale possit esse notius minus vniuersali: vnde dico quod in cognitone incomplexa, vbi singulare eius fuerit magis sensatum, quam singulare minus vniuersalis, tale magis vniuersale prius cognoscitur ab intellectu, quam minus uniuersale: & præcipue quando comparatur sibi, sicut totum ad partes. Si vero contingat oppositum, opposito modo dicendum est: quia non inconuenit idem respectu eiusdem posse notius, & ignotius esse secundum oppositas causas & rationes. Ista pauca sunt, quæ mihi visa sunt dicenda in tam perardua materia, & antiqua quæstione, in qua rogo, vt si veritatem ipsam assecutus sum (vt credo) illud deo attribuatur: si vero illam non sim assecutus, ascribatur hoc ruditati intellectus mei: saltem dedi modum perscrutandi veritatem fratribus meis.

FINIS.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy.

Omnes sunt quaterni preter, a, qui est sexternus, & , Y y, duernus.

VENETIIS.
Apud Cominum de Tridino, Montisferrati.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm